
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01628557 9

امثال العرب

ARABUM PROVERBIA

VOCALIBUS INSTRUXIT, LATINE VERTIT,

COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

ET SUMTIBUS SUIS EDIDIT

G. W. Freytag.

TOM. I.

Inest

a Meidanio collectorum proverbiorum

pars prior.



Bonnae ad Rhenum,

MDCCCXXXVIII.

Venditur apud **A. Marcum** bibliop. Bonnens.

BEATI

H A M A K E R I

MANIBUS

SACRUM.

Bonnae, Typis F. Baaden.

Praefatio.

Inter omnia, quae e mente humana prodierunt, opera nullum sane reperitur tantâ omnium adtentione dignum, quantâ gentium proverbia, ut enim ex fructu arbor sic ex proverbiorum naturâ, qualis sit cuilibet genti propria mentis conditio, cognoscitur. Proverbia cum cogitandi et sentiendi ratione moribusque gentis intime cohaerentia in hominum vitam communem nos introducunt. Historia, qualis fuerit externa gentis conditio, docet; proverbia, qualis fuerit animorum natura, ostendunt; historia singulorum hominum cogitandi agendique rationem et quam in totam gentem habuerit vim, describit; proverbia totius gentis et cogitandi et agendi rationem depingit. Proverbiorum dicta quamquam sunt a singulis prolata, tamen eo, quod in proverbii consuetudinem venerunt, tota gens sibi vendicavit, ut totius gentis cogitandi sentiendique rationi convenientia putanda sint.

Quo autem altius cuique genti propria et cogitandi et sentiendi vestigia proverbiis impressa sunt, eo digniora sunt illa nostrâ adtentione. Qua in re causa videnda est, cur Arabum proverbia prae caeteris mereantur, quibus curam operamque navemus. Arabes quum sententiosis proverbialibusque loquendi modis vehementer dediti essent, magno proverbiorum numero, quibus eorum mores et sentiendi cogitandique ratio accurate depinguntur, et in poetica et in soluta oratione occurrimus. Qui illam

gentem eiusque et cogitandi et vivendi rationem recte cognoscere cupit, ei proverbia negligenda non sunt; cui eiusdem libros sive poeticos sive historicos sive alios accuratius perscrutari in animo est, is ad Arabum proverbia recurrat, necesse est. Qua vero re effectum esse videtur, ut ab illis temporibus, quibus in Europa linguae Arabicae studium animos occuparet, viri doctissimi interpretandis et edendis proverbiis operam darent. Primum rogante Isaaco Casaubono Thomas Erpenius, qui studii Arabici viam discentibus patefecit, anno 1614 ducenta cum sua et Iosephi Scaligeri interpretatione proverbia Lugduni Batavorum edidit, cuius libri iam anno 1623 editio emendatior ipsi curanda erat. Idem cum fabulis Locmani anno 1615 et post anno 1636 adagiorum centuriam coniunxit. Priorem ab Erpenio editorum proverbiorum centuriam Gelius anno 1656 in libro inscripto: *Arabicae linguae tirocinium* additis aliis denuo edidit, nec non Andreas Sennertus anno 1658 Witembergae eadem repetivit. Albertus Schultensius quoque in Erpenii grammatica Arabica, ab ipso anno 1748 et denuo 1767 editâ, Erpeniana Adagia dedit. Tum Reiskius edendi totius operis desiderium simul manifestans nonnulla a baculo derivata proverbia ex Meidanii opere electa anno 1758 Lipsiae in lucem emisit. Post eum anno 1764 sub titulo: *Arabum philosophia popularis* Ioan. Christianus Kallius plura proverbia Havniae publici iuris fecit. Scheidius denique anno 1775 ex Erpenianis proverbiis plura electa et emendata simul cum centum novis ex Meidanii opere typis imprimenda curavit.

Primus, qui omnium proverbiorum, quae Meidanius collegerat, edendorum consilium cepit, Pocockius habendus

est; omnia enim proverbia illius operis, addita succincta explicatione latine vertit. Castello urgente anno 1671 specimen typis descriptum ad excitandos emtores divulgatum fuisse in vita Pocockii, quae operibus eius theologicis præmissa est, p. 69 legimus. Huiusce manuscripti in bibliotheca Bodlejana asservati, quod Albertus Schultensius Oxonii anno 1772 in usum suum descripserat, specimine anno 1773 Londini publici iuris facto, anno 1791 de edendo Meidanii opere, quod ceperat, consilium Albertus Schultensius manifestavit. Quominus rem perficeret, mors, qua anno 1793 litteris ereptus est, impedivit; sed celeberrimus eius discipulus Schroederus anno 1795 partem eorum, qua 454 proverbia continentur, ex Schultensii scriptis relictis edidit. Anno post Rosenmuellerus selecta quaedam Arabum proverbia ex Meidanii opere, usus apographo Kruegeriano, Lipsiae interpretatus est. Longo temporis spatio intercedente Arabica proverbia sub titulo: *The manners and customs of the modern Egyptians* auctore Burckhardto Londini anno 1830 apparuere. Anno 1836 Ewaldtii, qui operis suasor fuerat, apographo usus nonnulla ab Abu-Obbaido collecta proverbia Bertheaus Goettingae edidit.

Sed quum apud Arabes vocis مثل *proverbii* significatio latius pateat ita, ut proverbiales locutiones sententiasque amplectatur, silentio prætermittendi non sunt Franciscus de Dombay et Cornelius van Waenen, quorum prior Ebn-Medini Mauri Fessani sententias quasdam Arabicas anno 1805 Vindobonnæ, posterior Alii Ebn-Abi-Talebi sententias, primum anno 1629 a Golio in publicum emissas, una cum aliis Oxonii 1806 edidit. Sententiarum Alii emendatiorem editionem Stickelus Jenae 1834 et additis novis Fleischerus anno 1837 Lipsiæ fecit.

Quae de proverbiorum editoribus praemisi, ea potissimum causa adductus dixi, ut legentes viderent, quanti et antiquioris et recentioris aevi viri celeberrimi proverbia Arabica fecerint, quorum exemplum ego secutus, quum anno 1824 Parisiis versarer, codicis Meidanii exemplar, quod summa cum benignitate nunc beatus Silv. de Sacy [1]) in usum mihi obtulerat, descripsi eo consilio, ut, si Deus optimus maximus conatibus meis faveret, totum librum ederem. Parisiis Lugdunum Batavorum quum me contulissem, inter alia et Meidanii codicem cum meo manuscripto collaturus, Hamakerum nunc beatum, in cuius amicitiam perveneram, dicentem audivi, se magno Meidanii edendi desiderio teneri. Quale illius viri ingenium et diligentiam cognoveram, in manuscriptorum multitudine, quibus libere uti poterat, quin opus illud magna ipsius doctrinae copia ornatum prodiret, nullus dubitavi. Quod mecum quum cogitarem, qui tunc temporis multis rebus essem occupatus, meum de edendo Meidanii opere consilium abiiciens, amico in editione sua mei manuscripti utendi copiam feci. Quod vero plures anni elapsi sunt, quibus illius operis specimen non apparuit, eius rei causa tum in operis mole et difficultate tum in tot tantisque

1) Viri illius de litteris Orientalibus merita plures verbis describere conati sunt: sed ut nemo vicem eius explere potest, sic nemo satis digno modo laudare eum mihi posse videtur. Quantis ego ei obstrictus eram beneficiis, tantas ei gratias persolvere nunquam valui. Eheu! praeceptore privatus sum, cuius sciendi fons nunquam exhauriebatur, fautore et amico in beneficiis apud me collocandis non fatigando, qui usque ad extremum vitae halitum benevolentiam mihi suam semper conservavit. Terra ei sit super ossa levis!

occupationibus, quibus ille vir semper novis irretiebatur, quaerenda est. Eum operis edendi consilium nunquam abiecisse scio, quominus opus perficeret, quae non exspectanti praematura subito supervenit, mors impedivit. Eheu! et talem virum flore aetatis inexorabile fatum patriae, litteris, familiae, amicis eripuit! Patriæ suæ decus et ornamentum antiquae de litteris Orientalibus bene meritae gloriae novam suis operibus addidit. Quam iacturam ex eius morte litterae fecerint, non tam ex operibus, quamvis magna sunt et utilissima, quam ex eius doctrinae copia, splendidissimo ingenio, assiduo labore et ardentissimo et litteris utilitatem et patriae gloriam comparandi amicis intimis cognito desiderio iudicare licet. De morte viri mecum amicitiae vinculo arctissimo coniuncti litteris certior factus maximum sane dolorem percipiebam, optimo enim et carissimo privatus eram amico, maximeque dolebam, quum viderem, tam multa litterisque utilissima illius viri opera abrupta esse. Manuscriptum Meidanii meum, quod mihi remittebatur, in margine et Lugdunensis et Berolinensis[1]), nec non operis Pocockiani, quod Albertus Schultensius manu sua descripserat, variis lectionibus tum Hamakeri tum Weyersi manu adscriptis ornatum est. Quod quum viderem, illud a me repressum, ut amico placerem, Meidanii edendi desiderium, renatum est et ipsius Hamakeri umbra, ut mortui amici vices explerem,

---

1) Codex Berolinensis, cuius nec non aliorum mihi necessariorum codicum et librorum usus a viro illustrissimo, bibliothecae Berolinensis summo praefecto Wilkenio, summa cum benignitate mihi concessus est, a Mich. Sabbagho Arabe a codice Parisiensi descriptus est. In codice Berol. B., recentiora proverbia sunt.

me hortari visa est. Primum igitur totum Meidanii opus cum scholiis integris, latina versione et adnotationibus edere in animo mihi erat, duas tum in opere accuratius examinato potissimum causas videbam, cur ab isto consilio desisterem. Una erat operis magna moles, qua multum crescente ob necessarias tum criticas tum alias adnotationes versionemque libri pretium ita augendum fuisset, ut paucis tantum libri emendi et utendi copia mansisset, altera in eo posita, quod in scholiis Meidanii multas res invenirem, quae maiori legentium parti aut parum utiles aut prorsus inutiles omitti aut brevius dici possent. Qua in re fore, ut pluribus, sunt enim, qui omnia et prorsus inutilia edenda putent scholiorum verba, placerem sperans, scholiorum delectum habendum esse putavi ita, ut utilitate libri haud imminuta totum opus et facilius lectu maiorem legentibus voluptatem pararet et minore pretio emturis comparandum esset. Elegi igitur ex Meidanii scholiis eas potissimum res, quae tum ad intelligenda proverbia necessariae tum ad historiam Arabum discendam et vivendi rationem moresque cognoscendos utiles viderentur. Quas vero res modo brevius dixi, quam in scholiis scriptum erat, modo iisdem fere verbis usus, quemadmodum utilius esse putabam, res retuli, dum tam in proverbiis quam in versibus vocales necessarias addebam. Cum Meidanii adnotationibus tum Samachscharii tum Scharaf-Aldini[1]) sententiam, si discreparet, coniunxi. Quae interpretes Arabici

1) Samachscharii operis, nec non partis (litterae Elif) Scharaf-Aldini et codicis Lugdunensis Pocockianique usum amicitiae et benevolentiae Weyersi celeberrimi in universitate Lugdunensi professoris me debere, id grato animo a me dicendum est.

proverbiorum metra spectantia, nec non alia adnotare neglexerant, ea ipse addidi. Quominus autem plures multis fortasse gratas, quibusdam necessarias adnotationes, quarum neque occasio neque materia mihi deerat, adiicerem, magna libri moles impedivit, timebam enim, ne pluribus additis nimium accresceret. Et studium et desiderium hac in re sæpissime coercendum erat. Quod recentioris aevi proverbia rarius tantum adnotationibus illustravi, id ne mirum videatur. Arabes aut quod in iis nil ambigui viderent aut sui temporis homines ambiguum tollere posse putarent, adnotationes raro addiderunt. Ego recentiora proverbia quod aut nil dubii offerre viderentur aut ex scriptorum locis, a quibus adhibita sint, satis lucis accipiant, explicare saepius intermisi. Cavendum quoque erat, ne meis adnotationibus legentes in viam falsam ducerem, factum enim est interdum, ut aut proverbii usus a verborum ratione deflexerit aut varius intelligendi modus, id quod in proverbiis sæpius accidit, ab Arabibus ipsis admissus sit. Erunt autem fortasse, qui in proverbiis edendis Meidanii ordinem secutum me esse vituperent. Ii, si qui sunt, tres mihi fuisse causas, sciant. Primum enim scriptoris cuiusdam opus edentis erga scriptorem officium mihi esse videtur, ut a scriptore observatum, licet eum non probet[1]), ordinem non turbet vel omnino mutet, tum si totum Meidanii ordinem mutassem, ne id nostrum opus cum Meidanii opere collaturis magnam molestiam creaturum esset, timebam mutato

1) Quem in disponendis proverbiis Meidanius ordinem secutus est, eum in singulis probare non possum. Sequitur in capitum serie litterarum ordinem, sed in capitibus singula ita mixta sunt, ut, quodnam ei fuerit disponendi consilium, non videam.

a nobis denique ordine tam proverbia, quibus comparatio inest, quam recentiora, quae omnia Meidanius a caeteris disiunxit, non poterant non cum caeteris misceri.

Meidanii opere finito plura tum vetera tum recentiora ex aliis operibus collecta proverbia, nec non alia adiungam. Ob illum autem a Meidanio in disponendis proverbiis observatum ordinem index Arabicus, in quaerendis tam singulis proverbiis quam aliis rebus in proverbiis obviam venientibus utilissimus a me addatur necesse est. Qua in re ita agam, ut primum in proverbio occurrens aut verbi aut nominis forma, radicis litterarum ratione habita, secundum alphabeticum ordinem adnotetur. Indicem quoque latinum, qui magnam utilitatem afferre mihi videretur, subiungere statui. Quae denique de Arabicorum proverbiorum natura iisque, qui inter Arabes et colligendis et interpretandis proverbiis operam navarint, in praefatione brevius dicenda fuissent, ea in commentatione operi subiungenda fusius explicare in animo est. Praefationi finem impositurus fautoribus illis, qui, quod emtores operis se confessi sunt, felicis successus spem mihi fecerunt, non possum quin gratias agam amplissimas. Pauci quidem sunt numero, sed quum sint imitatione in opere tam difficili tamque utili adiuvando dignissimi, quin, Deo optimo maximo adiuvante, ad optatum finem opus perducam, non est quod dubitem. Operi finito omnium fautorum nomina subiungam. In opere tantis difficultatibus pleno, ut omnibus vix ullus satisfacere possit, me iudices iustos, et aequos habiturum esse, spero, confido.

Scribebam Bonnae Calendis Octobris MDCCCXXXVIII.

Meidanii Proverbia.

Caput I.

Littera Hamza.

١ إِنَّ مِنَ ٱلْبَيَانِ لَسِحْرًا

1. In quadam eloquentia profecto vis magica est.

Proverbii auctorem dicunt esse Mohammedem et hanc fuisse causam. Tres viri Ahmruus ben-Alahtam, Alsibrikanus ben-Badr et Kaisus ben-Ahzim, quum ad Mohammedem accessissent, hic primum eorum de Alsibrikano sibi ignoto interrogavit. Interrogatus quamquam laudem viro tribuebat, tamen Sibrikanus, eum odio commotum plura, quae sibi laudi essent, tacita reliquisse dixit. Qua de causa Ahmruus iratus plura addidit de viro minime laudanda, quum in describendo viro, tum in se defendendo eloquentia usus. Quibus auditis Mohammedes, eloquentiam vim habere maximam in hominum animos, ut eos, sicut vis magica, quo velit, deflectat, significaturus, verba modo laudata, quae postea in proverbium venerunt, protulit. Proverbium significat, virum bene locutum esse et argumenta satis valida adtulisse. Kamusi auctor proverbium adnotavit. Conf. Schultensii proverb. Meid. p. 256.

٢ انّ الْمُنْبَتَّ لا أَرْضًا قَطَعَ وَلا ظَهْرًا أَبْقَى

2. Qui (nimium festinans) a sociis in itinere separatur, neque terram peragrat, neque dorsum (iumenti sibi) relinquit.

Quae verba Mohammedes traditur dixisse viro adeo religionis cultui dedito, ut propter frequentes vigilias oculi in capite demersi viderentur, eum cohortaturus, ut leniter in religione agat. Talem autem virum cum eo comparavit, qui initio itineris iumentum nimia festinatione fatigans, tenere viam non potest. Proverbium quoque adnotavit Scharaf-Aldinus Ebn-Almokri in libro inscripto غاية الكمال فى سواير الامثال „Terminus perfectionis in proverbiis divulgatis" et Alsamachscharius in libro مستقصى الامثال „Abbreviatum proverbiorum." Conf. Schult. prov. Meid. p. 278.

٣ انّ مِمَّا يُنْبِتُ ٱلرَّبِيعُ مَا يَقْتُلُ حَبَطًا أَوْ يُلِمُّ

3. In iis, quae ver profert, sunt (plantae), quae ventrem inflando necant vel prope necant.

Mohammedis sunt verba, quibus, ut bonis mundi, quorum immodicus usus homini sit noxius, modice fruantur, cohortatur. Scharaf-Aldinus rem sic narrat: Mohammedes suis dixerat انما اخاف عليكم ما يفتح لكم من زهرة الدنيا وزينتها „Vobis timeo florem huius mundi, qui vobis aperitur eiusque ornamentum." Cui quidam يا نبى الله او ياتى الخير بالشر „O propheta Dei! num venit bonum per malum? Mohammedes respondit: انه لا ياتى الخير بالشر وان من ما ينبت الربيع ما يقتل حبطا او يلم „Non venit bonum per malum, sed in iis, quae ver profert, sunt, quae ventrem inflando necant vel prope necant." i. e. ex bonorum usu malum interdum oritur. Sunt enim plantae in lingua Arabica زرق

appellatae, quibus si pascuntur cameli, cavendum est, ne nimium sumant; fieri enim potest, ut inde inflato ventre moriantur vel saltem noxam capiant. Similis autem bonorum mundi ratio esse videtur. Quapropter poeta Alnabeghahus dixit

وَٱلْيَأْسُ عَنْ مَا فَاتَ يُعْقِبُ رَاحَةً وَلَرُبَّ مَطْعَمَةٍ تَعُودُ ذُبَاحَا

»Desperatio, quum res nos fugit, post se tranquillitatem adducit, et cupidinem iugulatio saepe sequitur.«

Versus metrum Camel est. (conf. librum m. Darstellung der Arab. Verskunst, Bonn 1830. p. 212). Samachscharius proverbium adnotavit; sed in codice meo cum eo coniuncta est proverbii primi explicatio. Conf. Schult. prov. Meid. p. 279.

٤ إِنَّ ٱلْمُوَصَّيْنَ بَنُو سَهْوَانَ

4. Quibus praeceptum est, ii sunt filii errantis.

De sensu horum verborum accuratius definiendo dissentiunt; sunt enim, qui verbis nil inesse dicant nisi, cui praecepta dentur, eum errori obnoxium esse; qui non erret, ei non opus esse praecepta. Quod qui rectum esse negat, sic verborum sensum constituit. »Omnibus hominibus, qui errare possint, praecipi.« Rectior autem Meidanio videtur hic intelligendi modus. Cui praecepta dantur, is errore labi posse putatur, ut error homine potiatur, quasi ei praefectus sit. Ut probet hunc esse proverbii sensum, ab Alahrabio citatos versus adducit

أَنْشُدُ مِنْ خَوَّارَةٍ عِلْيَانْ　　مَضْبُورَةِ ٱلْكَاهِلِ كَٱلْبُنْيَانْ

أَلْقَتْ طَلًا بِمُلْتَقَى ٱلْحَوْمَانْ　　أَكْثَرُ مَا طَافَتْ بِهِ يَوْمَانْ

لَمْ يُلْهِهَا عَنْ هَمِّهَا قَيْدَانْ　　وَلَا ٱلْمُوَصَّوْنَ مِنَ ٱلرِّعْيَانْ

إِنَّ ٱلْمُوَصَّيْنَ بَنُو سَهْوَانْ

„Magis quaerens quam pulchra, procera camela, cuius dorsum est robustum, aedificio similis, quae projecit pullum in locis salebrosis, per duos dies ibi circumvagans, ut neque duo compedes a cura sua eam retineant, neque iussi e pastorum numero, utique iussi sunt filii errantis.“

Errans autem Adamus esse dicitur, a quo omnes errori obnoxii orti sint. In codicibus versus hi vario modo leguntur. Metrum ad Sarih appellatum (conf. Darstellung der Arab. Verskunst p. 246.) referendum est, licet in codicibus metri Redjes esse legatur. Scharaf-Aldinus autem proverbio alium sensum adiudicavit: In eum esse dictum, qui monitis carere possit, quod rei curam habeat. Citavit autem hunc versum:

أَكْثَرُ نِسْيَانِي لِمَا لَا يُهِمُّنِي وَإِنِّي لِمَا أُعْنَى بِهِ تَذَكُّورُ

„Maxima oblivio mea in rebus est, qui sollicitum me non tenent; sed in rebus, quibus afficior, memor sum.“

In hoc explicandi modo Alsamachscharius consentit. At vero vocabuli سهوان diversa est grammatice explicandi ratio, alii nomen esse dicunt, errorem significans, alii adiectivum errantis cum significatione. Hi rectius iudicasse videntur. Conf. Golii Adag. p. 108. Schult. prov. Meid. p. 280.

٥ اِنَّ الْجَوَادَ عَيْنُهُ فِرَارُهُ

5. Generosi oculus est loco inspectionis dentium.

i. e. Ut generosus equus inspectis dentibus, quibus aetatis annus in iumentis definiri solet, cognoscitur, sic ex oculo, quae sit viri interna conditio, diiudicare licet. Contrarium sensum offerunt verba ان الخبيث عينه فراره „Viri turpis oculus loco inspectionis dentium est.“ (conf. 28, 37). In enunciando vocabulo فرار duplex est ratio, una, ut nominis actionis, sit venia verbo, forma firar habeatur.

altera ut nominis forma forar. Proverbio metrum Redjes est (conf. l. m. p. 230. sq.) Conf. Schult. prov. Meid. p. 281.

٦ انّ ٱلشّقىّ وافدُ ٱلبَراجِمِ

6. Miser est adveniens e gente Albaradjim.

Causam horum verborum talem fuisse narrant. Sowaidus ben-Rabiah, e gente Tamim oriundus, regis Amrui ben-Hind fratrem Sahd appellatum occiderat et necis ulciscendae causa rex, centum viros igne se deleturum esse. iuraverat. Nonaginta octo rex e gente Banu-Darim viros in ignem coniecerat, quum quidam, cui nomen Ahmmar erat, odore allectus, quod cibum parari putaret, advenit, et quisnam esset, interrogatus, se e gente Albaradjim oriundum professus est. Quo audito rex ista verba dicens, ut iuramento omnino satisfaceret, unum hunc illis addi iussit. Numerum autem centum complevit addita vetula conf. C. 14, 10. Familia Albaradjim nobilissima, stirpi Tamimitarum adnumeratur. Ad eam pertinent familiae Ahmru, Kais. Ghalib, Colfah, Morrah, quae sunt gens Banu-Hentselah ben-Malic ben-Said Manat ben-Tamim. Nomen Albaradjim inde accepisse dicuntur, quod quidam eorum dixisset تعالوا فلنجتمع كبراجم يدى هذه »Elevate vos et nos coniuncti simus sicut medii articuli (Baradjim) manus huius meae.« Non autem est silentio praetermittendum, ut in nostro codice, sic in Kamuso Calcutt. legi واقد البراجم »ardens e gente Albaradjim«. Trium vero codicum, nec non Kamusi Turcici وافد legendi modus, rectior videtur. Tertia denique lectio est راكب البراجم »eques Baradjimi.« Hanc vero ob rem regi illi cognomen المحرق »cremator« dederunt, quod cognomen aliis duobus viris diversas ob causas proprium erat. — Proverbio isto, cui metrum Redjes est, utuntur de eo, qui propter cupiditatem in interitum irruit (conf. C. XIII. 138. XIV. 10.) vid. Scharaf-Aldinum

et Samachscharium. conf. Centur. proverb. a Scheidio edit. N. 100. Gol. Adag. p. 96. Schult. prov. Meid. p. 281.

٧ إِنَّ ٱلرَّثِيئَةَ تَفْثَأُ ٱلْغَضَبَ

7. Lac acidum cum dulci mixtum iram sedat.

Proverbium quoque omissa particula إن adducitur. Narrant, quendam esurientem ad gentem, cui irasceretur, accessisse et iram, quum isto cibo satiatus esset, deposuisse. Quapropter isto proverbio, dono quamvis parvo consensum et gratiam provocari posse significant. conf. Scharaf-Aldinum et Samachscharium. Conf. Schult. prov. Meid. p. 283. Gol. Adag. p. 90.

٨ إِنَّ ٱلْبُغَاثَ بِأَرْضِنَا يَسْتَنْسِرُ

8. Milvus in terra nostra vultur fit.

Ad metrum Camil proverbium referre licet. Legitur يستنسر et تستنسر, quia nomen بغاث et singularis et pluralis significationem admittit. Distinguunt quoque ita, ut بـغـاث cum vocali Fatha singularis, بغـاث cum vocali Kesre pluralis sit. Tum voce بغاث parvas et viles aves designant. Cecinit poeta

بِغَاثُ ٱلطَّيْرِ أَكْثَرُهَا فِرَاخًا   وَأُمُّ ٱلصَّقْرِ مِقْلَاتٌ نَزُورُ

»Parvae inter aves pullorum maximum numerum habent, at mater avium (aquila) unum tantum pullum habet, parum prolifera.« Conf. Scharaf-Aldinum et Harir. p. 55.

Quo loquendi modo in homine utuntur, qui ex debili robustus, aut e vili potens factus est. In Samachscharii opere autem potentes designat, quorum societate alii potentes et honorati fiunt. conf. Kamus. et Djeuh. Schult. prov. Meid. p. 283.

٩ انّ دَوَآءَ ٱلشَّقِّ أَنْ تَحُوصَهُ

9. Remedium fissurae in eo consistit, ut consuatur.

Proverbium, quod metrum **Redjes** habet, reparandam esse calamitatem docet. Conf. Scharaf-Aldinum. Schult. prov. p. 285.

١٠ انَّ الجَبَانَ حَتْفُهُ مِنْ فَوْقِهِ

10. Timido mors desuper (i. e. e coelo) descendit.

Proverbio metrum Redjes est et nullam esse timido in multa cautione utilitatem docet, quippe quum mors e loco, ubi nil valeat cautio, ad hominem accedat. Inest igitur huic proverbio laus quædam fortitudinis. Ahntarahus poeta proverbii sensum versibus hisce expressit

بَكَرَتْ تُخَوِّفُنِى الحُتُوفَ كَأَنَّنِى أَصْبَحْتُ عن غَرَضِ الحُتُوفِ بِمَعْزِلِ

فَأَجَبْتُهَا انّ المَنِيَّةَ مَنْهَلٌ لا بُدَّ أَنْ أُسْقَى بِذَاكَ المَنْهَلِ

»Me mortem timere iussit, ac si loco a scopo mortis remoto esse possem et ei respondi; mors cisterna est, e qua mihi necessario bibendum est.«

Versus metrum **Camil** dictum est. conf. libr. m. p. 211. Proverbii auctorem fuisse tradunt Ahmruum ben-Ohmamah, qui versus hos cecinerit, quum Djoaihdus eum occidere vellet.

لَقَدْ حَسَوْتُ المَوْتَ قَبْلَ ذَوْقِهِ

انّ الجَبَانَ حَتْفُهُ مِنْ فَوْقِهِ

والثَّوْرُ يَحْمِى أَنْفَهُ بِرَوْقِهِ

»Profecto iam mortem, priusquam eam gustaveram, sorpsi, timido enim mors e loco superiore venit et taurus nasum cornu suo tuetur.«

i. e. Memet mortis periculo toties exposui, ut mortis poculum, etsi ipse morti non occubui, bibisse videar, nulla enim in multa cautione est utilitas, quemadmodum a tauro mortem cornua non depellunt. In libro Scharaf-Aldini post فوقه tertius est versus كل امرء مقاتل عن طوقه »Quilibet vir pugnat ex potestate sua« et sic in Samachscharii libro. Versus metrum est رجز, conf. libr. meum p. 231. Legitur quoque proverbium in Abu-Obaidi libro conf. Bertheaui librum proverbiorum Götting. 1836. p. 13. text. Ar. et Hamas. p. 128. Schult. prov. 285.

١١ انّ المُعافَى غيرُ مَخدوعٍ

11. Incolumis non est deceptus.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest conf. l. m. p. 244. Verborum sensus hic esse videtur: Qui incolumis servatus est re, qua deceptus fuit, eum deceptio noxa non affecit, ut idem sit, ac si deceptus non esset. Schultensius autem (prov. Meid. p. 287.) vertit: Non decipitur, qui fraudem non sentit. Proverbio autem in viro utuntur, qui, quum deceptus sit, se deceptum non putat.

Proverbii originem talem fuisse narrant. Vir Solaith appellatus et e gente Banu-Solaim oriundus mulieris, quae alii eiusdem gentis viro Kadih appellato nupta erat, amore captus hunc, ut illa libere uteretur, fallere studuit. Quae res ut perficeretur, se puellae, quae principi cuidam Abu-Mathsun cognominato erat, amore teneri narrans, eum, ut, dum apud puellam versaretur, principem in consessu retineret, et domum redeuntis adventum sibilando quodam loco sibi indicaret, rogavit. Kadihus precibus cessit. Quodam die, quum puellarum mentione facta, princeps suarum castitatem laude extolleret, non amplius se potuit retinere Kadihus, quin diceret: ربما غر الواثق وخدع الوامق وملت العاتق »Interdum fiduciam habens falsus, amans deceptus, loquens mendacii accusatus est et vinum vetus ob fastidium recusatum.« hunc verbis addens versum

لَا تَنْطِقَنَّ بِأَمْرٍ لَا تَيَقَّنُهُ يَا عَمْرُو أَنَّ الْمُعَافَى غَيْرُ مَخْدُوعٍ

»Ne rem dicas, de qua certus non es, o Ahmrue; incolumis autem non est deceptus [1]).«

Ahmruus, sic enim princeps ille audiebat, verba, quid vellent, bene intelligens Kadihum, quum reliqui abiissent, ut veritatem diceret, coegit. Re audita Kadihum esse deceptum cognovit, at vero, ut pro comperta rem haberet Kadihus, eum primum ad puellas suas introduxit. Quia in nullam suspicio convenit, in domum eius ipsum reduxit et quum inde fuga se eripientem Soleithum conspexissent, princeps deridendi causa, quae ille versu dixerat verba ان المعافى غير مخدوع repetivit.

١٢ إِنَّ فِى ٱلشَّرِّ خِيَارًا

12. In malo sunt meliora.

Hemistichium metri Raml esse videtur. conf. lib. m. p. 238. Solatii causa his uti videntur verbis. Meidanius hunc verbis tribuit sensum »Malum unum altero levius est.« Vocabulum خيار aut pluralis formam a خير melius derivatam esse dicit aut nomen, cui electionis significatio sit. Tum proverbium sic vertendum. »In malo est electio.« i. e. Una pars mali altera levior est, ut eam eligamus.. Huic similis est proverbialis loquendi modus بعض الشر اهون من بعض »Quaedam calamitas quadam levior est.« Conf. II, 29. et Schult. prov. p. 288.

١٣ إِنَّ الْحَدِيدَ بِٱلْحَدِيدِ يُفْلَحُ

13. Ferrum ferro finditur.

Conf. Prov. Ar. Erpen. Cent. 2, 62. In re dura durus agendi modus est adhibendus. Loco vocis يفلح legitur

1) Metrum versus *Basith* appellatum est *conf. lib. meum p. 190.*

quoque يفل cum eadem significatione. Metrum proverbii Redjes est. conf. libr. m. p. 230. Conf. Prov. Arab. Erpen. cent. II, 62. Schultens. prov. p. 289. Alsedjadjus hunc versum recitavit.

قَدْ عَلِمَتْ خَيْلُكَ أَيْنَ ٱلصَّحْصَحُ   إِنَّ ٱلْحَدِيدَ بِٱلْحَدِيدِ يُفْلَحُ

»Equites tui sciunt, ubi locus aequabilis sit; utique ferrum ferro finditur.«

Metrum Redjes est conf. l. m. p. 231. Alius poeta sic cecinit

قَوْمُنَا بَعْضُهُمْ يَقْتُلُ بَعْضًا   لَا يَفُلُّ ٱلْحَدِيدَ إِلَّا ٱلْحَدِيدُ

»Gens nostra se vicissim occidit, non ferrum alia re quam ferro finditur?«

Metrum Chafif est. Simile est prov. C. XXV, 25. XVIII, 24. cf. Scharaf-Aldinum, Samachscharium et Djeuh.

١٤ إِنَّ ٱلْحَمَاةَ أُولِعَتْ بِٱلْكَنَّةِ وَأُولِعَتْ كَنَّتُهَا بِٱلظِّنَّةِ

14. Socera intenta fuit in nurum et nurus intenta fuit in suspicionem.

Quia socera nuro inimica esse solet et nuro socera suspecta est, si ipsi rem ingratam maritus peregit, proverbium ad malum, quod hominibus eo dignis accidit, designandum adhibent. Sed Scharaf-Aldinus dixit, proverbium adhiberi ad significandum, homines sibi invicem adversari, et se vicissim vituperare. Metrum est Sarih. conf. l. m. p. 246. Schult. prov. p. 289. Terentii Hecyr. II. 1. 4.

١٥ إِنَّ لِلّٰهِ جُنُودًا مِنْهَا ٱلْعَسَلُ

15. Deo sunt exercitus, quorum unus mel est.

Alter in proverbio legendo modus est جنودا من العسل »exercitus e melle.« Verba haec Moawijjahus dixit, quum Alaschtarum sibi inimicum melle veneno infecto necatum esse audivisset. Proverbium significat, hominem re, quae

ipsi periculosa non videretur, periisse. conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar. Schult. prov. p. 290. Gol. Adag. pag. 101.

١٦ انّ ٱلْهَوَى لَيَمِيلُ بِٱسْتِ ٱلرَّاكِبِ

16. Cupido profecto in camelo vehentis anum declinat.

i. e. Ut a camelo descendat, eum cogit. Cupido tantam in homines vim habet, ut ad quamlibet rem, sive bona sit sive mala, abripiat. Similis est loquendi modus in his verbis الى حيث يهوى القلب تهوى به الرجل »Quo animus inclinatur, eo pes ducit.« conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar. Schult. prov. Meid. p. 290.

١٧ انّ ٱلْجَوَادَ قَدْ يَعْثُرُ

17. Generosus equus interdum lapsat.

Fieri potest, ut, qui pulchre agere consueverit, peccet.

١٨ انّ ٱلشَّفِيقَ بِسُوٓءِ ظَنٍّ مُولَعٌ

18. Amicus tener malae opinioni deditus est.

De iis usurpatur, qui in aliorum res ita intenti sunt, ut semper solliciti teneantur, quemadmodum matres de filiis semper sollicitae sunt. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar. Bertheau l. c. p. 11. text. Ar. et A. Schultensii. proverb. Meid. p. 291. Conf. C. 12, 86.

١٩ انّ ٱلْمَعَاذِيرَ يَشُوبُهَا ٱلْكَذِبُ

19. Excusationes mendaciis mixtae sunt.

Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Ibrahimus Nochaïta[1]) haec verba viro se multum excusaturo dixisse

1) De hoc viro, qui anno H. 95 v. 96 diem obiit conf. Herbel. s. v. Nekhaï.

fertur, monens, ut excusationes omitteret. Dicunt quoque المعاذر مكاذب »Excusationes mendacia sunt.« Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. p. 292.

٢٠ انَّ الخَصَاصَ يُرَى فِي جَوْفِهَا الرَّقِمُ

20. In parva rima magnum infortunium conspicitur.

Proverbium ad metrum Basith referri potest. conf. libr. m. p. 189. Scharaf-Aldinus sic proverbium explicavit. Voce خصاص parvae rimae significantur, quae in portis aliisve rebus sunt, unde maxime mulieres prospiciunt. Hoc vero interdictum fuit, quia corruptio morum cum eo cohaerebat. Ex eius sententia proverbium mulierum amores spectare videtur. Proverbii igitur sensus est; Res quae nobis haud magni momenti videtur, interdum magnarum calamitatum causa est. Conf. Samachschar. et Schult. prov. p. 292.

٢١ انَّ الدَّوَاهِىَ فى الآفَاقِ تَهْتَرِسُ

21. Calamitates in regionibus contunduntur.

Proverbium ad metrum Basith referre licet. conf. l. m. p. 189. Tot sunt calamitates, ut una alteram ob loci angustiam, qui multitudinem capere non possit, quasi contundant. Proverbii autem originem hanc esse narrant: Transiisse dicunt virum ad alterum et his eum allocutum esse verbis: Equa tua aut pullum marem aut feminam pariet. Quae verba quum alter, tanquam absurda derideret, quippe cui tertia res cogitari non posse videretur, factum est, ut pullus omnino deformis prodiret, qua de causa in haec verba vir ille erupit

قَدْ طَرَقَتْ بِجَنِينٍ نِصْفُهُ فَرَسٌ

إِنَّ الدَّوَاهِىَ فِي الآفَاقِ تَهْتَرِسُ

»Enixa est foetum, cuius dimidium equus est, calamitates

in regionibus contunduntur.« i. e. eheu! malum gravissimum est.

Metrum versus Basith est. Loco vocis تهترس legitur ترتهس sensu non mutato. conf. Schult. prov. p. 293.

٢٢ انّ عَلَيْكَ جَرْشًا فتعشّه

22. Pars noctis tibi restat, sume igitur cibum vespertinum.

Verbis hisce nimiam festinationem in opere dissuadent. Littera ه, quae voci فتعش addita est, duplici modo explicatur; aut ه est, quae in fine vocibus additur, ut vis in enunciando accedat et a grammaticis هاء السكوت vel هاء الوقف appellatur, aut littera pronominis seu suffixi signum est, quod pro فيه cum verbo interdum coniungitur. Prior vero explicandi modus magis conveniens videtur. Proverbium originem duxisse dicitur a viro, qui cum nimia festinatione cibum vespertinum sumeret timens, ne rei occasio, quam perficere in animo habebat, eum effugeret. Conf. Scharaf-Ald. et Samachsch., Schult. prov. p. 292.

٢٣ انّ وَرَاءَ الأَكَمَةِ مَا وَرَاءَهَا

23. Pone collem res quaedam est.

In eo usurpatur, qui rem aliis ignotam de se palam facit. Serva cum amico post collem conveniendi tempus constituerat, at, quum opere absoluto, novum facere iuberetur, illa magno amici desiderio flagrans in haec verba erupit. »Vos me retinetis et pone collem res quaedam est.« conf. Schult. p. 295.

٢٤ انّ خَصْلَتَيْنِ خَيْرُهُمَا ٱلْكَذِبُ لَخَصْلَتَا سَوْءٍ

24. Duae proprietates, quarum melior mendacium est, profecto duae pravae sunt.

Viro dicitur, qui pravam agendi rationem mendaciis excusare studet. Ahmruus ben-Ahbd-Alahsis primus verbis usus esse dicitur. Similis est loquendi modus عذره اشد من جرمه »Excusatio eius gravior quam eius peccatum.« conf. Schult. p. 295.

٢٥ انَّ مَنْ لَا يَعرِفُ ٱلْوحَى أَحمَقُ

25. Qui indicium nescit (non intelligit) stultus est.

Legitur الوَحَا et الوَحْى. Verba in eum adhibere solent, qui nutus aut indicia ipsi facta non intelligit, ut rem ipsi ab altero significatam palam faciat. Scharaf-Aldinus autem dixit, proverbium adhiberi in duos viros, qui, putantes tertium eorum indicia non intelligere, signis factis inter se clam loquuntur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 296.

٢٦ انَّ فى ٱلْمَعَارِيضِ لَمَنْدُوحَةً عن الْكَذِبِ

26. In sententiis non clare explicatis est libertas a mendacio.

In eum quadrant, qui ad mendacium confugere coactus rem obscuris verbis dicit. Dictum est Ahmrani ben-Hozain. Conf. Schult. prov. p. 297.

٢٧ انَّ ٱلْمَقْدَرَةَ تُذْهِبُ الحَفِيظَةَ

27. Potestas iram amovet.

Verba haec virum potentem e gente Koraischitarum antiquo tempore dixisse ferunt. Qui quum vindictae cupidus virum sibi infestum persecutus esset, eo potitus vindicta abstinuit.

٢٨ انَّ السَّلَامَةَ مِنْها تَرْكُ مَا فِيهَا

28. Incolumitas ab eo (mundo) est relictio rerum in eo (mundo).

Verisimilis verborum sensus est, res mundi tanquam fugiendas describi. Si a rebus mundi liberum esse cupis, relinque eas. Sic enim cecinit poeta

والنَّفْسُ تَكْلَفُ بالدُّنْيَا وقد عَلِمَتْ أَنَّ السَّلامَةَ مِنْهَا تَرْكُ مَا فِيهَا

»Animus rebus huius mundi occupatus est, quamquam non nescit, eum esse ab eius (noxa) incolumem, qui res eius reliquerit (nonnisi rebus divinis occupatus).«

Proverbium hemistichium posterius versus est ad metrum Basith pertinentis conf. libr. m. pag. 190. Conf. Schult. prov. p. 298. Scharaf-Aldinus prius hemistichium hoc modo adnotavit.

دَع ٱلأُمُورَ ٱلَّتِى تُخْشَى عَوَاقِبُهَا

»Sine res, quarum eventus timentur.«

Et in eum dici proverbium contendit, qui periculum subit, ut rem assequatur, quarum eventus timetur.

٢٩ انَّ سِوادَهَا قَوَّمَ لِي عِنَادَهَا

29. Clanculum cum ea habitus sermo ejus repugnantiam rectificavit.

Verbis sensus est hic: Clanculum cum ea (femina) habito sermone repugnantiam vici. In eum dicitur, qui a re non recedit, donec desiderium suum impleverit. Scharaf-Aldin. Conf. Schult. prov. p. 298.

٣٠ انَّ ٱلهَوانَ لِلَّئِيمِ مَرْأَمَةٌ

30. Contemtus (us) vili clementia est.

Proverbio metrum Redjes inest. Quod si vilem honore afficis, te parvi habebit, sin vero eum contemnis, idem erit, ac si honore eum affeceris. Sic cecinit poeta Motenabbius

إذا أنت أكرمت الكريم ملكته وإن أنت أكرمت اللئيم تمردا

ووضع الندى في موضع السيف بالعلى مضر كوضع السيف في موضع الندا

»Quando generosum honore afficis, eum in potestatem redigis; sed si vilem honore afficis, insolens fit; ponere autem liberalitatem (beneficia) loco gladii cum celsitudine, noxium est, ut ponere gladium loco liberalitatis.«

Metrum versuum Arabibus Thawil appellatur conf. Darstellung &c. p. 162. Scharaf-Aldinus dixit, proverbium docere, utilem nobis esse vilem, si eum contemnimus. Schultensius ex codice Lugdun. proverbium sic adtulit ان مرامة الهوان للئيم كرامة »Satis honoratur ignarus, si contemnere eum studeas.« Sed caeteri omnes in nostro legendi modo consentiunt.

٣١ ان بنى صبية صيفيون أفلح من كان له ربعيون

31. Filii mei sunt pueri autumno aetatis meae nati, beatus ille, qui filios vere aetatis natos habet.

Proverbio utuntur ad poenitentiam, quam de re, quae hominem fugit, agunt, significandam. Camelorum pulli, qui primo veris tempore ante caeteros nati sunt, ربعية (verni) appellantur; qui aestate omnium ultimi, صيفية (aestivi) nomen habent, ut a camelis in homines translatus videatur loquendi modus. In viro autem, qui primus haec verba dixisse fertur, non consentiunt. Alii Sahdum ben-Malic ben-Dhobaiah, quum seni ipsi natus esset filius, conspicientem fratrum suorum filios, alii Moahwijjahum ben-Koschair nominant, qui in Arabiam felicem cum filiis incursionem hostilem faciens, omnes aetate provectos pugna amiserat. Qui relicti erant parvuli. Frater eius Salamah-Alchair appellatus ad eum consolandum consortio filios suos misit, sed ille timens, ne oculo suo, vi enim nocente in oculis

praeditus erat, eos laederet, filios remisit, versus istos recitans. Narrant Solaimanum ben-Ahbd-Almalic apud mortem proverbium in suam conditionem applicasse, quos enim habebat filios ex ingenuis natos, parvuli erant, ad suscipiendum imperium minime apti, et filiis e servis natis succedendi locum non solebant concedere. Quoties igitur filios suos conspiciebat, toties proverbium repetere solebat. Adscribuntur eidem versus sequentes

إِنَّ بَنِيَّ صِبْيَةٌ صِغَارْ   أَفْلَحَ مَنْ كَانَ لَهُ كِبَارْ

إِنَّ بَنِيَّ صِبْيَةٌ أَطْفَالْ   طُوبَى لِمَنْ كَانَ لَهُ رِجَالْ

»Filii mei pueri parvi sunt, prosper est, cui magni sunt; filii mei sunt infantes, beatus ille, cui viri sunt.«

Metrum est Sarih appellatum. conf. libr. m. p. 246. conf. Scharaf-Aldinum. Erat quoque inter Omajjadas recepta opinio, regnum ad aliam gentem transiturum esse, si servæ filio traditum esset. Quapropter poeta eorum cecinit

أَلَمْ تَرِ لِلْخِلَافَةِ كَيْفَ ضَاعَتْ   بِأَنْ جُعِلَتْ لِأَبْنَآءِ الإِمَآءِ

»Nonne vidisti, quomodo perierit Chalifatus (regnum successoris Mohammedis) eo quod filiis servarum traditus esset.« Metrum huius versus Wafir appellatum est.

Proverbium duos versus continet, quorum metrum سريع est. conf. libr.meum p. 246.

٣٢ إِنَّ العَصَا مِنَ العُصَيَّةِ

32. Fustis ex magno fuste (ortus est).

Alazmäihus sic proverbium retulit; sed Abu-Ohbaidus ان العصية من العصا legendum esse putat, sensum esse dicens; »Magna res initio parva est«, quemadmodum dicunt انما القرم من الافيل »Camelus admissarius ex camelo anniculo« conf. prov. 78. Alafahus Djorhomita proverbii auctor habetur. Venerant enim ad eum consulendum de hæ-

reditate post patris obitum adeunda quatuor Nesarii filii: Modharus, Ijadus, Rabiahus et Anmarus, quorum eximiam in rebus diiudicandis prudentiam admirans haec protulit verba, ان العصا من العصية وان خشينا من اخشن ومساعدة الخاطل تعد من الباطل »Utique fustis ex fuste magno et Choschainus ex Achschano[1]) est et auxilium stupido praestatum pro vano habetur«, quae in proverbiorum consuetudinem venerunt. Pratri eos simillimos esse prudentia, significare voluit. In Djeuharii opere proverbium his verbis explicatum est بعض الامور من بعض »Pars rerum ex parte.« Vox العصية deminutivi forma est, quae hoc in loco amplificandae significationi inservit, ut non parvum sed magnum baculum designet. Sunt autem, qui العصا equi nomen esse, العصية appellatam matrem habentis, contendant, ut equus hic generositatis indole matrem referre dicatur. conf. Schult. prov. Meid. p. 301.

٣٣ إِنَّ ٱلْكَذُوبَ قَدْ يَصْدُقُ

33. Mendax iam verax est.

Accidit, ut qui prave agendi rationi deditus sit, interdum bene agat. conf. Scharaf-Aldinum. Samachschar. et Schult. prov. Meid. p. 308.

٣٤ إِنَّ تَحْتَ طِرِيقَتِكَ لَعِنْدَاوَةً

34. Sub lenitate tua est profecto asperitas.

Quamquam nunc obediens es, postea tamen difficilis eris. Kamusi auctor paulo aliter sensum explicavit: Lenitati et silentio eius subest fraus. Et sic fere Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 308.

---

1) Choschain et Achschan montium nomina sunt, quorum unus altero maior est.

٣٥ انَّ ٱلْبَلَآءَ مُوَكَّلٌ بِٱلْمَنْطِقِ

35. Calamitati commissus est sermo.

Narrant Abu-Becrum, qui genealogiae Arabum valde gnarus esset, a Mohammede, caeteras Arabum gentes adire a Deo iusso, ad gentem, quae ad tribum Rabiah pertineret, praemissum esse. Ibi cum quodam viro sermonem faciens interrogando eo rem deduxit, ut istam gentem ad minus celebrem tribus partem pertinere probaret. Quapropter vindictae cupidus adolescens, Daghfal appellatus, cum Abu-Becro sermonem inivit, et simili ratione interrogans eo rem perduxit, ut Abu-Becro, si recedens ad suos sermonem non abrupisset, Mohammedem ad infimam tribus Koraisch plebem referri, necessario concedendum fuisset. Ahlius autem, Abu-Becrum in quendam Arabum versutissimum incidisse dixit. Hic rem affirmans respondit اجل ان لكل طامة طامة وان البلاء موكل بالمنطق »Certe! Omni rei praevalenti est altera res praevalens; infortunio sermo commissus fuit.« i. e. Nulla res est tam valida, quin ab altera vincatur, infortunium autem ex sermone prodit, ita ut infortunium sermonis vicarius videatur. Ahlius dixit بلاء الانسان من اللسان »Hominis infortunium a lingua oritur.« Conf. cl. Fleischeri Alis hund. Sprüche p. 65.

٣٦ انَّما سُمِّيتَ هَانِيًا لِتَهْنِئَ

36. Tu appellatus es donator, ut ona des.

Grammaticus Alcesäi لِتَهْنَأَ »ut alas;« Alamawi لِتَهْنِئَ »ut bene proficias« legendum esse dixit. Monet proverbium hominem, ut se dignum bono nomine gerat et munificus sit. conf. Scharaf-Aldin.

٣٧ انَّهُ لَنِقَابٌ

37. Ille velum est.

Res graves, difficiles, occultas noscit, perquam gnarus est, quemadmodum velum mulieris faciem aliis tectam adspicere videtur. Cecinit Ausus ben- Hadjar

جَوَادٌ كَرِيمٌ أَخُو مَاقِطٍ   نِقَابٌ يُحَدِّثُ بِٱلْغَايِبِ

»Generosus, nobilis, frater fortis, velum, quod occulta narrat.«

Metrum versus Motakarib appellatum est. conf. libr. meum de metris p. 281. Apud Scharaf-Aldinum duo prima versus verba sunt نجيح مليح Prosper, pulcher.

٣٨ انَّهُ لَعِضٌّ

38. Is profecto est Ihd.

Duo erant adolescentes Said filius Caisi Namirita et Dhagfal Dsohlita (conf. prov. 35), qui genealogiae admodum gnari et versati in historiis parum notis, العض (Ihd) cognomen gerebant, quapropter vir prudentia et ingenii acumine praeditus hoc cognomine appellari potest.

٣٩ انَّهُ لَوَاهًا مِنَ الرِّجَالِ

39. Ille est Waha (Euge!) inter viros.

Tanta eius est virtus, ut viri admiratione magna ducti voce واها Euge! in eo utantur. Ista vox cum nunnatione et sine ea (wahan et waha) in proverbio legitur. Homini vili dicere solent انه لغير واها »Ille non est Waha« (Euge!)

٤٠ إِنَّمَا خَدَّشَ الْخُدُوشَ أَنُوشُ

40. Enoschus (Enochus) is est, qui vestigia fecit.

Enocho Sethi filio scribendi artem Arabes tribuunt. De rebus antiquo tempore factis verba ista proferunt. Scharaf-Aldinus, qui ابونا انوش »pater noster Enoschus« scripsit, adhiberi proverbium in hominem dixit, qui primus omnium rem aggressus esset.

٤١ انَّ العَوَانَ لا تُعَلَّمُ الخِمْرَةَ

41. Mulieri viro nuptae non opus est discere, quomodo caput tegat.

De viro experientia edocto proverbium adhibent.

٤٢ انَّ النِّسَاءَ لَحْمٌ عَلَى وَضَمٍ

42. Mulieres sunt caro super ligno.

Vocabulum وضم omnem rem, sive storea sive lignum sit, in qua carnes ponuntur, ne pulvere contaminentur, significat. Ut caro super ligno vel storea disposita et usui destinata conspurcat et despicitur, sic mulierum ratio est. Proverbii originem ab Ohmari verbis petunt لا يخلون رجل بمغنية ان النساء لحم على وضم „Ne in secreto loco cum cantatrice vir sit, mulieres sunt caro super ligno.“ conf. Reisk. misc. med. p. 12.

٤٣ انَّ ٱلبَيْعَ مُرْتَخَصٌ وَغَالٍ

43. Venditio est parvi pretii et magni pretii.

Kaisus ben Sohair Alahbsita, quum, Sohairo ben-Djadsimah a Chaledo ben-Djafar occiso, contra gentem Banu-Ahmir bellum pararet eaque de causa Medinam venisset, ad Ohaihahum ben-Aldjuhah Ausitam Medinae principem, sibi amicitiae vinculo obstrictum, pervenit rogans, ut loricam sibi aut venderet aut dono daret. Tum ille, ut neque amico rem omnino recusaret, neque apud gentem Ahmir, quorum unus Chaledus ben-Djafar versibus principem laudaverat, eo, ut dono loricam daret, offenderet, vendendam parvo pretio cameli bimi loricam amico obtulit, haec addens verba, quae postea in proverbium venerunt.

٤٤ الَّا حَظِيَّةً فَلَا أَلِيَّةً

44. Si uxor marito dilecta non sum, tamen officio non deero.

Proverbio hoc, cui metrum Redjes est, blanditiae, ut voti compotes apud homines fiamus, vehementer commendatae sunt. conf. Scharaf-Aldin. Mulier quaedam, quae marito minime placeret, quum hac de re apud amicos questa esset, hoc accepit consilium ان اخطاتك الحظوة فلا تال ان تتوددى اليه „Si mariti gratiam tibi parare non potes, amorem ei monstrare ne desinas.« Vocabulum الية a radice الو derivandum, etsi forma فعيلة sit, tamen formae فاعلة significationem habet. Casus accusativi in omisso verbo كان causam habet, ut sic suppleatur الا اكن حظية فلا اكن الية; sed etiam casus nominativi ferri potest, ut sic explicetur ان لا توجد حظية عندك فانا لا الية.

٤٥ أَمَامَهَا تَلْقَى أَمَةٌ عَمَلَهَا

45. Coram ipsa obviam venit servae opus peragendum.

Ubicunque serva versatur, ibi opus invenit.

٤٦ انه لَأَخْيَلُ مِن مُذَالَةٍ

46 Superbior quam serva est.

In superbum, qui simul despectus est, dicitur. Vocabulum مذالة proprie despecta est, et inde serva. vide Kamus. sub ذيل.

٤٧ انى لَآكُلُ الرَّاسَ وأَنَا أَعْلَمُ مَا فيه

47. Caput profecto edo, quamquam scio, quod in eo est.

De re adhibetur, quam homo haud nescius, quid ingrati insit, aggreditur. Scharaf-Aldinus dixit, de re dici, quam homo perfecte noscens aggrediatur.

٤٨ اذَا جَــاءَ ٱلْحَينُ حَارَتِ ٱلْعَيْنُ

48. Quando mors venit, oculus obstupescit.

Et legitur غطى العين tegit oculum (Scharaf-Aldin.) Dixit Abu-Ohbaidus, simile effatum de Ebn-Ahbbaso referri. Nedjdahus Harurita vel Nafiahus Alasrak cognominatus eum ita allocutus erat: Quum tu dixeris upupam infixo terrae rostro scire, quantum aqua distet, quomodo fit igitur, ut crinem laquei non videat. »Ebn-Ahbbasus respondit هذا اذا جاء القدر غشى البصر »Hoc, quum fati dies venit, oculi tecti sunt.« Proverbii sensus est: Mors, si moriendi tempus adest, nullo modo evitari potest. Plura ab Arabibus huic similia afferuntur dicta. Conf. cl. Fleischeri Alis hundert Sprüche. p. 49 et 89.

٤٩ انَّهُ لَشَدِيدُ جَفْنِ ٱلْعَيْنِ

49. Robustas habet oculorum palpebras.

Vigilias perferre potest.

٥٠ انفٌ فِي ٱلسَّمَاءِ واسْتٌ فِي ٱلْمَاءِ

50. Nasus in coelo et anus in aqua.

Superbus est et simul impotens. Cecinit Alnabeghahus Djahdita

بِالْأَرْضِ اسْتَاهُهُمْ عَجْزًا وَآنُفُهُمْ عِنْدَ الْكَوَاكِبِ بَغْيًا يا لِذَا عَجَبَا

»In terra eorum podices sunt ob debilitatem et nasi eorum apud sidera ob insolentiam, o rem miram!«

Scharaf-Aldin. Samachscharius habet وسرم في الماء conf. Harir. pag. ٥٥٦, ٥٦٣.

٥١ انفُكَ مِنْكَ وَإِنْ كَانَ أَدْنَ

51. Nasus tuus pars tui est, quamvis multo muco laboret.

Simili modo dictum est انفك منك وان كان اجدع »Nasus tuus pars tui est, quamquam mutilatus est.« Conf. X, 47. XXVIII, 71.

٥٢ انّهُ لَخَفِيفُ ٱلشَّفَةِ

52. Tenue ille labium habet.

Parum petit ab hominibus, quum pudicus sit.

٥٣ إِذَا ارْجَعَنَّ شَاصِبًا فَارْفَعْ يَدًا

53. Quando prostratus in terra pedem tollit, manum ab eo tolle.

Proverbii metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 230 sq. Quod si homo tibi infestus se submisit, eo abstineas. Triplex est in proverbio legendo modus ارجعن aut اجرعن (litteris transpositis) aut ارجحن.

٥٤ انَّ ٱلذَّلِيلَ ٱلَّذِى لَيْسَتْ لَهُ عَضُدٌ

54. Vilis is est, cui brachium non est.

Proverbii metrum Basith est. conf. l. m. p. 189. Brachium hoc loco adiutores significat. Similis autem est loquendi modus فت فى عضده »Adjutor eum deseruit.« Cecinit Altsakefita

مَنْ كانَ ذَا عَضُدٍ يُدْرِكْ ظُلَامَتَهُ إِنَّ الذَليلَ الذى لَيْسَتْ لَهُ عَضُدُ

»Cui adiutores sunt, is iniustitiam suam assequitur, utique vilis est, cui non est brachium (adiutores). Scharaf-Aldin. Samachschar.

٥٥ إِنْ كُنْتَ بِى تَشُدُّ إِزْرَكَ فَارْخِهِ

55. Quod si cingulum tuum per me firmiter ligabas, laxa id.

Si in re tibi necessaria in me fiduciam posueris, spes te fallet.

إِنْ يَدْمَ أَظَلُّكَ فَقَدْ نَقِبَ خُفِّي ٥٦

56. Si interior pars pedis tui sanguinem emittit, ungula mea vulnerata est.

Pari ac tu calamitate afflictus opem tibi ferre non possum.

أَتَتْكَ بِحَايِنٍ رِجْلَاهُ ٥٧

57. Infelicem pedes ad te adduxerunt.

In virum dicitur in calamitatem irruentem. Alharitsum ben-Djebellah Ghasanitam Alharitso ben-Alahjjef Ahbditae verba haec dixisse narrant, quum hic captivus ad eum adduceretur. Vicerat enim et occiderat proelio ad Aihn-Obah Ghasanita Almondsirum ben-Maï-ssema, (conf. Eichh. Ibn Cotaib. p. 196.) quocum ille Ahbdita socius in bellum profectus erat. Ahbdita autem ante aliquot tempus Ghasanitam satyra perstrinxerat, qua de causa iratus hic, illi adducto verbis, quibus se ipsum alloquitur, poenam praedicit. Sunt autem, qui Ohbaidum ben-Alabraz Alnohmano regi verba haec dixisse velint, quippe quum die Alnohmano infausto accessisset, quo die et nescienti, qui dies esset, mors inferretur. conf. C. II, 127.

إِيَّاكَ وَأَهْلَبَ ٱلْغَضْرَطِ ٥٨

58. Cave hirsutum in natibus.

Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotaverunt اياك وكُلَّ قَرْنٍ أَهْلَبِ العِضْرَطِ „Cave omnem adversarium in natibus hirsutum.“ Haec mirifice respondent

illis, quae apud Graecos de Hercule Melampygo et Cercopibus narrantur. Hamak. Ista verba mater filio, qui invictum se fore gloriaretur, dixisse fertur. Accidit vero postea, ut iuvenis talem haberet victorem. Proverbio nimium virtuti suae confidenti cautio commendatur. Conf. Scharaf-Aldin.

٥٩ أَنْتَ كَالْمُصْطَادِ بِٱسْتِهِ

59. Tu similis ei es, qui podice suo venatur.

Rem quaeris tanquam remotam, quae in propinquo est. Codex Lugd. habet انت كالمصطاد لنفسه باسته „Tu es ut venans animae suae (sibi) podice suo.“

٦٠ أَنَا ٱبْنُ بَجْدَتِهَا

60. Ego filius commorationis in ea (terra) sum.

De viro viarum optime gnaro in omnem, qui rem bene noscit, translatum est; nam qui in terra commoratur, eam optime noscit. Aliis hoc in proverbio vocabulum بجدة terrae significationem habet; filius autem terrae is est, qui e terra natus eam optime noscit.

Cecinit Caahbus ben-Sohair

فِيهَا ٱبْنُ بَجْدَتِهَا يَكَادُ يُذِيبُهُ وَقْدُ ٱلنَّهَارِ اذا ٱسْتَنَارَ ٱلصَّيْخَدُ

„In eo (deserto) est filius terrae suae (locusta), quem ignis diei paene liquefacit, quando Sol lucet.“

Corrigendum est lexicon meum, ubi ex falsa Meidanii lectione نجد pro بجد et نجدة pro بجدة scriptum est. Sunt denique, qui voci بجدة scientiae significationem tribuant. conf. Kam. Simili ratione هو ابن مدينتها „Is filius oppidi eius (terrae) est“ dicitur.

٦١ إِلَى أُمِّهِ يَلْهَفُ ٱللَّهْفَانُ

61. Ad matrem suum se convertens moestus ingemit.

Ad metrum Motakarib referri potest. conf. l. m. p. 281. Proverbialis locutio est, qua, ut in calamitate a familia et gente auxilium petatur, hortantur. Cecinit Alkathami

وإذا يُصيبك والحَوادث جمّةٌ حدَثٌ حداكَ الى أخيك الأوثقِ

»Quum te afficit, dum calamitates multae sunt, fortunae casus, te compellit ad fratrem tuum fiducia maxime dignum« conf. Libri proverbiorum Abi Obaid Elqasimi lectiones duae ed. Bertheau. Gött. 1836. p. 8 text. et 12 vers.

٦٢ أمٌّ فرشَتْ فأنامَتْ

62. Mater lectum stravit et tum sopivit.

De amore viri in amicum adhibetur. Simili modo Koradus ben-Ghawijjah cecinit

وكنتُ له عَمًّا لَطيفا ووالدا

رؤفا وأمًّا مهّدَتْ فأنامَتِ

»Fui ei (viro) patruelis benignus, filius pius et mater. quae lectum stravit et tum sopivit.«

Vide Bertheau l. c. p. 4. text., ubi falsa proverbii lectio فاتامت est. Vertit p. 6. »Mater quum pareret, geminos procreavit.«

٦٣ إذا عزَّ أخوكَ فهُنْ

63. Quando frater tuus durus est, tu lenis sis!

Proverbium Hodseilo ben-Hobairah Tsahlebitae adscribitur. Eum cum suis in fines gentis Banu-Dhabbah incursionem fecisse narrant. Inde quum praeda onustus rediret, et ut praedam inter suos distribueret, rogaretur, primum timens, ne persecutores distribuendo occupatos subito op-

primerent, renuit; tandem instantium precibus cessit illis verbis utens. Proverbio autem lenitas et benignitas erga amicos praecipitur. Citatur sensum eundem referens versus Ebn-Alahmari

دَبَّبْتُ لَهُ الضَّرَاءَ وقلتُ أَبْقَى اذا عَزَّ ابن عمك أَنْ تَهُونَا

»Incessi ei inter arbores perplexas et dixi. Magis conservat (amorem), quod, si honoratus patruelis tuus est, tu vilis sis.«

Observandum est, varias esse versus lectiones in codicibus. Metrum est Wafir appellatum c. l. m. p. 204.

٦٤ أَخَاكَ أَخَاكَ

64. Fratrem tuum, fratrem tuum (honora)!

Verborum sensus versibus sequentibus, quos Miscinu Aldaremi composuit, optime intelligitur

أَخَاكَ أَخَاكَ إِنَّ مَنْ لَا أَخَا لَهُ

كَسَاعٍ إِلَى ٱلْبَيْدَا بِغَيْرِ سِلَاحِ

وَانَّ ابْنَ عَمِّ الْمَرْءِ فَٱعْلَمْ جَنَاحُهُ

وَهَلْ يَنْهَضُ الْبَازِى بِغَيْرِ جَنَاحِ

»Fratrem tuum, fratrem tuum honora. nam cui frater non est, is in desertum sine armis proficiscenti similis est. Patruelem scias, viri esse alam, et num accipiter sine ala se tollere potest.«

In codicibus Lugdunensibus et in libro meo Fakihat Alcholafa inscripto p. 40 et 41 loco vocis البيدا legitur الهيجا campus proelii, quod non minus quadrat et sic in Bertheaui p. 8 text. Subintelligendum autem est verbum اكرم »honora« vel الزم »omnino deditus sis!«, quae accusativi vocis اخاك causa est. Conf. Schult. prov. Meid. p. 245.

٦٥ أَىُّ ٱلرِّجَالِ ٱلْمُهَذَّبُ

65. Quisnam virorum probus (est)?

Verba primum protulisse dicitur Alnabeghahus in hoc versu

وَلَسْتَ بِمُسْتَبْقٍ أَخًا لا تَلُمُّهُ
عَلَى شَعَثٍ أَىُّ الرِّجَالِ الْمُهَذَّبُ

»Non sum is, qui fratrem, quem tu non adiuvas, relinquat negotio difficili occupatum. Quis est igitur vir probus? conf. XXII, 106.

٦٦ أَنَا عُذَلَةٌ وَأَخِى خُذَلَةٌ وَكِلَانَا لَيْسَ بِٱبْنِ أَمَةٍ

66. Ego multum alios reprehendo, et frater meus alios saepe deserit, et neuter nostrum filius servae est.

In eum dicitur proverbium, qui te deserit, et quem tu vituperas. Meid. De consensu pauco adhibetur. Scharaf-Aldin.

٦٧ إِنَّهُ لَحَثِيثُ ٱلتَّوَالِى

67. Is celeres habet partes posteriores.

Vocabulo توالى »partes posteriores cuiuslibet rei et equi cauda et pedes posteriores« significantur. De viro, qui studio et celeritate in opere utitur, adhibetur. Dicitur quoque انه لسريع التوالى eadem significatione.

٦٨ أَخُوكَ مَنْ صَدَقَكَ

68. Frater tuus est, qui verax et sincerus in te est.

Qui consilium sincerum tibi dat teque monet, eum tibi

amicissimum habeas. Veracitatem in verbis et sinceritatem in amicitia proverbium significare potest. In quadam traditione Mohammedis sunt verba الرجل مرآة اخيه »Vir est speculum fratris sui«, ut, quae in eo vitia videat, ei omnia indicet. conf. Bertheau in libro cit. p. 12.

٦٩ إِنْ تَسْلَمِ ٱلْجِلَّةُ فَٱلنِّيبُ هَدَرٌ

69. Quod si magni cameli incolumes sunt, annosae camelae sine dolore pereunt (facilis est annosarum iactura).

Tempore, quo res nobis utiles bono statu sunt, res parum aut omnino non utiles a nobis contemnuntur. Proverbium autem est versus metri Redjes appellati. conf. libr. meum p. 230 sq.

٧٠ اِذَا تَرَضَّيْتَ أَخَاكَ فَلَا أَخَا لَكَ

70. Quum studio et molestia fratrem tuum contentum reddere debes, fratre omnino cares.

Quod si viri gratiam nonnisi molestia et studio adhibito conciliare potes, eum tibi amicum ne putes esse.

٧١ إِنَّ أَخَاكَ لَيُسَرُّ بِأَنْ يَعْتَقِلَ

71. Frater tuus profecto hilari animo caedis pretium sumet.

In vituperando mendacio adhibetur. Viro, cui ob caedem alteri illatam vindicta sumenda erat, caedis pretium, ut res componeretur, obtulerant. Quod quum se sumturum esse negasset, alter quidam, cui res narrabatur, ista verba dixit, negans, illum veram animi sententiam dixisse.

٧٢ أَصُوصٌ عَلَيْهَا صُوصٌ

72. Pinguis annicula (camela), super qua vilis vir est.

Loquendi modo utuntur, quum e stirpe nobili vilis prodiit ramus. Vocabulum صوص et unum et plures designat. dixit poeta

فَأَلْفَيْتُكُمْ صُوصًا لُصُوصًا اذا دَجَا

الظَّلَامُ وَهَيَّابِينَ عِنْدَ البَوارِقِ

»Inveni vos viles, fures, quando nox tenebrosa est, et timentes, quum fulmina coruscant.«

Proverbio lusus verborum inest.

٧٣ أَخَذَتِ ٱلْإِبِلُ رِمَاحَهَا

73. Sumserunt cameli lanceas suas.

Admodum pingues et pulchri cameli sunt, ut eam ob causam dominus eos mactare omittat. Cameli autem statu suo quasi armis se defendere dicuntur. Loco vocis رماحها lanceas suas, legitur اسلحتها arma sua. Conf. Schult. prov. Meid. p. 262. Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic adnotaverunt proverbium اخذت اسلحتها وتترست بترستها »Sumserunt arma sua et clypeis suis se texerunt.«

Cecinit Laila Alachjalijjah (femina)

ولا تَأْخُذُ البُزْلُ الصَّفَايا سِلاحَهَا لِتَوْبَةَ فى نَحْسِ الشِّتاءِ الصَّنابِرِ

»Et non sumunt camelae magnae, lacte abundantes, arma sua Taubaho in infelicitate hiemis frigidissimi.«

٧٤ انَّهُ يَحْمِى الحَقِيقَةَ وَيَنْسِلُ الوَدِيقَةَ وَيَسُوقُ ٱلْوَسِيقَةَ

74. Defendit quod ei tuendum est, celeriter incedit flagrante aestu, propellit leniter agmen camelorum hostibus ereptum.

Iustitia, patientia in summis molestiis ferendis, fortitudo animi his verbis, quae in proverbium venerunt, laudantur. Sic cecinit Hodsailita Abu-l'Motsalemus Zachrum deplorans,

حَامِى لِلحقيقة نَسَّال الوديقة

مِعْتاقِ الوسيقة لا نَكْسٌ وَلا وَكَلْ

»Ius defendens, celeriter incedens summo aestu, celeriter propellens camelos hostibus ereptos, non debilis et non impotens.«

٧٥ إِنْ ضَجَّ فَزِدْهُ وِقْرًا

75. Si multum mugit, auge eius onus.

Hoc autem proverbium a Scharaf-Aldino et Samachmachschario sic adnotatum est ان جرجر فزده ثقلا »Si mugit annosus camelus, auge eius onus:« Primum de camelis dictum, tum in homines translatum est. Proverbio significare volunt, hominem, qui rem sibi mandatam perficere recuset, maiore et difficiliore re imposita, ut voluntati nostrae satisfaciat, cogendum esse. Sic avarum precibus urgendum esse. Eadem ratione dicitur زيادة الابرام تدنيك من المرام »Eo, ut molestiam alteri augeas, propius ad rem a te desideratam accedes.«

٧٦ إِنْ أَعْيَا فَزِدْهُ نَوْطًا

76. Si lassescit, inter duos eius sarcinas adde sarcinulam.

Fatigatum iumentum, eo, ut onus augeatur, ad celeriorem gressum impelli potest. Proverbio utuntur de precibus, quibus avarus, quamvis moleste fert, aditur. Scharaf-Aldin.

٧٧ إِنَّمَا يَجْزِى ٱلْفَتَى لَيْسَ ٱلْجَمَلْ

77. Remuneratur vir, non camelus.

Nonnisi ab eo, in quo virtus humana est, remunerationem exspectare possumus. Altera lectio est الفتى يجزيك لا الجمل i. e. »vir prudens, non stultus te renumeratur.«

Proverbium, hemistichium metri Raml, ex versibus Lebidi desumtum est

إِنَّ تَقْوَى رَبِّنَا خَيْرُ نَفَلْ   وَبِإِذْنِ ٱللّٰهِ رَيْثِي وَٱلْعَجَلْ
أَعْمِلِي ٱلْعِيسَ عَلَى عِلَّاتِهَا   إِنَّمَا يُنْجِحُ أَصْحَابُ ٱلْعَمَلْ
فَٱعْقِلِي إِنْ كُنْتِ لَمَّا تَعْقِلِي   وَلَقَدْ أَفْلَحَ مَنْ كَانَ عَقَلْ
وَإِذَا جُوزِيتَ خَيْرًا فَٱجْزِهِ   إِنَّمَا يَجْزِي ٱلْفَتَى لَيْسَ ٱلْجَمَلْ

»Timor domini nostri optimum donum est, et cum Dei venia cunctatio mea et festinatio. Adhibe camelos albos (i. e. robustos) quocunque statu; nonnisi operis gnari id perficiunt. Prudentiam adhibe, si prudens non eras, nam certe is, qui prudentia usus erat, desiderio potitus est. Et tibi bonum intulerunt, pensa id; remuneratur vir non camelus.« De metro conf. libr. meum. Darstellung der Arab. Verskunst etc. p. 237.

Ad illustrandum proverbium observare licet, Arabes stupidum cum camelo conferre, ignoranti enim et stupido contumeliae causa dicunt: o Camele! conf. Scharaf-Aldinum.

٧٨ إِنَّمَا ٱلْقَرْمُ مِنَ ٱلْأَفِيلِ

78. Camelus admissarius ex iuvenco anniculo (provenit).

De re dicitur, quae ex parva magna evasit. conf. prov. 32. Scharaf-Aldinus habet ان القرم.

٧٩ إِذَا زَحَفَ ٱلْبَعِيرُ أَعْيَتْهُ أُذُنَاهُ

79. Quum lassus camelus ungulam humi trahit, aures eum fatigant.

In eum dici vult Chalilus, qui onus grave, ipsi impositum ferre non possit.

٨٠ إحْدَى نَوَادِهِ ٱلْبَكْرِ

80. Est una earum, quae camelum iuvencum abigunt voce.

De muliere audace et impudente et viro tumultuante dicitur. Abu-Ahmruus habet احدى نوادة المنكر „Est una earum, quae angelum Almoncar in sepulchro mortuos examinaturum voce abigunt.“ Conf. Schult. prov. Meid. p. 164.

٨١ إنَّمَا أُكِلْتُ يَوْمَ أُكِلَ ٱلثَّوْرُ ٱلأبْيَضُ

81. Et ego voratus sum die, quo taurus albus voratus est.

Ohtsmano occiso hanc parabolam Ahlius Chalifa instituit. Se et Ohtsmanum similes esse tribus tauris una cum leone in saltu degentibus, albo, rubro et nigro. Leo contra tres illos coniunctos nihil audens astutia usus est, duos, rubrum et nigrum ita alloquens: In saltu occulti nos sumus, verendum autem est, ne albi tauri color nos prætereuntibus indicet, quapropter, ut eum vorem, permittite. Illi quum adnuissent, factum est, ut duo non amplius leoni resistere valerent. Mortuo autem Ohtsmano, sic Ahlius pergit, et suam ipsius potentiam fractam esse. De viro utuntur proverbio, cuius opes et potentia amici morte deminutae sunt. Scharaf-Aldin.

٨٢ إنْ ذَهَبَ عَيْرٌ فَعَيْرٌ فِي ٱلرِّبَاطِ

82. Etsi unus onager evasit, onager tamen alter in laqueo est.

Quae verba, primum venatori solatii causa dicta, postea in aliis adhibita sunt, quos una fefellit res, dum altera aderat.

ex quo solatium caperent. Proverbium hoc nulli nisi Syriae incolis usitatum esse, Abu-Ohbaidus retulit. conf. Bertheau p. 19. text. Ar.

٨٣ إِنَّمَا فُلَانٌ عَنْزٌ عَزُوزٌ لَهَا دَرٌّ جَمٌّ

83. Quidam capra est, quae angusta papillarum foramina habet, et cui est multus lactis fluxus.

Avarum divitem designat proverbium.

٨٤ اِنَّمَا هُوَ كَبَارِحِ الْأَرْوَى قَلِيلًا مَا يُرَى

84. Hoc simile est prodeunti capro montano, qui rarissime conspicitur.

Beneficium significat viri, qui rarissime in alios beneficia confert. Conf. prov. 340.

٨٥ أَوَّلُ ٱلصَّيْدِ فَرَعٌ

85. Prima praeda est primus camelae pullus, qui Diis mactatur.

Arabes primum camelae pullum pulchre ornatum et vestitum Diis mactare solebant. Proverbio in omni re bona, quae primum apparet, sive in satis sive in pecoribus sit, utuntur. Alio autem modo proverbium legitur اول الصيد فرعه »Haec est prima praeda, quam Diis mactavit.« Tum in viro dicunt, qui primum edidit factum praeclarum.

٨٦ أَخَذَهُ أَخْذَ سَبْعَةٍ

86. Cepit illud modo, quo septem capiunt.

De modo intelligendi vocem سبعة interpretes non consentiunt. Alii, quemadmodum verti, septem homines alii. leaenam سبعة, alii virum quendam Sabaah ben-Auf

ben-Selaman ben-Tsoal ben-Ahmru ben-Alghauts, qui pœna severa a rege quodam punitus erat, ut in proverbium veniret, intellexerunt. Tum vertendum est, quemadmodum Schultensius fecit: »Punivit eum uti punitus est Sabaah.« De viro dicitur, qui vehementer punit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 206.

٨٧ إِنَّمَا أَنْتَ خِلَافَ ٱلضَّبُعِ ٱلرَّاكِبَ

87. Tu hominibus adversaris modo, quo hyaena equiti adversatur.

Hyaena equitem conspiciens in contrarium latus aufugit, dum lupus e contrario aequali modo currit. Hoc igitur proverbium in eum dicunt, qui hominibus in eo, quod faciunt, contrarius est, nulla parte consentiens. Observandum autem est, voci خلاف accusativi casum esse ob verbum تخالف adversaris omissum.

٨٨ إِذَا نَامَ ظَالِعُ ٱلْكِلَابِ

88. Quando dormit claudicans ex canibus.

Claudicans canis, initus appetens, caeteros, qui canem feminam persequuntur, cursu sequi non potest. Serius igitur advenit et tum, donec caeteri libidini satisfecerint, dormire solet. Quapropter verbis his in homine utuntur, qui rem sibi necessariam differt. Alhothaiahas proverbium in versum introduxit:

أَلَا طَرَقَتْنَا بَعْدَ مَا نَامَ ظَالِعُ ٱلْكِلَابِ وَأَخْبَا نَارَهُ كُلُّ مُوقِدِ

»Nonne ad nos noctu venit, postquam claudicans e canibus dormiverat et quilibet accendens ignem suum exstinxerat.« Conf. Scharaf-Aldinum, qui initio versus habet تسديتنا من Secutus es nos et sic Samachscharius.

٨٩ إِنَّمَا هُوَ ذَنَبُ ٱلثَّعْلَبِ

89. Is cauda vulpis est.

Venatores vulpis astutiam in cauda positam esse putant, ut dicatur اروغ من ذنب الثعلب »Astutior quam cauda vulpis;« quam ob rem proverbio illo homo astutissimus designatur. Scharaf-Aldin.

٩٠ اذا ٱعْتَرَضْتَ كَٱعْتِرَاضِ ٱلْهِرَّةْ

أَوْشَكْتَ أَنْ تَسْقُطَ فِى أُفُرَّةْ

90. Quod si (camela) alacris es modo felis, fieri potest, ut tempore vehementis caloris in terram decidas.

Vocabulum اعترض de camelo utuntur, qui ob nimiam alacritatem insedenti obsequens non est. افرة est vehementia caloris. De homine proverbio utuntur, qui alacer est non cogitans, quid damni ex alacritate oriri possit. Sed auctor proverbii camelum alloqui videtur. Versus sunt metri Sarih appellati. conf. libr. meum p. 246.

٩١ وَإِنْ تَكُ ضَبًّا فَإِنِّى حِسْلُهُ

91. Si lacerta es, ego lacertae foetus sum.

In eum, qui virum sibi parem et scientia et prudentia invenit, adhibetur. Scharaf-Aldin.

٩٢ أَخَذَهُ أَخْذَ ٱلضَّبِّ وَلَدَهُ

92. Cepit eum modo, quo lacerta foetum suum capit.

Vehementer cepit eumque occidit. Lacerta, sic enim tradunt Arabes, ova sua a reptilibus custodit. Foetus autem ex ovis prodeuntes reptilia esse putans, vehementer

arripit, ut maior pars pereat, nonnisi robustus eorum salvus evadat. Conf. Scharaf-Aldin. et Schult. in prov. Meid. p. 267.

٩٣ إِنَّهُ لَصِلُّ أَصْلَالٍ

93. Serpens flavus, perniciosus (vir ille) est.

Vocabulo صل serpentis species designatur, cuius morsu, immo, ut Arabes dicunt, adspectu homines confestim moriuntur. Hanc ob causam vir valde versutus et aliis perniciosus cum ea comparatur.

Cecinit Nabeghahns Dsobjanita

ما ذا رُزِئْنا به مِنْ حَيَّةٍ ذَكَرٍ نَضْنَاضَةٍ بالمنايا صِلِّ أَصْلَالِ

»Quanam calamitate afflicti sumus per eum, qui est serpens mas, linguam movens cum mortibus, flavus, perniciosus.« Metrum est Basith. Conf. Dj. s. صل et Scharaf-Aldin. et Samachschar.

٩٤ إِذَا أَخَذْتَ بِذَنَبَةِ الضَّبِّ أَغْضَبْتَهُ

94. Quum lacertae caudam arripis, iram eius provocas.

Alii برأس الضب caput lacertae legunt. In eum, qui alterum ad rem ingratam confugere cogit, adhibetur Scharaf-Aldin.

٩٥ إِنَّهُ لَيَتْمُ أَخْتَارٍ

95. Is est res mira e rebus miris.

Vir multum ingeniosus et versutus est, ita tamen, ut in malam partem accipiatur, res inanes et veritati contrarias producens.

٩٦ إِذَا سَمِعْتَ ٱلرَّجُلَ يَقُولُ فِيكَ مِنَ ٱلْخَيْرِ مَا لَيْسَ فِيكَ فَلَا تَأْمَنْ أَنْ يَقُولَ فِيكَ مِنَ ٱلشَّرِّ مَا لَيْسَ فِيكَ

96. Quum vir ob virtutem, qua praeditus non es, te laudat, verearis, ne ob vitium, quo liber es, te vituperet.

Verborum auctor Wahabus ben-Munabbih nominatur. Proverbio homo, qui in laudando modum excedit, vituperatur.

٩٧ إِذَا ٱتَّخَذْتُمْ عِنْدَ رَجُلٍ يَدًا فَٱنْسَوْهَا

97. Quum in virum beneficium contulistis, eius obliviscamini.

Verba haec sapiens quidam inter Arabes filiis suis dixisse fertur. Monet, ne beneficiorum mentionem faciant et versus in testimonium adhibet

افسدت بالمن ما اصلحت من نشر
ليس الكريم اذا اسدى بمنّان

»Corrupisti exprobratione famam, quam parasti; non est liberalis, quum dat cum exprobratione.«

Metrum est Basith appellatum. conf. libr. m. p. 190.

٩٨ إِنَّهُ لَمُنَجَّدٌ

98. Dentibus genuinis et postremis in ore instructus est.

Ea aetate est, ut rerum experientia edoctus sit. Alter est legendi modus لمناجد. Hoc verbum a voce ناجد lo-

tus, elatus derivant, ut propria significatio in loco alto, unde multae res conspiciuntur, positus esse videatur.

٩٩ أَكْلاً وَذَمًّا

99. Esus et vituperium.

In proverbio verba omissa sunt, ut sic intelligatur يوكل اكلا ويذم ذما »Cibum edendum accipit et vituperat.« De eo, qui virum ipsi benefacientem, vituperat. Scharaf-Aldin. Samachschar. Conf. C. XIII, 45.

١٠٠ إِنَّ ٱلنِّسَاءَ شَقَايِقُ ٱلْأَقْوَامِ

100. Mulieres virorum partes resectae sunt.

Mulieres a viris ortum ducunt et ex iis quasi diffissae sunt, quapropter mulieres viris similes sunt in iuribus et officiis Meid. Sed in Scharaf-Aldini et Samachscharii opere aliter. De amore, quo viri mulieribus dediti sint, adhiberi, dicunt.

١٠١ إِذَا أَدْبَرَ الدَّهْرُ عَنْ قَوْمٍ كَفَى عَدُوَّهُمْ

101. Quando fortuna a gente recessit, hostis eius valet.

١٠٢ إِذَا قَطَعْنَا عَلَمًا بَدَا عَلَمْ

102. Quum montem transcendimus, mons apparet.

Quum negotium molestum absolvimus unum, alterum oritur. Sed legitur in Scharaf-Aldini opere قطعن et Samachscharius dixit, e versibus hisce Djeriri poetae desumtum esse

أَقْبَلْنَ مِنْ ثَهْلَانَ أَوْ وَادِي خِيَمْ عَلَى قِلَاصٍ مِثْلِ أَغْصَانِ السَّلَمْ

إِذَا قَطَعْنَ عَلَمًا بَدَا عَلَمْ حَتَّى أَنَخْنَاهَا الى باب الْحَكَمْ

»Advenerunt a monte Tsahlan vel valle montis Chijam super camelis iuvencis similibus ramis arboris Salam. Quum transgressi sunt montem, apparet mons, donec eos decumbere iubemus ad portam Alhacami . . . .

١٠٣ إِذَا ضَرَبْتَ فَأَوْجِعْ وَإِذَا زَجَرْتَ فَأَسْمِعْ

103. Quum verberas, dolorem fac, et quum increpas, fac, ut alter audiat.

Quod agis, cum studio et diligentia firmiter agas. conf. prov. 199. 466.

١٠٤ إِذَا سَأَلَ أَلْحَفَ وَإِذَا سُئِلَ سَوَّفَ

104. Quum petit, importune insistit et quum ab eo petitur, moram quaerit.

Verba haec Auhnus ben-Ahbd-Allah ben-Ahtabah in alium quendam dixisse fertur.

١٠٥ إِنَّهُ لَيُقَرِّدُ فُلَانًا

105. Hic profecto quendam ricinis liberat.

Primum de camelo refractario dictum fuit, ad quem vir in prato eius capiendi causa accedit. Ne statim aufugiat, eum ricinis, quod patienter ferre solent cameli, liberat, tum frænum injicit. In homines translatum proverbium virum, qui alterum blanditiis decipere studet, describit.

Cecinit Alhothaiahus

لَعَمْرُكَ ما قُرادُ بنى كُلَيْبٍ اذا أُخِذَ القرادُ بمستطاعِ

»Per vitam tuam! non est Koradus e Banu-Colaib, quando avelluntur ricini, obediens.« Lusus verborum versui inest.

١٠٦ الْإِثْمُ حَوَّازُ الْقُلُوبِ

106. Peccatum movet animos.

Eodem modo dicunt الاثم ما حك في قلبك »Peccatum movet animum tuum.« Voce حواز moeror in animis ob peccatum ortus significatur. Sunt verba traditionis. Alii autem enunciant حواز secantes conf. Kam. Turc.

Ebn-Sirinus, quum ei dictum esset: ما اشد الورع »Quam difficilis est pietas!« dixit: ما ايسره اذا شككت في شي فدعه »Quam facilis est! quum de re dubitas, intermitte eam.«

١٠٧ أَيُّهَا ٱلْمُمْتَنُّ عَلَى نَفْسِكَ فَلْيَكُنِ ٱلْمَنُّ عَلَيْكَ

107. Quod si tibi ipsi benefacis, ne alii rem crimini des.

Qui sibi benefacit, ei ista verba dicere solent قد جذبت بما فعلت المنفعة الى نفسك فلا تمن به على غيرك »Tibi ipsi re, quam fecisti, utilitatem adtulisti, ne igitur alii rem exprobres.« Scharaf-Aldin.

١٠٨ الأَوْبُ أَوْبُ نَعَامَةٍ

108. Reditus est reditus struthiocameli.

De eo, qui celeriter redit, dici solet.

١٠٩ إِنَّهُ لَوَاقِعُ ٱلطَّايِرِ

109. Talis est, ut in eum aves descendant.

De viro gravi ac miti dicitur. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libris legitur انه لواقع الطير eodem sensu. Legitur quoque انه لواقع الغراب »Is talis est, ut in eum corvus descendat.« Cecinit poeta

ومه زلت مذ ذم ابن مروان وابنه كان غرابا بين عيني واقع

»Et non cessavi, ex quo tempore Ebn-Merwanus eiusque

filius imperium tenebant, me gerere, ac si corvus inter meos oculos descendisset.«

Metrum Thawil est conf. lib. m. p. 162.

١١٠ إِنِّي إِذَا حَكَكْتُ قُرْحَةً أَدْمَيْتُهَا

110. Ego si ulcus frico, sanguinem elicio.

De viro forti et duro adhibetur. Verbis his primum usus esse dicitur Ahmruus ben-Alahz, qui ea proferret, quum Ohtsmanum chalifam ab inimicis obsessum et occisum esse, nuntium ascepisset. Ahmruum ben-Alahz ab imperio Egypti removerat Ohtsmanus. In libris Scharaf-Aldini et Samachscharii إني in initio proverbii omissum est. Hac voce omissa proverbii metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230 sq. Loco vocis ادميتها legitur quoque نكاتها eschara denudo. Proverbii sensum esse dixerunt; Opinio mea rectum semper attingit.

١١١ إِنَّمَا هُوَ كَبَرْقِ الخُلَّبِ

111. Fulguri, quod pluvia non sequitur, similis est.

De eo, qui promittit, tum promissis non stat, adhibetur.

١١٢ إِنْ يَبْغِ عَلَيْكَ قَوْمُكَ لَا يَبْغِ عَلَيْكَ ٱلْقَمَرُ

112. Quod si gens tua in te iniusta est, luna in te iniusta non est.

Tradidit Almofadhdhelus ben Mohammed, gentem Banu-Tsahlebah ben-Sahd ben Dhahbah tempore ante Mohammedem in sole et luna nocte decima quarta mensis dissensisse, quippe quum una pars, solem obiturum esse, dum luna in coelo conspiceretur, contenderet, altera autem hoc negaret. Pignoribus, ut mos erat, inter se datis arbitrum constituerunt. Apud quem quum vir quidam de gentis suæ iniustitia questus esset, arbiter, ut rem exspectaret, monens, verbis illis respondit. In re manifesta verbis utuntur.

١١٣ إِنْ كُنْتَ رِيحًا فَقَدْ لَاقَيْتَ إِعْصَارًا

113. Quod si ventus es, turbini occurristi.

Aliis hoc in proverbio vox اعصار **nubis** significationem habet. Scharaf-Aldin. Proverbio metrum **Basith** est. conf. l. m. p. 190. Se alteri imparem esse, proverbii auctor dicit se ipsum alloquens.

١١٤ أَمْرُ نَهَارٍ قُضِىَ لَيْلًا

114. Res interdiu perficienda noctu absoluta fuit.

De re, vel hominibus, qui haud praeparatis subito superveniunt, adhibetur. Scharaf-Aldin.

١١٥ أَمْرٌ سُرِىَ عَلَيْهِ بِلَيْلٍ

115. Res, ad quam perficiendam nocturnum iter factum erat.

Res, ad quam perficiendam omnino parati erant.

١١٦ أَمْرَ مُبْكِيَاتِكِ لَا أَمْرَ مُضْحِكَاتِكِ

116. Mandatum earum, quae ad ploratum te commovent, non mandatum earum, quae risum tuum captant.

Narrat Almofadhdhelus, puellam amitas et materteras visitatum adiisse, quarum illae advenientem oblectarent, ut risum ederet, hae vero eam corrigerent, ut ploraret. conf. III. 46. Quam rem quum patri retulisset, verba hæc protulit. Duplici vocali vox امر instructa legitur, aut accusativi, ut verbum اقبلى "Admitte rem earum etc." supplendum sit aut nominativi, ut postea اولى بالقبول "Res earum, digna est, quam admittas etc." suppleatur. Conf. Scharaf-Aldinum et Samachscharium.

Proverbio sensu simile est Alhasani dictum ان من يخوفك حتى تلقى الامن خير ممن يومنك حتى تلقى الخوف »Qui timorem tibi incutit, ut securitate fruaris, melior est, quam qui te securum esse iubet, ut timorem concipias.«

١١٧ إِنَّ ٱللَّيْلَ طَوِيلٌ وَأَنْتَ مُقْمِرٌ

117. Nox longa est, et tu lucente gaudes luna.

Narravit Almofadhdhelus, Alsolaicum ben-Alsolaca nocte quadam dormiisse sic veste involutum, ut ne manum quidem extrahere posset. Quod quum vidisset hostis, ut eum captivum redderet, in pectus eius incubuisse dicentem. »Te mihi captivum trade.« Solaicum verba, quae postea in proverbium cesserunt et patientiam in rebus necessario quærendis homini commendant, dixisse, et quum alter decedere noluisset, eum, dum se super eum volveret, vicisse.

١١٨ إِنَّ مَعَ ٱلْيَوْمِ غَدًا يَا مَسْعَدَةْ

118. Hodierno diei est crastinus dies o Masahdahe!

Verbis his vicissitudo fortunae temporis cursu indicatur. Versus est metri Redjes appellati. conf. libr. m. p. 230.

١١٩ إِحْدَى لَيَالِيكِ فَهِيسِي هِيسِي

119. Una noctium tuarum, incede igitur, incede!

Verba sunt versus, cuius metrum Sarih est. Grammaticus Alamawi versum alterum adduxit

لا تنعمي الليلة بالتعريس

»Ne concedatur hac nocte, ut quietem capias subsistens.« De metro conferas librum meum de metris p. 264. In libro Scharaf-Aldini hic versus tali modo scriptus est لا تطمعي عندي بالتعريس »Ne apud me quietem cupias.« Sensus autem verborum hic est.« Una ex noctibus tuis, o camela,

est et mihi iter faciendum. In viro adhibetur, qui opus, in quo studium et diligentia adhibenda sunt, aggressus est. Simile huic est alterum proverbium

إِحْدَى لَيَالِيكِ مِنِ ٱبْنِ الحُرِّ

إِذَا مَشَى خَلْفَكِ لَمْ تَجْتَرِّي

إِلَّا بِقَيْصُومٍ وَشِيحٍ مُرِّ

„Haec est una noctium tuarum, a filio ingenui tibi mandata, quando te propellens incedit, nonnisi abrotonum et amarum absinthium ruminabis.« Metrum idem est.

De festinatione adhibetur; nam si fur camelos furatus est, eos summa cum festinantia abigere solet. conf. Schult. prov. Meid. p. 163.

١٢٠ أَنَا ٱبْنُ جَلَا

120. Ego filius Djalae sum.

Virum omnibus cognitum esse, indicat proverbium. In explicanda autem voce جلا multa est interpretum dissensio. Aliis est nomen Auroram, initium diei, aut lunam etc. significans, aliis nomen viri, aliis verbum, ut sensus sit: Ego is sum, in quo dicatur: res detexit, aperuit. Proverbium a poetae Sohaim ben-Watsir Rijahitae versu, originem duxisse contendunt

أَنَا ٱبْنُ جَلَا وَطَلَّاعُ الثَّنَايَا مَتَى أَضَعِ ٱلْعِمَامَةَ تَعْرِفُونِي

„Ego sum filius Djalæ et magnas res moliens. Quando vittam depono, me cognoscetis.«

Sed ob ea, quae in hoc versu leguntur verba, vocibus ابن جلا significatio „filius calvitiei, praeditus calvitie.« tribui posse videtur.

١٢١ إِنَّهُ لَأَرْبَضُ لِلْخَيْرِ

121. Aptus is ad bonum est.

Virum virtute praeditum, perfectum significat. Scharaf-Aldin, Samachschari.

١٢٢ أَخَذَتِ ٱلْأَرضُ زُخَارِيَّهَا

122. Longas et flores emittentes plantas terra accepit.

Hominem vel rem, cuius conditio bona evasit, postquam prava fuerat, designat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 263.

١٢٣ إِنْ جَانِبٌ أَعْيَاكَ فَٱلْحَقْ بِجَانِبِ

23. Quod si unum latus te fatigat, alteri te adiungas.

Quod si una res te fallit, conditione tua mutata aliam rem aggrediaris. Simili ratione dixit poeta: وفى الارض للحر الكريم منادح »In terra sunt ingenuo et generoso loca spatiosa.« Locus mansionis, si tibi bene non est, mutandus. Metrum est Thawil appellatum conf. l. m. p. 162.

١٢٤ أَنَا إِذَنْ كَٱلْخَاتِلِ بِٱلْمَرْخَةِ

124. Ego tunc ei similis ero, qui decipit arbore Marachah appellata.

Ego erga te aperte agam; et si non facio, similis ero ei, qui adversarium suum arboris Marachach umbra et fructu decipit, cui boni nil inest, si quis in veram eius conditionem inquirit. Non autem te metuo. Proverbio igitur timiditas negatur.

١٢٥ أَنَا جُذَيْلُهَا ٱلْمُحَكَّكُ وعُذَيْقُهَا ٱلْمُرَجَّبُ

125. Truncus eius parvus fricando aptus, et magna eius palma fulcita sum.

Voce جذيل truncus ligneus, qui in loco, ubi cameli decumbunt, terrae infigitur, ut cameli scabiosi eo corpus fricent, significatur; vocabulum autem عذيق palmam altam et pretiosam designat, quae ab Arabibus رجبة appellata, ne a vento in terram deiiciatur, fulcitur. Utroque vocabulo ad rem pretiosam designandam utuntur. Verba ista die, qui يوم السقيفة appellatur, quum Abu-Becro chalifatus munus traderetur, Alhebabus ben-Almondsir ben-Aldjamuh Alzarita dixisse fertur, significaturus, se esse virum, cuius prudentia et consilium adiumento futurum esset. Scharaf-Aldin, Samachschari.

١٢٦ إِيَّاكُمْ وَخَضْرَاءَ ٱلدِّمَنِ

126. Cavete viride fimetum!

In locis deserti, stercore inquinatis herbae progerminare solent, quapropter comparatione instituta, Mohammedes, cui verba haec tribuuntur, a pulchra femina, e gente ignobili prognata, cavendum esse, verbis significavit. Sic verba interpretes, qui ellipsin admittunt, explicant. اياكم اخصكم بنصحى واحذركم خضراء الدمن: Utique vos prae aliis moneo, et vos cavere iubeo viride fimetum. Et hanc esse causam dicunt, cur nonnisi in versibus conjunctio و, quae verbis omissis et copulandis inserviat, omitti possit. conf. Scharaf-Aldin, Samschschar.

١٢٧ إِنَّكَ لَعَالِمٌ بِمَنَابِتِ ٱلْقَصِيصِ

127. Gnarus tu es locorum, in quibus plantae قصيص appellatae proveniunt.

Planta قصيص in locis, ubi tubera terrae sunt, provenit. Verbis autem vir, qui res sibi necessarias noscit, describitur.

١٢٨ إِنَّهُ لَأَحْمَرُ كَأَنَّهُ ٱلصَّرْبَةُ

128. Id rubrum est tanquam gummi Zarabah appellatum.

Vocabulum صربة gummi cui est color ruber, significat, quapropter in re valde rubra describenda adhibetur.

١٢٩ أَنْ تَرِدَ الْمَآءَ بِمَاءٍ أَكْيَسُ

129. Accedere ad aquam cum aqua, prudentiae maxime convenit.

Proverbii metrum Redjes est. Qui in deserto ad fontem accedit, secum aquam habeat oportet, fieri enim potest, ut fons absorptus sit. Cautio in rebus proverbio commendatur. Huic cognatum proverbium est عش ولا تغتر „Vive et ne socors sis!“ Legitur quoque sensu non multum diverso ان ترد الماء بماء اوثق „Quod cum aqua ad aquam accedis, tutius est.“ Cecinit poeta

لا ذَنْبَ لى قَدْ قُلْتُ لِلْقومِ ٱسْتَقُوا وَالْقَوْمُ فى جَنْبِ غَدِيرٍ يَفْهَقُ

ما ضَرَّ نَابًا شَوْلُهَا الْمُعَلَّقُ أَنْ تَرِدَ ٱلْمَاءَ بِمَاءٍ أَوْثَقُ

„Crimen mihi non est, nam genti dixi: aquam haurite, dum gens ad plenam cisternam erat. Non nocet camelae annosae aquæ portio ei appensa; tutius enim est ad aquam venire cum aqua.“

Metrum est Redjes conf. l. m. p. 230. sq. conf. Scharaf-Aldin., Samachschar.

١٣٠ إِنَّمَا أَخْشَى سَيْلَ تَلْعَتِى

130. Nil nisi aquam rivi mei metuo.

Malum a cognatis meis metuo. conf. Kam. sub تلع ubi est ما اخاف الا من سيل تلعتى

١٣١ أَخَذَهُ بِرُمَّتِهِ

131. Cepit eum (camelum) simul cum fune eius attrito.

Totam rem cepit. Dicitur quoque دفع اليه برمته „Cum fune suo (i. e. totam rem) ei tradidit“ conf. Schult. prov. Meid. p. 268. conf. C. III, 59.

١٣٢ إِنَّهُ لَمُعْتَلِثُ ٱلزِّنَادِ

132. Eius igniaria permixta sunt.

In igniario parando delectu lignorum diligente opus est, ne bona cum pravis permisceantur. Adhibetur proverbium in viro, cujus pater feminam ignobilem in matrimonium duxerat, ut a stirpe permixta ortus esset. Altera lectio لمغتلث, idem significans, reperitur. vid. Kam. et Dj. s. علث

١٣٣ إِنَّهُ لَأَلْمَعِيٌّ

133. Perspicax est.

Eodem sensu dicitur اللوذعى. Sensum proverbii explicat versus Ausi ben-Hadjar

الالمعىُّ الذى يَظُنّ بك الظنّ كَأَنْ قد رَأَى وقد سَمِعَا

„Perspicax, qui de te opinionem concipit, est, ac si iam vidisset et audiisset.“

Metrum est Almonsarih appellatum. conf. l. m. p. 254.

١٣٤ أَيُّ فَتًى قَتَلَهُ ٱلدُّخَانُ

134. Qualis ille vir fuit, quem fumus occidit?

De stulto dicitur; nam si in latus se convertisset, noxam non passus esset. conf. C. XXIII, 7. Proverbium metro Sarih conforme est. conf. lib. meum 250

١٣٥ إِنَّ ٱلْغَنِيَّ طَوِيلُ ٱلذَّيْلِ مَيَّاسُ

135. Dives caudam vestis longam habet et superbi more incedit.

Dives non potest occultare divitias. Hemistichium metri Basith est. conf. libr. meum p. 190. Alterum proverbium huic simile est ابت الدراهم الا ان تخرج اعناقها „Nummi colla sua semper protendunt.“

١٣٦ اذَا لَمْ تَغْلِبْ فَٱخْلُبْ

136. Quum non vincis, tum astutiam institue.

Proverbio, in quo et فَٱخْلُبْ et فَٱخْلِبْ legitur, astutia in bello commendatur. Prior legendi modus, qui usui conveniens sit, Meidanio praeferendus videtur, alter ob similem sonum cum voce تغلب admissus est. Sensui proverbii convenit quod dicunt نفاذ الراى فى الحرب انفذ من الطعن والضرب „Penetratio consilii in bello penetrantior est quam confossio et ictus.“

١٣٧ إِنَّ أَخَا الْهَيْجَآءِ مَنْ يَسْعَى مَعَكْ
وَمَنْ يَضُرُّ نَفْسَهُ لِيَنْفَعَكْ

137. Frater prælii est, qui tecum it, et sibi nocet, ut tibi utilis sit.

Proverbio auxilium describitur. Metrum Redjes appellatum est. conf. libr. meum p. 230.

١٣٨ إِنِّى لَأَنْظُرُ إِلَيْهِ وَإِلَى ٱلسَّيْفِ

138. Eum et gladium observo.

De viro, qui ingratus et adspectu invisus est, proverbio utuntur. Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotaverunt إِنِّى لَأَنْظُرُ الى السيف واليك „Utique ego gladium adspicio et te“ i. e. Gladium adspicio, ut te eo percutiam. De inimico et nobis inviso proverbium adhibetur.

١٣٩ الأَمْرُ سُلْكَى وَلَيْسَ بِمَخْلُوجَةٍ

139. Res est recta confossio et non deflectens.

Sensus talis est: res est similis rectae confossioni i. e. res est recta et non perversa. Supplendum autem est طعنة confossio. Ex Amru-l'Kaisi hemistichio desumtum videtur نطعنهم سلكى ومخلوجة „Confodimus eos confossione recta et obliqua.“ Contrarium proverbii est الأمر مخلوجة وليس بسلكى. „Res est confossio obliqua et non recta.“ Confossio autem recta magis penetrat in corpus. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

١٤٠ أَزِمَتْ شَجَعَاتُ بِمَا فِيهِنَّ

140. Clivus Schadjaat angustus est propter id, quod in eo est.

Causa, quae huic proverbio fuit, ad proverbium sextum capitis vicesimi quinti narrabitur.

١٤١ إِنَّهُ لَأَنْفَذُ مِنْ خَازِقٍ

141. Magis penetrans est, quam hastae cuspis.

In virum res bene exsequentem transfertur.

١٤٢ إِحْدَى حُظَيَّاتِ لُقْمَانَ

142. Una ex sagittis Locmani.

Rem tibi ingratam, qua a maligno afficeris, significat. Locmanus Ahdita, sic traditur, duos e gente Ahd viros, quibus Ahmruus et Caahbus ben-Teken nomen erat, ut camelos, quos possiderent, ipsi venderent, et oves caprasque, quas Locmanus haberet, emerent, vario modo commovere tentavit. Quod quum facere recusassent, camelos, si quam in custodiendo incuriam videret, expectans furari

constituit. Quae spes autem eum omnino fefellit. Tum die quodam utrumque pharetram sagittis impletam secum gestantem adiit dicens, stulte eos agere, qui tot sagittas secum portarent, se ipsum nonnisi duas sagittas habere, quae venando sufficerent. Illi his verbis decepti omnes praeter duas abjecerunt, sagittas, quas Locmanus collegit. Accidit autem, ut Locmanus feminam, quam Ahmruus a se repudio dimiserat, in matrimonium duceret. Quae quum non esse virum nisi Ahmruum saepius (conf. C. XXIII, 422.) diceret, tanta Locmanus ira exarsit, ut se Ahmruum occisurum esse minaretur; at illa rem dissuavit. Nihilominus tamen Locmanus, in arbore, sub qua illi fratres camelos ad puteum convenientes exspectare solebant, nidum sibi exstruxit, ut inde Ahmruum peteret. Ibi die quodam Ahmruus exutis vestibus, aqua camelis haurienda occupatus, tergum suum vulnerantem sagittam sensit et in haec, quae in proverbium venerunt, verba erupit حس احدى حظيات لقمان »Hui! una ex sagittis Locmani.« Tum sagitta e corpore extracta, Locmanum in arbore conspexit eumque ut aquam e puteo hauriret, advocavit. Qua re Locmanus occupatus crepitum ventris emisit, quae res in causa erat, cur Ahmruus diceret اضرطا اخر اليوم وقد زال الظهر »Num crepitum (emittis) in fine diei, et iam tempus post meridiem elapsum est?« et sic novum proverbium ortum est, quod in eum, qui operi pessimo modo finem imponit, adhibetur. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 157.

١٤٣ إِنَّهُ لَيَكْسِرُ عَلَيَّ أَرْعَاظَ ٱلنَّبْلِ غَيْظًا

143. Is contra me iratus supremam sagittarum partem, in quam cuspis inditur, frangit.

In irato verbis utuntur. Ketadahus Aljeschcori monens Iracenses, ut Hedjdjadjum caverent, dixit:

حَذَارِ حَذَارِ اللَّيْثَ يَحْرِقُ نَابَهُ ويَكْسِرُ أَرْعَاظًا عَلَيْكَ مِنَ الْحِقْدِ

„Cave! cave a leone dentibus frendente, qui ob iram in te sagittas frangit.“ Versus est metri Thawil. p. 163. Kamusi auctor, qui proverbium sub رعظ adnotavit, vocem غيظا in fine omisit, ut nisi in omnibus Meidanii exemplaribus legeretur, dubitare liceret, num proverbii pars esset.

١٤٤ إِنَّهُ لَيَحْرِقُ عَلَيَّ ٱلْأُرَّمَ

144. Multum contra me dentes molares fricat.

Mihi vehementer iratus est. Altera est proverbii lectio يعض على الارم „Mordet contra me dentes.“ In explicanda voce الارم non consentiunt; alii digitos, alii glaream, alii dentes molares esse dicunt. conf. Kam.

١٤٥ إِنَّكَ خَيْرٌ مِنْ تَفَارِيقِ ٱلْعَصَا

145. Tu melior es, quam partes dissectae baculi.

Metrum proverbii est Redjes. conf. libri mei p. 230. De re valde utili adhibetur. Verba Ghanijjae Alahrabbijjah tribuunt, quae filium laudans verba dixerat, quum antea pauperrima, vulnerum, quae filio inflicta essent, pretio pluries accepto, opulenta facta esset; unus enim filii nasum, alter aures, tertius labium amputaverat. Versus autem totus est احلف بالمروة حقا وصفا انك خير من تفاريق العصا „Iuro per Merwam et Zafam, te re vera meliorem esse, quam baculi partes dissectas.“

Arabs autem quidam interrogatus, quid تفاريق العصا „partes baculi dissectae“ velint, hoc modo rem descripsit. E baculo dissecto res ساجور appellata paratur, ea dissecta وتد paxillus fit, tum شظاظ res appellata, inde lignum مهار dictum conficitur, et isto ligno dissecto res تواد appellatae parari possunt. Conf. C. II. 165. XXII. 233.

١٤٦ إِنَّ ٱلْعَصَا قُرِعَتْ لِذِى ٱلْحِلْمِ

146. Baculus viro ingenio pollenti pulsatus est.

Proverbium metri C a m i l appellati est. conf. libr. meum p. **213.** Primus, cui baculus pulsatus est, Amruus ben-Malic ben-Dhobaiah, frater Saahdi ben-Malic Alcenani fuit. Causam rei talem fuisse narrant. Rex Alnohmanus Amruum Saahdi fratrem, ut pabulo abundantem regionem quaereret, miserat. Cujus reditus quum retardatus esset, rex pabulum aut laudantem aut vituperantem se occisurum esse, juravit. Saahdus fratrem mortis periculo liberaturus, ut loqui cum fratre aut saltem manu ei indicia facere, sibi permitteretur, rogavit. Utrumque rex recusans, se, si unum aut alterum fecisset, ei linguam excisurum aut manum amputaturum esse, minabatur; at baculum pulsare roganti concessit. Quapropter, quum frater redux factus esset, ad latus sedentis baculum sumsit et suum una vice pulsavit, qua fratri, eum loco manere debere, significaret. Tribus tum vicibus baculum pulsavit, in coelum sustulit et altero alterum detersit indicaturus, non esse regionem sterilem. Deinde pluries pulsatum baculum paululum sustulit et versus terram indicium fecit, quo intelligeretur, non esse plantarum copiam. Baculum denique semel pulsatum in regem direxit, quo frater, se jam regi verba facere posse, cognovit. Propius igitur ad regem accessit, et interrogatus, utrum anni proventum laudaret, an sterilitatem vituperaret, his verbis respondit لم اذمم هزلا ولم احمد بقلا الارض مشكلة لا خصبها يعرف ولا جدبها يوصف رايدها واقف ومنكرها عارف وامنها خايف „Neque vituperaverim maciem neque laudaverim herbas. Terra est difficilis (descriptu) neque pabuli ubertas cognoscitur, neque sterilitas describitur. Pabulator ejus stat et nesciens in ea scit et securus in ea timet.“ Quibus verbis rex contentus fuit. Saahdus ben-Malic hujus facti in versibus mentionem fecit

قَرَعْتُ العَصَا حَتَّى تَبَيَّنَ صَاحِبِى   وَلَمْ تَكُ لَوْلَا ذَاكَ فِى ٱلْقَوْمِ تُقْرَعُ

فقال رَأَيْتُ الأَرْضَ لَيْسَ بِمُمْحِلٍ   وَلَا سَارِحٌ فيها على الرَّعْى يُشْبَعُ

سَوَاءٌ فلا جَدْبٌ فَيُعْرَفُ جَدْبُهَا   وَلَا صَابَهَا غَيْثٌ غَزِيرٌ فَتُمْرِعُ

فَنَجَّى بِنَا حَوْبَاءَ نَفْسٍ كَرِيمَةٍ   وقد كاد لو لا ذاك فيهم تُقَطَّعُ

»Baculum pulsavi, ut intelligeret socius meus et, nisi hoc fuisset, in gente non fuisset pulsatus. Et dixit: terram vidi, quae sterilis non est, et libere incedens in ea pastu non satiatur. Media est, nec est sterilis, ut eius sterilitas cognoscatur, nec pluvia abundans eam affecit, ut pabulo abundans inveniretur. Eoque animam nobilem morti eripuit, et nisi hoc fuisset, inter eos dissecta esset.« Metrum est Thawil. conf. libr. mei. p. **162.** Alii vero verborum aliam causam afferunt, aliamque personam ingenio pollentis cognomine significari. Erat vir quum ingenii acumine tum judicii laude insignis Ahmirus ben-Altsarb Aladhawani, qui lites inter Arabes dirimere solebat et trecentos annos vixisse dicitur[1]. Hic quum propter se-

---

1) Ibn-Alahrabius hos inter Arabes ante Mohammedem arbitros, qui lites dirimere solebant, fuisse narravit. In gente Tamim erat Actam (in codicibus saepius أكثم Actsam invenitur) ben-Zaifi, et Hadjib ben-Sorarah et Alakrah ben-Habes et Rabiah ben-Mochaschin et Dhamrah ben-Dhamrah. Dhamrahum autem donis corruptum perfide iudicasse dicunt. Arbitri gentis Kais erant: Ghailan ben-Salamah Altsakefi, cui tres dies erant: uno iudicium exercebat, altero versus suos recitabat, tertio camelorum suorum curam gerebat. Qui ad tempus religionis Mohammedicae perveniens, quum decem uxores haberet, quatuor sibi ex illis retinendas, data a Mohammede venia, elegit, qui uxorum numerus Mohammedanis usus et lex manebat. Inter gentem *Koraisch* arbitri erant: Ahbd-Almothalleb, Abu-Thaleb, Alahz ben-Wajel. Erant queque inter Arabes feminae, quae arbitria agebant. Nominantur Zachra filia Locmani, Hinda filia Alchossi (al. Alchesri), Djamah filia Chabisi

nectutem ingenii acumen diminui sentiret, filios suos, secundum aliorum opinionem puellam, si errori obnoxius esset, baculum, ut sibi signo esset, pulsare jussit. Gens autem Rabiah hujus rei auctorem Kaisum ben-Chaled ben-Dsi'l Djaddain, gens Tamim Rabiahum ben-Mochaschin, e stirpe Banu Osaid ben-Ahmru oriundum, Jemanenses denique Ahmruum ben-Homamah Dausitam nominant. Proverbium in eo, qui prudens admonitionem admittit, adhibetur. Cecinit poeta

وَزَعَمْتُمْ أَنْ لَا حُلُومَ لَنَا إِنَّ الْعَصَا قُرِعَتْ لِذِي الْحِلْمِ

„Dixistis, nos non habere intelligentiam; at baculus intelligenti pulsatus est. conf. C. 12, 48. et Harir ٥٧٤. Samachschari.

١٤٧ أَهْلُ ٱلْقَتِيلِ يَلُونَهُ

147. Occisi familia ad eum (occisum) pertinet.

Familia occisi magis de eo sollicita est, quam alius quis. Vox يلون a verbo ولى derivanda est. Ut occisi familia ulciscendae neci maxime operam dat, sic eos res spectat, qui de ea solliciti sunt Scharaf-Aldin.

١٤٨ أَبَى قَايِلُهَا إِلَّا تَمًّا

148. Dicens id (verbum) nihil voluit nisi perfectionem.

Id est: Perseveravit in dicendo et sermonem non abrupit. Proverbium autem adhibent, quum homines in re, de qua dissensio non est, continuo sermones faciunt. In Meidanii codicibus legitur de qua dissensio est, id quod falsum videtur. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro sic ut nos vertimus. Vox تما triplici vocali enunciatur. Vocalis autem Kesre Meidanio praeferenda videtur.

(al. Habisi) et filia Ahmiri ben-Althsarb, qui Dsul' Hilm (possessor prudentiae) cognominabatur.

١٤٩ إِنْ أَرَدْتَ ٱلْمُحَاجَزَةَ فَقَبْلَ ٱلْمُنَاجَزَةِ

149. Quod si dimicationem prohibere vis*, (fac) antequam pugnatur.

Proverbium in libro Scharaf-Aldini et Samachscharii sic legitur المحاجزة قبل المناجزة „Pugnae prohibitio ante pugnam." Actamo ben-Zaifi tribuitur. Abu-Ohbaidus (cui non assentior) hunc proverbii sensum esse dixit: Salutem quaere, antequam viro, cui impar es, occurris conf. III, 70. XXIV, 179.

١٥٠ أَوَّلُ ٱلْغَزْوِ أَخْرَقُ

150, Initium invasionis hostilis est stultum.

Abu-Ohbaidi sententia est, proverbium in experientiarum paucitate adhiberi, et sententiae confirmandae causa hos poetae versus adtulit

ٱلْحَرْبُ أَوَّلَ مَا تَكُونُ فَتِيَّةٌ تَسْعَى بِزِينَتِهَا لِكُلِّ جَهُولِ

حَتَّى إِذَا ٱسْتَعَرَتْ وَشَبَّ ضِرَامُهَا عَادَتْ عَجُوزًا غَيْرَ ذَاتِ حَلِيلِ

„Bellum initio est puella, quae cum ornamentis suis meretricium facit ignorantem quemque alliciens; donec, quum accensum est ardente igne, fit anus, quae caret marito."

Metrum versuum Camil est. conf. libr. m. p. 211 sq. Invasioni hostili stultitia tributa est, quia in ea homines stulti sunt. Scharaf-Aldinus dixit, proverbium adhiberi, quum quis rem incipiat, quam prima vice bene perficere non possit. Vulgo simile proverbium est اول العصيدة ماء „Initium pulmenti spissi aqua est."

١٥١ إِنَّهُ نَسِيجُ وَحْدِهِ

151. Unice textus est.

Vir incomparabilis est et tanquam pannus unico modo textus.

١٥٢ إِنَّ ٱلشِّرَاكَ قُدَّ مِنْ أَدِيمِهِ

152. Corrigia ex corio ejus dissecta est.

Inter duas res similitudo atque cognatio est. In filium dicitur, qui et corpore et animi indole patri similis est Scharaf-Aldin.

١٥٣ إِنَّمَا يُعَاتَبُ ٱلْأَدِيمُ ذُو ٱلْبَشَرَةِ

153. Nonnisi cutis, cuius exterius latus pilis tectum est, iterum subigitur a coriario.

In eum dicitur, qui non omnino corruptus, vituperio iterato corrigi potest. Comparatur in proverbio vir cum pelle non omnino corrupta, quae a coriario retractatur. Similis quam proverbio sensus versui inest

وَلَيْسَ عِتَابُ ٱلنَّاسِ لِلْمَرْءِ نَافِعٌ إِذَا لَمْ يَكُنْ لِلْمَرْءِ لُبٌّ يُعَاتِبُهُ

»Non est objurgatio hominum viro utilis, nisi viro animus est, qui eum objurgat.«

Metrum est Thawil appellatum. conf. libr. m. p. 161. Scharaf-Aldin.

١٥٤ إِنَّ بَيْنَهُمْ عَيْبَةً مَكْفُوفَةً

154. Inter eos cophinus est laqueolis invicem insertis clausus.

Inter eos amicitiae vincula firmissima sunt, ut rumpi nequeant. Vocabulum عيبة cophinum, in quo vestes, reponuntur significat, tum in homines, in quibus reponuntur arcana, transfertur. Sic Mohammedes appellavit Medinenses كرشى وعيبتى »ventriculus meus et cophinus meus.« Proverbii

autem sensus est: cophinus, in quo ipsorum arcana reposuerunt, optime clausus est, ut nil evulgetur. i. e. Intimi sunt et sua invicem custodiunt arcana.

١٥٥ إِذَا سَمِعْتَ بِسُرَى ٱلْقَيْنِ فَٱعْلَمْ أَنَّهُ مُصْبِحُ

155. Quod si noctu abiturum esse fabrum audis, eum mane adfuturum esse scito.

Kamusi auctor, Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic adnotaverunt proverbium اذا سمعت بسرى القين فانه مصبح "Quum audis fabrum noctu abiturum; is mane aderit."

Legitur مصبح quartae et secundae formae. Fabrorum, qui inter Arabes locum subinde mutare solebant, consuetudo erat, proxime instantem abitum genti saepius annuntiare. Quibus verbis saepissime nonnisi ea causa, ut opus faciendum citius adferretur, factis, etsi vera essent, Arabes nullam omnino fidem habebant. In viro mendace, cuius verbis, etsi vera sunt, fides non habetur, proverbio utuntur.

١٥٦ ٱلْأَكْلُ سَلْجَانٌ وَٱلْقَضَاءُ لَيَّانٌ

156. Esus est modus devorandi, solutio est modus differendi.

Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic proverbium scripserunt الاخذ سلجان etc. "Sumere est modus devorandi etc." In eum, qui facile ab hominibus res accipit: tempus vero solvendi semper differt, proverbium dicunt. Proverbium hoc in Djeuharii opere est. conf. prov. 334.

١٥٧ ٱلْأَخْذُ سُرَّيْطٌ وَٱلْقَضَاءُ ضُرَّيْطٌ

157. Capere est cibus dulcis, solvere vero crepitus ventris.

Idem quam praecedenti sensus inest. Legitur quoque

in proverbio سريطى et ضريطى sensu haud mutato. conf. Schult. prov. Meid. p. 259.

١٥٨ آخِرُهَا أَقَلُّهَا شُرْبًا

158. Postremus eorum est, qui minime bibit.

Postremo ad aquam accedere in camelis debilitatis signum est. Proverbium tarditatem in rebus peragendis vituperans monet, ne cunctemur. Alnedjaschius unus e gente Alhariz ben-Caabh appellata gentem vituperans cecinit

ولا يَرِدُونَ ٱلْمَاءَ إِلَّا عَشِيَّةً   إِذَا صَدَرَ الوُرَّادُ عن كُلِّ مَنْهَلِ

"Aquam non adeunt nisi vespera, quum ab omni aquae loco adeuntes redeunt."

Metrum versus est Thawil. conf. libr. meum p. 162.

١٥٩ أَكَلَ عَلَيْهِ ٱلدَّهْرُ وَشَرِبَ

159. Tempus supei eo edit ac bibit.

Eum, cuius vita diu duravit, designat, ut sit pro اكل وشرب دهرا طويلا „Edit bibitque diuturnum tempus. Dixit poeta

كَمْ رَأَيْنَا مِنْ أُنَاسٍ قَبْلَنَا   شَرِبَ ٱلدَّهْرُ عَلَيْهِمْ وَأَكَلْ

„Quot vidimus homines ante nos super quibus bibit tempus et edit."

Metrum versus Chafif appellatum est. conf. libr. nostrum p. 262.

١٦٠ أَبَى ٱلْحَقِينُ ٱلْعِذْرَةَ

160. Lac in utrum inditum excusationem non admittit (patitur).

Virum quendam hospitii causa ad gentem venisse narrant, rogantem, ut sibi lac propinarent. Illi autem quum se excusarent dicentes: se non habere lac, utrem lacte

plenum videns vir haec verba dixit. In virum dicitur, qui alieno loco excusatione utitur. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 56.

١٦١ أَتَاكَ رَيَّانٌ بِلَبَنِهِ

161. Sitim qui explevit, lac suum tibi adportat.

Scharaf-Aldinus et hunc proverbii legendi modum adnotavit اتاك ريان بقعب من لبن „Venit ad te potu satiatus cum poculo magno lacte pleno.“ Eum designat, qui animo benevolenti et generoso non commotus, sed rem sibi superfluam dono dat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 57.

١٦٢ أَثَرُ الصِّرَارِ يَأْتِي دُونَ الذِّيَارِ

162. Vestigium funiculi praeter fimum.

Funiculo صرار dicto camelarum papillas et lignum تودية appellatum, ne pullus sugat, ligare solent. Vox ذيار fimum cum terra mixtum designat, quo eandem ob causam cameli papillas illiniunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 99. Non autem hic loquendi modus ab altero جاوز الحزام الطبيين „Transiit cingulum locum uberum i. e.“ Res finem suum transgressa est,“ diversus est. Proverbium autem significare videtur, modum in re quendam transgressum esse; una enim res suffecisset ad prohibendum pullum. In meo codice verbum ياتى omissum est. Et idem factum in operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii. Hi autem auctores dicunt adhiberi de malo cui alterum eo gravius additur.

١٦٣ أَنَا مِنْهُ كَحَاقِنِ الْإِهَالَةِ

163. Ego respectu ejus sum sicut is, qui adipem liquefactum in utrem indit.

Hanc rem quum nonnisi maxime gnarus facere soleat.

quia cavendum est, ne uter comburatur, proverbio in viro rei peragendae gnaro utuntur.

١٦٤ إِنَّهُ لَيَعْلَمُ مِنْ أَيْنَ تُؤْكَلُ ٱلْكَتِفُ

164. Is profecto scit, e quonam latere scapula edatur.

Virum prudentem designat. Molestum esse dicunt, si quis a latere superiore scapulam edere inceperit, quum in edentis sinum ius defluat. conf. Harir. ٥٧٨. Loco verborum من اين legitur quoque من حيث eodem sensu.

١٦٥ آكُلُ لَحْمِي وَلَا أَدَعُهُ لِآكِلٍ

165. Carnem meam edo; sed alii eam edendam non permitto.

Verborum ansam talem fuisse narrant. Alahjjarus cum duobus suae gentis viris Hobaischo ben-Dulaf et Dhiraro ben-Ahmru Dhabbitis apud regem Alnohmanum versabatur. Inter Alahjjarum et Dhirarum rixa orta in causa erat, ut unus alterum Alnohmano praesente contumeliis afficeret. Postea vero, quum inter Abu-Merhabum fratrem gentis Banu-Jarbu appellatae et Dhirarum inimicitia intercessisset, et eam ob causam Abu-Merhabus coram Alnohmano Dhirarum vituperasset, Alahjjarus praesens Abu-Merhabo contumeliam dixit. Cuius rei Alnohmanus admiratione affectus dixit: Quid est, o Alahjjare, quod de Dhiraro in Abu-Merhabum inveharis? Nonne peiora quam modo Abu-Merhabus in Dhirarum protulisti? Alahjjarus autem rem non negans haec, quae postea in proverbium venerunt, verba respondit, quibus significaturus erat, se quidem gentis suae virum dictis lacessivisse; alii id facere, se non permittere. Simile huic est proverbium لا يملك مولى لمولى نصر „Non se retinet cognatus cognato auxilium ferre.“ (vid. Cap. 23, 282.)

١٦٦ إِنَّ أَخِى كَانَ مَلِكِى

166. Frater meus erat rex meus.

Abu-Ahmruus tradidit; quum Abu-Heneschus Taghlebita Schorahbilo, qui fratrem eius occiderat, potitus esset, hunc dixisse: o Abu-Henesche lac, lac! i. e. camelos caedis fratris tui pretium accipe! Abu-Heneschum autem respondisse: Multum tu lac profudisti i. e. fratrem meum occidisti. Ad quae verba quum Schorahbilus, num regem pro plebeio املكا بسوقة (occidere in animo habes)? interrogasset, Abu-Heneschum hoc ei responsum dedisse: Frater meus erat rex meus.

١٦٧ إِنَّهُ لَأَشْبَهُ بِهِ مِنَ ٱلتَّمْرَةِ بِٱلتَّمْرَةِ

167. Similior ei est, quam dactylus dactylo.

De duabus rebus, inter quas maxima similitudo est, haec verba dicunt. In codice L. legitur انه لاشبه به من الثمرة „Utique is similior ei est quam fructus;“ in codice B. انه لاشبه به من الثمرة بالثمرة „Utique is similior ei est quam fructus fructui.“

١٦٨ إِنَّ ٱلْحَبِيبَ إِلَى ٱلْإِخْوَانِ ذُو ٱلْمَالِ

168. Dives est fratribus dilectus

In divitiarum custodia et amore proverbio hoc utuntur.

١٦٩ إِنَّ فِى ٱلْمَرْتَعَةِ لِكُلِّ كَرِيمٍ مَقْنَعَةً

169. In pabuli copia generoso cuilibet est animus contentus.

Diverso autem modo proverbium sic effertur ان فى المرتعة لكل كريم مقنعة „In commoditate vitae cuilibet ge-

neroso est contentus animus« vel ان فى المرتعة لكل كريم مفنعة »In pabuli copia cuilibet generoso est opulentia.« In opere Scharaf-Aldini sic ان فى المرتعة لكل كريم مقنعة »In pabuli copia generoso cuilibet contentus animus est.« In Kamuso sic legitur proverbium ان فى المرتعة لكل قوم مقنعة »In commoditate vitae omni genti contentus est animus.« Varius proverbio pro vario legendi modo erit sensus.

١٧٠ إِذَا طَلَبْتَ ٱلْبَاطِلَ أُبْدِعَ بِكَ

170. Si vanum petis, lassum claudicat umentum tuum.

Si vanum petis, nunquam votis potieris. Alia est lectio اذا طلبت الباطل انجح بك »Quum vanum petis, hoc te vincet, i. e.« in causa erit, cur inimici tui te vincent.

١٧١ إِذَا نَزَا بِكَ ٱلشَّرُّ فَٱقْعُدْ بِهِ

171. Quod si malu insilit cum te, sede cum eo.

In codicibus Scharaf-Aldini et Samachscharii legitur اذا نزا بك الشر فاقعد »Quando malum te, ut insilias, incitat, sede! i. e.« quando malum tibi inlatum iram tuam movet, ut in alterum impetum facias, iram supprime. Proverbio igitur mansuetudo et patientia commendatur et ne quis ad malum festinet, monetur. In duobus vero codicibus B. L. alia proverbii lectio additur اذا قام بك الشر فاقعد »Quod si malum tecum surgit (te surgere iubet), sede«, quae duplici ratione a grammaticis explicari verba, Alasharius tradidit. Unus intelligendi modus hic est: »Quod si malum te vincit, te submittas!« alter autem.« Quod si malum tibi adest, neque fugere potes, ei adsis et dimices!«

١٧٢ إياك وما يعتذر منه

172. Cave rem, de qua te excusare debes.

Scharaf-Aldin.

١٧٣ إذا زل العالم زل بزلته عالم

173. Si doctus labitur, lapsu ejus mundus labitur.

Quia homines doctum imitantur, lapsus eius aliorum lapsus causa est. Proverbium hisce versibus illustratur.

إن الفقيه إذا غوى وأطاعه قوم غووا معه فضاع وضيعا

مثل السفينة إن هوت في لجة تغرق ويغرق كل ما فيها معا

„Iurisconsultus quum in errorem incidit, homines eum sequentes simul errant. Periit igitur et perdidit, ut navis, quae in verticem incidens submergitur, et simul omnes, qui in ea sunt, submerguntur.“

١٧٤ أنت أعلم أم من غص بها

174. Num tu magis gnarus es, an is, in cujus faucibus (buccea) haesit, ut angeretur.

In eo, qui rerum experientia edoctus fuit, proverbio hoc utuntur. Meid. In eum dicitur, qui rei operam dat, cuius ipse magis gnarus est quam alius quis. Scharaf-Aldin. Samachschar.

١٧٥ إنه لداهية الغبر

175. Is est profecto infortunium fontis Alghabar.

De magno infortunio hoc dicunt; sed de vocis الغبر significatione non consentiunt. Sunt qui magni infortunii significationem voci tribuant; dum alii Alghabar

nomen fontis esse volunt, quem serpentes magni et diri frequentent. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere sic explicatur هو الدهر اى هو داهية الزمان لشدة دهائه وقيل هو الحية التى طال عمرها فاضيفت الى الدهر وقيل مصدر غبر الجرح اذا برا ظاهره وباطنه دو اى هو كهذا الجرح وقيل الغبر الماء الذى قد بقى زمانا والداهية الحية لانها تسكن بقربه فتحميه فيغبر بذلك قال عبد الله بن الاعور الكذاب الحرمازى

يابنَ المعلّى نزلتْ إحْدى الكُبَرْ داهيَةُ الدَّهْرِ وصَمّاءُ الغَبَرْ

»Illud tempus est i. e. infortunium temporis, propter vehementiam qua affligit et dicitur esse serpens, cuius vita longa sit, et hanc ob causam cum tempore coniunctus. Sunt qui dicant, esse infinitivum a verbis غبر الجرح, quum exterius eius sanatum, interius morbidum sit i. e. is instar huius vulneris est. Alii dicunt, vocem غبر significare aquam, quae aliquot tempus superstes sit; الداهية autem esse serpentem qui in eius propinquo habitet eamque defendat. Hanc ob causam residuam esse. Dixit Ahbd-Allah ben-Alahwar Alcadsdsab Alhermasi »O Ebn-Almoahlla! una graviorum calamitatum accidit, infortunium temporis, et infortunium non cessans!

١٧٦ الّا دَه فَلَا دَه

176. Nisi Dah et non Dah

Magna inter grammaticos de his vocibus et enunciandis et intelligendis dissensio exstat. Ebn-Alahrabius الا دَهْ فلا دَهْ habet, alii الا دِهْ فلا دَهْ proferunt i. e. Nisi duo (Persicum دو) dederis, non dabis decem (Persicum دَهْ). Ab'ul'Samahus a verbo اودة derivandam esse vocem contendit, hunc versum argumento afferens

وأَوْدَهَ رِدْفِي فَارْعَوَيْتُ بِصَوْتِهِ كَمَا رُوِّعَتْ بِالْجَوِ الظِّمَاءُ الصَّوَادِيَا

»Inclamavit post me sedens et abstinui, quemadmodum voce

جو terrentur multum sitientes cameli,« putat enim vocabulum ادره significare, dixit دَهْ. Abu-Ohbaidus putavit verba esse eius, cui, quam proposuerit, res tanquam impossibilis denegata fuerit, ut significet, se aliam, nisi hanc rem assequi possit, assecuturum esse. Alazmäius verbis hunc sensum tribuit: »Quod si res nunc non fit, et postea non fiet,« eorum originem se nescire profitens. Sunt denique, qui dicant, دِهْ esse pro ذِهْ et hoc pro هٰذِهْ, »nisi hoc et non illud;« dum alii pro دِهِي pulsabis i. e. Si nunc eum non pulsas, nunquam pulsabis., dictum esse contendunt. Ad hanc sententiam probandam poetae Rubah appellati, qui saepius voces Persicas adhibuit, versus adduxerunt sequentes:

فَٱلْيَوْمَ قَدْ نَهْنَهَنِي تَنَهْنُهِي   وَأَوَّلُ حِلْمٍ لَيْسَ بِٱلْمُسَفَّهِ

وَقَوْلِ إِلَّا دَهٍ فَلَا دَهِ   وَحَقَّةٍ لَيْسَتْ بِقَوْلِ ٱلتُّرَّهِ

»Hoc autem die retinuit me a tali agendi ratione, quod mihi interdicta erat, et reditus prudentiae pro insipientia non est habendus, et quot feminae dicebant: nisi nunc retineris, nunquam retineberis (ab ista agendi ratione) et profecto! non erant ista nugarum verba.«

Morti se fuisse propinquum significat. Metrum est Redjes appellatum. conf. libr. meum. p. 230. Dixit Scharaf-Aldinus, proverbium adhiberi in re, quam vir, dum tempus est, non aggreditur.

١٧٧ إِذَا كَانَ لَكَ أَكْثَرِي فَتَجَافَ لِي عَنْ أَيْسَرِي

177. Si tibi major mei pars est, minorem mei partem neglige.

Perfer amici unum peccatum, cuius tu multas virtutes noscis.

١٧٨ أَنَا خَرِيبُرَكَ مِنْ هٰذَا ٱلْأَمْرِ

178. Ego tibi hujus rei sponsor sum.

Scholion proverbium sic explicat اى انا عالم فاغترنى اى سلنى عنه على غرة اخبرك به من غير استعداد له وقال الاصمعى معناه انك لست بمغرور من جهتى لكن انا المغرور وذلك انه بلغنى خبر كان باطلا فاخبرتك به ولم يكن ذلك على ما قلت لك »Id est: Ego gnarus sum; de improviso igitur ad me veni: i. e. interroga me haud cogitantem de eo. Ego tibi id narrabo non praeparatus. Et dixit Alazmäihus, verborum sensum esse. Tu non es deceptus a me, ego ipse deceptus sum, nam nuntium falsum, qui ad me delatus erat, tibi narravi, et res, non ita se habebat, qualem tibi narravi.« Meid. Quod si priorem explicandi modum sequeris, proverbium is adhibet, qui rei omnino gnarus est. Altero autem sensu admisso proverbium is dicit, qui rem aliter, quam re vera se habet, narravit. Scharaf-Aldin.

١٧٩ أَنَا مِنْهُ فَالِجُ بْنُ خَلَاوَةَ

179. Ego in ista re Falidjus ben-Chalawah sum.

I. e. Ego ab ista re liber sum, vir enim iste, quum die pugnae يوم الرقم appellato, quo Onaisus captivos occidit, diceretur. »Num Onaiso auxilium fers?« respondit: »Ego ab eo liber sum«; ut postea in proverbium veniret. conf. Kamus. s. فلج

١٨٠ أَنْتَ تَئِقٌ وَأَنَا مَئِقٌ فَمَتَى نَتَّفِقُ

180. Tu ad malum pronus es, ego ad fletum; quando igitur consentimus?

Conf. Djeuh. s. تاق et Harir. ٢٩٣. Natura dissentientes designat.

١٨١ إِنَّهُ لَنَكِدُ الحَظِيرَةِ

181. In ejus caula parum boni est.

Vilem et avarum in quo parum boni est, significat. Scharaf-Aldin, Samachschar.

Cecinit Alcomaitus ben-Said

نَزَلَتْ بِهِ أُنُفَ الرَّبِيعِ وَزَايَلَتْ نُكُدَ الحَظَائِرِ

»Primo veris tempore ibi advenerunt (cameli) et inde recesserunt in caulis nullum lac habentes.«

Metrum est Alcamil appellatum. conf. l. m. p. 214.

١٨٢ أَنْتَ مَرَّةً عَيْشٌ وَمَرَّةً جَيْشٌ

182. Una vice vita, altera vice exércitus es.

Dicunt عيش esse pro ذو عيش possessor vitae. جيش pro ذو جيش possessor exercitus.« Ibn-Alahrabius proverbii originem in eo, quod vir modo vita commoda utatur, modo miseria prematur, invenit.

١٨٣ إِنْ لَمْ يَكُنْ شَحْمٌ فَنَفَشٌ

183. Si adeps non est; at lana est.

Ibn Alahrabius, qui proverbium adtulit, hunc ei sensum tribuit.« »Si factum non est; at facti species est.« Alius quidam vocabulo النفش »lactis pauci« significationem inesse putavit, ut paucitas eius, quod adferretur, designaretur.

١٨٤ آهَةً وَمِيهَةً

184. Lamentatio et morbilli (in ovibus).

Vox aliis آهة morbillorum, pustulorum significationem habet. Calamitatem gravem proverbium, (cui et accusativi casus tribuitur) designat et qui male alteri precatur, eo utitur.

Scharaf-Aldin. Samachschar. (conf. Schult. prov. Meid. p. 10.)

إِلَيْكَ يُسَاقُ ٱلْحَدِيثُ ١٨٥

185. Ad te sermo pervenit.

In virum dicitur, qui, quamquam res bene cessura est, festinatione utens ante tempus suum ea potiri vult. Scharaf-Aldin. Samachschar. Proverbii originem talem fuisse narrant. Vir quidam ad mulierem, eam in matrimonium petiturus venerat. Illa dum loquebatur, libidine exardenti membrum erigebatur tali modo, ut muliere loquente augeretur. Qua de causa eum præsentium puduit et manum membro imponens ista, quae in proverbium venerunt, verba dixit. Refert autem Ebn-Alcalbius, Ahmirum ben-Zahzaah, quum mortem appropinquantem sentiret, filios, ut mandata daret, advocasse. Hic quum diu tacuisset, eorum unum, qui adessent, eum ad loquendum commovisse his proverbii verbis utentem. conf. prov. 192.

أَنَا ٱلنَّذِيرُ ٱلْعُرْيَانُ ١٨٦

186. Ego sum monitor nudus.

Alcalbius talem hujus proverbii originem fuisse narravit. Abu-Duadus poeta, qui Almondsiri ben-Maissemäi vicinus erat, cum viro e gente Albahra oriundo, cui Rakabah ben-Ahmir nomen erat, in oppido Hira rixam contraxerat. Vir ille, quum ab Abu-Duado, ut pacem faceret et foedus juramento confirmaret, petiisset, repulsam tulit, illo coram Almondsiro dicente: Quibusnam rebus gens Ijad vitam degit? Profecto, nisi a gente Bahra res ad vitam sustinendam necessarias acciperet, iam periisset. Quae verba aegre ferens Rakabahus, quum Abu-Duadus tres filios in Syriam mercaturae faciendae causa misisset, genti suae, ut se vindicarent, rem indicavit. Tres igitur illi filios oc-

ciderunt et occisorum capita patri transmiserunt. Abu-Duadus, ut Almondsirum rei certiorem faceret simulque ad ultionem ab iis petendam instigaret, in epulis, ad quæ illum invitaverat, occisi unius caput in scutella proferri iussit, ita regem alloquens.« In tutelam tuam me recepi et vides, quantum mihi malum illatum sit.« Almondsirus quamquam et alter Rakabahus in eius tutela erat, tamen viro satisfacturus, Rakabahum in vincula coniici iussit et quid fieri vellet, interrogavit. Hic, ut duae cohortes Alschahba et Aldausar (cohortes Alnohmani ben-Almondsir fuisse in Kamuso legitur) appellatae contra gentem mitterentur, a rege petiit. Rakabahus vero de gentis periculo certior factus, uxori, ut gentem suam moneret, mandavit. Illa camelo vehens ad suos pervenit, hisce verbis انا النذير العريان »ego sum monitor nudus« eos alloquens, velo enim, ut videtur, ob festinationem tecta non erat. Gens in superiores Syriae regiones secedens fuga salutem petiit. At rex occisorum patrem sexcentis camelis oblatis contentum reddidit. Alius quidam proverbium e more, qui inter Arabes existeret, ut qui hostilem turmam conspexisset, exutis vestibus suis signum facere soleret, ortum esse tradidit. Proverbium autem in omni calamitate subito irruente, ut nullum de re dubium esset, adhiberi dixit.

١٨٧ إِيَّاكِ أَعْنِي وَٱسْمَعِي يَا جَارَةْ

187. Te dico et audi o vicina!

Haec verba Sahlus ben-Mahlic Fesarita primum dixisse fertur. Quum in itinere, quo ad Alnohmanum proficisceretur, ad gentem quandam Thajjitarum transiens a principe eius hospitium peteret, principis soror, quia ipse domi non aderat, hospitio petentem munifice excepit. Puellae illius pulcherrimae amore captus et nesciens, quomodo amorem patefaceret, hos, ita ut puella audiret, cecinit versus:

يَا أُخْتَ خَيْرِ البَدْوِ وَٱلْحَضَارَةْ   كَيْفَ تَرَيْنَ فِى فَتَى فَزَارَةْ

أَصْبَحَ يَهْوِى حُرَّةً مِعْطَارَةْ   إِيَّاكِ أَعْنِى وَٱسْمَعِى يَا جَارَةْ

»O soror optimi viri inter Arabes campestres et oppidanos, quid tibi videtur de iuvene Fesarita, qui feminae ingenuae et aromata semper adhibentis amore captus est? Te dico et audi, o vicina!«

Ex posteriore igitur versu, cuius metrum سريع appellatum est, (conf. lib. meum p. 246.) proverbium desumtum est. In eo adhibetur, qui verbis quae profert, aliam, quam quae verbis inesse videtur, rem significare vult. Conf. Scharaf-Aldin et Samachschar.

١٨٨ أَبِى يَغْزُو وَأُمِّى تُحَدِّثُ

188 Pater meus hostilem incursionem facit et mater mea narrat.

Ibn-Alahrabius narrat: Quum quidam ab incursione hostili domum rediisset et a vicinis de rerum eventu interrogatus esset, uxorem ejus dixisse. »Talis occisus, talis in fugam coniectus, talis vulneratus est.« Tum filium eius admiratione ductum, haec, quae in proverbium cesserint, verba protulisse. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro sic proverbium legitur ابى يغزو وامى تخبر sensu non diverso. In eum dicitur, qui de alius aerumna gloriatur. conf. Schult. prov. Meid. p. 57.

١٨٩ إِنَّمَا هُمْ أَكَلَةُ رَأْسٍ

189. Illi nonnisi caput edunt.

Paucos esse homines significat, ut alimento eorum caput sufficiat. Meid. Djeuh.

١٩٠ أَكَلَةُ ٱلشَّيْطَانِ

190. Id Satanas voravit.

Tempore ante Mohammedem vocabulo شيطان Satanas serpens, ut fabula fert, cui nemo resistere poterat, significabatur. Serpentem hunc in templum Meccanum saepius intrasse ibique ipsi occurrentes perdidisse narrant. Proverbium rem, cuius ne vestigium quidem superest, indicat.

١٩١ إِنَّمَا هُوَ شَيْطَانٌ مِنَ الشَّيَاطِينِ

191. Ille Satanas ex Satanarum numero est.

Hominem fortem, alacrem designat.

١٩٢ إِلَيْكَ أُنْزِلَتِ ٱلْقِدْرُ بِأَحْنَاءِهَا

192. Ad te demissa est olla cum lateribus suis.

Proverbium hoc eundem fere sensum, quam quod Nr. 185. dictum fuit, praebet.

١٩٣ الأَمْرُ يَعْرِضُ دُونَهُ الأَمْرُ

193. Res est, cui altera res, ne attingatur, obstat.

Proverbium, adesse impedimenta, significat. Loco vocis يعرض legitur يحدث »evenit.« Sic Scharaf-Aldin et Samachschari.

١٩٤ إِحْدَى عَشِيَّاتِكَ مِنْ نَوْكَى قَطَنْ

194. Una vesperarum tuarum a stultis Kathani.

Gens Kathani ben-Nahschal ben-Darem Alnahschali stultitia insignis erat. Fieri potest, ut cameli eius, qui haec verba diceret, ab iis noxa affecti essent, quapropter proverbio de iis uteretur. Simile autem est aliud proverbium احدى لياليك من ابن الحر "Una noctium tuarum ab Ibn-

Horr« et احدى ليـاليك فهيسى »Una noctium tuarum et incede!« (conf. prov. 118). Proverbio autem est metrum Redjes appellatum. conf. libr. meum p. 231.

١٩٥ أَحَدُ حِمَارَيْكِ فَازْجُرِى

195. Unus asinorum tuorum duorum; abige igitur, o femina.

In eo viro proverbio utuntur, qui in rem eum non spectantem incumbit.

١٩٦ إِحْدَى عَشِيَّاتِكِ مِنْ سَقْيِ ٱلْإِبِلْ

196. Una vesperarum tuarum, qua camelis aqua hauritur.

Proverbio hoc in hominem, qui opere fatigatus est, utuntur. Metrum proverbii est Redjes appellatum. conf. libr. meum p. 231. conf. Schult. prov. Meid. p. 163.

١٩٧ أَخَذُوا فِى وَادِى تُوُلَّهْ

197. Abierunt in vallem stuporis.

Eodem sensu احذوا فى وادى تضلل dicunt i. e. In periculum, unde exitus non est, inciderunt. In Kamuso autem وادى تضلل vocabulo الباطل vanum explicatum est; tum ibidem legitur وقعوا فى وادى تولة „Inciderunt in vallem stuporis.« Vallis stuporis cognomen exitii est.

١٩٨ أَخُوكَ أَمِ ٱلذِّئْبُ

198. Num frater tuus est, an lupus?

Vir, quocum amicitiam contraxisti, lupo similis est, ne igitur fidem ei habe! In re dubia adhibetur, quum nocte ob-

scura unus ab altero distingui non potest. Simile est. أَبِكَ أَمْ بِالذِّئْبِ „Num per te an per lupum"? Conf. prov. 249. Harir. p. ۴۸۳. Scharaf-Aldin.

١٩٩ أَدَّى قِدْرًا مُسْتَعِيرُهَا

199. Reddidit ollam, qui eam mutuatus erat.

In eum dicitur, qui sibi praestanda praestat, quemadmodum is, qui mutuo acceptam ollam reddit, officio suo satisfacit.

٢٠٠ إِذَا كَوَيْتَ فَأَنْضِجْ وَإِذَا مَضَغْتَ فَأَدْقِقْ.

200. Quum uris, bene coque, et quum manducas, bene conteras!

Quid agis, bene et diligenter agas! Conf. prov. 102. Proverbium hoc abiecta solummodo littera و metrum مجتث (conf. libr. m. p. 277.) appellatum haberet, et dubito, num sic proprie efferendum fuerit.

إِذَا كَوَيْتَ فَأَنْضِجْ   إِذَا مَضَغْتَ فَأَدْقِقْ

مفاعلن فعلاتن   مفاعلن فعلاتن

◡ – ◡ – | ◡ ◡ – – || ◡ – ◡ – | ◡ ◡ – –

٢٠١ إِنَّكَ لَتَمُدُّ بِسُرْمٍ كَرِيمٍ

201. Tu profecto intestinum nobile extrahis.

Vir quidam, sic traditur, qui alvum evacuare aegre ferret, cibo abstinuit, donec vires ei deficiebant. Infirmus autem quum a lupo laceraretur, haec verba mortis momento dixisse fertur. Proverbio autem is describitur, qui res, in quibus nulla gloriae causa est, gloriatur. Loco vocis بسرم „intestinum" legitur بشلو membrum.

٢٠٢ إِنَّكَ لَا تَخْبُرًا

202. Tu et bonum.

Proverbium, bono et re optata potiturum esse quendam, annunciat. Accusativum vocabuli وخيرا sic explicant, ut suppleatur مجموعان „tu et bonum eritis coniuncti.“ Vocabulum ما superfluum est.

٢٠٣ إِنَّ ٱلْهَوَى يَقْطَعُ ٱلْعَقَبَةَ

203. Amor montis iugum superat.

Amor efficit, ut molestias patienter perferamus. conf. prov. 16. Quod si العقبة enuncias, proverbium ad metrum Basith referri potest. conf. libr. meum p. 194.

٢٠٤ إِنَّ فِي مِضَّ لَسِيمًا

204. In vocabulo مِضّ est signum.

Vocabulo مِضّ, cui لا non significatio est, neque res conceditur, neque recusatur, quapropter alter proverbii legendi modus est ان في مض لمطمعا „In vocabulo مض profecto desiderium est.“ Et legitur لطمعا. Qui dubitant, num rem perficere possint, proverbio hoc utuntur. Proverbium hemistichium versus metri Raml appellati esse videtur. conf. libr. meum p. 239. conf. Scharaf-Aldin.

٢٠٥ إِنْ تَنْفِرِي لَقَدْ رَأَيْتِ نَفَرًا

205. Si pavida aufugis, profecto iam fugiendi causam conspexisti.

Camelam alloqui videtur. In eo adhibetur proverbium, qui ex re revera timenda timorem concepit. Vocabulum نفر a quarta coniugatione significationem accepit, ut id sit,

quod ad fugam incitat. seu fugae causa. Proverbium versus est, qui ad metrum **Sarih** appellatum pertinet. conf. libr. meum p. **246**.

٢٠٦ إِنْ لَمْ يَكُنْ وِفَاقٌ فَفِرَاقٌ

206. Quod si non est consensus, tum separatio.

In Scharaf-Aldini libro loco vocis وفاق legitur وماق. mutuus amor. Proverbii huius origo Ahmiro ben-Althsarib Alahdwani adscribitur. Filiam suam patrueli in matrimonium dederat. Quae quum post aliquot menses a marito verberata ad patrem confugeret, hic patrueli dixit يا بنى ارفع عصاك عن بكرتك تسكن فان كانت نفرت من غير ان تنفر فهو الداء الذى لا دواء له وان لم يكن وماق فتعجيل الفراق والخلع احسن من الطلاق ولن نسلبك اهلك ومالك ثم رد عليه الصداق وفرق بينهما وهو اول خلع كان فى العرب „O fili mi, tolle baculum tuum a iuvenca tua, et ea tranquilla erit, nam si fugit ad fugam non adacta, hic morbus est non curabilis. Si non est mutuus amor, celeriter fiat separatio, nam dimissio simplex melior est quam divortium. Non tibi diripiemus et uxorem tuam et opes tuas. Tum ei dotem reddidit eosque separavit. Haec autem prima fuit hoc modo uxoris dimissio inter Arabes. Scharaf-Aldin. Proverbii sensus est: Quod si homines inter se non consentiunt, separandi sunt.

٢٠٧ إِنِّى مُنْتَثِرٌ وَرِقِى فَمَنْ شَآءَ أَبْقَى وَرِقَهُ

207. Spargo nummos meos et si quis vult, nummos suos conservet!

Viri duo quum inter se gloria certarent, alterum epula instruxisse, alterum autem quum homines ad epula convenissent, nummos sparsisse, narrant. Factum est, ut epula deserentes nummos colligerent. Calliditatem proverbium designat. **Meid**.

٢٠٨ أَوَمِرِنَا مَا أُخْرَى

208 Num consuetudinem aliam (tenuit.)

Meidanius verba explicans ellipsin admittit, ut responsum ei datum sit, qui rem haud probatam protulerit et cui fides non habeatur. Accusativi causam in verbo اخذ cepit omisso vidit i. e. »vel consuetudinem aliam, quam tu dixisti, tenuit.« Rem autem aliter se habere, ac dicta fuit, proverbium significat. Femininum اخرى coniunctum est cum vocabulo مرنا, quod significationem vocis عادة consuetudinis, quae est generis feminini, habet. Meid. Adhibetur, quum quis rem omnino necessariam peragere iubetur. Scharaf-Aldin. Samachschari.

٢٠٩ أَهْلَكَ وَٱللَّيْلَ

209. Familiam tuam (reminiscaris) et noctem (caveas)!

Proverbio hoc cautionem commendant. Alii alio modo proverbium explicant; sed sensus idem manet. Scharaf-Aldin. Samachschari. conf. Erpen. Cent. 2, 99.

٢١٠ إِنَّكَ لَا تَجْنِى مِنَ ٱلشَّوْكِ ٱلْعِنَبْ

210. Tu ex rubis uvas non colliges.

Proverbium hoc Actamo tribuitur. Monet, ne quis iniuste agat, quum ex arbore iniustitiae dulces fructus colligi non possint. Dixit poeta

إِذَا وَتَرْتَ آمْرَءًا فَٱحْذَرْ عَدَاوَتَهُ مَنْ يَزْرَعِ الشَّوْكَ لَا يَحْصُدْ بِهِ عِنَبَا

„Quum virum iniuria afficis, eius inimicitiam cave!“ Qui spinas serit, ex iis uvas non colliget.“ Proverbium hemistichium metri Redjes est. conf. libr. meum p. 230.

٢١١ إِنَّكَ بَعْدُ فِي ٱلْعَزَازِ فَقُمْ

211. Tu post in terra dura eris, surge igitur!

Proverbium, aliquem nondum omnino rem absolvisse neque ad interiores rei partes pervenisse, indicat; terra enim dura in fine regionis est. Comparatur autem cum eo, qui in finibus regionis subsistit putans, se iam ad interiores partes pervenisse. Cohortantis igitur sunt verba. Est autem hemistichium metri **Sarih** appellati. conf. libr. meum p. **244**.

٢١٢ إِنَّمَا يُضَنُّ بِٱلضَّنِينِ

212. Nonnisi ei adhaeretur, qui aliis adhaeret.

Necesse est ut, qui tibi fraterno amore adhaereat, ei adhaereas. **Harir.** p. **36**. Dixit poeta

فَيَا شِمَالِي رَوِّحِي يَمِينِي وَإِنْ كَرِهْتِ عِشْرَتِي فَبِينِي

فَإِنَّمَا يُضَنُّ بِٱلضَّنِينِ

„Et o sinistra mea manus! quiescere sine dexteram meam, et si a consortio meo abhorres, separa te, nam nonnisi ei homines adhaerent, qui aliis adhaeret."

Metrum est **Sarih** appellatum. conf. l. meum p. **246**. Scharaf-Aldin.

٢١٣ إِذَا أَخَذْتَ عَمَلًا فَقَعْ فِيهْ فَإِنَّمَا خَيْبَتُهُ تَوَقِّيهْ

213. Quando opus tibi faciendum sumsisti, id aggredere forti animo; nam si metuis, non perficitur.

Proverbium, ut, qui opus inceperit, ei fortiter incumbat, hortatur. Sunt versus metri **Sarih** appellati. conf. libr. meum p. **246**.

٢١٤ اذَا تَوَلَّى عَقْدَ شَىْءٍ أَوْثَقَ

214. Quando rem nectere iussus est, firmum facit nodum.

Prudentiam et diligentiam in rebus adhibet. Est versus metri Sarih. conf. l. m. p. 246. vel potius e metro Redjes abbreviatum est; cecinit enim poeta

وَمَا عَلَيْكَ أَنْ تَكُونَ أَزْرَقَا   اذَا تَوَلَّى عَقْدَ شَىْءٍ أَوْثَقَا

»Quid autem est, quod sis caeruleus (hostis). Quando ligandae rei praeficitur, firmiter ligat.«

Conf. Scharaf-Aldin, Samachschari.

٢١٥ أَوَّلُ ٱلْعِىِّ ٱلِاخْتِلَاطُ

215. Primum indicium eius, quod quis rem expedire aut respondere nequit, ira est.

Quum is, quem allocutus es, irascitur, hoc eum tibi respondere non posse, indicat i. e. aut re vera ira impedit, quominus respondere possit aut qui respondere nequit, iram ostendit. Scharaf-Aldin. Samachschari.

٢١٦ أَوَّلُ الْحَزْمِ الْمَشْوَرَةْ

216. Initium prudentiae cautae est consultatio.

Proverbium hoc Actsamo ben-Zaifi adscribitur. Enunciatur vox المشورة aut Almaschurah aut Almaschwera. Si priorem enunciandi modum admittis, est hemistichium metri Raml appellati conf. l. c. p. 238, sin posteriorem sequeris, metrum Chafif appellatum est. l. c. p. 263.

٢١٧ أَنَا دُونَ هٰذَا وَفَوْقَ مَا فِى نَفْسِكَ

217. Ego minor sum, quam hoc (quod dicis) et maior, quam quod cogitas.

Chalifa Ahlius verba haec viro dixisse dicitur. qui eum simulata admiratione laudaret.

٢١٨ إِيَّاكَ وَأَنْ يَضْرِبَ لِسانُكَ عُنُقَكَ

218. Cave, ne lingua tua collum tuum amputet.

Cave, ne verba tibi perniciosa loquaris.

٢١٩ أَيْنَما أُوَجِّهْ أَلْقَ سَعْدًا

219. Quo me converto, ibi Saahdo occurro.

Aladbathus ben-Koraih gentis suae princeps iniuria a suis adfectus quum ad aliam gentem se contulisset, et ibi eandem erga principem agendi rationem vidisset, haec verba protulit. Sic quoque refertur في كل ارض سعد بن زيد »In omni terra Saahdus ben-Said est.«

٢٢٠ إِنَّكَ لَتَحْسَبُ عَلَيَّ ٱلْأَرْضَ حيصًا بيصًا

220. Tu putas, terram mihi esse angustam.

Tu calamitates effugere me non posse putas. Legitur quoque حيص بيص haiza baiza vel haizi baizi.

٢٢١ اسْتَأْهِلِي إِهَالَتِي وَأَحْسِنِي إِيَالَتِي

221. Cape tu (o femina) adipem meam, et res meas bene administra!

Vocabulo اهالة »adeps« optima opum pars significatur. i. e. fruere opibus meis, si curam rerum mearum habes. Metrum versus est Redjes appellatum conf. l. m. p. 231.

٢٢٢ أُلْتُ اللِّقَاحَ وَإِيلَ عَلَىَّ

222. Camelos administravi, et me alius administravit.

Verba haec mulier dixisse narratur, quae primum aliorum camelos pascebat, tum ipsa camelos possidebat. Fieri potest, ut proverbii sensus sit conf. C. 21, 59. Se experientiam habere et dominae et servae, aut fortunam conditionem suam mutasse.

٢٢٣ أَنْتَ مِمَّنْ غُدِّىَ فَأُرْسِلَ

223. Tu unus ex iis es, qui matutino cibo excepti et tum dimissi sunt.

In legendo proverbio codices non omnino consentiunt. Codex meus habet غذى »nutritus fuit« codd. L. B. غدى »cibo matutino cibatus fuit« cod. Pocockianus غدا »Mane venit.« In cod. Pocockiano in margine Schultensius adscripsit, codicem 194 habere عدّى, qui est vitiosus legendi modus. Proverbii sensus esse videtur: tua nobis origo ignota est, quemadmodum eius originem nescimus, qui matutino cibo exceptus, et tum mox dimissus est. In eo utuntur proverbio, qui interrogans de sua origine responsum rectum non accipit.

٢٢٤ أَنْتِ الأَمِيرُ فَطَلِّقِى أَوْ رَاجِعِى

224. Tu princeps es, repudia igitur (o femina) aut repudiatam iterum domum deduc.

Proverbium potestatis confirmandae sarcasmum continet, quum repudiare in feminae potestate positum non sit. Hemistichium metri Camil dicti est. conf. l. m. p. 211.

٢٢٥ إِذَا حَرَّ أَخُوكَ فَكُلْ

225. Si frater tuus ingenuus est, fiduciam habe!

In fratre fiducia ponenda est. In codicibus, Pocockiano et Berolinensi حز, in meo حر legitur. In codice Lugdunensi scriba vocem spatio vacuo omisit. Lectioni حز sensus inesse potest: »si frater tuus dissecat, ede!«

٢٢٦ إِمَّا عَلَيْهَا وَإِمَّا لَهَا

226. Aut contra eam (animam) aut pro ea.

Periculum, sive peris sive salvus evadis, subeundum est. Suffixum vero ها ad animam نفس referendum est.

٢٢٧ إِنَّهُ لَرَابِطُ ٱلْجَأْشِ عَلَى ٱلْأَغْبَاشِ

227. Firmo est animo praeditus in noctibus.

Fortis in periculis proverbio describitur.

٢٢٨ إِمَّا خَبَّتْ وَإِمَّا بَرَكَتْ

228. Aut currit aut in terram decumbit.

De camelo verba intelligenda in virum translata sunt, qui semper mutans agendi rationem, tum in bene, tum in male agendo ad extremum pervenit.

٢٢٩ إِنَّهُ مَاعِزٌ مَقْرُوظٌ

229. Pellis caprina est foliis arboris Salam appellatae concinnata a coriario.

Vir perfectus prudentia et consilio est.

٢٣٠ إِنَّ أُضَاخًا مَنْهَلٌ مَوْرُودٌ

230. Odhachus (locus) locus est, quo multi aquatum perveniunt.

Proverbio vir beneficientia inter homines clarus, ut multi eum adeant, designatur, Scharaf-Aldin.

٢٣١ ٱمْرَأً وَمَا ٱخْتَارَ وَإِنْ أَبَى إِلَّا ٱلنَّارَ

231. (Relinque) virum et id quod elegit, nam nil nisi ignem (inferni) petit.

Proverbium eum fugere hortatur, qui adhortationes tuas reiicit. In initio proverbii دَعْ relinque supplendum est. إِنْ hoc loco idem est, quod ما non.

٢٣٢ أَنْتَ فِي مِثْلِ صَاحِبِ ٱلْبَعْرَةِ

232. Tu es ei similis, in quem stercus coniiciebatur.

Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotaverunt انت كصاحب البعرة. Cuidam incidisse narrant suspicionem de hominibus et, ut verum cognosceret, eos congregasse. Tum stercus eum sumsisse dicentem: in eum, qui mihi in suspicione est, hoc coniicio. Quod quum audivisset is, ad quem re vera suspicio pertineret, eum retrocessisse timentem, ne stercore coniecto cognosceretur. Proverbium eum significat, qui de se rem patefacit.

٢٣٣ أَخُو ٱلْكِظَاظِ مَنْ لَا يَسْأَمُهُ

233. Frater difficultatis negotii est, qui eam non fastidit (ab ea non recedit.)

In viro proverbium adhibent, qui, ut aliis adversetur, instigatur. Vocabulum كظاظ proprie significat, virum magno cum studio proelio se immiscere. Dicitur quoque بينهم كظاظ »Inter eos difficultas negotii seu malum est.«

٢٣٤ أَنْتَ لَهَا فَكُنْ ذَا مِرَّةٍ

234. Tu ei (bello) es (natus); sis igitur fortis!

Suffixum ها ad bellum لحرب referendum est.

٢٣٥ إِنْ لَمْ أَنْفَعْكُمْ قَبَلًا لَمْ أَنْفَعْكُمْ عَلَلًا

235. Quod si vobis primo, quem offero, potu utilis non sum, vobis, quum alterum potum porrigo, utilitatem non afferam.

Quod si vobis initio utilis non sum, in fine nulli quoque vobis commodo ero.

٢٣٦ إِنَّ ٱلْعِرَاكَ فِى ٱلنَّهَلِ

236. Conflictus est, quum prima vice (cameli) potant.

Cameli siti nondum sedata, ut propius ad aquam accedant, se invicem premunt. Adhortatio proverbio inest. Quum rixae initium vehemens sit, caveatur.

٢٣٧ إِنَّ ٱلْهَزِيلَ إِذَا شَبِعَ مَاتَ

237. Emaciatus, quando satiatur, moritur.

In eum, qui dives factus, insolentem et superbum se hominibus praebet, dicitur.

٢٣٨ أَمْرٌ فَاتَكَ فَٱرْتَحِلْ شَانَكَ

238. Res te fugit; ove tua igitur veharis!

Quod si quis interrogantem rem celare cupit, hoc proverbio uti potest; significat enim, ut ove vehi non potes, sic rem quaesitam non attinges.

٢٣٩ الى ذلكَ مَا أَوْلَادُهَا عِيسٌ

239. Ad id, quando pulli eorum (camelorum) admissarii albi erunt.

In eum, qui rem, quam promittit, in tempus serius differt, quadrat. ذاك in codice L. vel, ut in codicibus P. B. et meo est, ذلك rem promissam designat et ما tempus indicat. Quod vero vocabulo عيس admissariorum significationem tribui, ea causa adductus feci, quod verbo عاس inivit camelam significatio inest.

٢٤٠ إِلَى ذَاكَ مَا بَاضَ الحَمَامُ وَفَرَّخَا

240. Ad hoc (pervenies), quando columbae ova posuerunt et pullos excluserunt.

Similem sensum quam præcedens proverbium præbet. Hemistichium metri Thawil est. conf. libr. m. p. 161.

٢٤١ إِنْ كُنْتِ غَضْبَى فَعَلَى هَنِكِ فَاغْضَبِي

241. Quod si irata es, vulvae tuae culpa est; irascaris!

Puella stuprum passa erat. Quae quum patrem alloquens dixisset. »Ego irata sum« et tum patri interroganti, quare? respondisset, quod gravida sum, pater proverbii verbis utens, eam commerere culpam, significare voluit. Simile est proverbium C. XXVIII, 17.

٢٤٢ أَنَا أَشْغَلُ عَنكَ مِنْ مُرْضِعِ بَهْمٍ سَبْعِينَ

242. Magis occupatus sum, ut tui curam non habeam, quam is, qui septuaginta agnos lactat.

Quam maxime occupatum esse hominem significat. (Hoc Pocockius non habet.)

٢٤٣ أَخُو ٱلظَّلْمَاءِ أَعْشَى بِٱللَّيْلِ

243. Frater obscuritatis nocte caecus est.

In eum dicitur, qui argumentum haud rectum adferens ex re, in quam incidit, se expedire nequit, neque enim aliter fieri potest, quum ut, qui in loco obscuro versetur, caeco similis sit, quia non cernit.

٢٤٤ إِنْ كُنْتَ عَطْشَانَ فَقَدْ أَنَى لَكَ

244. Si tu sitibundus es, iam tibi tempus est.

Si vindictae cupidus es, ulciscendi tempus adest.

٢٤٥ إِنَّ أَخَا ٱلْعَزَّاءِ مَنْ يَسْعَى مَعَكْ

245. Frater infausti anni is est, qui tecum it.

Qui in infortunio te non deserit, frater tuus est. Metrum proverbii **Redjes** est. conf. libr. m. p. 231.

٢٤٦ أَنْتَ مِنِّى بَيْنَ أُذُنِى وَعَاتِقِى

246. Tu locum inter aures meas et humerum meum occupas.

Tu apud me in summo dignitatis loco es.

٢٤٧ إِنَّ مِنَ ٱلْيَوْمِ آخِرَهُ

247. Diei huic extrema pars est.

In eum, qui segnis habetur, dicitur. Vituperatus enim,

quod tempus agendi dimiserit, his verbis respondere solet, quibus se extrema diei parte rem perfecturum esse, promittit.

٢٤٨ إِبِلِى لَمْ أَبِعْ وَلَمْ أَهَبْ

248. Cameli mei sunt, neque eos vendidi neque dono dedi.

De iniusto, qui de re ipsi prorsus aliena tecum litigat, adhibetur. conf. Schult. prov. Meid. p. 47.

٢٤٩ إِلَّا تَلِدْ يُولَدْ لَكَ

249. Si tu filios non gignis, tibi gignitur.

De eo, qui rem sibi noxiam tractat, adhibetur, ut qui viduam, cui sunt filii, in matrimonium duxit, ab illis bonis privatur.

٢٥٠ إِنَّ الحُسْنَ شَقْوَةٌ

250. Pulchritudo est miseria.

Vir ob corporis pulchritudinem superbus et arrogans molestiam inde trahit, aliisque odio erit.

٢٥١ إِنَّهَا الإِبِلُ بِسَلَامَتِهَا

251. Hi sunt cameli cum incolumitate sua.

Gens quaedam proficiscens, sic narratur, in domo omnino emaciatum, ut surgere non posset, cameli pullum reliquerat. Hyaena, quae eum ceperat, spe eius postea potiundi freta pabulatum eum dimisit. At vero pullus quum pabulo saginatus hyaenae spem omnino fefellisset, haec in ista verba erupit. Proverbio, virum a nobis contemtum contemtu dignum non fuisse, declarant.

٢٥٢ أَخُوكَ أَمِ ٱللَّيْلُ

252. Num (res apparens) frater tuus est, an nox (i. e. noctu apparens res)?

Dubiam esse rem noctu, hoc significat. conf. prov. 194.

٢٥٣ إِنَّهَا مِنِّى لَأَصِرَّى

253. Hoc mihi profecto propositum firmum est.

Suffixum ها ad vocem omissam يمين »iuramentum« aut عزيمة »propositum« referendum esse ducunt. Vocabulum صرى et اصرى vario modo enunciatur. conf. lex. meum.

٢٥٤ أَنْتَ عَلَى ٱلْمُجَرَّبِ

254. Tu es super experto.

Tu mox experientia edoctus rem optime scies, ne igitur interroges! Scharaf-Aldin.

٢٥٥ إِنَّكَ لَوْ صَاحَبْتَنَا لَمَذِحْتَ

255. Tu si nobiscum fuisses, intertrigines haberes.

Vir molestiam expertus alteri haec verba dicit indicaturus, eum, si socius fuisset, easdem molestias perpessurum fuisse.

٢٥٦ إِنَّكَ لَتُكْثِرُ ٱلْحَزَّ وَتُخْطِئُ ٱلْمَفْصَلَ

256. Tu multum secas et artuum compagines non attingis.

Eum, qui multo cum studio et labore rem aggressus, rectum non invenit modum eamque ob causam rem non perficit, designat proverbium.

٢٥٧ انَّكَ لَتَحْدُو بِجَمَلٍ ثَفَالٍ وتَتَخَطَّى إِلَى زَلَقِ ٱلْمَرَاتِبِ

257. Tu canendo propellis camelum tardum, et adscendis in locum lubricum.

Eum, qui in duplicem molestiam incidit, significat.

٢٥٨ إِنَّهُ لَحُوَّلٌ قُلَّبٌ

258. Multum versatilis est.

Multum astutus est, quoquoversum et quovis modo se convertens et res, quas suscipit, quoquoversum vertens. Dicitur quoque حولّى قلّبى et حولّى قلّب teste Kamusi auctore. conf. Scharaf-Aldin, Samachschar.

٢٥٩ أَكْلٌ وحَمْدٌ خَيْرٌ مِنْ أَكْلٍ وصَمْتٍ

259. Esus et laus melior est, quam esus et silentium.

Qui tibi benefecit, eum laudes.

٢٦٠ إِنَّمَا تَغُرُّ مَنْ تَرَى ويَغُرُّكَ مَنْ لَا تَرَى

260. Si decipis quem vides, te decipiet is, quem non vides.

Si erga homines male agis, deus te punibit. Alius vero proverbii legendi modus exstat, تعز et يعزك »Si eum quem vidis, vincis, te is, quem non vides, vincet.« Simile quid in Alcorano (In fine Surae الطارق inscriptae).

٢٦١ إِنْ تَعِشْ تَرَ مَا لَمْ تَرَهُ

261. Si vivis, id, quod non vidisti, videbis.

Simili ratione dicunt عش رجبا ترى عجبا »Vive per mensem Redjeb, videbis res miras.« conf. C. XVIII, 52. Abu-Ohjainahus Almohallebi sic cecinit

قُلْ لِمَنْ اَبْصَرَ حَالاً مُنْكَرَةْ ❊ وَرَأَى مِنْ دَهْرِهِ مَا حَيَّرَهْ

لَيْسَ بِالْمُنْكَرِ ما أَبْصَرْتَهُ ❊ كُلُّ مَنْ عَاشَ يَرَى مَا لَمْ يَرَهْ

»Dic ei, qui vidit rem sibi ignotam, et ob varias temporis vicissitudines obstupescit: Non est res ignota, quam vidisti, quicunque vivens est, res videt, quas antea non viderat.«

Sunt versus metri Chafif appellati. conf. libr. m. p. 262. Temporis vicissitudines proverbium designat. Scharaf-Aldin.

٢٦٢ أَيْنَ يَضَعُ ٱلْمَخْنُوقُ يَدَهُ

262. Ubi strangulatus manum suam ponet?

Nullum contra malum esse remedium, proverbium indicat. Sic dicitur, quia omni cautione se strangulans utitur, ne, si facti eum poeniteat, factum suum corrigat. conf. Samachschar.

٢٦٣ إِنَّ خَيْرًا مِنَ ٱلْخَيْرِ فَاعِلُهُ

وَإِنَّ شَرًّا مِنَ ٱلشَّرِّ فَاعِلُهُ

263. Melior, quam bonum, est is, qui id peragit, pejor quam malum, est is, qui id facit.

Proverbium Alkamaho, fratri Alnohmani ben-Almondsir, qui inter plura praecepta viro Ahmruo ben-Hind appellato hoc dixerit, tribuitur. Abu-Ohbaid. Alii Zachri ben-Ahmru ben-Alschirbid verba esse contendunt. Scharaf-Aldin.

٢٦٤ أَخَذُوا طَرِيقَ ٱلْعُنْصُلَيْنِ

264. Incesserunt via Alohnzolin.

Legitur quoque اخذ فى طريق conf. Schult. prov. Meid. pag. 261. Proverbium viros errare significat. Via autem, quae e regione Jemama Bazram ducit, طريق العنصل appellatur. Alazmäihus vocem العُنْصُل enunciavit. Proverbium autem inde originem duxisse dicitur, quod poeta Alferasdak appellatus, quendam in via errantem describens sic dixerit

أَرَادَ طَرِيقَ ٱلْعُنْصُلَيْنِ فَيَاسَرَتْ بِهِ ٱلْعِيسُ فِى نَائِى ٱلصُّوَى مُتَشَايِمِ

»Voluit via Alohnzolin incedere; sed cameli albi ad sinistrum latus eum abduxerunt, dum in recessu collium ad sinistrum latus decedebat.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. l. m. p. 162. Vulgus putat, de omni errante dici posse, eum via Alohnzolin incedere, quod vero non ita se habet. Poeta enim viam Alohnzolin viam falsam fuisse, quemadmodum vulgus putavit, non dixit. Via recta ex poetae sententia est.

٢٦٥ إِنَّكَ لَا تَدْرِى عَلَامَ يَنْزَأُ هَرِمُكَ

265. Tu nescis, ad quamnam rem anima tua impellatur.

Legitur quoque بمر يولع هرمك eodem sensu. Huius proverbii et in Kamuso et in Djeuharii opere mentio facta est. De eo adhibetur, qui aetate provectus rem, quae ipsi honori non ducitur, suscipit et stulte loquitur.

٢٦٦ إِنَّ ٱلْحُسُومَ يُورِثُ ٱلْحُشُومَ

266. Diligentia et continuatio in opere fatigationem procreat.

Vocabulum الحسوم scholiastes vocibus الدؤوب والتتابع »Summa in opere diligentia et continuatio« explicavit. Moderationem in rebus commendat proverbium, conf. prov. 2.

٢٦٧ أَوَّلُ ٱلشَّجَرَةِ ٱلنَّوَاةُ

267. Initium arboris nucleus est.

E re parva magna provenit. conf. Scharaf-Aldin. Samachschar. Gol. Adag. 1.

٢٦٨ آفَةُ ٱلْعِلْمِ ٱلنِّسْيَانُ

268. Pestis scientiae est oblivio.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 7.

٢٦٩ آفَةُ المُرُوَّةِ خُلْفُ المَوْعِدِ

269. Pestis virtutis est contrarium promissi.

Huiusce proverbii auctor Auhfus Alcalbi fuisse traditur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 7.

٢٧٠ أَكَلَ رَوْقَهُ

270. Edendo consumsit dentes suos longos.

Grandaevus est.

٢٧١ أَلْفُ مُجِيزٍ وَلَا غَوَّاصٌ

271. Mille portitores et non unus urinator.

Duas res significat, quarum una facilis, altera valde difficilis est. مُجيز autem is est, qui traducit aut fluvium aut mare.

٢٧٢ الإِيْنَاسُ قَبْلَ الإِبْسَاسِ

272. Mansuefacias, antequam demulces.

Adulationem, ut re potiamur, adhibendam esse designat.

Meid. Vocabulum ابساس significat id, quod mulgens, ut demulceat inter mulgendum camelam, بس بس Bes Bes dicit. Proverbium, re a camela in hominem translata, dicit: si vis ex aliquo demulcendo rem, quam desideras, capere, eum tibi antea mansuefacias, necesse est. Hortatur igitur, ut in petenda re blanditias adhibeamus. Scharaf-Aldin.

٢٧٣ اذا نَصَرَ ٱلرَّأْىُ بَطَلَ ٱلْهَوَى

273. Quum consilium iuvat, cupido irrita est.

Monet, ut prudentia et consilio in rebus utamur, neque cupiditates sequamur.

٢٧٤ إِنَّا لَنَكْشِرُ فِى وُجُوهِ أَقْوَامٍ وَإِنَّ قُلُوبَنَا لَتَقْلِيهِمْ

274. Arridemus hominibus, et in animis nostris odio eos habemus.

Loco vocis لتقليهم legitur لتلعنهم »Profecto eos devovimus.« Secuti sumus lectionem cod. P. et B.; codex L. لنكثر et noster لنشكر habet, id quod scribae vitium esse putandum est. Proverbium hortari videtur, ut odium erga homines animo abscondamus. His verbis Abu-l'Derda usus esse dicitur.

٢٧٥ إِنَّهُ لَعُضْلَةٌ مِنَ ٱلْعُضَلِ

275. Infortunium est e numero infortuniorum.

De homine pernicioso adhibetur.

٢٧٦ إِنَّهُ لَذُو بَزْلَاءَ

276. Forti animo et consilio praeditus est.

٢٧٧ إِنَّكَ لَا تَسْعَى بِرِجْلِ مَنْ أَبَى

277. Tu pede eius, qui nolit, non curres.

Adhibetur, quum frater tuus tibi auxilium ferre recusat. Hemistichium metri Redjes est. conf. l. m. p. 230.

٢٧٨ إِنْ كُنْتَ ذُقْتَهُ فَقَدْ أَكَلْتُهُ

278. Si tu id gustavisti, ego id iam edi.

De viro experientia rerum omnino subacto proverbium adhibent. Est hemistichium metri Redjes conf. l. m. p. 230.

٢٧٩ إِيَّاكَ وَالبَغْيَ وَإِنَّهُ عِقَالُ ٱلنَّصْرِ

279. Cave iniustitiam, nam victoriae vinculum est (retinet a te victoriam).

Verba haec Mohammedes ben-Sobaidah viro, quem exercitus sui ducem creaverat, dixisse fertur.

٢٨٠ إِنَّهَا لَيْسَتْ بِخُدْعَةِ ٱلصَّبِيِّ

280. Haec (res) deceptio pueri non est.

Principem Ahlium misisse dicunt Djerirum ben-Ahbd-Allah Albadjali ad Moahwijjam, ut ab eo obsequii iuramentum posceret. Hic quum urgeret, Moahwijja haec dixit verba significaturus, rem non esse parvi momenti ei similem, qua puer, ut sugere desinat, decipiatur. Moram sibi igitur concedendam esse.

٢٨١ إن لَمْ تَغُضَّ عَلَى ٱلْقَذَى لَمْ تَرْضَ أَبَدًا

281. Si festucam patienter non fers, nunquam contentus eris.

Patienter ut ferantur iniuriae, a fratribus nobis illatae, monet. Vox غضّ significat: visum depressit, tum toleravit rem eam quasi non videns.

٢٨١ إِنْ كُنْتَ فِي قَوْمٍ فَٱحْلُبْ فِي إِنَائِهِمْ

282. Si in gente versaris, vasibus eius lac immulge.

Cum iis, quibuscum vivis, consentias. Eandem regulam dedit poeta versu

اذا كُنْتَ فى قَوْمٍ عِدًى لَسْتَ مِنْهُمْ فَكُلْ ما عُلِفْتَ مِنْ خَبِيثٍ وَطَيِّبِ

»Quum in gente peregrina, in qua natus non es, degis, ede pabulum, quod tibi porrigunt, sive turpe, sive bonum sit.«

Metrum est Thawil conf. l. m. p. 162.

٢٨٣ إِذَا أَتْلَفَ النَّاسُ أَخْلَفَ اليَاسُ

283. Quum perdidit Alnasus, reparavit Aljasus.

Alnasus erat vir, qui Kaisus ben-Aihlan ben-Modhar appellabatur. Fratre اليس Elias appellato utebatur. Nomen autem hoc rhythmi causa mutarunt. Proverbium significat, quendam impediri, quominus rem assequatur. Meid.

Scharaf-Aldinus libro citato clarius proverbium explicavit. Alnasi consuetudo erat, sic refert, perdendi; Aljasi autem reparandi, ut quae ille corrupisset, hic repararet. Est autem proverbium vetus, quod in eum adhibetur, qui reparat, quod alter perdidit.

٢٨٤ إِذَا حَانَ ٱلْقَضَاءُ ضَاقَ الفَضَاءُ

284. Quum mortis tempus adest, amplus campus angustus est.

De hoc conf. cl. Fleischeri libr. Alis hundert Sprüche p. 89. ubi legitur اذا جاء القضاء ضاق الفضاء »Quum venit etc.«

٢٨٥ إِذَا ظَلَمْتَ مَنْ دُونَكَ فَلَا تَأْمَنْ مِنْ عَذَابِ مَنْ فَوْقَكَ

285. Si te inferiorem injuria afficis, ne sis securus de poena te superioris.

٢٨٦ إِلَّا أَكُنْ صَنَعًا فَإِنِّي أَعْتَتِمُ

286. Quod si manibus solers non sum, at vero leviter consuo.

In codicibus B. L. P. legitur اعتتم; in meo اعتتمت, in codice Scharaf-Aldini ان لا يكن صنعا فانه يعتتم »Si artifex non est; sed rudi modo quamquam non firmiter consuit.« i. e. etsi tibi non omnino satisfacere potest, tamen pro facultate sua satisfacere studet.

٢٨٧ إِنَّمَا نَبْلُكَ حِظَاءٌ

287. Sagittae tuae sunt sagittae parvae sine cuspide.

Debilis et impotens es.

٢٨٨ إِنَّهُ لَيُفْرِغُ مِنْ إِنَاءٍ ضَخْمٍ فِي إِنَاءٍ فَعْمٍ

288. Vas grande evacuat in vas plenum.

In hominem, qui beneficiis haud indiget, beneficus est.

٢٨٩ إِنَّ مَعَ الْكَثْرَةِ تَخَاذُلًا وَمَعَ الْقِلَّةِ تَمَاسُكًا

289. In multitudine (exercitus) se mutuo deserunt; in pauco numero invicem cohaerent.

Fieri potest, ut magnus exercitus fugiat, dum singuli singulis opem non ferunt; pauci autem sibi mutuo auxilium praestent.

٢٩٠ إذا تكلّمتَ بليلٍ فاخفض وإذا تكلّمتَ نهارًا فانفض

290. Si noctu loqueris, (vocem) deprime et si die loqueris, circumspice.

Caveas, ne, quem celare rem vis, is verba tua audiat. Sunt duo versus metri Sarih, si littera و ante اذا omittitur. conf. libr. m. p. 246.

٢٩١ إذا قامَ جُناةُ الشرِّ فاقعد

291. Quum iniuriam inferentes surgunt, sede.

Similis est alter loquendi modus اذا نزا بك الشرّ فاقعد »Quum malum tecum irruit, sede.« conf. prov. 171.

٢٩٢ إنّ المناكحَ خيرُها الأبكارُ

292. Optimae coniuges sunt virgines intactae.

٢٩٣ إن كنتَ مناطحًا فناطحْ بذواتِ القرونِ

293. Quod si cornibus petis, per eos, quibus cornua sunt, pete.

Simile est aliud proverbium زاحم بعود او دع »Preme in loco angusto per annosos camelos aut omnino non fac.« conf. C. XI, 7. Cavendum est, ne rem difficilem haud praeparatus suscipias, ut ei perficiendae impar sis.

٢٩٤ إذا صاحتِ الدجاجةُ صياحَ الديكِ فلتُذبحْ

294. Quum gallina modo galli canit, mactanda est.

Quum poeta Alferasdakus mulieri carmen dicenti verba dixerit, non dubito, quin versus fuerint, nam si unam tan-

tum syllabam longam ex. gr. vocem في post الدجاجة inseris, versus est metri Wafir appellati. conf. l. c. p. 204.

٢٩٥ إِيَّاكَ وَعَقِيلَةَ ٱلْمِلْحِ

295. C aveargaritam salsae aquae!

Margaritâ salsae aquae femina pulchra e gente ignobili originem ducens significatur.

٢٩٦ إِذَا جَاذَبَتْهُ قَرِينَتُهُ بَهَرَهَا

296. Quum trahendo contendit cum eo ipsi coniuncta, eam vincit.

Proverbium, nisi fallor, a camelis desumtum est.. Adligatur camela difficilis fune cum altero robusto, ut per eum dometur. Adligata autem initio multum trahere funem solet, donec a robusto victa quieta fit. In homines igitur translata verba virum fortem designant. Hunc vero proverbio sensum inesse puto, quia verbum جاذب trahendo certavit vix de coniuge, (quae quoque significatio voci قرينة inest) dici potest.

٢٩٧ إِنَّهُ لَيَنْزُو بَيْنَ شَطَنَيْنِ

297. Ille (equus) assilit inter duos funes.

Ab equo, qui duobus funibus ab utroque latere retentus in medio currit, in hominem, qui ab utroque latere captus est, transfertur. Dicitur de eo, qui utrimque difficultatibus obsidetur et se liberum putat.

٢٩٨ إِذَا قُلْتَ لَهُ زِنْ طَأْطَأَ رَأْسَهُ وَحَزِنْ

298. Quum tu ei dicis, pondera, caput demittit affectus tristitiâ.

Avarus describitur. Proverbio homoioteleuton est.

٢٩٩ اذَا رَأَنِى رَأَى ٱلسِّكِّينَ فِى ٱلْمَآءِ

299. Quum me videt, cultrum in aqua videt.

Multum me timet.

٣٠٠ أُمُّ ٱلْجَبَانِ لَا تَفْرَحُ وَلَا تَحْزَنُ

300. Mater timidi neque laeta est neque tristis.

Quoquo se convertit, mater eius neque ob periculum aut mortem tristitia neque ob eius fortitudinem et praeclara facta gaudio afficitur. In vituperanda timiditate adhibetur. Scharaf-Aldin. In meo codice proverbium non legitur.

٣٠١ أُمُّ ٱلصَّقْرِ مِقْلَاةٌ نَزُورٌ

301. Mater avis carnivorae semel tantum parit parum prolifera.

Res pretiosas admodum paucas esse indicat proverbium. Alahbbasus ben-Merdas haec verba dixisse narratur.

٣٠٢ أُمُّ قُعَيْسٍ وَأَبُو قُعَيْسٍ

كِلَاهُمَا يُخْلَطُ خَلْطَ ٱلْحَيْسِ

302. Mater Koaihsi et pater Koaihs; uterque mixtus est, quemadmodum miscetur cibus Hais.

Vir quidam Abu-Koaihs cognominatus eiusque uxor pravam agendi rationem sequebantur et alter in alterius scelere connivebat. Qui autem sit proverbii sensus, non liquet. Comparatio instituta est inter istos homines et cibum Hais appellatum. Significationem vocabuli حيس describens scholiastes dixit الحيس عند العرب التمر والسمن

والاقط غير مختلط كما قال الراجز

التَّمْرُ وَٱلسَّمْنُ جَمِيعًا وَٱلْأَقِطْ   ٱلْحَيْسُ إِلَّا أَنَّهُ لَمْ يَخْتَلِطْ

»Cibus Hais appellatus confectus est dactylis, butyro et lacte schisto non mixtis, quemadmodum poeta metro رجز cecinit:

Dactyli, butyrum simul et lac schistum sunt cibus Hais; nisi quod id non mixtum fuit.«

Nisi me omnia fallunt, tam poetae quam interpretis opinio est, illas tres res, nonnisi quum mixtae sint, Hais nomen accipere. Multum autem, si lexicis fides est habenda, quum illae res subigendo inter se misceantur, proverbii sensus esse videtur, tam virum illum quam mulierem turpissimam agendi rationem sequentes cum aliis pluribus modo illarum rerum multum permisceri, ut stuprum indicetur.

٣٠٣ إِذَا أَتَاكَ أَحَدُ ٱلْخَصْمَيْنِ فَقَدْ فُقِئَتْ عَيْنُهُ فَلَا تَقْضِ لَهُ حَتَّى يَأْتِيَكَ خَصْمُهُ فَلَعَلَّهُ قَدْ فُقِئَتْ عَيْنَاهُ جَمِيعًا

303. Quum unus adversariorum, cuius unus oculus erutus est, ad te venit, non statim in eius favorem iudicium feras, donec alter adversarius advenit; fieri enim potest, ut hic duos oculos erutos habeat.

Proverbium tanquam omnibus notum Almondsarius adtulit.

٣٠٤ أَوَّلُ مَا أَطْلَعَ ضَبٌّ ذَنَبَهُ

304. Primum est, quod lacerta caudam extulit.

De eo, qui primum bonum opus, quod antea non fecerat, perficit, adhibetur. Caeterum vocem اول et ذنبه aut nominativi aut accusativi casum esse posse, putant, ut varia verborum grammatice explicandorum ratio admittatur. Triplici nempe modo اوّل ما اطّلع ضبّ ذنبَه pro هذا اول »Hoc primum est, quod extulit lacerta caudam suam, aut اوّلُ ما اطّلع ضبٌّ ذنبُه »Prima res, quam extulit lacerta, est cauda eius« aut اول ما اطّلع ضبّ ذنبَه »Primo tempore est, quod lacerta extulit caudam suam« intelligi potest.

٣٠٥ إِنْ فَعَلْتَ كَذَا فَبِهَا وَنِعْمَتْ

305. Quod si sic fecisti, quam praeclarus est agendi modus!

Vario autem modo proverbium explicatur. Abu-l'Haitsamo بها admirationem exprimit, quemadmodum كفاك به رجلا dicunt, ut sensus sit ما احسنها من خصلة ونعمت خصلة »Quam pulchra est agendi ratio et bona est agendi ratio!« Sunt autem, qui بها ad omissam vocem الوثيقة referendum censeant, ut sensus sit ان فعلت كذا فبالوثيقة اخذت ونعمت الخصلة الاخذة بها »Si sic fecisti, tu firmo animo egisti et pulchra est indoles, quae id peregit.«

٣٠٦ أَهْلَكَ فَقَدْ أَعْرَيْتَ

306. Ad gentem tuam (celeriter redeas), nam frigidus ventus tibi spirat.

Accusativus اهلك etc. ex omisso verbo بادر festina pendet. Monet, ut videtur, proverbium, ne quis cunctando noxae aut periculo se exponat.

٣٠٧ اسْتَأْصَلَ ٱللَّهُ عِرَقَاتِهِ

307. Deus radicem eius omnino evellat!

De voce عِرقات, eiusque vario enunciandi modo vide lexicon meum maius. Imprecationis est formula. Scharaf-Aldinus et Samachscharius habent استاصل الله شافته »Deleat deus eius ulcus.« Scilicet est ulcus in pede, quod urendo omnino sanatur. Comparatur igitur cum tali ulcere i. e. omnino deleat eum deus.

٣٠٨ أَخَذَهُ بِأَبْدَحَ وَدُبَيْدَحَ

308. Cepit hoc rebus vanis.

Vocibus ابدح ودبيدح »res vanas«, aut facilem faciendi modum designant. Duplex inde oritur proverbii intelligendi modus aut cepit hoc contra ius i. e. per nefas aut cepit hoc sine molestiis. Quid rectius sit, discerni nequit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 267. Est Alazmäii sententia, vocem دبيدح esse pro دُبَيْح et دُبَيْح deminutivum vocis ادبح esse. conf. lex. meum s. دبح. Dicitur quoque جاء بابدح ودبيدح »Res vanas adtulit.«

٣٠٩ إِيَّاكَ وَأَعْرَاضَ ٱلرِّجَالِ

309. Cave, ne virorum honores laedas!

Iasidus ben-Almohalleb, quum filio Mochalado praecepta daret, sic dixisse narratur. اياك واعراض الرجال فان الحر لا يرضيه من عرضه شى واتق العقوبة في الابشار فانها عار باق ووتر مطلوب »Cave, ne virorum honores laedas, nam ingenuum honore laeso nulla res contentum reddet. Time poenam in hominibus, nam ea est dedecus remanens et vindicta quaesita.«

٣١٠ إِنَّهُ لَشَدِيدُ ٱلنَّاظِرِ

310. Is duro et vehementi oculo est praeditus.

Liber est suspicione, ut vehementi intuitu alium adspicere possit.

٣١١ إِنَّهُ لَغَضِيضُ ٱلطَّرْفِ

311. Visum demittit.

Sic scholiastes اى يغض بصره عن مال غيره ونقى الطرف اى ليس بخاين »Demittit visum non adspiciens aliorum opes et purum oculum habens« i. e. alios non decipit. Scholiastes verbis نقى الطرف aliud proverbium انه نقى الطرف »Utique is purum oculum habet« indicare videtur. Prius autem eum designat, qui suo contentus aliorum opes non cupit.

٣١٢ إِنَّهُ لَضَبُّ كَلَدَةٍ لَا يُدْرَكُ حَفْرًا وَلَا يُؤْخَذُ مُذَنِّبًا

312. Is est lacerta loci duri, quae neque fodiendo attingitur neque cauda arrepta capitur.

Eum, qui altos recessus habet, ut quid cogitet, nesciatur, designat. Lacerta aut eo ut terra, id quod in petra fieri non potest, usque ad locum, ubi degit, effodiatur, aut eo ut eius caudam arripiant, capitur. Sed legitur quoque proverbium his modis انه لضب قلعة et انه لضب كدية eodem sensu. Scharaf-Aldin, Samachschari.

٣١٣ إِنَّهُ لَزَحَّارٌ بِٱلدَّوَاهِى

313. Is calamitates procreat.

Prudentiam et astutiam adhibet, ut calamitatem aliis afferat.

٣١٤ إِنَّهُ لَغَيْرُ أَبْعَدَ

314. Is profecto non est multum profundus.

Proverbii sensus est. Nil boni in eo est, quemadmodum in puteo haud profundo aut parva aquae quantitas aut nulla aqua est. Dicitur quoque هو بعيد الغور vel هو بعيد الحور »Is profundum fundum habet« i. e. prudens et intelligens est. Eundem quoque sensum habent verba انه لذو بعدة »Is remotus vel profundus est.«

٣١٥ إِنَّمَا أَنْتَ عَطِينَةٌ وَإِنَّمَا أَنْتَ عَجِينَةٌ

315. Tu nonnisi foetens eius es, et tu nonnisi subactus eius es.

Verbis his vir, cui res mandata est, vituperatur. Vocabulum عطين in pelle adhibent, ut sit pro انت عطين هذا الاهاب aut انت العطين من هذا الامر. Vocabuli autem عجين »manu subactus« significatio de farinae massa adhibetur. Sed mihi duplex proverbium esse videtur.

٣١٦ إِنَّهُ لَمُنْقَطِعُ ٱلْقِبَالِ

316. Is profecto corrigia soleae amputata habet.

Vox قبال lorum, quo inter pedis digitos transeunte solea adligatur, designat. Proverbii sensus est: Qui ab eo in re auxilium petit, bonum consilium non accipit.

٣١٧ إِنَّهُ لَمَوْهُونُ ٱلْفِقَارِ

317. Infirmas dorsi vertebras habet.

Debilis est.

٣١٨ إِنَّمَا نُعْطِى ٱلَّذِى أُعْطِينَا

318. Nonnisi quod accepimus, damus.

Originem proverbii Alahrabius sic narrat. Viro cuidam, cui duae puellae natae erant, patienter rem ferebat; sed quum tertia vice puella nata esset, iratus uxorem fugiebat. Qua de causa hos uxor dixit versus

مَا لِأَبِى الذَّلْفَاءِ لَا يَأْتِينَا   وَهُوَ فِى ٱلْبَيْتِ ٱلَّذِى يَلِينَا

يَغْضَبُ إِنْ لَمْ نَلِدِ ٱلْبَنِينَا   وَإِنَّمَا نُعْطِى الَّذِى أُعْطِينَا

»Quid est patri puellae aequali naso praeditae, quod ad nos non venit, dum in domo nobis propinqua versatur. Iratus est, quod filios non peperimus, sed nonnisi quod accepimus, damus.«

Metrum versuum Sarih appellatum est. conf. l. m. p. 246. Sed fortasse ابو الذلفاء est viri cognomen Abu-l'Dsalfa. In codice uno ابو الدلفاء legitur. Proverbii sensus est: Ultra posse nemo obligatur.

٣١٩ إِيَّاكَ وَحَمِيَّةَ ٱلْأَوْقَابِ

319. Cave studium debilium in tuendis iuribus et officiis.

Cave, ne illi iunctis viribus iniurias sibi oblatas ulciscantur. Instar eius est, quod dicunt اعوذ بالله من غلبة اللئام »Ad Deum confugio a victoria sordidorum.«

Vocabulo اوقاب debiles, aliis vero stupidi significantur. Alahnafus his verbis gentem Banu-Tamim hortatus esse narratur. تباذلوا تحابوا وتهادوا تذهب الاحن والسخائم وایاکم وحمية الاوقاب »Date vicissim, amate vicissim et dona mittite vicissim! Hoc odium et iram depellit. Tum cavete studium debilium in tuendis iuribus atque officiis.«

٣٢٠ إِنَّهُ لَهُوَ أَوِ ٱلْجِذْلُ

320. Is profecto is est vel radix arboris.

Proverbium in eo adhibetur, cui res dubia est, ut unam personam duas esse putet.

٣٢١ إِنَّهُمْ لَهُمْ أَوِ ٱلْحَرَّةُ دَبِيبًا

321. Ii profecto hi sunt aut regio petrosa dum incedit.

Dubium et obscurum rei significat. Scholiastes dixit دبيبا esse pro فى دبيب »in lente incedendo.«

٣٢٢ إِنَّ ٱلشَّقِىَّ يُنْتَحَى لَهُ ٱلشَّقِىُّ

322. Miser misero adducitur.

Codex B. in lectione, quam admisimus, cum codice Pocock. consentit. Codex noster ينتجى, codex L. ينتخى habet. Scholion hoc verbum voce يقيض destinatus est explicavit. Addit فيتعارفان وياتلفان »Unus alterum noscit et cum eo amicitiam init.«

٣٢٣ أَمْرُ ٱللّٰهِ بَلْغٌ يَشْقَى بِهِ ٱلأَشْقِيَاءُ

323. Mandatum Dei est res, quae ad scopum attingit, quo infelices miseri sunt.

Proverbium in eum quadrat, qui, ut alteri placeat, diligentiam adhibens, nullam inde utilitatem capit. Res aliter a Deo decreta est; nil prodest igitur hominis studium.

٣٢٤ إِنْ كُنْتَ تُرِيدُنِى فَأَنَا لَكَ أُرِيدُ

324. Quod si tu me vis, ego tibi volo.

In scholio nil nisi hoc وقال ابو الحسن الاخفش هذا مثل وهو مقلوب واصله ارود وهو مثل قولهم هو احيل الناس واصله احول من الحول »Dixit Abu-l'Hasanus Alachfasch: hoc

proverbium est. Est conversum. Origo eius ارود est, ut dicunt احيل versutior pro احول a radice حول.«

٣٢٥ إِنَّ جُرْفَكَ إِلَى الْهَدْمِ

325. Ripa tua exesa ruinam minatur.

De viro, qui rem tibi ingratam perficere properat, adhibetur. Simile est proxime sequens.

٣٢٦ إِنَّ حَبْلَكَ إِلَى أُنْشُوطَةٍ

326. Funis tuus nodum habet facile solvendum.

Sic vero proverbium grammatice explicarunt ان عقدة حبلك تصير وتنسب الى انشوطة »Nodus funis tui refertur ad nodum facile solvendum.«

٣٢٧ إِيَّاكَ وَقَتِيلَ ٱلْعَصَا

327. Cave, ne sis in coetu occisus.

Caveas, ne in rebellione et turbis, quibus coetus Mohammedanorum inter se dissidet, occisus sis.

٣٢٨ إِنَّكَ لَا تَهْدِى ٱلْمُتَضَالَّ

328. Tu eum, qui consulto errat, in viam rectam non diriges.

In eum, qui consulto rem haud rectam aggreditur, adhibetur.

٣٢٩ إِنَّ ٱلْقَلُوصَ تَمْنَعُ أَهْلَهَا ٱلْجَلَا

329. Camela (iuvenca) impedit possessorem suum a migratione.

Modo lacte eius utuntur, modo pullum eius verno tempore natum vendunt, adeo ut opus non habeant alio migrare victus quaerendi gratia. In eum, qui in angustias adductus benefici tutelae se committit, quadrat.

٣٣٠ اِنَّكَ اِلَى ضَرَّةٍ مَالٍ تَلْجَأُ

330. Tu ad opes multas (alius) confugis.

٣٣١ اِذَا شَبِعَتِ ٱلدَّقِيقَةُ لَحَسَتِ ٱلْجَلِيلَةَ

331. Quando parvum pecus (oves) satiatum est, lambit magnum pecus (cameli).

Oves paucis herbis saturantur, quae camelis parum utilitatis praebent, ut nonnisi lambendo iis inserviant. In paupere, apud divitem serviente, adhibetur.

٣٣٢ اِذَا خَصَبَ ٱلزَّمَانُ جَآءَ ٱلْهَاوِى وَٱلْغَاوِى

332. Quando tempus pabulum abundanter profert, errans et decidens advenit.

Dicunt, voce غاو errans locustas, voce هاو decidens muscas (Kamusi auctori locustas) significari; sed in homines, qui ibi conveniunt, ubi divitiae sunt, transfertur.

٣٣٣ اِذَا جَاءَتِ ٱلسَّنَةُ جَاءَ مَعَهَا أَعْوَانُهَا

333 Quando annus infertilis est, simul cum eo eius satellites adveniunt.

Per satellites anni infertilis locustas, muscas et morbos significari dicunt. i. e. Una calamitas alteram secum adducere solet.

٣٣٤ إِنَّ ٱطِّلَاعًا قَبْلَ إِيْنَاسٍ

334. Inspectio ante cognitionem et certitudinem.

Cavendum est, ne statim, antequam res cognita sit, fides habeatur. Cecinit Ibn-Alahrabius

وَإِنْ أَتَاكَ ٱمْرُؤٌ يَسْعَى بِكِذْبَتِهِ   فَٱنْظُرْ فَإِنَّ ٱطِّلَاعًا قَبْلَ إِيْنَاسِ

»Et si ad te vir venit, adferens mendacium suum, vide; nam inspectio ante certitudinem est.«

٣٣٥ إِنَّمَا يُهْدَمُ ٱلْحَوْضُ مِنْ عُقْرِهِ

335. Aquae receptaculum a loco posteriore destruitur.

Vocabulo حوض receptaculum aquae, quo potaturi cameli conveniunt, voce عقر autem locus pone receptaculum, ubi cameli potantes consistunt, significatur. Rem suo modo aggrediendam esse proverbium indicat.

٣٣٦ أَنَا أَعْلَمُ بِكَذَا مِنَ ٱلْمَائِحِ بِٱسْتِ ٱلْمَاتِحِ

336. Ego hoc melius scio, quam is, qui in inferiore putei loco supra haurientis podicem noscit.

Rem optime novi.

٣٣٧ إِنَّهُ سَرِيعُ ٱلْإِحَارَةِ

337. Is in ventrem magnas buccellas celeriter demittit.

Scholion sic proverbium explicat اى سريع اللقم كبيرها الاحـــارة رد الجواب ورجعه ومنه اراك بشر ما احار مشـــفر اى

ما ردّه ورجعه مشفره الى بطنه »Id est: Celer in buccellis et quidem magnis. Vox احارة est reddere responsum et reducere id, et ad hoc pertinet proverbium: ostendit tibi cutis externa id quod labium reduxit sc. ad ventrem i. e. ex externa animalis cute modus, quo animal nutritum est, cognosci potest. Proverbium autem hominem avidum designare videtur.

٣٣٨ أَنْ أُصْبِحَ عِنْدَ رَأْسِ ٱلْأَمْرِ أَحَبُّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أُصْبِحَ عِنْدَ ذَنَبِهِ

338. Quod prope ad caput rei sum, iucundius mihi est, quam quod apud caudam eius sum.

Proverbium homines hortatur, ut in opere praecedant.

٣٣٩ إِنَّ أَكْلَهُ لَسَلْجَانٌ وَإِنَّ قَضَاءَهُ لَلَيَّانٌ وَإِنَّ عَدْوَهُ لَرَضَمَانٌ

339. Esus eius modus devorandi est, solutio eius modus differendi est, cursus eius est tardus.

رضمان tardum, lentum (camelum), cuius nervi corrugati sunt, designat. Initium proverbii idem est, quod prov. 156.

٣٤٠ إِلَّا تَجِدْ عَارِمًا تَعْتَرِمْ

340. Si sugentem non invenit, ipsa se sugit.

Duplex intelligendi proverbii modus esse videtur. Dicunt enim, in eum adhiberi, qui rebus ipsum non spectantibus incumbat. Recitavit Jonesus

وَلَا تُلْفَيَنَّ كَذَاتِ ٱلْغُلَامِ إِنْ لَمْ تَجِدْ عَارِمًا تَعْتَرِمْ

»Et ne inveniaris instar matris pueri, si non invenit sugentem, ipsa sugit (se).« Tum dicit scholion: ne ei similis sis, qui, quum non invenerit, quem satyra perstringat.

se ipsum perstringit. Citati versus metrum Motakarib appellatum est. conf. l. c. p. 280 sq.

٣٤٠. إِنَّ كَثِيرَ ٱلنُّصْحِ يَهْجُمُ عَلَى كَثِيرِ ٱلظِّنَّةِ

341. Multa admonitio multae suspicionis causa est.

Quod si quem multa admonitione urges, hoc eius contra te suspicionem movet. conf. III, 22.

٣٤١ أَتَاهُ فَمَا أَبْرَدَ لَهُ وَلَا أَحَرَّ

342. Venit ad eum et neque frigidum neque calidum ei obtulit.

Cibo nullo eum excepit. conf. Schult. prov. Meid. p. 60.

٣٤٣ أَنْتَ كَبَارِحِ ٱلْأَرْوَى

343. Tu es similis caprae montanae, quae in campum descendit.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere sic proverbium legitur انت كبارح الاروى قليلا ما ترى »Tu es instar caprae montanae, quæ rarissime conspicitur.« In eum dicitur, qui amicum raro visitat. Et sic legitur proverbium انت بحازج الاروى قليلا ما ترى »Tu es instar pullorum caprae montanae, qui rarissime conspiciuntur.« In rem adhibetur, quae difficile attingitur. conf. Scharaf-Aldin, Samachschari. Paulo aliter Meidanius: Diu absens fuisti, quod capra montana raro in campos apertos e montibus descendit. conf. prov. 84.

٣٤٤ إِذَا ٱلْعَجُوزُ ٱرْتَجَبَتْ فَٱرْجُبْهَا

344. Quod si anus reverentiam meretur, eam verearis!

Quod si vetula reverentiam meretur, rerum ingratarum, quae tibi propter eam accidunt, obliviscaris.

٣٤٥ اِنَّمَا هُوَ ٱلْفَجْرُ أَوِ ٱلْبَحْرُ

345. Hoc aut Aurora aut mare est.

Scholion sic proverbium explicat اى ان انتظرت حتى يضىء لك الفجر الطريق ابصرت قدرك وان خبطت الظلماء وركبت العشواء هجما بك على المكروه يضرب فى الحوادث التى لا امتناع منها »Id est: Si exspectas, donec Aurora viam tibi ostendit, videbis id quod vales; sed si nocte obscura proficisceris et veheris camela noctu non cernente, in res ingratas irrues. Adhibetur proverbium in casibus, qui impediri non possunt.«

٣٤٦ أَنْتَ أَنْزَلْتَ ٱلْقِدْرَ بِأَثَافِيهَا

346. Ollam una cum tripodibus suis deposuisti.

Eum, qui rem gravem suscepit et in eam irruit, designat.

٣٤٧ أَتَتْكُمْ فَالِيَةُ ٱلْأَفَاعِى

347. Venit ad vos scarabaeus viperarum.

Animalculum فالية appellatum in societate scorpionum et viperarum semper est, ut si exeat e latibulo, inde scorpionem proditurum esse, cognoscant. Proverbium autem, initium mali quum adsit, maius malum exspectandum esse, indicat. Conf. II. 72, et Schult. prov. Meid. p. 67.

٣٤٨ أَتَى عَلَيْهِمْ ذُو أَتَى

348. Iis supervenit quod (hominibus) supervenit.

Videtur versus aut hemistichium metri Redjes. conf. libr. m. p. 231. Temporis vicissitudines experti sunt. Proverbium genti Thai proprium est, nam ذو in dialecto illius tribus pro الذى usitatum erat, ut in hoc versu

فَانَّ ٱلْمَـاءَ مَاءُ أَبِـى وَجَدِّى   وَبِئْرِى ذُو حَفَرْتُ وَذُو طَوَيْتُ

»Aqua est aqua patris mei avique mei et puteus meus, quem effodi et quem muravi.«

Metrum versus Wafir appellatum est. conf. l. m. p. 203. Schult. prov. Meid. p. 76.

٣٤٩ أَبُو وَثِيلِ أَبَلَتْ جِمَالُهُ

349. Abu-Watsili cameli novi graminis pastu pingues evaserunt.

Conditio hominis melior evasit. Est versus aut hemistichium metri Redjes. conf. l. c. p. 231. et Schult. prov. Meid. p. 54.

٣٥٠ أُمٌّ سَقَتْكَ ٱلْغِيلَ مِنْ غَيْرِ حَبَلِ

350. Mater lac Ghil appellatum tibi potandum dedit, quum gravida non esset.

Est versus aut hemistichium metri Redjes. conf. l. m. p. 231. Vocabulum غيل Ghil lac praegnantis, quod infanti noxium esse putant, significat. Proverbio autem in eo utuntur, qui societatem tecum inivit, tum durum se gerens, te, qui peccatum non commiseris, a persona sua removet.

٣٥١ آثَرْتُ غَيْرِى بِغُرَافَاتِ ٱلْقِرَبِ

351. Alium mihi praetuli in pauco utrum.

Versus aut hemistichium metri Redjes est. conf. l. m. p. 231. Vocabulo غُرْفَةٌ vel غُرَافَةٌ paucum significatur aut lactis aut aquae aut alius rei, quod vir sibi asservavit, tum alii cuidam dedit. In eum dicitur, qui, quamquam res multas ab ipso tibi inlatas patienter fers, tamen com-

8*

moveri non potest, ut erga te benevolentem se gerat. conf. Schult. prov. Meid. p. 99.

٣٥٢ آوَى إِلَى رُكْنٍ بِلَا قَوَاعِد

352. Ad columnam fundamentis carentem se recepit.

Et hoc proverbium ad metrum Sarih. si enuncias Kawäid, sin Kawäidin, ad metrum Redjes referri potest. conf. l. m. p. 246 et 230 sq. De viro fiducia nostra haud digno, ad quem confugimus, dicitur.

٣٥٣ آبَ وَقِدْحُ ٱلْفَوْزَةِ ٱلْمَنِيحُ

353. Rediit et sorte nulla ei portio evenit.

Proverbii metrum ad Alsarih appellatum referendum est. conf. l. c. p. 246. Vocabulo المنيح sagitta, quae nulla portione in ludo potitur, significatur. Proverbio vir, qui absens, dum res gerebantur, nullius rei particeps est, designatur. conf. Schult. prov. Meid. p. 14.

٣٥٤ إِنْ كَذَبَ نَجَّى فَصِدْقٌ أَخْلَقُ

354. Si mendacium liberat; at veritas dignior est (quae liberet).

Proverbium ad metrum Sarih aut Redjes referre licet. conf. l. c. p. 246.

٣٥٥ أَخٌ أَرَادَ ٱلْبِرَّ صِرْحًا فَٱجْتَهَدْ

355. Frater sincerum amorem voluit et diligentia igitur usus est.

Proverbium, quod ad metrum Redjes referendum est, (conf. l. c. p. 230 sq.) eum significat, qui studium in eo consumens, ut sincerum amorem tibi probet, tamen benevolentia tua caret. conf. Schult. prov. Meid. p. 244.

٣٥٦ إِنِّى مَلِيطُ ٱلرِّفْدِ مِنْ عُوَيْمِرٍ

356. Ego pilis adhuc carens fetus beneficii ex parte Ohwaimiri sum.

Ad metrum **Redjes** referendum est. conf. l. c. p. 230 sq. Comparantur beneficia cum fetibus, qui si pilis carent, imperfecti sunt. Dicit igitur proverbium: Nonnisi parva et imperfecta dona ab eo accepi, cui addictus eram.

٣٥٧ إِنْ حَالَتِ ٱلْقَوْسُ فَسَهْمِى صَائِبٌ

357. Et si arcus curvus factus est, tamen sagitta mea scopum ferit.

Ad metrum **Redjes** referendum est. conf. l. c. p. 250 sq. Eum, qui opibus amissis fortitudinem non abiecit, designat.

٣٥٨ أَىُّ سَوَادٍ بِخِدَامٍ تُدَرَّى

358. Quaenam persona compedibus mulieris decipitur?

Ad metrum **Redjes** referendum proverbium. conf. l. c. p. 230 sq. Verba haec vir, qui se decipi non putat, profert.

٣٥٩ إِنَّهُ لَا يُخْنَقُ عَلَى جِرَّتِهِ

359. Is rumine suo non suffocatur.

A sermone, dum omnia, quae in mentem veniunt, profert, retineri non potest.

٣٦٠ إِنَّهُ لَفِى حُورٍ وَفِى بُورٍ

360. Is profecto detrimento et interitui obnoxius est.

Vir qui, dum rem necessariam quaerit, nil facit, describitur. Vox بور cum vocali F a t a h enuncianda fuisset, nisi vox حور H u r antecessisset.

٣٦١ إِنَّهُ غَدًا لِنَاظِرِهِ قَرِيبٌ

361. Is crastino die ipsum exspectanti propinquus est.

Proverbii, quod hemistichium metri A l w a f i r est, originem talem fuisse narrant. Rex Alnohmanus ben-Almondsir die quodam vehens equo A l j a h m u m appellato venatum profectus erat. Accidit autem, ut onagrum persequens et a suis separatus ad virum gentis T h a i, H e n t s e l a h appellatum, perveniret. Hic, quamvis admodum pauper, quum unicam ovem mactans per noctem hospitio regem excepisset, ab eodem postero mane monitus, ut hospitii remunerationem peteret, se facturum esse promisit. Rex cum sociis H i r a m rediit. Aliquo tempore post Arabi illi calamitate afflicto regem adire in animo erat. Dies autem, quo Arabs ad regem pervenit, infaustus ille erat, ut, quemadmodum illius temporis mos ferebat, advenientem ad regem occidere oporteret. Rex, postquam advenientem cognoverat, petenti moram anni, si alius quidam caput suum pro ipso obligasset, concessit. Quod quum Alscharicus ben-Ahmru ben-Kais e gente Schaiban oriundus roganti facere recussasset, vir quidam e gente Calb, Koradus ben-Adjdah appellatus in se rem suscepit. Arabs igitur a rege quingentis camelis donatus, ea conditione, ut post annum eodem die reverteretur, ad familiam rediit. Anni praeterlapsi quum nonnisi unus dies superesset, rex de viri reditu dubitans Koradho, eum mane sine dubio periturum esse, dixit. At ille spem non abiiciens respondit versu

فَإِنْ يَكُ صَدْرُ هٰذَا ٱلْيَوْمِ وَلَّى   فَإِنَّ غَدًا لِنَاظِرِهِ قَرِيبُ

»Etsi huius diei prior pars abiit, tamen mane eum exspectanti propinquus erit.«

Metrum versus Wafir est. conf. l. c. p. 203. Spes eum non fefellit; nam postero die, quum moriendi tempus iam adesset, Arabs ille vespera advenit et ab Alnohmano interrogatus, cur morte liberatus rediisset, sic respondit: Promissis standum esse, docere religionem Christianam, cui addictus esset. Alnohmanus, ut clarius exponeret istam religionem, iussit et tum se ipsum Christianum fecit. Hiræ incolae omnes regis exemplum imitati sunt. Mos autem diei illius infausti abrogatus est.

٣٦٢ إِنَّ أَخَاكَ مَنْ آسَاكَ

362. Frater tuus est, qui tibi solatium adtulit.

Proverbii, quod fraterni amoris officium observare iubet, originem talem fuisse narrant. Alnohmanus ben-Thewab Ahbdita, vir ingenio et prudentia insignis, tres habuit filios Sahdum, Saihdum et Saihdahum appellatos, quorum quisque virtute quadam excellebat. Mortis tempore appropinquante praecepta quaedam cuiuslibet conditioni quomodo convenirent, filiis pater dedit. Saihdus, cui, ut amicorum delectum haberet, mandaverat, post patris mortem amicos tentandi consilium cepit, huiusce rei causa vitulum mactans, ut vestibus tectum hominem occisum esse putarent amici. Re perfecta a pluribus, ut sibi in occultando homine occiso auxilium praestarent, petiit. Omnes facere recusabant præter virum Hosaim, ben-Naufal Alhamdani appellatum. Qui quum rem audivisset, se facturum esse promisit et num alius quidam, quam servus, qui ad Saihdi latus stabat, rem cognovisset, interrogavit. Neminem praeter servum rem scire, respondit Saihdus. Alter autem haec audiens servum confestim gladio obruit, his verbis utens: ليس عبد باخ لك »Non est servus tibi frater« (conf. XXIII, 250, 434), quæ postea in proverbium venerunt. At Saihdus re perterritus

quum amicum vituperaret, hic dixit ان اخاك من اساك »Frater tuus est, qui tibi solamen adtulit.« Tum Saihdus rem, quam cum amicis habuisset eorumque agendi rationem exposuit. Hosaimus re cognita dixit: سبق السيف العذل »Gladius reprehensionem praecessit«, quod postea in proverbium cessit. Nomen autem viri vario modo aut خريم Choraim aut حزيم Hosaim in codicibus scriptum legitur, neque quid rectum sit, certum videtur.

٣٦٣ أَلَا مَنْ يَشْتَرِى سَهَرًا بِنَوْمٍ

363. Profecto! quis vigilias cum somno permutat?

Hemistichium metri Wafir appellati est. conf. l. c. p. 203. In eum, qui gratiam neglexit et incolumitatem noluit, proverbium quadrat. Eius originem sic referunt. Himjaritarum rex, Hassanus appellatus, prava agendi ratione omnium in se odium concitarat, ut multi fratrem eius Ahmruum ad regis caedem impellerent. Unus tantum, Dsu-Roaihnus qui appellabatur, rem dissuasit, fore enim, ut facinoris poenitentia omnem animi tranquillitatem regi eriperet, praedicens et quum ille nihilominus rem se perpetraturum dixisset, rogavit, ut scriptum sigillo suo obsignatum in regis aerario deponere sibi liceret. Ut ille praedixerat, sic res evenit; mox enim facinoris poenitentia nullam regem quietem capere sivit. Medici autem, sacerdotes et astrologi ad regem convocati hoc ex caede fratris ortum esse necessarium malum declararunt. Tum rex omnes caedis istius suasores et adiutores occidi iussit. Dsu-Roaihnus autem, ille antea laudatus, quum et se in discrimen vocari videret, ab isto crimine liberum se esse habendum regi dixit, et ut rei probandae causa illud in aerario depositum scriptum afferretur, rogavit. Quod quum sigillo rupto apertum esset, sequentes versus prodierunt

أَلَا مَنْ يَشْتَرِى سَهَرًا بِنَوْمٍ   سَعِيدٌ مَنْ يَبِيتُ قَرِيرَ عَيْنٍ

فَأَمَّا حِمْيَرٌ غَدَرَتْ وَخَانَتْ   فَمَعْذِرَةُ ٱلْإِلٰهِ لِذِى رُعَيْنِ

„Profecto! quis vigilias cum somno permutat? Beatus ille, qui pernoctat oculis quietis. Himjaritae perfide agentes deceperunt; sed Dei excusatio Dsu-Roaihno est.“

Metrum versuum Wafir est. conf. l. m. p. 203. His lectis eius, quod dehortatus erat, regem commonefecit.

٣٦٤ إِنَّكَ لَا تُهَرِّشُ كَلْبًا

364. Tu canem non irritas.

Ei dicitur, qui mansuetum et mitem ad impetum faciendum instigat.

٣٦٥ إِنَّ ٱلذَّلِيلَ مَنْ ذَلَّ فِى سُلْطَانِهِ

365. Vilis est, qui in imperio suo vilis est.

In eum, qui, quum honoratus esse debeat, despicitur et ubi potentia eius exspectatur, debilis est, quadrat.

٣٦٦ إِذَا كُنْتَ كَذُوبًا فَكُنْ ذَكُورًا

366. Quod si mendax es, recordans sis.

De eo dicitur, qui mentitus est et tum mendacii sui obliviscens alia, quam antea narrat.

٣٦٧ إِذَا ٱشْتَرَيْتَ فَٱذْكُرِ ٱلسُّوقَ

367. Si emis, fori memor sis.

Suadet proverbium, ut in mercis vitiis cognoscendis prudentia adhibeatur, ut iterum vendi possit.

٣٦٨ إِنَّهُ لَقُبَضَةٌ رُفَضَةٌ

368. Is est arripiens et dimittens.

Eum, qui prehendit rem et statim eamdimittit, proverbium designat.

٣٦٩ إِنْ لَمْ يَكُنْ مُعْلَمًا فَدَحْرِجْ

369. Si notis signata non est (vestis), voluta.

Hemistichium metri Basith est. conf. l. c. p. 194. Stultum quendam omnino nudum in dolio, quod volutaret, sedisse narrant. Pater quum vestem offerret, quia notis signata non esset, ille accipere noluit, proverbii verbis utens. De eo, qui ad inopiam redactus ultra modum et necessitatem in petendo progreditur, proverbii verbis utuntur.

٣٧٠ إِيَّاكَ وَالسَّآمَةَ فِي طَلَبِ ٱلْأُمُورِ فَيَقْذِفُكَ
ٱلرِّجَالُ خَلْفَ أَعْقَابِهَا

370. Cave in rebus quaerendis fastidium; viri enim pone calces te proiicient.

Verba Abdjarus ben-Djabir Alihdjli filium hortans, ut in rebus quaerendis summam diligentiam adhiberet, dixisse dicitur. Negligentem te alii praecedunt.

٣٧١ إِذَا مَا ٱلْقَارِظُ الْعَنَزِيُّ آبَا

371. Quando fructus acaciae colligens Ahnsita redit.

Hemistichium metri Wafir est. conf. l. c. p. 203. Duo sunt viri e gente Ahnsah oriundi, qui fructum acaciae ut colligerent exeuntes, domum non redierunt. Haec autem est causa, cur de reditu duorum interdum sermo fiat. Sic in versu Abu-Dsuaibi

وَحَتَّى يَؤُوبَ ٱلْقَارِظَانِ كِلَاهُمَا وَيُنْشَرُ فِي الْقَتْلَى كُلَيْبٌ لِوَايِلِ

»Donec redeunt ambo fructus acaciae colligentes, et Colaibus genti Wajil a mortuis resuscitatur.« Metrum est Thawil conf. l. m. p. 162. Natu maior eorum Iedscorus ben-Ahnsah, natu minor Rohmus ben-Ahmir ben-Ahnsah appellabatur. conf. C. XXIII, 270. Prioris fatum hoc fuisse narrant. Cum Chosaimaho ben-Fahd acaciae fructum ut colligeret, exiens in deserto barathrum, in quo mel erat, invenerat. Chosaimahus, ut inde mel depromeret, fune Jedscorum dimiserat. Qui quum adscendere vellet, alter nisi filiam Fathimah appellatam ipsi in matrimonium daturus esset, adscensuro auxilium ferre recusavit. Jedscorus vehementer iratus se nullo modo id facturum esse dixit, et hanc ob causam ab altero desertus periit. Proverbium autem longam absentiam designat. Dixit igitur moriturus Baschrus ben-Abi-Hasim filiae suae

فَرَجِّى ٱلْخَيْرَ وَٱنْتَظِرِى إِيَابِى إِذَا مَا ٱلْقَارِظُ ٱلْعَنْزِىُّ آبَا

»Bonum spera et reditum meum exspecta, quando fructus acaciae colligens Ahnsita redit.«

Metrum versus Wafir est. Primus autem proverbium adhibuisse dicitur Moharremus gentis Ahnsah princeps, qui filium suum Machsumum cum exercitu miserat, quum reditus retardaretur ما كان مخزومٌ لعهدى حافظا ، ولن يؤوبَ مُعْتبًا او غايظا ، حتّى يـؤوبَ العنزى قارظا »Non observavit Machsumus mandatum meum et non redibit contentum me reddens aut ira implens, donec redibit Ahnsita fructus acaciae colligens.« Verbis illis metrum Redjes est.

٣٧٢ إِنَّهُ لَمِشَلُّ عَوْنٍ

372. Is est profecto multum propellens asinos silvestres.

Proverbium hoc Meidanius sic explicavit انه ليصلح أن يشل عليه الحمر الوحشية »Convenit, ut eius ope asini silvestres propellantur« i. e. dignus est, ad quem res magnæ conferantur. Sed in proverbio comparatio potius instituta est inter virum et onagrum asinarum agmen propellentem.

٣٧٣ انه لَمِخْلَطٌ مِزْيَلٌ

373. Is res suspicit et ingeniosus est.

Proprius autem proverbii sensus esse videtur. Ille res miscet et perturbat et tum efficit, ut perturbatio cesset. Eadem ratione dicitur هو الفاتق الراتق »Is rumpens est reparans.« conf. Kam. s. voce خلط

٣٧٤ إِنَّهُ ٱللَّيْلُ وَأَضْوَاجُ ٱلْوَادِى

374. Is nox est et flexus vallis.

Legitur quoque واصواح i. e. »Muro similia latera vallis.« Simile est proverbium الليل واهضام الوادى »Nox est et depressus vallis locus« de quo conf. C. XXIII. 48. Proverbii sensus est: Is homo est multum cavendus.

٣٧٥ إِنَّكَ لَا تَعْدُو بَعِيرَ أُمِّكَ

375. Tu matris tuae camelum non praeteribis.

Non possum quin de proverbii sensu dubitem; variae enim sunt codicum lectiones. Quam admisi, codicum L. B. est. Codex meus habet بغيم, codex Pocock. تغدو بغير. Admisso بغيم, verti potest. »Tu sine matre tua non curres.« Ad metrum Sarih referri potest. conf. l. c. p. 246. In eum, qui citra necessitatem opes erogat, dicitur.

٣٧٦ إِنَّكَ لَوْ ظَلَمْتَ أَمَمًا

376. Tu si iniuriam propinquam (levem) fecisses (hanc tibi condonaremus).

Sic scholion habet: Si propinquam i. e. levem iniuriam nobis intulisses, eam tibi condonaremus; sed maximam nobis iniuriam intulisti. Est aut versus aut hemistichium ad metrum Redjes referendum. conf. l. c. p. 230 sq.

إِنْ كُنْتِ ٱلْحَالِبَةَ فَٱسْتَغْزِرِى ٣٧٧

377. Si mulgens es, quaere camelam lacte abundantem.

Rem, quae conditioni tuae conveniat, quaeras. Ei dicitur, cui locus rei ipsi necessariae indicatur.

إِنْ أَخْلَى ٱلْخِلَاطَ أَعْشَى بِٱللَّيْلِ ٣٧٨

378. Qui camelos suos in loco secreto cum aliis miscet, ut decimas non det, noctu lusciosi modo agit.

Is, qui camelos suos cum aliorum camelis miscet, ut decimas Deo non det, obstupefit. Proverbium autem in suspectum, deceptorem adhibetur. Verba Mohammedis traditione ad nos delata sunt لا خلاط ولا وراط »Ne camelos tuos misceas cum aliis et in loco profundo abscondas«! Legendi modum codicis mei et Lugdun. secutus sum. Codex B. et P. habent اخا الخلاط. »Qui miscet camelos suos cum aliis, noctu caecus est.«

إِنَّ أَمَامِى مَا لَا أُسَامِى ٣٧٩

379. Ante me est res, cui impar sum.

Quum res gravis exspectatur, proverbium adhibent. Verba autem is dicit, qui ob nimiam cautionem vituperatur. Scharaf-Aldin.

٣٨٠ إِنْ كُنْتِ حُبْلَى فَلِدِى غُلَامًا

380. Si gravida es, filium parias.

Gloriabundo, qui rem se perficere posse, gloriatur, haec verba dicuntur. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. conf. l. c. p. 246.

٣٨١ إِنَّمَا طَعَامُ فُلَانٍ الْقَفْعَاءُ وَالتَاوِيلُ

381. Cibus cuiusdam est arbor Kafah et planta Tawil appellata.

Vox قفعاء »arboris spinis abundantis«, et تاويل »plantae, qua asini aluntur«, nomen est. Proverbium quendam pravam naturae conditionem habere significat, ut asino stupiditate similis sit.

٣٨٢ إِيَّاكَ وَصَحْرَاءَ الإِهَالَةِ

382. Cave desertum Alihalah.

Cosroem regem Persarum contra gentem Ajad exercitum misisse narrant, cui Lakitham Ajaditam, ut viam monstraret, addidisset. Qui vero quum a via aberrasset, totus exercitus in deserto Alihalah periit, quapropter cautionem in rebus commendantes proverbii verbis utebantur. De deserto Alihalah appellato nil accuratius geographi retulerunt. In libro مراصد الاطلاع inscripto nil legitur praeter hoc: Alihalah nomen loci est in carminibus obvii. Paulo accuratius in libro المعجم الكبير inscripto, cuius auctor Abu-Ohbaid Ebn-Ahbd-Allah Ebn-Mohammed Albecri est, definitur. »Est locus inter montes gentis Thai (sc. Adja et Solma) et Faid situs, cuius in carmine Ahbd-Alrahmani ben-Djohaim Alasadi mentio fit.«

٣٨٣ إِنَّهُ لَيَنْتَجِبُ عِضَاةَ فُلَانٍ

383. Is cuiusdam arbores عضاة appellatas decorticat.

Eum, qui alius carmen sibi attribuit, designat. conf. lex. meum s. v. عضاة

٣٨٤ آخِ الأَكْفَاءَ وَدَاهِنِ الأَعْدَاءَ

384. Frater aequalium sis et erga inimicos dissimulator.

Simile huic est aliud proverbium خالص المومن وخالق الفاجر »Sincerum praesta amorem Mohammedano, bonam naturam improbo commonstra« de quo conf. C. VII, 89 .In meo codice وراهن »et pignore certa« legitur.

٣٨٥ إِذَا قَرِحَ الجَنَانُ بَكَتِ العَيْنَانِ

385. Quum cor vulneratur, oculi plorant.

Simili modo dicunt البغض تبديه العينان »Oculi odium ostendunt.«

٣٨٦ إِنَّمَا يُحْمَلُ ٱلْكَلُّ عَلَى أَهْلِ ٱلْفَضْلِ

386. Onus gravius valentibus imponitur.

٣٨٧ إِذَا تَلَاحَتِ الخُصُومُ تَسَافَهَتِ الحُلُومُ

387. Quum inter se disputant litigantes, stultos se ostendunt prudentes.

٣٨٨ إِنَّهُ يَنْبَحُ ٱلنَّاسَ قُبُلًا

388. Coram homines adlatrat.

Eum, qui sine causa homines contumeliis adficit, designat.

٣٨٩ إِنَّ ٱلسِّلاءَ لِمَنْ أَقَامَ وَوَلَّد

589. Butyrum purum ei est, qui stat et parientem (camelum) adiuvat.

Fetus eiusque commodum diligenti, non negligenti est. Proverbio hoc incuria vituperatur. Si وولد legis. hemistichium metri Camil dicti proverbium est. conf. libr. m. p. 211.

٣٩٠ أَنْتَ بَيْنَ كَبِدِى وخِلْبِى

590. Tu inter iecur meum et iecoris mei velum es.

Tu apud me in magno honore es.

٣٩١ آخِرُ سَفَرِكَ أَمْلَكُ

391. Postrema itineris tui pars magis occupans est.

Viro, qui initio itineris alacer est, dicitur: Postrema itineris pars dignior, ut alacritas te occupet. conf. Schult. prov. Meid. p. 269. In codice B. scriba signum Teschdid litteræ ل imposuit, ut a radice مل derivanda sit vox et in scholiis scripsit وقوله املك اى احق بان يمللك به فيه المنشاط; sed nil nisi scribae correctio esse videtur, qui vocem املك falso derivavit.

٣٩٢ إِنَّكَ رَيَّانُ فَلَا تَعْجَلْ بِشُرْبِكَ

392. Tu potu satiatus es, ne igitur bibere festines.

Is, qui desiderio paene potitus est, ut leniter agat, et modum non excedat, monetur.

٣٩٣ إِنْ كُنْتَ نَاصِرِى فَغَيِّبْ شَخْصَكَ عَنِّى

393. Si tu adiutor meus es, personam tuam a me occulta!

De eo, qui te adiuturus rem tibi noxiam adfert, proverbio utuntur.

٣٩٤ أَخَذَهُ عَلَى غِلِّ غَبْطِهِ

394. Quamvis odium irae in omnino haberet, illud tamen cepit.

conf. Schult. prov. Meid. p. 269.

٣٩٥ إِذَا لَمْ تُسْمِعْ فَأَلْمِعْ

395. Quum vocem edere non potes, innue!

Proverbii sensus esse videtur, hominem, si alteri auxilium perfectum afferre non possit, tamen aliquo modo eum adiuvare posse.

٣٩٦ إِنَّ مِنَ ٱبْتِغَاءِ ٱلْخَيْرِ ٱتِّقَاءَ ٱلشَّرِّ

396. Ex boni desiderio cautio mali (oritur).

Abu-Schehabus poetae, qui eum carmine laudaverat, opes dans haec verba dixit.

٣٩٧ إِنَّمَا ٱلشَّيْءُ كَشَكْلِهِ

397. Res figurae suae similis est.

Haec primum dixit verba Actsamus ben-Zaifi. Adhibentur in duabus rebus aut duobus viris, qui in una re consentientes societatem ineunt. Scharaf-Aldin.

٣٩٨ أَنْتَ عَلَيْهِ أُمُّ ٱللُّهَيْمِ

398. Mater mortis (infortunium) ei supervenit.

Perdidit eum calamitas aut (ut alii contendunt) mors. conf. Schult. prov. Meid. p. 63.

٣٩٩ أَكَلْتُمْ تَمْرِى وَعَصَيْتُمْ أَمْرِى

399. Dactylos meos edistis, et mandatis meis inobsequentes fuistis.

Ahbd-Allahus ben-Alsobair verba haec dixit.

٤٠٠ أَيْنَ بَيْتُكِ فَتُزَارِى

400. Ubi domus tua est, o femina! ut visiteris?

Ei verba dicimus, qui raro nos visitatum venit.

٤٠١ إِنَّ ٱلْهَوَى شَرِيكُ ٱلْعَمَى

401. Amor caecitatis socius est.

Similis est hic loquendi modus حبّك الشى يعمى ويصم »Amor tuus in rem caecum te reddit et surdum.«

٤٠٢ إِذَا أَعْيَاكِ جَارَاتُكِ فَعُوكِى عَلَى ذِى بَيْتِكِ

402. Quod si vicinae tuae te frustrant, ad eum, qui in domo tua est (maritum tuum) recede.

Haec verba maritus uxori dixisse narratur. Quod si re, quam alius possidet, potiri non potes, ea fruaris, quae in potestate tua est. Diverso autem modo a Kamusi auctore proverbium adnotatum est عوكى على بيتك اذا اعياك بيت جارتك »Revertere ad domum tuam, quum ad domum

vicinae tuae pervenire non potes« i. e. Rediens ad domum tuam ede res, quae in ea sunt. conf. s. voce عوك In codice L. عولى »fiduciam pone« legitur.

٤٠٣ أَخَذَنِى بِأَطِيرِ غَيْرِى

403. Propter alius peccatum me punivit.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 265. Cecinit Miscinus Daremita

أَتَضْرِبُنِى بِأَطِيرِ ٱلرِّجَالِ   وَكَلَّفْتَنِى مَا يَقُولُ ٱلْبَشَرْ

»Num ob peccata virorum me punis, et mihi id quod homines dicunt, imponis.«

Metrum versus Motakarib appellatum est. conf. libr. m. p. 281 sq.

٤٠٤ إِنَّ دُونَ ٱلطُّلْمَةِ خَرْطَ قَتَادِ هَوْبَرَ

404. Priusquam pane in cineribus cocta potiris, tragacanthae loci Haubar appellati decorticandae sunt.

Haubar nomen loci tragacanthis abundantis est. ut proverbium rem difficilem perfectu designet.

٤٠٥ إِنَّهُ دِيسٌ مِنَ ٱلدِّيَسَةِ

405. Is conterens ex conterentibus (est.)

De forti, qui omnes adversarios vincit, dicitur.

٤٠٦ إِنَّ ٱلرَّأْيَ لَيْسَ بِٱلتَّظَنِّى

406. Consilium non est opinando.

Hortatur, ut, quum opinio, quam conceperimus, consilium non sit, multum de rebus cogitemus.

٤٠٧ أَنَا ٱبْنُ كُدَيِّهَا وَكَدَائِهَا

407. Ego filius montium Codojjon et Cadaon eius sum.

كُدَىّ et كَدَاء nomina duorum montium sunt, quorum ille in inferiore Meccae parte, hic in superiore situs est; quapropter suffixum ها eius aut ad Meccam aut ad terram (ارض) referendum est. Proverbii verbis glorians utitur significaturus, se esse loco nobili natum.

Forma comparativi.

٤٠٨ آبَلُ مِنْ حُنَيْفِ ٱلْحَنَاتِمِ

408. Camelorum magis gnarus quam Honaifus Alhanatim.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 3. Virum istum ad gentem Banu Taim Allat ben-Tsahlabah pertinuisse narrant. Pollebat autem tanta camelorum tractandorum scientia, ut cameli eius per duodecim dies sitim tolerare possent; aliorum enim cameli nonnisi per decem dies sitim ferebant. Probare autem eius camelorum notitiam, quæ dixerit verba, contendunt من قظ الشرف وتربع حزن وتشتى الصمان فقد اصاب المرعى „Qui aestatem degit in regione Alscharf, vere est in regione Alhasn et hieme versatur in regione Alzamman, is pratum invenit.“ Regio Alscharf in terra gentis Banu-Ahmir sita est, Alhasn autem est regio a loco Alsebalah incipiens et in regiones terrae Nedjd

adscendens, denique regio Alzamman in terris gentis Banu-Tamim sita est. conf. Scharaf-Aldin.

٤٠٩ آبَلُ مِنْ مَالِكِ بْنِ زَيْدِ بْنِ مَنَاةَ

409. Magis camelorum gnarus, quam Malicus ben-Said ben-Manat.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 4. Vir iste, e quo gens Tamim ben-Morr originem duxit, in aliis rebus stupiditatis accusatus, in camelorum scientia excelluit. conf. Scharaf-Aldin.

٤١٠ آكَلُ مِنْ حُوتٍ

410. Voracior quam piscis magnus.

Dicunt quoque اروى من حوت »Magis potu satiatus, quam piscis magnus.«

٤١١ آكَلُ مِنَ ٱلسُّوسِ

411. Voracior quam tinea.

Proverbium aliud a tinea desumtum est اخر العيال سوس المال »Postremus domesticorum tinea opum est.« conf. Schult. prov. Meid. p. 11.

٤١٢ آكَلُ مِنْ ضِرْسٍ

412. Voracior quam dens molaris.

Interdum quoque sic dicunt اكل من ضرس جايع »Voracior quam dens esurientis.« conf. Scharaf-Aldin, Samachschari et Schult. prov. Meid. p. 11.

٤١٣ آكَلُ مِنَ ٱلْفِيلِ وَآكَلُ مِنَ ٱلنَّارِ

413. Voracior quam elephas et voracior quam ignis.

٤١٤ آكَلُ مِنْ لُقْمَانَ

414. Voracior quam Lokmanus.

Nempe Lokmanus Ahdita; hunc enim mane mactatum animal جزور et vespera mactatum animal devorasse fabula narrat. conf. Pocock. specim. hist. Ar. p. 36 ed. pr.

٤١٥ آمَنُ مِنَ ٱلْأَرْضِ

415. Fidelior quam terra.

Quod res depositas terra reddit.

٤١٦ أَكْتَمُ مِنَ ٱلْأَرْضِ وَأَحْمَلُ وَأَحْفَظُ مِنَ ٱلْأَرْضِ ذَاتِ ٱلطُّولِ وَٱلْعَرْضِ

416. Magis abscondens quam terra et magis portans, magis custodiens quam terra, quae lata et longa est.

٤١٧ آمَنُ مِنْ حَمَامِ مَكَّةَ

417. Securior quam columbae Meccae.

Columbae in templo Meccano, quum nemo noxam iis inferat, securae e nullius conspectu fugiunt. conf. Monument. Vetust. Arab. Carm. I. v. 10. 11.

٤١٨ آمَنُ مِنْ ظَبْيِ ٱلْحَرَمِ وَمِنْ ٱلظَّبْيِ بِٱلْحَرَمِ

418. Securior quam dorcas sacrae Meccae regionis et quam dorcas in sacra Meccae regione.

Loco verborum امن من ظبي الحرم, quae e codicibus B.

L. depromsi, legitur in meo codice امن من طير الحرم »Securior quam avis sacræ regionis.«

آلَفُ مِنْ حَمَامِ مَكَّةَ وَآلَفُ مِنْ كَلْبٍ ۴۱۹

419. Mansuetior quam columba Meccae, et mansuetior quam canis.

آلَفُ مِنْ غُرَابِ عُقْدَةَ ۴۲۰

420. Mansuetior quam corvus regionis Ohkdah.

Quod si vocem عقدة nomen proprium regionis palmis abundantis esse putas, duos solummodo casus admittit. Sic Mohammedes ben-Habib vocem explicavit. Ibn-Alahrabius autem vocem عقدة omnem proventu abundantem terram significare dixit. conf. Schult. prov. Meid. p. 13.

آلَفُ مِنَ الْحُمَّى ۴۲۱

421. Magis homini adhaerens quam febris.

آكَلُ مِنْ مُعَوِيَةَ وَمِنَ الرَّحَى ۴۲۲

422. Voracior quam Moahwijjah et quam mola.

Prius proverbium versus dilucidat

وَصَاحِبٌ لِي بَطْنُهُ كَالْهَاوِيَهْ كَأَنَّ فِي أَمْعَائِهِ مُعَاوِيَهْ

»Et mihi socius est, cuius venter inferno similis est, quasi in eius visceribus Moahwijahus sit.«

Metrum Redjes est. conf. l. c. p. 231.

آنَسُ مِنْ حُمَّى الْغِبِّ ۴۲۳

423. Adhaerentior quam febris loci Alghin appellati.

Loci Alghin incolae frebribus frequentissime laborasse dicuntur. In codicibus pluribus الغين scriptum est. Modum Kamusi, in quo proverbium adnotatum est, secutus sum.

٤٢٤ آنَسُ مِنَ ٱلطَّيْفِ وَمِنَ الْحُمَّى

424. Familiarior quam spectrum et quam febris.

Proverbia recentiora.

٤٢٥ انَّهُ لَضَيِّقُ الْحَوْصَلَةِ

425. Is ingluviem angustam habet.

٤٢٦ إِنْ تُزَاحِمْ لَمْ يَقَعْ فِي الْخُرْجِ شَيْءٌ

426. Si premis violenter, nil in hippoperam incidit.

٤٢٧ إِنَّ لِلْحِيطَانِ آذَانًا

427. Parietibus aures sunt.

٤٢٨ إِنَّ السُّلْطَانَ سُوقٌ

428. Imperator forum est.

٤٢٩ انَّ لَيْتَنَا وَإِنَّ لَوًّا عَنَاء

429. Utique utinam et utique si molestia.

Hoc in proverbio dubitare licet, quaenam et legendi et intelligendi recta sit ratio, multum enim codices inter se discrepant. Noster sic habet ان لبينا وان لوا اعتنا, codex L. ان ليتنا وان لوا عناء codox B. ان ليت ولوا عيا Codex P. ان لوا وان ليتنا اعنا, quocum codex Parisiensis consentit, quem pro sua erga me amicitia doctissimus Schmölders in nonnullis locis contulit. Codicum optimorum auctoritate fretus legendi modum ان ليتنا وان لوا عناء praetuli. Fit interdum, ut particulae nominum locum habeant; id quod in hoc proverbio particulis لو et ليت accidisse puto. Proverbii autem sensus talis esse videtur: sive utinam, sive o si! dicis, molestiam inde capio. Qui autem alterum legendi modum ان لينا وان لوا عناء praeferendum esse censet, is vertat »sive lenitas, sive contorsio est, molestia erit« i. e. quocunque modo, sive leniter sive duriter agatur, molestiam capio.

٤٣٠ إِنِ ٱسْتَوَى فَسِكِّينٌ وَإِنِ ٱعْوَجَّ فَمِنْجَلٌ

430. Si rectus est, culter; sin curvus est, falx.

Proverbio res, quae duplici ratione laudem meretur, significatur.

٤٣١ إِذَا أَرَادَ ٱللّٰهُ هَلَاكَ ٱلنَّمْلَةِ أَنْبَتَ لَهَا جَنَاحَيْنِ

431. Si Deus formicam perdere vult, alas duas ei dat.

٤٣٢ إِذَا قَالَ ٱلْمَجْنُونُ سَوْفَ أَرْمِيكَ فَأَعِدَّ لَهُ رِفَادَةً

432. Quum insanus dicit, telo te petam, para ei pannum, qui vulneri imponatur.

Forma فاعد imperativus est pro فأعدد.

۴۳۳ اذا ذكرت الذئب فأعد له العصا

433. Quum lupi mentionem facis, baculum ei para!

۴۳۴ اذا لم ينفعك البازى فانتف ريشه

434. Quum accipiter tibi inutilis est, eius plumas evelle!

۴۳۵ اذا تمنيت فاستكثر

435. Quum optas, multum opta!

۴۳۶ اذا ذكرت الذئب فالتفت

436. Quum lupi mentionem facis, respice!

۴۳۷ اذا شاورت العاقل صار عقله لك

437. Si prudentem de re consulis, prudentia eius tibi commodo erit.

۴۳۸ اذا افتقر اليهودى نظر فى حسابه العتيق

438. Quum Iudaeus ad paupertatem redigitur, rationaria sua antiqua inspicit.

۴۳۹ اذا تعود السنور كشف القدور فاعلم انه لا يصبر عنها

439. Quum felis ollas detegere adsueta est, scito eam ab iis (ollis) se non abstenturam esse.

٤٤٠ إِذَا جَاءَ أَجَلُ ٱلْبَعِيرِ حَامَ حَوْلَ ٱلْبِيرِ

440. Quum camelo mortis tempus advenit, circum puteum vagatur.

Nempe in eum decidens, perit.

٤٤١ إِذَا دَخَلْتَ قَرْيَةً فَٱحْلِفْ بِإِلٰهِهَا

441. Quum oppidum intras, per Deum eius iura!

٤٤٢ إِذَا لَمْ يَكُنْ لَكَ ٱسْتٌ فَلَا تَأْكُلْ إِهْلِيلَجَ

442. Quum podex tibi non est, ne myrobalanum edas.

٤٤٣ إِذَا تَخَاصَمَ ٱللِّصَّانِ ظَهَرَ ٱلْمَسْرُوقُ

443. Quum fures duo inter se litigant, res furto ablata adparet.

٤٤٤ إِذَا وَجَدْتَ ٱلْقَبْرَ مَجَّانًا فَٱدْخُلْ فِيهِ

444. Quum gratis invenis sepulcrum, intra!

٤٤٥ إِذَا جَاءَ نَهْرُ ٱللّٰهِ بَطَلَ نَهْرُ مَعْقِلِ

445. Quando flumen Dei venit, fluvius Makkili irritus est.

In Djeuharii opere legitur: Makkil ben-Jesar unus e sociis prophetae est. Ad gentem Mosainah Modhar pertinet et ab eo fluvius apud Bazram nomen accepit.

٤٤٦ اذَا تَفَرَّقَتِ الغَنَمُ قَادَتْهَا ٱلْعَنْزُ الجَرْبَاءُ

446. Quum oves dissipatae sunt, capra scabiosa eas ducit.

Vili interdum nobis opus esse, proverbium docet.

٤٤٧ إِذَا عَابَ ٱلْبَزَّازُ ثَوْبًا فَٱعْلَمْ أَنَّهُ مِنْ حَاجَتِهِ

447. Quum pannorum venditor pannum vituperat, eum ipsi necessarium esse scito.

٤٤٨ إِذَا كَذَبَ ٱلْقَاضِى فَلَا تُصَدِّقْهُ

448. Quum iudex mentitur, ne fidem ei habeto.

٤٤٩ إِذَا أَرَدْتَ أَنْ تُطَاعَ فَسَلْ مَا يُسْتَطَاعُ

449. Quum efficere vis, ut obsequium tibi praestetur, pete quod praestari potest.

٤٥٠ إِنَّمَا يُخْدَعُ الصِّبْيَانُ بِالزَّبِيبِ

450. Nonnisi pueri uvis passis decipiuntur

٤٥١ إِنَّ ٱلْبَيَانَ لَدَى ٱلطَّبِيبِ

451. Facundia apud medicum est.

٤٥٢ إِنَّ ٱلْأَسَدَ لَيَفْتَرِسُ ٱلْعَيْرَ فَإِذَا أَعْيَاهُ صَادَ ٱلْأَرْنَبَ

452. Leo onagrum dilacerat, et quum eum attingere non potest, leporem venatur.

٤٥٣ إِذَا ٱصْطَلَحَ ٱلْفَارَةُ وَٱلسِّنَّوْرُ خَرِبَ دُكَّانُ ٱلْبَقَّالِ

453. Quum mus et felis pacem faciunt, olera vendentis officina destruitur.

De mutuo deceptorum duorum auxilio adhibetur.

٤٥٤ إِذَا رَزَقَكَ ٱللّٰهُ مَعْرِفَةً فَلَا تُحْرِقْ يَدَكَ

454. Quum Deus cognitionem tibi dat, ne manum tuam ure.

In eum, qui alius sufficiens auxilium invenit, ut labore supersedere possit, quadrat.

٤٥٥ إِنَّ ٱلنَّدَا حَيْثُ تَرَى ٱلضِّغَاطَ

455. Mador est, ubi camelos se prementes vides.

Nam cameli sitientes, quum ad aquam adducuntur, se ob festinatíonem premere solent.

٤٥٦ إِنْ يَكُنِ ٱلشُّغْلُ مَجْهَدَةً فَإِنَّ ٱلْفَرَاغَ مَفْسَدَةٌ

456. Quod si occupatio molestia est; at laboris defectus corruptio.

٤٥٧ إِنْ غَلَا ٱللَّحْمُ فَٱلصَّبْرُ رَخِيصٌ

457. Si caro cara est; at patientia parvo venalis est.

٤٥٨ إِيَّاكَ وَٱلْعِينَةَ فَإِنَّهَا لَعِينَةٌ

458. Mutuum cave, nam res execranda est.

Almohallebo verba tribuntur. Se quadraginta drachmas

mutuo accepisse et nonnisi praefectura oppidi Bazrae, quae ipsi committeretur, eo liberatum esse narravit. Inest proverbio lusus verborum.

٤٥٩ إِذَا صَدِئَ الرَّأْيُ صَقَلَتْهُ المَشُورَةُ

459. Quum consilium rubigine infectum est, consultatio id polit.

٤٦٠ إِذَا قَدُمَ الإِخَاءُ سَمُجَ الثَّنَاءُ

460. Quum vetus est fraternitas, laus foeda (indigna) est.

٤٦١ إِلَى كَمْ سِكْبَاجْ

461. Quamdiu cibus Sicbadj?

In satietate et fastidio proverbium adhibetur. De cibo illo vide lexicon meum.

٤٦٢ إِذَا لَمْ تَجِدْهُ كَمْ تَجْلِدُهُ

462. Quum eum non invenis, quoties eum flagellabis?

Apud vocem كم vox مرّة supplenda est.

٤٦٣ إِذَا طِرْتَ فَقَعْ قَرِيبًا

463. Quum volas, in propinquo decide!

٤٦٤ إِذَا ضَافَكَ مَكْرُوهٌ فَاقْرِهِ صَبْرًا

464. Quum res ingrata ad te tanquam hospes venit, patientia eam excipe!

٤٦٥ إِذَا كُنْتَ سِنْدَانًا فَٱصْبِرْ وَإِذَا كُنْتَ مِطْرَقَةً فَأَوْجِعْ

465. Quum incus es, patientia utere; quum fabri malleus es, dolorem fac!

Blanditiis adversarium aggrediaris, donec eum vincas.

٤٦٦ إِذَا ٱحْتَاجَ ٱلزِّقُّ إِلَى ٱلْفَلَكِ فَقَدْ هَلَكَ

466. Quum uteri orbiculi fusi muliebris (nendo) opus sunt, de eo actum est.

In potentem, magnum, cui parvum opus est, transfertur.

٤٦٧ إِلَى أَنْ يَجِيَّ ٱلتِّرْيَاقُ قَدْ مَاتَ ٱلْمَسْلُوعُ

467. Donec theriaca adfertur, morsus a serpente iam mortuus est.

Proverbium hoc in Gulistani libro Persico adhibitum est pag. 24 ed. Gladwin تا تریاق از عراق اورده شود مار کزیده مرده باشد „Donec theriaca ex Iraca adlata erit, a serpente morsus mortem obiit.“

٤٦٨ إِذَا ضَرَبْتَ فَأَوْجِعْ فَإِنَّ ٱلْمَلَامَةَ وَاحِدَةٌ

468. Quum percutis, dolorem fac; nam vituperatio una et eadem est.

Proverbio hoc ad summum in re studium atque diligentiam incitant. conf. prov. 103.

٤٦٩ إِذَا رَأَيْتَ ٱلسَّكْرَانَ يَشُمُّ ٱلرُّمَّانَ فَٱعْلَمْ
أَنَّهُ يُرِيدُ أَنْ يُزِلَّهُ

469. Quando vides ebrium olfacientem malum punicum, scito eum efficere velle, ut lapset.

De huius proverbii sensu dubito. In legendo proverbio omnes paene codices consentiunt, nisi quod codex L. يشتم habet. Id aut octava forma a radice شم, cui eadem significatio quam primæ, derivata, esse; aut a radice شتم contumelia affecit derivari potest. Caeterum in codice B. littera م signo Teschdid affecta est, nec non littera ل in codice meo, Parisiense, Lugdun. et Berolin. Inde sequitur, de proverbii legendi modo vix dubium oriri posse. Scholiastes ad explicandum proverbium addidit يضرب لمن يسر حسوا فى ارتغا „In eum adhibetur, qui clam lac bibit, dum spumam petere videtur.“ Quae autem explicandi gratia addidit scholiastes, ea proverbii verba sunt, quod C. XXVIII, 42. legitur. Sensus autem ratione habita, qui isti proverbio inesse dicitur, nostrum proverbium talem sensum offerre videtur.„ Ebrius malum punicum olfacit, dum id edere vult, ea de causa, ut vini odorem, malum punicum edens, a se depellat. Petit igitur e malo punico parvum commodum sc. odoris, dum maius sc. edendi cupere videtur.

٤٧٠ أُمُّ ٱلْكَاذِبِ بِكْرٌ

470. Mater mendacis virgo est.

In eum, qui rem absurdam narrat, quadrat.

٤٧١ أُمَّةٌ عَلَى حِدَةٍ

471. Populus, dum solus est.

Id est: Vir iste solus instar populi valet. Laudi hoc inservit.

٤٧٢ إِنَّ ٱلْأَيَادِىَ قُرُوضٌ

472. Beneficia sunt debita.

۴۷۳ الامارة حلوة الرضاع مرة الفطام

473. Principatus dulcis in sugendo, amarus in ablactando est.

Imperium dum gerimus, dulce est, sed quum nobis imperium abrogatur, amarum est.

۴۷۴ أى يوم لك منى

474. Qualis dies tibi a mea parte (fuit)?

Ad metrum Raml referri potest. conf. libr. m. p. 238. Ei dicitur, qui a te malo afflictus est. In meo codice est لمن اصابك منه شر »Ei (dicitur), a quo tu malo afflictus es.«

۴۷۵ أنا لها ولكل عظيمة

475. Ego ei sum et cuique rei magni momenti.

۴۷۶ أول الدن دردى

476. Initium seriae est faex.

۴۷۷ أنت سعد ولكن سعد الذابح

477. Tu Sahdus es; sed Sahdus aldsabih.

Nomen سعد الذابح duabus stellis lucidis in cornu sinistro Capricorni est. conf. lex. meum sub سعد et ذابح.

۴۷۸ أى قميص لا يصلح للعريان

478. Quaenam tunica nudo non convenit?

۴۷۹ أى طعام لا يصلح للغرثان

479. Quinam cibus esurienti non convenit?

٤٨٠ أَوَّلُ ٱلْحِجَامَةِ تَخْدِيرُ ٱلْقَفَا

480. Initium cucurbitulas aptandi est stupor occipitis.

In meo codice تخذير, in Pocockiano تحدير est. Codices L. B. تخدير habent. Avicennae تخدير stupor in membris est, qui stupor igitur causa est cucurbitulas aptandi.

٤٨١ أَىُّ عِشْقٍ بِٱخْتِيَارٍ

481. Quinam amor cum electione est?

٤٨٢ أَلْيَةٌ فِى بَرِّيَّةٍ مَا هِىَ إِلَّا لِبَلِيَّةٍ

482. Adeps in deserto nonnisi propter calamitatem est.

Quam affero proverbii explicationem, tota Pocockio debetur, qui quum in intelligendis proverbiis Arabis cuiusdam docti auxilium adhibuit, fide non omnino caret. Sic scripsit proverbium الية فى برمة ما هى الا البلية "Adeps in olla non est nisi pernicies« et hanc proverbii explicationem addidit: Dicitur, cum illud, quod quis bonum putat, malum re vera est et perniciosum. Alibi sc. in libro نظم الدر ita scriptum lego الية فى البرية من البلية. Ortum eius hunc vulgo referunt. Quidam in deserto iter faciens quum vidisset ollam adipe plenam, ut ei videbatur, nemine custodiente, panem intinxit et comedit. Postea rediens et hominem quendam videns, ut ignosceret, rogavit, quod eo absente panem adipi intinxerit. Cui ille. Et quomodo fit, ut mortuus non sis, verbis tum proverbii utens, (ille sc. venenum ibi conficiebat) et eductos ex olla serpentes illi ostendit. Quidam ferunt, illum deinde opinione eius quod fecerat, mortuum

esse, alii, eum evasisse vi herbae quam una comedisset. Observandum est, in codice meo et B. vocem البيّة cum Teschdido litterae ى scriptam esse, qui enunciandi modus ob homoioteleuton in proverbio admissus esse videtur.

٤٨٣ أَيْش فِى تَبَّتْ من طَرْد الشَّيَاطِين

483. Quinam nexus est inter Tabbetum et daemonum expulsionem.

Quomodo voce تبت daemones expelli possunt? Tabbat est initium capitis centesimi undecimi Corani, ex quo caput illud nomen accepit. Videtur adhiberi proverbium, quum quis duarum rerum mentionem facit, quae omnino non cohaerent. Voce ايش vulgus pro اى شى »quaenam res« utitur.

٤٨٤ أَنَا أَذْكُرُهُ وَنِصْفُهُ طِينٌ

484. Ego eius recordor, dum dimidium eius lutum erat.

٤٨٥ أَيْش فِى الضَّرْطَةِ مِن هَلَاكِ ٱلْمِنْجَلِ

485. Quinam nexus ext inter crepitum ventris et falcis amissionem.

Mulier quum propter crepitum ventris a marito vituperata diceret, وانت قد ضيعت منجلا »Et tu falcem amisisti«, maritus haec dixit verba. Dicitur quum quis sermone res coniungit, quae omnino non cohaerent. Voce ايش vulgus pro اى شى »quaenam res« utitur.

Caput II.

Littera Ba.

١ بِيَدَيْنِ مَا أَوْرَدَهَا زَايِدَة

1. Ambabus manibus eos (camelos) Sajidahus ad aquam adduxit.

Verbis ambabus manibus بيدين, roborem significavit, quemadmodum dicitur ما لى به يدان »Non mihi in eo duae manus« i. e. robur et potestas. Nil autem impedit, quominus sensus sit; is est firmiter tenens, ut duas in opere manus adhibeat. Hisce verbis ad studium atque diligentiam in re perficienda incitant. conf. Samachschari.

٢ بِهِ لَا بِظَبْيِ أَعْفَر

2. In eo, non in dorcade alba.

Verbis his utitur is, qui alieno malo laetatur. Samachscharius, in cuius opere proverbium sic legitur به لا بظبى hanc explicationem addidit اى جعل الله ما اصابه لازما له موثرا فيه ولا كان مثل الظبى فى سلامة منه »Id est: Efficiat Deus, ut res ipum attingentes ei semper adhaereant eumque affligant, et ne incolumitate dorcadi similis sit.« Quum

Ferasdako Sijadi ben-Abijah (in al. loc. امية Omajjah) mors nuntiatus esset, dixit

أَقُولُ لَهُ لَمَّا أَتَانِى نَعِيُّهُ   بِهِ لَا بِظَبْيٍ بِٱلصَّرِيمَةِ أَعْفَرَا

»Dico ei, quum eius mors mihi nuntiata esset; ei, non dorcadi albae in arenarum tumulo (accidat)!« Metrum Thawil est. conf, l. m. p. 162.

٣ بِهِ وَلَا بِكَلْبٍ نَابِحٍ بِٱلسَّبَاسِبِ

3. Ei, non cani latranti in deserto (haec res accidat).

Eadem ratio quam praecedenti proverbio est.

٤ بِبَقَّةَ صُرِمَ ٱلْأَمْرُ

4. Apud locum Bakkah appellatum res abrupta fuit.

Verba haec Kazirus ben-Sahd-Allachmi regi Djadsimaho Alabrasch, quum in potestatem reginae Sabbae venisset, dixit (de verborum causa et sensu conf. VII, 9.) Bakka nomen loci in Syria siti est.

٥ بَقِّ نَعْلَيْكَ وَٱبْذُلْ قَدَمَيْكَ

5. Soleas tuas conserva et pedes tuos concede!

Proverbium monet nos, ut in opibus conservandis periculum subeamus. conf. Samachschar.

٦ بَدَلُ أَعْوَرَ

6. Permutatio caeci facta est.

Quum Jasido ben-Almohallab e provincia Chorasanae remoto Kotaibahus ben-Muslim, vir avarus, monoculus eius loco in provinciam missus esset, haec verba homines di-

cebant. Rem pravam in locum rei bonae et gratae successisse, proverbium significat. Poeta quidam Chorasanensis sic cecinit

كَانَتْ خُرَاسَانُ أَرْضًا إِذْ يَزِيدُ بِهِ وَكُلُّ بَابٍ مِنَ ٱلْخَيْرَاتِ مَفْتُوحُ

حَتَّى أَتَانَا أَبُو حَفْصٍ بِأُسْرَتِهِ كَأَنَّمَا وَجْهُهُ بِٱلْخَلِّ مَنْضُوحُ

»Chorasana terra erat, quum Jasidus in ea esset, cuius omnes bonorum portae apertae erant, donec Abu-Hafzus cum cognatis suis ad nos venit, cuius facies quasi aceto conspersa est.«

٧ بَرِّقْ لِمَنْ لَا يَعْرِفُكَ

7. Cui ignotus es, eum apertis oculis adspice!

Timorem ignoto incute, nam qui tui notitiam habet, tui rationem non habebit. Alia est lectio بَرِّقِي »Apertis oculis adspice o femina.« Sed quum dicatur رَعَدَ ٱلرَّجُلُ وَأَبْرَقَ »Tonuit vir et fulminavit« fieri potest, ut hoc in proverbio secundae formae multum fulminandi significatio tribuatur. conf. Samachschar. Ad metrum Redjes referri potest.

٨ بَرْدُ غَدَاةٍ غَرَّ عَبْدًا مِنْ ظَمَاءٍ

8. Frigus matutini temporis servum falsa spe decepit, ut sitis rationem non haberet.

Servus quidam frigore matutini temporis deceptus, quum camelos libere pastum dimisisset et aquam sibi non comparasset, siti periit; quapropter proverbium in cautione commendanda adhibuerunt. Praepositio من cum verbo غرك coniungenda est, quemadmodum غرك من فلان dicere solent, ut ita locus intelligatur من اهلاك الظما اياه »ut sitim eum perdituram esse non putaret«, aut من فقد ظماء »ut se siti non laboraturum esse putaret.« conf. Samachschar.

٩ بَلَغَ ٱلسَّيْلُ الزُّبى

9. Aquae fluxus ad foveas leonum pervenit.

In Samachscharii opere sic legitur بلغ الماء الزبى »Pervenit aqua ad foveas leonum« i. e. Res terminum suum transgressa est. De re gravissima vel calamitate magna proverbium adhibere solent. Foveam autem ad capiendum leonem destinatam in loco elato faciebant. In Djeuharii opere proverbium legitur sub زبى conf. C. V, 48. XXI, 119.

١٠ بَصْبَصْنَ إِذْ حُدِينَ بِالأَذْنَابِ

10. Caudas motitarunt, quum cantu ducerentur.

Canens camelorum ductor in itinere praecedere solet, ut ad celeriorem gressum cameli cantu incitentur. Proverbio utuntur, ut pavidi obedientiam significent. In libro quem doct. Bertheau de Abu-Obaidi proverbiis edidit. Göttingae 1836, vitiose الاذناب legitur p. 14. text. Arab. conf. Samachschar. Ad metrum Sarih referri potest. conf. libr. m. p. 246.

١١ بَاتَتْ عَرَارِ بِكَحْلِ

11. Ahrari pro Cahla occisa fuit.

Ahrari عَرَارِ, quae vox in fine cum vocali Kesre secundum Hidjasi et Tamimitarum dialectum enunciatur et Cahl كحل, quae vox aut indeclinabilis aut declinabilis esse potest, duarum vaccarum nomina sunt, quae cornibus se invicem petentes mutuo se interfecerunt. Duos igitur inter se aequales proverbium describit. Narrat Meidanius, Cotsairum ben-Schehab Alharetsi percussisse Ahbd-Allahum ben-Alhedjdjadj Altsahlebi in oppido Rei et quum ille a praefectura remotus fuisset, hunc vindictam ut caperet eius os fregisse et hunc versum dixisse

بَاتَتْ عَرَارِ بِكَحْلِ فِيمَا بَيْنَنَا وَٱلْحَقُّ يَعْرِفُهُ أُولُوا ٱلْأَلْبَابِ

»Ahrari occisa est pro Cahla! si nostrae conditionem rationem habes, et rerum veram conditionem cordati cognoscunt.«

Samachscharius dixit, eas fuisse duas vaccas in duabus gentibus. Quarum uni quum pedum nervi amputati essent, et alteri idem factum esset, inter istas gentes perniciosissimum bellum ortum esse. Aliis autem Cahl tauri nomen est. Tum declinabile nomen est. Aliis verba عرار et كحل annorum sterilium nomina videntur. Annis duobus sterilibus homines afflicti istis verbis utebantur significaturi, unum alteri aequalem esse. Adhibetur autem proverbium ad significandum, unum virum alterum occidisse, aut duos viros aequales esse malo, quod unus alteri intulerit.

١٢ بَعْدَ خِيرَتِهَا تَحْتَفِظُ

12. Post optimos custodit.

Altera lectio est خيراتها, quae ab altera non differt, nisi eo quod pluralis forma est. i. e. Postquam optimos camelos amisit, reliquos custodit. Eum, qui amissa maiore opum parte reliquam partem conservare studet, proverbium designat.

١٣ بَعْدَ ٱللُّتَيَّا وَٱلَّتِي

13, Post magnam calamitatem et parvam calamitatem.

Proverbii huius originem talem fuisse narrant. Vir quidam e gente Djadis feminam parvam in matrimonium duxerat, cuius causa multa ipsi mala perpetienda erant. Illa repudio dimissa alteram magno corpore quum duxisset et ex ea duplicem malorum partem accepisset, hanc quo-

que repudians dixit »Post illam parvam et hanc magnam (tertiam in matrimonium non ducam).« Tum in calamitates omnes translata in proverbium venerunt. In tribus Meidanii codicibus proverbium non legitur. Simile est Cap. V, 34. Ad metrum Redjes referri potest.

١٤ بِعِلَّةِ ٱلْوَرَشَانِ يَأْكُلُ رُطَبَ ٱلْمُشَانِ

14. Sub praetextu columbae silvestris optimos recentes dactylos edit.

Aliam rem ostendit, aliam rem intendit. Vocabulum مشان dactylum, cui muris forma est, significat. Meid. conf. Kam. et Dj. s. ورش. Samachscharius proverbii causam hanc adnotavit: Servo cuidam dactylos custodiendos tradiderant. Qui quum dactylos ipse comederet, culpam autem in columbas silvestres conferret, gens ista verba dixit.

١٥ بَيْتِى يَبْخَلُ لَا أَنَا

15. Domus mea avara est, non ego.

Mulier quaedam, quum ab ea res peteretur, rem apud se non inveniri dixit et avaritiae accusata excusandi causa verbis proverbii usa est. In eum dicitur, qui ob inopiam, esti natura beneficus est, beneficia conferre non potest. Samachschari.

١٦ بَيْنَ ٱلْعَصَا وَلِحَائِهَا

16. Inter baculum et eius librum.

De duobus amicis intime coniunctis proverbio utuntur. Meid. Legitur quoque sic proverbium لا مدخل بين العصا ولحايها »Non est locus intrandi inter baculum eiusque librum« et لا تدخل بين العصا ولحايها »Ne intres inter baculum eiusque librum.« Quibus verbis maxima propinqui-

tas inter duos designatur. Samachscharius autem dixit, proverbium de peregrino adhiberi, qui inter duos cognatos, intraverit. Cecinit poeta

لَا تَدْخُلَنْ بِنَمِيمَةٍ   بَيْنَ العَصَا وَلِحَائِهَا

»Ne intres cum obtrectatione inter baculum eiusque librum.«

i. e. Ne duos cognatos obtrectatione separes. Metrum versus est Camil. Confer libr. m. p. 214.

١٧ بَيْنَ ٱلْمُمِخَّةِ والعَجْفَاءِ

17. Inter ovem, in cuius ossibus medulla est et emaciatam.

De eo, quod homo una re contentus aliam non expetit, adhibetur.

١٨ بَيْنَ ٱلرَّغِيفِ وَجَاحِمِ ٱلتَّنُّورِ

18. Inter libum et furni locum maxime ardentem (ponaris).

Proverbium execrationi inserviens ad metrum Camil referri potest. conf. libr. m. p. 212. Sed in Samachscharii opere legitur يضرب للواقع فى امر صعب قد التبس به »In eum dicitur, qui in rem difficilem incidit, qua implicitus est.«

١٩ بَيْنَ ٱلْقَرِينَيْنِ حَتَّى ظَلَّ مَقْرُونَا

19. Inter duos coniunctos, ut coniunctus fiat.

Inter duos coniunctos intrat, ut iis similis fiat. De eo, qui se rei ad ipsum non spectanti immiscet, ut ipsi adhaereat (donec ea intricatus sit), dicitur. Samachscharius dixit: Duobus coniunctis camelis tertius non coniunctus se immiscet, et cum iis simul coniungitur. Proverbium ad metrum Basith referendum in eum dicitur, qui bonum sibi comparare studet. conf. libr. m. p. 190.

٢٠ بَيْنَهُمْ دَآءُ ٱلضَّرَائِرِ

20. Inter eos est morbus mulierum cum aliis communem maritum habentium.

De inimicitia inter homines stabilita adhibetur, quia inimicitia inter tales uxores nunquam cessat. Samachscharius. Ad metrum Raml referri potest. conf. libr. m. p. 238.

٢١ بَيْنَهُمْ عِطْرُ مَنْشِمَ

21. Inter eos (est) odoramentum mulieris Manschimae appellatae.

Manschima mulier erat odoramenta vendens in oppido Medina. Gentes autem Chosaah et Djorhom, pugna dimicaturi his odoramentis corpus inficiebant. Tum magna caedes esse solebat. Cum hoc aliud proverbium cohaeret اشأم من عطر منشم »Infaustior quam odoramentum Manschimae«. conf. C. XIII, 125. Harir ٥٣٥. De magno malo adhibitum ad metrum Chafif referri potest. conf. l. m. p. 262.

٢٢ بِهِ دَآءُ ظَبْيٍ

22. Morbo dorcadis laborat.

Id est: nullus in eo morbus est, quod dorcadem nullo laborare morbo dicunt. Alii autem, qui dorcadem morbo laborare dicunt, putant significari, morbum eius non nosci, quemadmodum dorcadis morbum nemo noscat.

٢٣ بَلَغَتِ ٱلدِّمَآءُ ٱلثُّنَنَ

23. Sanguis ad postremos crines in talo iumenti pervenit.

Ad extremum calamitas pervenit. conf. proverb. 9.

٢٤ بِجَنْبِهِ فَلْتَكُنِ ٱلْوَجْبَةُ

24. In latere eius et sit lapsus!

His verbis is, qui Deum in aliquem advocat, utitur. Morbus enim in latere (pulmone) semper mortem adfert. In initio proverbii ellipsis est بجنبه داء فلتكن الوجبة بـه vel رماه الله بداء بجنبه فلتكن الوجبة به »In latere eius sit morbus, ut inde mortuus in terram decidat »vel« Deus morbo in latere eum affligat etc.« conf. Samachschar.

٢٥ بَلَغَ فِي ٱلْعِلْمِ أَطْوَرَيْهِ

25. In scientiis ad extremum finem pervenit.

Legitur اطوريه et أَطْوَرِيه (ut dualis aut pluralis forma sit). Si dualem admittis, scientiae initium et finem significat; sin pluralem, fines eius extremos. conf. Kam. Samachschar.

٢٦ بِأَبِي وُجُوهُ ٱلْيَتَامَى

26. Per patrem meum orbi redimantur!

Legitur quoque وا بابى »Eheu! per patrem meum.« Vir quidam Sahdus Alkarkarah ex incolis Hodjri[1]) unus, quem ludere solebat rex Alnohmanus ben-Almondsir, regis equum Aljahmum appellatum, qui omnes in eo vehentes deiiciebat, conscendere iussus, quum artis equestris minime peritus facere recusaret, vi a rege coactus erat. Quapropter in eo sedens, et perniciosum huius rei exitum sibi timens, quum unum filiorum suorum conspexisset, haec verba protulit. Quibus ad risum commotus rex ab incoepto abstitit. De misericordia, qua quis erga propinquos afficitur, proverbium adhibetur. Verba autem sic explicanda sunt

1) Nomen urbis primariae regionis Bahrain.

فدى بابى وجوه اليتامى »Redimantur per patrem meum orborum facies!«

At Sahdus ad istam rem alludens dixit:

نَحْنُ بِغَرْسِ ٱلْوَدِيِّ أَعْلَمُنَا   مِنَّا بِجَرْيِ ٱلْجِيَادِ فِي ٱلسُّلُفِ

يَا لَهْفَ أُمِّي فَكَيْفَ أَطْعَنُهُ   مُسْتَمْسِكًا وَٱلْيَدَانِ فِي ٱلْعُرُفِ

»Nos plantationem parvarum palmarum in complanatis arvis melius noscimus, quam cursum generosorum equorum. Eheu! matrem meam. Et quomodo efficiam tenens, ut recta pergat, dum manus ambae in iuba sunt.«

Observandum quoque est اعلمنا esse pro اعلم منا. Est autem dialecto urbis Hodjr proprium omittere praepositionem من et coniungere pronomen cum comparativo.

Metrum est Monsarih. conf. libr. mei p. 255.

٢٧ بِأُذْنِ ٱلسَّمَاعِ سُمِّيتَ

27. Propter aurem auditus (us) nominatus es.

Eum, qui audiens benefaciendi virtutem beneficum se ostendit, designat. Hic autem proverbii grammatice explicandi modus est بسماع اذن شانها السماع سميت بكذا وكذا »Propter auditum auris, cuius res auditus est, tali nomine appellabaris« i. e. Beneficus appellabaris propterea, quod beneficientiam commemoratam audiebas et faciebas. Vocabulum سماع cum aure connexuit, quia auris cum auditu cohaeret; vocabulo autem سمى inesse potest commemorandi significatio, ut proverbii sensus sit. »Propter beneficia tua, quae audiebantur, commemoratus es gratiarum verbis, ut ad beneficientiam incitareris.« Grammaticus Alamawi autem dixit, proverbii sensum hunc esse: Agendi ratio tua verba tua, quae aures audiunt, vera esse probat. conf. Samachschar.

٢٨ بَعْضُ ٱلشَّرِّ أَهْوَنُ مِنْ بَعْضٍ

28. Mali una pars levior est altera.

His verbis usus esse dicitur Tharafahus ben-Alabhd in hoc versu, quum Alnohmanus eius occidendi mandatum dedisset

ابا منذر افنيت فاستبق بعضنا حنانيك بعض الشر اهون من بعض

»O Abu-Mondsire tu perdidisti; sed nostrae (gentis) partem relinque; miserere mei! pars una mali levior est, quam altera.«

Metrum est Thawil appellatum. conf. libr. m. p. 163. Proverbio in duobus malis inter se diversis utuntur. Simili ratione ان من الشر خيارا »Inter mala sunt meliora.« conf. I, 12. conf. XXVI, 61 et Harir. p. ٢٩٣. Hoc proverbium in versu Hamasae p. ٣٩٥ legitur. Reiskius autem, versus occasionem non eam fuisse, quam Meidanius adtulerit, probavit. Sic Reiskius duce Nowairio refert: Haritsus ben-Abad, qui multis cladibus gentem Thaghleb afflixerat, se pacem cum iis non facturum iuraverat, donec terra ipsum alloqueretur. Quapropter ut pacem nanciscerentur, Taghlebitae in fovea virum, qui e terra versu Tharafahi Haritsum illum, cui cognomen Abu-Mondsir esset, alloqueretur, abscondebant. Inde autem error ortus videtur, poetam regem Alnohmanum alloqui. conf. Vullers. clar. in Tarafahi Moallaca p. 9. et Reiskium.

٢٩ ببطنه يعدو الذكر

29. Per ventrem suum equus currit.

Vario modo proverbium explicatur. In equis maribus cursus eandem rationem esse quam pabuli, quod consumant, equos mares autem maiorem pabuli copiam, quam equas, consumere dicunt. Alii proverbii originem talem fuisse constituunt. Vir quidam quum ad suos reversus et propter magnam famem inter edendum neque filii neque uxoris ullam rationem haberet, tum satiatus puerum advocaret et ab uxore concubitum peteret, uxor proverbii

verba dixit. Alii narrant, feminam cum viro ventroso cursu certasse, et ut eum terreret ما اعظم بطنك »Quam magnus venter tuus est!« dixisse; illum vero ببطنه يعدو الذكر »Per ventrem suum equus mas currit« respondisse. Samachscharius dixit esse interpretes, qui voce بطن vallem intelligendam esse censerent, quippe quum equus mas in campo plano, femina in terra salebrosa melius curreret. Adhiberi autem proverbium in excusatione, quum quis factum, ob instrumenti defectum relinquat. Ad metrum Redjes referri potest. conf. l. m. p. 232.

٣٠ بِكُلِّ وَادٍ أَثَرٌ مِنْ ثَعْلَبَةَ

30. In qualibet valle gentis Tsalebahi vestigium est.

Vir quidam, cui gentis Tsalebah agendi ratio non placeret, ad aliam se contulit et ibi eandem agendi rationem expertus est. Huic simile proverbium I, 217, II, 105 legitur. In eum dicitur, qui quovis se convertat, res sibi ingratas experitur. Sam. Ad metrum Redjes referri potest.

٣١ بِالسَّاعِدَيْنِ تَبْطُشُ ٱلْكَفَّانِ

31. Per brachia duo manus duae validae sunt.

Mutuum virorum duorum auxilium significat. Alter proverbii legendi modus est بالساعد تبطش الكف »Per brachium manus valida est« quem Samachscharius secutus est. Abu-Ohbaidahus proverbii sensum sic explicavit. Nonnisi potentia et opibus voluntatem meam exequi possum; sed illas res non possideo. Verbis his uti solet vir natura beneficus; sed opibus carens. Tum verbis, virum paucos tantum adiutores habere, significant. Metrum Redjes est.

٣٢ بَدَا نَجِيثُ ٱلْقَوْمِ

32. Apparuit terra putei gentis.

Vocabulum نجيث et نجيثة proprie »terram e putei fundo egestam« significans in arcana gentis translatum est. Sunt autem, qui نجيث hoc loco »terram ad scopum sagittariorum congestam« significari dicant, ut proverbii sensus sit.« »Eorum arcanum scopus est, qui petitur.«

٣٣ بَرِحَ ٱلْخَفَآءُ

33. Cessavit occultatio.

Cessavit arcanum et prodiit res, quemadmodum erat. Sunt autem, qui dicant خفاء esse »terrae locum depressum«, براح vero »locum elatum«, ut proverbii sensus sit. »Depressus terrae locus factus est elatus.« Primus qui proverbio uteretur Sathih ariolus fuisse dicitur (sic in codice B.).

Cecinit poeta proverbii verbis utens

بَرِحَ ٱلْخَفَــآءُ فَبُحْتُ بِالْكِتْمَـانِ   وَشَكَوْتُ مَا أَلْقَى مِنَ الْكِتْمَانِ

لَوْ كَانَ مَا بِى هَيِّنًـا لَـكَتَمْتُهُ   لٰكِنَّ ما بِى جَـلَّ عَنْ كِتْمَانِى

»Cessavit occultatio, et arcanum indicavi et questus sum occultationem, qua affligor. Si res, quae mihi accidit, levis fuisset, eam occultassem, sed res maior erat, quam ut eam occultare possem.«

٣٤ بِمِثْلِ جارِيَةَ فَلْتَزْنِ ٱلزَّانِيَةْ

34. Cum tali viro qualis Djarijahus est, scortum scortetur.

Vir Djarijahus ben-Salith pulcher erat, quam ob causam puella amore capta, ex eo conceperat. Puellae mater rei certior facta, primum filiam vituperans, quum Djarijahum conspexisset, filiae excusandae causa dixit بمثل جارية فلتزن الـزانية سـرا او علانية. »Cum tali viro,

qualis Djarijahus est, scortum scortetur sive secreto sive publice.« In generoso, cui inferior servit, proverbium adhibent.

٣٥ بِفِيهِ مَنْ سَارِ الى ٱلْقَوْمِ ٱلْبَرَى

35. In ore eius, qui ad gentem noctu proficiscitur, sit terra!

Hoc proverbium in virum dicunt, qui noctu proficiscens genti res ingratas nuntiavit. In Samachscharii opere بفيك »in ore tuo« legitur. Proverbio metrum Redjes est. conf. libr. meum p. 230.

٣٦ بِفِيهِ ٱلْبَرَى وَعَلَيْهِ ٱلدَّبَرَى وحُمَّى خَيْبَرَا
وشَرُّ مَا يُرَى فَإِنَّهُ خَيْسَرَى

36. In ore eius sit terra, contra eum fuga et febris Chaibarae, et malum quo, dum non cernitur, perit.

Vocabulum خيسرى idem est quod خسار »interitus«; est autem خيسرى pro ذو خيسرى positum. In loco Chaibar febres periculosae erant. conf. prov. 107. Dicitur quoque بفيه الكثكث »In ore eius terra« conf. Dj. et بفيه الاثلب »In ore eius terra et lapides«, quod spe frustratum esse hominem significat. Cecinit poeta

كِلَانَا يَا مُعَاذُ نُحِبُّ لَيْلَى   بِفِيَّ وَفِيكَ مِن لَيْلَى ٱلتُّرَابُ

»Ambo nos Lailam amamus. In ore meo et ore tuo ex Laila terra est.« De metro Wafir conf. libr. m. p. 204.

٣٧ بَلَغَ ٱلسِّكِّينُ ٱلْعَظْمَ

37. Culter ad os penetravit.

Simile est proverbium Cap. II, 9. et prov. 65. De summa molestia et periculo adhibetur.

٣٨ بِحَمْدِ ٱللَّهِ لَا بِحَمْدِكَ

38. Per laudem Dei, non per laudem tuam.

Haec verba Ajescha Mohammedi dixisse fertur, quum ei versus الأفك revelationem annuntiaret. Conf. Sur. 24, 11. Praepositio ب ab omisso verbo اقر „Confiteor, praedico, laudem Deo, non tibi esse tribuendam, pendet. conf. Gagnier vita Moham. p. 82. In eum transfertur proverbium, qui beneficium, quod sibi vendicare non potest, facit.

٣٩ بَيْضَةُ ٱلْعُقْرِ

39. Ovum sterilitatis.

De re, quae semel tantum accidit, dicitur, quod gallus semel tantum ovum deponere putatur. Abu-Ohbaidahus dixit: Quod si semel tantum donum dat avarus, hoc بيضة الديك galli ovum appellatur; sin vero donum pluries dat, tum donare haud pergit, hoc بيضة العقر ovum sterilitatis appellatur. Sunt autem qui dicant, proverbio eundem esse sensum, quam verbis بيض الانوق „Ovum avis Anuk appellatae" et الابلق العقوق „Variegatus praegnans" quibus rem re vera non existere, aut fieri non posse, designant. Dixit Baschschar ben-Bord

قَدْ زُرْتِنِي زَوْرَةً فِي ٱلدَّهْرِ وَاحِدَةً   ثَنِّي وَلَا تَجْعَلِيهَا بَيْضَةَ ٱلدِّيكِ

„Tu (o femina!) semel me visitasti, repete autem, ne galli ovum sit."

٤٠ بَاقِعَةٌ مِنَ ٱلْبَوَاقِعِ

40. Versutus e numero versutorum.

Verisimilis huius proverbii explicandi ratio videtur, qua باقعة nomen avis cautae est, ut ab ave in hominem loquendi modus translatus sit.

٤١ بَيْتُ ٱلْأَدَمِ

41. Domus coriorum.

Vocem أَدَمٌ a singulari اديم derivandam esse putant, et بيت الادم terram significare. Aliis domus sutoris est. Proverbium plures, quorum naturae diversae sint, esse coniunctos significat, quemadmodum in terra aut in domo sutoris res multum diversae congregatae sunt. Sic in poetæ versu est

النَّاسُ إِخْوَانٌ وَشَتَّى فِي ٱلشِّيَمْ وَكُلُّهُمْ يَجْمَعُهُ بَيْتُ ٱلْأَدَمْ

„Homines fratres sunt diversas naturas habentes, omnes vero eos congregat terra.“

Metrum versus est Redjes. conf. l. m. p. 231. Sunt denique, qui domum esse corio confectam dicant, ut proverbii sensus sit, omnes homines etsi natura et moribus diversos ab uno viro originem ducere, quemadmodum dicatur الارض من تربة والناس من رجل „Terra ex humo et homines e viro.“ conf. II, 185.

٤٢ بِنْتُ ٱلْجَبَلِ

42. Filia montis.

Cognomine hoc sonum a monte repercussum (echo), qui nil veri habet, appellant. Nomine autem hoc vir, qui cum uno quoque est et nullam personae rationem habet, describitur.

٤٣ بِئْسَ مَقَامُ ٱلشَّيْخِ أَمْرِسْ

43. Quam malus est senis locus (in quo dicitur), delapsum funem in loco suo repone!

Si funis, cuius ope situla in puteum demittitur, e media trochlea in latus recedit, hoc مرس الحبل appellatur, sin vero funis in mediam trochleam reducitur, hanc rem vocabulo امرس designant. Sic vero proverbii verba explicant بئس مقام الشيخ المقام الذى يقال له فيه امرس „Quam malus est senis locus sc. locus in quo ei dicitur: delapsum funem in loco suo repone!“ Senex propter aetatem imbecillis aquae hauriendae molesto labori impar est. Quod si igitur senex isti operi molesto praeficitur, male se habet. De eo proverbii verbis utuntur, qui necessitate rem peragere cogitur, cui impar est aut qua liberatus esse debet. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. conf. Samachschar.

٤٤ بَاتَ بِلَيْلَةِ أُنْقَدَ

44. Pernoctavit modo herinacei.

Per totam noctem vigilavit. Dicitur quoque اجعلوا لكم ليلة انقد „Ponite vobis noctem herinacei“ et سر بنا ليلة ابن انقد „Proficiscere nobiscum nocte filii herinacei!“

٤٥ بَرْضٌ مِن عِدٍّ

45. Pauca aqua ex perenni aqua.

Parum e multo.

٤٦ بَيْضَةُ ٱلْبَلَدِ

46. Ovum nidi struthiocameli.

In eum transfertur, cuius nulla ratio habetur, siquidem struthiocamelus nullam ovorum, quae in arena deposuerit, rationem habere dicitur. Interdum quoque hic loquendi modus laudi inservit. Unus est in terra, ad quem omnes conveniunt, cuiusque verbis obediunt. Hanc vero significationem verbis mulier tribuit, quae ab Ahlio occisum Ahmruum ben-Ahbd-Wodd deplorabat

لَوْ كَانَ قَاتِلُ عَمْرٍو غَيْرَ قَاتِلِهِ   بَكَيْتُهُ ما أَقَامَ ٱلرُّوحُ فى جَسَدِى

لٰكِنَّ قَاتِلَهُ مَنْ لا يُعَابُ بِهِ   وكان يُدْعَى قَدِيمًا بَيْضَةَ البَلَدِ

„Si fuisset Ahmrui occisor alius, eum deplorassem, quamdiu in corpore meo animus remansisset; sed occisor eius est talis, qui non vituperatur et iam olim ovum nidi struthiocameli appellabatur.“

Metrum versus Basith est. conf. l. m. p. 189.

٤٧ بَرِئَ حَىٌّ مِنْ مَيِّتٍ

47. Liber est vivus a mortuo.

In discessu et separatione adhibetur proverbium.

٤٨ بَرِئَتْ قَائِبَةٌ مِنْ قُوبٍ

48. Liberum est ovum a pullo.

Sunt, qui vocabulo قَائِبَة ovi, vocabulo قوب pulli significationem tribuant; alii autem vocem قابة pullum, vocem قوبة ovum significare dicunt. Intelligendi ratio paululum diversa est, ut actio aut ovo aut pullo tribuatur.

٤٩ بَالَ حِمَارٌ فَٱسْتَبَالَ أَحْمِرَةً

49. Urinam asinus egessit et effecit, ut asini urinam redderent.

Proverbium adhibent in auxilio mutuo, quod plures in re tibi ingrata sibi praestant. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. conf. libr. m. p. 230.

٥٠ بِئْسَ ٱلْعِوَضُ من جَمَلٍ قَيْدُهُ

50. Quam pravus est restituendi modus, quum

pro camela perdita lorum, quo pedes colligebantur, redditur.

Narrant, virum, cui pastor cameli perditi lorum, quo pedes colligebantur, adtulisset, haec verba dixisse.

٥١ بِئْسَ ٱلرِّدْفُ لَا بَعْدَ نَعَمْ

51. Quam male vocabulum non sequitur vocabulum sane!

Quod si primum rem concedisti, postea a te neque negari neque recusari debet. Hunc sensum poeta Almotsakkab appellatus versibus expressit

حَسَنٌ قَوْلُ نَعَمْ مِنْ بَعْدِ لَا وَقَبِيحٌ قَوْلُ لَا بَعْدَ نَعَمْ

انَّ لَا بَعْدَ نَعَمْ فَاحِشَةٌ فَبِلَا فَٱبْدَأْ اذَا خِفْتَ ٱلنَّدَمْ

وَاذَا قُلْتَ نَعَمْ فَٱصْبِرْ لَهَا بِنَجَاحِ ٱلْوَعْدِ إِنَّ ٱلْخُلْفَ ذَمْ

„Pulchrum est verbum Sane post verbum Non, et turpe est verbum Non post verbum Sane. Utique verbum Non post verbum Sane turpe est: incipe igitur verbo Non, si poenitentiam times. Quum dixisti Sane, cum patientia promisso satisfac, nam promisso contrarium vituperio dignum est.“

Metrum Chafif est. conf. libr. m. p. 262.

٥٢ بَطْنِى عَطِّرِى وَسَائِرِى ذَرِى

52. Ventrem meum odorantem redde (o mulier)! reliqua omitte!

Legitur quoque sic proverbium بطنى فعطرى وسائرى فذرى Sensus idem est. Samachschar. Virum quendam, qui ad hospitem esuriens venisset, quum ancilla odoramenta afferre iuberetur, verba haec dixisse narrant. In eum, cui gravior

res mandatur, quadrat. Meid. Cibum rogans proverbii verba dicere solet. Samachschar.

٥٣ بُغِيتُ لَكَ وَوُجِدْتَ لِي

53. Ego a te desideratus sum et tu mihi inventus es.

De amicis inter se consentientibus proverbium adhibetur.

٥٤ بَقْلُ شَهْرٍ وَشَوْكُ دَهْرٍ

54. Olus mensis et spinae aevi.

In eum, cuius bonum breve, malum autem diuturnum est, quadrat.

٥٥ بِمَا تَجُوعِينَ وَيَعْرَى حِرُّكِ

55. Pro eo, quod famelica eras et pudendum tuum nudum erat.

Si quis e paupere dives factus est, et de opibus novis gloriatur, haec ei verba dicunt ad significandum, eum antea pauperem fuisse.

٥٦ بَرْقٌ لَوْ كَانَ لَهُ مَطَرٌ

56. Fulmen est, si ei pluvia fuisset.

Eum, qui forma pulchra praeditus virtutibus caret, significat.

٥٧ بَقِّطِيهِ بِطِبِّكِ

57. Disperge id cognitione tua!

Virum amatam visitatum ivisse narrant, et quum necessitate alvum ibi exonerare cogeretur, haec ut vestigia

rei deleret, mulieri verba dixisse. De eo, qui, qua est prudentia, bene agere iubetur, proverbii verbis utuntur.

٥٨ بَيْنَ الْحُذَيَّا وَالْخُلْسَةِ

58. Inter donum et rem raptam.

De eo dicitur, qui donum leniter petit et id assequi studet quasi dicens: »Dono date aut id rapiam.«

٥٩ بَالَ فَادِرٌ فَبَالَ جَفْرُهُ

59. Caper montanus annosus urinam fecit et eius pullus urinam fecit.

Filium patri suo simillimum esse significat.

٦٠ بِمِثْلِي تُطْرَدُ الْأَوَابِدُ

60. Per virum mihi similem ferae propelluntur.

Per virum mihi similem res difficiles perficiuntur.

٦١ بَلْدَةٌ يَتَنَادَى أَصْرَمَاهَا

61. Regio, cuius corvus et lupus conveniunt.

Hominem, quem mores pravum esse adnuntiant, designat.

٦٢ بَكَرَتْ شَبْوَةُ تَزْبَئِرُّ

62. Pilos erigens scorpio advenit.

Ad malum inferendum se praeparavit. Recitavit Ebn-Alahrabius hunc versum

قَدْ بَكَرَتْ شَبْوَةُ تَزْبَئِرُّ تَكْسُو اسْتَهَا لَحْمًا وَتَقْمَطِرُّ

„Advenit scorpio pilos erigens, podicem carne vestiens et corpus contrahens caudamque inflectens.“

Metrum est Sarih appellatum. conf. libr. m. p. 246.

٦٣ بَقِىَ أَشَدُّهُ

63. Negotii gravior pars restat.

Fabulam proverbii huius explicandi causa adtulerunt. Mures, quum a fele vehementer afflicti essent, ut tintinabulum ad felis collum appenderent, consilium ceperunt. Quum autem unus, quis nostrum id appendet, interrogasset, alter proverbii verbis respondit. Sic autem verba intelligi possunt, ut sint pro بقى أَشَدُّ هَذَا الامر „Remanet gravior rei pars.“ Altera autem lectio بقى شدّه hunc sensum praebet. „Restat, ut adligatur.“

٦٤ بَاتَ هَذَا ٱلْأَعْرَابِىُّ مَقْرُورًا

64. Arabs hic frigore affectus pernoctavit.

De eo, qui alios rebus necessariis carentes deridet, proverbium adhibetur. Dum ipse calet, caeteri frigore affecti pernoctant. Simile huic proverb. est. Cap. XXVII, 61.

٦٥ بُعْدُ ٱلدَّارِ كَبُعْدِ ٱلنَّسَبِ

65. Distantia domus est eadem, quam distantia cognationis.

Quod si cognatus tuus utilitatem tibi non affert, idem est ac si cognatione tecum coniunctus non est.

٦٦ بَلَغَ مِنْهُ ٱلْمُخَنَّقُ

66. Ad eius guttur perventum est.

Tantum ei onus impositum fuit, vel tanta molestia afflictus fuit, ut ad extremum perveniret. Dixit poeta Rubahus

دَارَتْ رَحَانَا وَرَحَاهُمْ نَسْتَقِى   سِجَالَ مَوْتٍ مَنْ يَخُضْهَا يَغْرَقِ

إِذْ أَبْلَغَ ٱلْمَوْتُ إِلَى ٱلْمُخَنَّقِ

„Circumversa fuit mola nostra et mola eorum, dum hauriebamus plenas situlas mortis, quas qui ingreditur, submergitur, nam mors ad guttur adducta est..“

Metrum est Redjes appellatum. conf. prov. 36.

٦٧ بِعَيْنٍ مَا أَرَيْنَّكَ

67. Oculo te video.

Sic age, ut me te semper observantem putes. Socordia ut fugiatur, proverbium monet. Samachscharius dixit, proverbio legatum ad festinandum impelli. Particula ما confirmandae et corroborandae sententiae inservit.

٦٨ بِالرِّفَاءِ وَالْبَنِينَ

68. Cum concordia et liberis.

Verbis hisce novae coniugi gratulantur. Vocem بالرفاء duplici modo explicari posse, interpretes putant, uno deducto a verbi significatione coniungendi, altero a quietis significatione. Quidam novo coniugi gratulaturus dixit بالرفاء والثبات والبنين لا البنات „Opto tibi concordiam et firmitatem, et filios, non filias.“

Conf. Harir. p. ٣١٥ schol. Kam. Djeuh.

٦٩ ابْنُكَ ابْنُ بُوحِكَ

69. Filius tuus est filius animae tuae.

Vario autem modo proverbii huius verba explicant. Vocabulo بوح animae significationem qui tribuunt, suffixum aut generis feminini aut masculini esse posse statuunt. Qui autem vocabulum بوح penis significationem habere contendunt, ii nonnisi masculini genus in suffixo admittunt. Tum sunt, qui dicant, vocabulum بوح nomen esse a verbo باح بالشى „manifestavit rem“ derivandum.

ut sensus sit: „filius tuus est is, quem tanquam filium tuum publice agnovisti.“ Quum enim inter Arabes quosdam mulieris communio esset, filium aut agnoscere aut repudiare in cuiuslibet potestate erat. Sunt denique, qui vocabulum بوح pluralis formam esse contendant a باحة atrium ortam, ut proverbii sensus sit „filius est tuus, qui in atrio tuo natus est.“ Proverbii originem hanc fuisse tradunt. Cabscha filia Ohrwahi Ohkailum ben-Thofail ben-Malic ben-Djahfar filium suum appellaverat. Mater eius id audiens dixit ابنك من دمى عقبيك „Filius tuus est, qui calces tuas sanguine infecit“ i. e. quem peperisti. Cabscha autem verbis proverbii respondit. Scharaf-Ald., Samachsch. Pluribus Schultensius (Meid. proverb. p. 49 sq.) rem exposuit.

٧٠ بِنْتُ بَرْحٍ شَرَكٌ عَلَى رَأْسِكَ

70. Infortunium est laqueus super capite tuo.

Vocabulis بنات بَرْح Filiae mali et بَنُو بَرْح Filii mali calamitas, noxa significatur. De gravi et periculosa re proverbium adhibetur.

٧١ بَحَازِجُ الأَرْوَى

71. Pulli caprae montanae.

Personam, quae nonnisi raro conspicitur, designat.

٧٢ بَرِّزْ نَارَكَ وَإِنْ هَزَلَتْ فَارَكَ

72 Ignem tuum profer et si brachii tui musculum emacias.

Hospitem tuum laute excipe et si ipse inopia affligeris.

٧٣ بَدَتْ جَنَادِعُهُ

73. Scarabaei eius nigri apparuerunt.

Vocabulo جنذعة „animalculum nigrum (scarabaeus), duobus in capite longis cornibus praeditum, in lacertae latibulo vivens“ significatur. Quum fossor ad lacertae locum pervenit, haec animalcula apparent. Proverbium mali initium apparere, indicat. conf. C. I, 347.

٧٤ بَاتَتْ بِلَيْلَةٍ حُرَّةٍ

74. Pernoctavit nocte libera.

Arabes noctem, qua integram virginitatem servat nupta, ليلة حرة noctem liberam appellare solent, noctem autem, qua inita est, ليلة شيباء „noctem candidam“; quapropter in eo qui victus non est, adhibent proverbium, contra de victo باتت بليلة شيباء Pernoctavit nocte candida dicunt.

٧٥ بَرِئْتُ مِنْهُ مَطَرَ ٱلسَّمَآءِ

75. Ista re immunis sum, quamdiu pluviam coelum demittit.

Id est: Semper.

٧٦ بِسِلَاحٍ مَا يُقْتَلَنَّ ٱلْقَتِيلُ

76. Armis quibuscunque occisus occiditur.

Ahmruus ben-Omamah regis Ahmrui ben-Hind frater a gente Morad[1]) occisus erat. Necis ulciscendae causa rex contra eam exercitum duxit pluresque neci dedit et quum pacem colens Ebn-Aldjoaihdus adductus tentorii palis eius iussu occisus esset, ista verba dixit significaturus, malum malo pensatum esse, nil differre quo instrumento occisus

1) Gens ista originem a Kahlano filio Sabae repetens in montibus Jemanae sedes habebat. *conf. Pocock. specim. hist. Arab. p. 44. Abulfed. hist. anteisl. ed. Fleischer. p. 190.*

esset. Forma futuri parogogici ob antecedens ما, ut vis addatur verbis, adhibita dicitur. Aut omissum est قاتل, ut sit pro القتيل قاتل يقتلن „Occiditur occisor occisi" aut voce القتيل occisus, ipse Ebn-Aldjoaihdus significatur. Proverbium legitur apud Bertheauum l. c. p. 13. text. Ar. Samachscharius autem sic adnotavit proverbium بسلاح ما يقتل القتيل et praeter istam a me ex Meidanii opere adlatam explicationem aliam talem dedit. Vir, qui frustra inimici occidendi occasionem quaesiverat, eum pace facta et securitate promissa occidit. Verbis proverbii, quibus utebatur, significare in animo habebat; plures esse occidendi modos, ut ipsa pax concessa in eorum numero esset. Adhibetur autem proverbium de astutiis, quas quis instituit, ut desiderio suo satisfaciat.

٧٧ أَبْدَأْهُمْ بِالصُّرَاخِ يَفِرُّوا

77. Contra eos clamare incipe! fugient.

Virum quendam alteri iniuriam intulisse narrant, et ut alterius vituperationem effugeret, de ipso apud eundem queri incepisse. De iniusto, qui iniuria se violatum simulat, ut eius factum silentio praetermittatur, proverbium, quo vulgus utitur, adhibent. conf. Schult. prov. Meid. p. 22.

٧٨ أَبْدَأِيهِنَّ بِعَفَالِ سُبِيتِ

78. Incipe illis dicere, Ahfahli! in captivitatem abducaris!

Hanc proverbii originem fuisse narrant. Sahdus ben-Said Manat Rahamam filiam Alchesredji ben-Taim-Allah pulcherrimam feminam in matrimonium duxerat. Quam quum reliquæ viri uxores ignominiae nomine عفلاء (i. e. morbo in pudendis vel duritie in utero laborans) appellarent, mater, ut illas verbo (Ahfali) primum alloqueretur, suasit. Vocabulum

عفال (Ahfali) varie explicant. Nonnullis eodem modo, quo vocabulum خَبَاث, formatum est; aliis est imperativi forma, quemadmodum دَرَاك pro ادرك dicitur, ut idem sit quam عَقِّليها „dic, eam morbo عفلة laborare"; aliis denique est cum nunnatione infinitivi forma, quemadmodum vocabulo سراح significatio vocabuli تسريح tribuitur. Res autem ista in causa erat, cur gens Banu-Malic ben-Sahd, ad quam poeta العجاج pertinet, ab ista femina oriunda (pepererat enim Malicum ben-Sahd) cognomine Banu-l'Ohfail بنو العفيل appellabantur. conf. Schult. prov. Meid. p. 23.

٧٩ بَعْدَ ٱلْهِيَاطِ وَٱلْمِيَاطِ

78. Post clamorem et propulsum.

Id est: post malum et noxam. Alii sic proverbium legunt بعد الهيط والميط „Post clamorem et propulsum." Loquendi modus a camelis, qui clamore et vi ab aqua depelluntur, desumtus in homines translatus est. Dicitur quoque ما زال في هيط وميط „Non cessavit esse in angore."

٨٠ أَبْدَى ٱلصَّرِيحُ عَنِ ٱلرَّغْوَةِ

79. Lac purum remota spuma apparuit.

Muslimus ben-Ohkail ben-Abi-Thaleb, ab Alhosaino ben-Ahli missus apud Hanium ben-Ohrwah Almoradi se occultaverat. Hanius ab Ohbaid-Allaho ben-Sijad interrogatus primum rem negavit, tum minis territus confessus est. Ohbaid-Allahus haec verba dixit rem patefactam esse significaturus. Vocabulo أَبْدَى aut intransitivam aut transitivam significationem tribuunt. Quod si transitivam significationem habet, obiectum نَفْسَهُ omissum esse censent.

Similiter dictum est تحت الرغوة اللبن الصريح „Sub spuma est lac purum" et صرح الحق عن محضه „Manifesta est veritas, ut lac purum eius appareat." conf. prov. **33**. Scharaf-Aldin. et Schult. prov. Meid. p. **24**.

٨١ أَبَرِمًا قَرُونًا

81 O avarum, duas bucceas coniungentem!

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere ابرما وقرونا legitur. Vir quidam ob avaritiam sortis ludi particeps esse nolebat. Qui quum uxorem suam carnem edentem vidisset, accessit et inde simul duas bucceas sumsit, quapropter in haec verba uxor erupit. Duo vitia in homine esse coniuncta, proverbium significat. Meid. Et in avarum dicitur, qui ad se commodum rapere studet. Accusativum ab omisso تكون pendere dicunt. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid p. 30.

٨٢ بِعْتُ جَارِى وَلَمْ أَبِعْ دَارِى

82. Vendidi vicinum meum, et non vendidi domum meam.

Quum vicinus malus mihi esset, domum meam vendidi, ut vicino liberarer. De vicinis malis adhibetur. Samachsch.

٨٣ أَبَادَ ٱللّٰهُ خَضْرَاءَهُمْ

83. Perdat Deus eorum bona et proventum!

Sunt qui pro vocabulo خضراءهم legant غضراءهم Vocabulo غضراء alii „Bonorum et proventus copiae" significationem, alii p u l c h r i t u d i n i s tribuunt. Conf. Schult. prov. Meid. p. 14.

٨٤ بَرَزَ ٱلصَّرِيحُ بِجَانِبِ ٱلْمَتْنِ

84. Prodiit clamans in latere regionis aequabilis.

De re omnino manifesta adhibetur. Hemistichium metri Camil esse videtur. conf. libr. m. p. 214.

٨٥ بَقْبَقَةٌ فِي زَهْزَقَةٍ

85. Clamor in risu.

De fastuoso, vanas res sermone proferente, proverbium adhibetur. Sunt duo pedes metri Redjes. conf. libr. m. p. 231.

٨٦ بِحَسْبِهَا أَنْ يَمْتَذِقَ رُعَاؤُهَا

86. Propter eam pastores lac aqua mixtum bibunt.

Quum parum lactis camela reddit, necesse est, ut pastores lac aqua mixtum bibant. De viro adhibetur, qui auxilium praestare aut beneficium, quod postulatur, deferre non potest, suis rebus omnino occupatus.

٨٧ بِسَالِمٍ كَانَتِ ٱلْوَقْعَةُ

87. Salimum conflictus obruit.

Salimus viri nomen est, qui innocens puniebatur. De eo igitur adhibetur, qui liberatus est a malo, quod merebatur et de eo, qui immeritus poenam passus est.

٨٨ بَقِيَتْ مِنْ مَالِهِ عَنَاصٍ

88. Exigua opum pars remansit.

In eum proverbium dicunt, cui exigua opum pars superest, quibus calamitates effugiat.

٨٩ بِتْ عَلَى كَعْبِ حِذْرٍ قَدْ سِيلَ بِكَ

89. Pernocta super talo cautionis, nam a torrente iam abreptus es.

Eum, cui haud curanti interitus paratur, proverbium monet.

٩٠ بَرَّزَ غَمَّانَ فَلَا تُمَارِ

90. Manifestavit Ghammanum; et ne (de eo) dubites.

Ghammanus vir inter aequales generositate et virtute insignis erat. Proverbii sensus est: Se ostendit generosum; ne igitur dubites, eum talem esse. In eo adhibetur, qui rem abnegavit, quae omnino manifesta est.

٩١ بِمِثْلِي يُنْكَأُ ٱلْقَرْحُ

91. Per mei similem vulnus escharà nudatur.

Per virum, qualis ego sum, malum averti potest. Proverbio similem sensum expressit poeta

لِزَازُ حُرُوبٍ يُنْكَأُ ٱلْقَرْحُ مِثْلُهُ يُمَارِسُهَا تَارًا وَتَارًا يُضَارِسُ

„Pertinax in bellis, vir ei similis vulnus escharâ nudat, modo ea aggreditur, modo ea dentibus molaribus prehendit.“

٩٢ بَيْنَهُمَا بَطْحَةُ ٱلْإِنْسَانِ

92. Inter utrumque est statura hominis.

De rebus duabus invicem propinquis, i. e. una ab altera distat hominis longitudine.

٩٣ بَيْنَ ٱلْمُطِيعِ وَبَيْنَ ٱلْمُدْبِرِ ٱلْعَاصِي

93. Inter obsequentem et retrocedentem rebellem.

Eum significat, qui neque inimicitiam ostendit neque amicum sincerum se probat.

٩٤ بَيْنَهُمْ أَحْلَقِي وَقُومِي

94. Inter eos dies Ahlaki et Kumi.

Ahlaki et Kumi nomina dierum sunt, quibus inter Arabes pugnatum est, quorum unus altero peior erat. Inter homines inimicitiam et mala esse, proverbium indicat. conf. C. XXI, 102.

٩٥ بَرَدَ عَلَى ذٰلِكَ جِلْدُهُ

95. Firma fuit super hoc cutis eius.

In eo acquievit et constanter permansit.

٩٦ بَعْضُ ٱلْجَدْبِ أَمْرَأُ لِلْهَزِيلِ

96. Quaedam annonae penuria macro convenientior est (quam pabuli abundantia).

De eo, qui divitias ferre non potest et insolens fit, adhibetur.

٩٧ بِغَيْرِ ٱللَّهْوِ تَرْتِيقُ ٱلْفُتُوقِ

97. Non lusu rupturae reparantur.

Diligentiam et serium in rebus adhibendum esse proverbium docet.

٩٨ بِكُلِّ عُشْبٍ آثَارُ رَعْيٍ

98. In omni herba vestigia pecoris pascentis.

Ubi divitiae sunt, ibi petentes sunt.

٩٩ بِكُلِّ وَادٍ بَنُوا سَعْدٍ

99. In omni valle gens Banu-Sahd est.

Conf. prov. II, 31.

١٠٠ بَلَغَ ٱلْغُلَامُ ٱلْحِنْثَ

100. Pervenit adolescens ad peccatum.

Pervenit ad eam aetatem, ut aut obedire aut obsequium recusare posset.

١٠١ بَقِىَ مِنْ بَنِى فُلَانٍ أُثْفِيَّةٌ خَشْنَاءُ

101. Remansit e gente quadam sustentaculum ollae asperum.

Vocabulo اثفية hoc loco multitudinem, vocabulo خشناء armis tectam significari dicunt.

١٠٢ بَعْضُ ٱلْقَتْلِ أَحْيَى لِلْجَمِيعِ

102. Quaedam caedes omnibus vitam conservat.

Iure talionis, quo quis occiditur, quominus bellum oriatur neve tota gens pereat, impeditur. In Corano (Sur. II, 175) legitur ولكم فى القصاص حيوة »Et vobis in iure talionis vita est.« Simile est proverbium القتل انفى للقتل »Caedes impedit caedem.« Ardeschirus ben-Babec dixisse fertur رب اراقة دم تمنع من اراقة دماء »Interdum effusio sanguinis unius hominis impedit, quominus multorum sanguis effundatur.« conf. Fakihat-Alcholafa p. ١٣ l. 13.

١٠٣ ٱلْبِضَاعَةُ تُيَسِّرُ ٱلْحَاجَةَ

103. Donum negotium facile reddit.

١٠٤ بَيْنَهُمْ رِمِّيَّا ثُمَّ حِجِّيزَى

104. Inter eos est iactus, tum cessatio.

Primum se invicem aut lapidibus aut sagittis petunt, tum cessant.

١٠٥ أَبْدَى اللّٰهُ شَوَارَهُ

105. Deus pudendum eius ostendat!

Affligat eum Deus calamitatibus, ut omnino nudus incedat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 24.

١٠٦ البَغْلُ نَغِلٌ وَهُوَ لِذٰلِكَ أَهْلٌ

106. Mulus corruptus est et is ad istam rem aptus est.

De corio corrupto vocabulum نَغِلٌ adhibetur; in proverbio autem نَغْلٌ ob praecedens بَغْلٌ enunciatur. Vir origine vilis, qui turpiter simul agit, proverbio designatur. Scharaf-Aldin.

١٠٧ البِطْنَةُ تَأْفِنُ الفِطْنَةَ

107. Impletio ventris mentem minuit.

In eum, cuius mens et intelligentia divitiarum possessione diminutae sunt, quadrat.

١٠٨ بِهِ الوَرَى وَحُمَّى خَيْبَرَى

108. In eo (sit) pus et febris Chaibarae!

Conf. prov. 36.

١٠٩ بَعْضُ البِقَاعِ أَيْمَنُ مِنْ بَعْضٍ

109. Una regio prosperior alterà.

Arabs in via occurrens donum Moahwijjam rogavit et repulsus iterum alio loco Moahwijjam adiit. Quum hic,

cur iterum veniret, interrogasset, illis verbis respondit et donum eam ob causam accepit.

١١٠ بَعْدَ ٱطِّلَاعٍ إِينَاسٌ

110. Post adparitionem (est) cognitio.

Haec verba Kaisus ben-Sohair Hodsaifae ben-Badr die certaminis Dahes, quum hic illi, se eum praevertisse, dixisset, respondit significaturus, rem nonnisi postquam apparuisset, cognosci posse.

١١١ بُؤْسًا لَهُ وَتُوسًا لَهُ وَجُوسًا لَهُ

111. Malum ei, calamitas ei, fames ei (sit a Deo)!

Imprecationis formula est, in qua verba أَلْزَمَهُ الله supplenda sunt.

١١٢ بِئْسَ مَا أَفْرَعْتَ بِهِ كَلَامَكَ

112. Quam male sermonem tuum exorsus es!

١١٣ بِمِثْلِي زَابِنِي

113. Per mei similem repelle, o femina!

Fortis sum.

١١٤ ٱلْبَطْنُ شَرُّ وِعَاءٍ وَشَرُّ وِعَاءٍ مَلْآنَ

114. Venter pessimus loculus est, et pessimus loculus, quum impletus est.

In codicibus B. et P. legitur البطن شر وعاء صفرا وشر وعاء ملان »Venter pessimus loculus est, dum vacuus est, et pessimus loculus, dum plenus est.« Quando vacuus est venter, esuris, quando plenus est, noxam inde concipis. In

virum quadrat natura pravum, qui tibi noxam infert, quum ei benefecisti; tibi inimicus est, quum ei malum intulisti.

١١٥ بِأَلَمٍ مَا تُخْتَنَنَّ

115. Cum dolore circumcideris (infans).

Factum laudabile cum molestia coniunctum est. Alius legendi modus est بالمٍ ما تُخْتَنِنَّهْ, ut generis feminini persona sit. In codice Lugdunensi تختتنى legitur.

١١٦ أَبْغِضْ بَغِيضَكَ هَوْنًا مَّا

116. Qui odio tuo dignus est, eum odio levi habe!

Conf. C. VI, 96.

١١٧ بِئْسَ الشَّعَفُ أَنْتَ يَا فَتَى

117. Quam prava supellex tu es, o vir!

Verba شعوف البيت fornacem, scutellam, ollam, quae despecta domus suppellex est, significant. Quamquam in tribus codicibus L. B. et meo legitur الشعف et in scholiis شعوف, tamen ista supellectilis significatio nonnisi voci سعف a Kamusi auctore tributur. Sic quoque Pocockius legisse videtur.

١١٨ بِالْأَرْضِ وَلَدَتْكَ أُمُّكَ

118. In terra te genuit mater tua.

Ne quis originis suae immemor arrogans et superbus sit, proverbium monet.

١١٩ بَنَانُ كَفٍّ لَيْسَ فِيهَا سَاعِدٌ

119. Digiti manus, quibus brachium non est.

In eo, qui rei perficiendae propositum habet, sed potestate caret, adhibetur. Proverbium ad metrum Redjes referri potest.

١٢٠ أَبْرَمَ طَلْحٌ نَالَهَا سُرَافٌ

120. Fructus protulit arbor طلح appellata, quae ab animalculo سرفة occupata erat.

In eo adhibetur, cuius opes creverunt, postquam parvae fuerant, ut commoda vita fruatur. Illud Sorfah appellatum animalculum domum quadratam ex lignis parvis glutine suo compactis, in quam intrans moriatur, sibi construere dicitur. Et hoc proverbium ad metrum Sarih referre licet. conf. libr. m. p. 246. Conf. Schult prov. Meid. p. 30.

١٢١ بَيْضَاءُ لَا يُدْجِي سَنَاهَا الْعِظْلِمُ

121. Alba; nox obscura eius albedinem non reddit nigram.

In virum celebrem, cuius gloria nullo modo diminui potest, dicitur. Sunt autem, qui vocem عظلم hoc loco plantam, cuius succo tingatur, significare dicant. Sed quum vocabulum دجا de noctis obscuritate adhibeatur, vocabulo عظلم »noctis obscurae« significatio potius tribuenda videtur. Femininum indicare videtur, verba proprie mulieris laudem continere. Proverbio metrum Redjes est.

١٢٢ بَايِعْ بِعِزٍّ وَجْهُهُ مُلَثَّمٌ

122. Vende dignitatem, cuius facies velo obtecta est.

Voces بايعْ بعزّ idem significant, quod بع عزّا i. e. vende dignitatem ita constitutam i. e. usque ad

hunc diem incognitam; nos enim cum gente, cuius dignitas talis est, societatem non inimus. Proverbii metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 230.

١٢٣ بِنْتُ صَفًا تَقُولُ عَنْ سَمَاعٍ

123. Sonus repercussus (Echo) quae audivit verba, eadem repetit.

In eum transfertur, qui ad rem quancunque vocatus, vocanti semper adnuit, eadem quasi verba, sicut sonus repercussus, repetens. بنت صفا filia petrae autem idem est quod بنت الجبل filia montis (Echo). Proverbium ad metrum Sarih revocare licet. conf. libr. m. p. 246.

١٢٤ جِنِّ قَلْعٍ يغرس ٱلْوَدِيُّ

124. Quo tempore evellere incipimus, parvus palmae surculus plantandus est.

Vocabulum جِنّ de temporis, tum cuiuslibet rei initio usurpatur. Proverbium, ne rei perficiendae occasionem et tempus praetermittamus, monet.

١٢٥ ابْنُ زَانِيَةٍ بِزَيْتٍ

125. Filius scorti pro oleo.

Fures, quacum rem habuerant, meretrici oleum, nil aliud enim possidebant, dare volebant. At illa oleum recusans dixit: gravidam me esse puto, nolo igitur filium meum appellari filium scorti pro oleo, quae verba postea in proverbium venerunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 48. Dixit poeta

إِذَا مَا حَيٌّ هَاجَى حَشْوَ قَبْرٍ   فَذَالِكُمْ ٱبْنُ زَانِيَةٍ بِزَيْتٍ

„Quotiescunque vivens sepulcro conditum satyra perstringit, hic vobis est filius scorti pro oleo.“

١٢٦ بَاتَ فُلَانٌ يَشْوِى ٱلْقَرَاحَ

126. Pernoctavit quidam meram aquam calefaciens.

Pauperem omnibus rebus destitutum, ut cibum coquere non possit, significat. Pauperem quendam narrant aquam calefecisse et vapore, quem aqua bulliens exhalaret, famem urentem levasse.

١٢٧ بِقَدْرِ سُرُورِ ٱلتَّوَاصُلِ يَكُونُ حَسْرَةُ ٱلتَّفَاصُلِ

127. Qui est laetitiae modus in coniunctione (amicorum), idem (doloris) in separatione est.

i. e. Tantum dolorem percipimus ex proficiscentibus amicis, quantum ex advenientibus gaudium percepimus.

١٢٨ ٱلبَلَايَا عَلَى ٱلحَوَايَا

128. Calamitates super pannis farctis in camelorum dorsis.

Verba haec Ohbaidus ben-Alabraz die infausto, quo Alnohmano occurrebat, dixit significaturus, infortunium a Deo homini destinatum, in cameli dorso neminem effugere posse.

١٢٩ ٱلبَغْى آخِرُ مُدَّةِ ٱلْقَوْمِ

129. Iniustitia est postremum temporis, quo gens existit.

Iniustitia tandem ad interitum ducit.

١٣٠ بِحَيْثُ ٱلعَيْنُ تَرْنُو مَا يَضُرُّ

130. Ubi oculus est, ibi rem nocentem conspicit.

De eo, qui quoquo modo virum fugit, sive is benefecerit sive malefecerit dicitur. Proverbio metrum Wafir est. Conf. libr. m. p. 203.

١٣١ بَيْتٌ بِهِ ٱلْحِيتَانُ وَٱلْأَنُوقُ

131. Domus, in qua pisces magni et avis Anuk est.

Adversarios duos in una re consensisse, proverbium significat. Avis enim sic appellata in altissimis montium regionibus est, pisces autem magni in maribus vivunt, ut nunquam cum illis conveniant. Metrum proverbii ad Sarih appellatum revocari potest. conf. libr. m. p. 246.

١٣٢ بِئْسَ مَحَلًّا بِتَّ فِي صَرِيمٍ

132. Quam malus est locus, in quo pernoctasti!

Sic proverbium explicandum بئس المحل محلا بت فيه »Quam malus est locus quoad locum, in quo pernoctasti.« Metrum ad Sarih referri potest. conf. l. m. p. 246. Viro, qui in homine fiducia indigno, fiduciam posuit, dicitur.

١٣٣ بِشْرٌ كَحَفَّةِ ٱلْعَلُوقِ ٱلرَّايِمِ

133. Vultus splendor ut nobilitas camelae, quae naso quasi amans a sugendo pullum prohibet.

Proverbio hoc virum designant, qui vultu et verbis placere studet, non factis. Comparatur cum camela, quae olfaciens pullum amare videtur, sed eundem a sugendo prohibet. Metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230.

١٣٤ بَيْضُ قَطًا يَحْضُنُهُ أَجْدَلُ

134. Avis Kathae ova, quibus vultur incubat.

Vilem in nobilis cuiusdam tutelam se recepisse, proverbium designat. Metrum Sarih est. conf. l. m. p. 243.

١٣٥ بَنِيكِ حَمِّرِى وَمَكِّكِينِى

135. Filiis tuis parum, mihi multum da!

Anno, quo homines inopia laborabant, vir quidam dactylos comparaverat, qui familiae alimento inservirent. Uxor dactylos quotidie in partes aeqnales distribuebat, ut maritus pro aetate sua parum cibi acciperet. Quam rem aegre ferens, haec proverbii dixit verba. Vocabulum حمّر tantum dedit, quantum avi parvae حمّرة appellatae sufficit; مكّكى vero quantum avi maiori مكّاء appellatae, significat. Aequaliter quum distribuat vir dona inter suos, eos, qui personae eius propriores sint, maiora dona postulare, significat proverbium, quod ad metrum Sarih revocari potest. conf. libr. meum p. 243.

١٣٦ بَلَغَ ٱللَّهُ بِكَ أَكْلَأَ ٱلْعُمْرِ

136. Deus ad extremum vitae terminum te perducat!

In Djeuharii opere sub كلا proverbium legitur, nec non in Samachscharii opere.

١٣٧ بِئْسَ مَحَكُّ ٱلضَّيْفِ ٱسْتُهُ

137. Quam pravum est, quum hospes anum fricat!

Abu-Saidus proverbium adferens nil explicandi gratia addidit. Loco vocis محكّ alii محلّ locus legunt.

١٣٩ بَخٍ بَخٍ سَاقٌ بِخَلْخَالِ

138. Quam pulchrum est crus compede ornatum!

Arabum mulieres crura compedibus ornare solent. Verbis hisce in re, quae ludibrio est, quum ludibrii locus non sit, utuntur. Primum verba ista dixit Alwaratsa filia Tsahlebahi uxor Dsohli ben-Schaiban. Dsohlus ben-Schaiban maritus Alwaratsae simul uxorem duxerat Rikacham filiam Ahmrui ben-Ohtsman e gente Banu-Taghleb oriundi, quam Cahbus ben-Malic ben-Taim Allah ben-Tsahlebah ben-Ohcabah a se dimiserat. Accidit die quodam, quum Rikascha cruribus compedibus ornatis prodiret, ut Alwaratsa ludibrii causa بخ بخ ساق بخلخال »Quam pulchrum est crus compedibus ornatum!« diceret. Ad quae verba quum Rikascha imo crus cum compedibus, sed a tuis diversis, respondisset, irata Alwaratsa in illam insiliit; solebat enim mariti sui uxores verberibus expellere. At a Rikascha victa hac vice succubuit. Victa autem hos tum versus dixisse dicitur

يَا وَيْحَ نَفْسِى ٱلْيَوْمَ أَدْرَكَهَا الكِبَرْ   أَأَبْكِى عَلَى نَفْسِى ٱلْعَشِيَّةَ أَمْ أَذَرْ

فَوَاللّٰهِ لَوْ أَدْرَكْتُ فِىَّ بَقِيَّةً   لَلَاقَيْتِ مَا لَاقَى صَوَاحِبُكِ ٱلْأُخَرْ

»Vae mihi! nam hodie grandaevitas me attigit; num me hac vespera deplorem an omittam? Et per Deum! si modo vires in me reliquae fuissent, tibi accidisset id, quod tuis sociis accidit.«

Metrum est Thawil appellatum, cuius in initio primi versus una syllaba excidit. conf. libr. m. p. 170 sq.

Ex Rikascha quatuor filii nati sunt: Morrahus, Abu-Rabiahus, Mohallemus et Alharitsus ben-Dsohl.

Forma comparativi.

١٣٩ أَبْلَغُ من قَسّ

139. Facundior, quam Kassus.

Nomen viri est Kassus ben-Sahidah ben-Hodsafah ben-Sohair ben-Ijad ben-Nesar Alijadi. Arabum iudex omnium prudentissimus habebatur. Primus omnium epistolam scripsit, mortuorum resurrectionem quamvis nesciret, confessus est, argumentis ab iis, qui contendebant, rem probandam esse censuit et negantibus iuramentum imposuit. Primus quoque orationes verbis اما بعد »praemissa Dei laude etc.« incepit, et nixus baculo orationem habuit. Usque ad centesimum et octogesimum aetatis annum vixisse dicitur. Conf. Pocock. specim. hist. Arab. p. 344. Schult. in praef. ad Vit. Salad. et Schult. prov. Meid. p. 46 sq.

Poeta Alachsa proverbium in hoc versu protulit

وأَبْلَغُ مِنْ قَسٍّ وَأَجْرَى مِنَ ٱلَّذِى بِذِى الغِيلِ مِنْ خَفَّانَ أَصْبَحَ خَادِرًا

»Facundior quam Kassus et audacior quam qui in arboreto denso loci Chaffan in lustro habitat (leo).«

Metrum versus Thawil est. conf. libr. m. p. 161.

Versus autem sequentes, quos Abu-Becrus in consessu Mohammedis praesentibus legatis gentis Becr ben-Wajel recitavit, ipsi Kasso adscribuntur

فى ٱلذَّاهِبِينَ ٱلأَوَّلِينَ مِنَ ٱلْقُرُونِ لَنَا بَصَائِرْ

لَمَّا رَأَيْتُ مَوَارِدًا لِلْمَوْتِ لَيْسَ لَهَا مَصَادِرْ

وَرَأَيْتُ قَوْمِى نَحْوَهَا يَسْعَى ٱلأَصَاغِرُ وَٱلأَكَابِرْ

لَا يَرْجِعُ ٱلْمَاضِى إِلَىَّ وَلَا مِنَ ٱلْبَاقِينَ غَابِرُ

أَيْقَنْتُ أَنِّى لَا مُحَالَةَ حَيْثُ صَارَ ٱلْقَوْمُ صَايِرُ

"In praetereuntibus prioribus temporibus nobis sunt certae demonstrationes. Quum loca, quibus ad mortis lacum homines adeunt, vidissem, ex quibus non sunt loca reditus et vidissem gentem meam properare ad ea tam parvos quam magnos, non redibat abiens ad me et non erat inter remanentes cunctans; certe sciebam, me sine dubio abiturum esse, quo gens abiit.

Metrum est Camil dictum. conf. libr. m. p. 215.

١٤٠ أَبْخَلُ مِنْ مَادِرٍ

140. Avarior quam Maderus.

Maderus cognomen viri e gente Banu-Helal ben-Ahmir ben-Zahzaah oriundi, cui nomen Mocharik erat. Cognomen inde ei impositum fuisse narrant, quod, quum cameli ex aquae receptaculo bibissent et parum aquae restaret, receptaculum merda sua oblevisset (مدر madar), ne alius quis aquam reliquam exhauriret. Conf. Schult. prov. Meid. p. 22. Fesaritae et gens Banu-Helal ben-Ahmir ad Insum ben-Modric Chasahmitam convenerunt, ut arbiter inter eos esset, nam pignore centum camelorum posito uter eorum alterum gloria praestaret, certabant. Gens Banu-Helal Fesaritis, unum eorum asini veretrum edisse, obiecit; Fesaritae contra genti Banu-Helal Madiri facinus regesserunt. Fesaritae in hoc gloriae certamine victoriam reportaverunt.

١٤١ أَبْخَلُ مِنْ كَلْبٍ وَأَبْخَلُ مِنْ ذِى مَعْذِرَةٍ

141. Avarior quam canis et avarior quam is, qui excusationem profert.

Duo sunt proverbia. Cani avaritia adscribitur, quod ossa carne nudata sibi asservat et in terram abscondit. Quapropter summam vilitatem et aviditatem hominis descripturi dicunt يستثير الكلاب عن مرابضها »Excitat canes e locis suis, ubi cubant.« sc. ut cibum ibi sibi quaerat, canum ossa abscondita effodiens. Cecinit poeta

وَمَنْ طَلَبَ ٱلْحَوَايِجَ مِنْ لَئِيمٍ   كَمَنْ طَلَبَ العِظَامَ مِنَ ٱلْكِلَابِ

»Qui res necessarias a vile petit, is ei similis est, qui ossa a canibus petit.«

Metrum Wafir est. conf. libr. m. p. 203. Posteriori aliud simile est المعذرة طرف من البخل »Excusatio est extrema pars avaritiae.« conf. XVIII, 144. Legitur quoque ابخل من ذى عذرة „Avarior quam se excusans.“ Scharaf-Aldin.

١٤٢ أَبْخَلُ مِنَ ٱلضَّنِينِ بِنَايِلِ غَيْرِهِ

142. Avarior, quam qui parcus est in donis, quae alius dat.

Hoc proverbium ex versu sequente Abu-Tammami ortum est

وَإِنَّ ٱمْرَأً ضَنَّتْ يَدَاهُ عَلَى ٱمْرِئٍ بِنَيْلِ يَدٍ مِنْ غَيْرِهِ لَبَخِيلُ

»Vir, cuius manus tenaces sunt, ut ne ab alio quidem donum accipere permittat, profecto avarus est.

Metrum versus Thawil est. conf. libr. m. p. 163. conf. Scharaf-Aldin.

١٤٣ أَبَرُّ مِنْ فَلْحَسٍ

143. Magis pius in parentes quam Falhasus.

Falhasum, virum e gente Banu-Schaiban oriundum, patrem suum ad Meccae templum humeris portasse narrant. Conf. Schult. prov. Meid. p. 26.

١٤٤ أَبَرُّ مِنَ ٱلْعَمَلَّسِ

144. Magis pius in parentes quam Alahmallasus.

Hunc matrem suam humeris portasse narrant. Meid. Narrant quoque, eundem potum vespertinum matri suae ferentem, quum eam dormientem invenisset, usque ad posterum mane ibi exspectasse, donec evigilaret. Alii, Alahmalles lupi nomen esse, contendunt. Dicitur quoque ابر من الذئبة »Magis pia quam lupa.« Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 25.

١٤٥ أَبْصَرُ مِنْ زَرْقَاءِ ٱلْيَمَامَةِ

145. Acutiore visu praeditus, quam Sarkaa Aljemama.

Aljamamah puellae nomen in terram postea translatum fuisse, dixit Samachscharius. De hoc muliere interpretes non consentiunt. Aldjahitsus filiam Lokmani ben-Ahd fuisse tradidit, nomen Ahnsa gerentem, caeruleos oculos habentem. Mohammedes ben-Habib feminam e gente Djadis oriundam hoc nomine appellari, dixit, quae res spatio trium dierum distantes oculis videret. Factum autem est, ut, quum gens Djadis in gentem Thesm caedem fecisset, et necis ulciscendae causa Hassanus ben-Tobbah exercitum misisset, femina ista exercitum trium dierum spatio a loco Djaw remotum conspiceret. Hassanus autem advenientem exercitum occultaturus, quemlibet militem arborem portare iusserat, qua de causa suis illa dixit: يا قوم اتتكم الاشجار او اتتكم حمير »O gens mea! veniunt ad vos arbores aut Himjaritae ad vos veniunt.« Quibus verbis quum fidem non haberent, illa versum metri Redjes dixit. conf. Schult. prov. Meid. p. 32.

أُقْسِمُ بِٱللَّهِ لَقَدْ دَبَّ ٱلشَّجَرْ   اَوْ حِمْيَرٌ قَدْ أَخَذَتْ شَيْئًا تَجُرْ

»Per Deum iuro, iam repunt arbores, aut Himjaritae sumserunt rem, quae trahitur.«

Securos autem postero mane, qui iterum atque iterum monentis verba reiicissent, Hassanus subito irruens cum suis perdidit. Prima autem illa mulier fuisse dicitur, quae stibium in oculis adhiberet. Tanto oculi acumine gaudebat, ut celerrime praetervolantes columbas numero recte definire posset. Poeta Nabeghahus versu istius rei mentionem fecit

وَاحْكُمْ كَحُكْمِ فَتَاةِ ٱلْحَيِّ إِذْ نَظَرَتْ الى حَمَامٍ سِرَاعٍ وَارِدِ ٱلثَّمَدِ

»Iudicium fer ut iudicium puellae gentis, quum observaret columbas celeres ad aquam volantes.«

Metrum versus Basith est. conf. libr. m. p. 189.

١٤٦ أَبْعَدُ مِنَ ٱلنَّجْمِ من مَنَاطِ ٱلعَيُّوقِ ومن بَيْضِ ٱلأَنُوقِ وَمِنَ ٱلْكَوَاكِبِ

146. Remotior, quam sidus; remotior, quam distantia sideris capellae; remotior, quam ovum avis Anuk; remotior, quam sidera.

Plura proverbia sunt. Vocabulo النجم sidus Plejades significari scholiastes dixit. Avis Anuk, quae etiam Rahma appellatur, in locis ab hominibus multum remotis nidnm struit. Quapropter ovis illius avis res remotissima, quam nemo assequitur, designatur, quemadmodum dixit poeta

وَكُنْتُ إِذَا ٱسْتُودِعْتُ سِرًّا كَتَمْتُهُ كَبَيْضِ أَنُوقٍ لَا يُنَالُ لَهُ وَكْرُ

»Quum secretum mihi servandum traditur, similis sum ovis avis Anuk, cuius nidus non reperitur.«

١٤٧ أَبْصَرُ مِنْ فَرَسٍ بِيَهْمَاءَ فِي غَلَسٍ

147. Acutiore visu praeditus, quam equus in deserto nocte tenebrosa.

Diverso modo legitur proverbium ابصر من فرس »Acutiore visu praeditus quam equus« aut additis فى ظلماء ليل وغلس »nocte tenebrosa et tenebris postremae noctis« aut بيهماء فى غلس »in deserto tenebris postremae noctis.« Eodem modo proverbialiter dicunt ابصر من عقاب ملاع »Acutiore visu praeditus, quam aquila deserti.« Sic autem dicunt, quod aquila deserti acutiore visu praedita et celerior esse putatur, quam aquila montes incolens. In explicanda voce ملاح interpretes non consentiunt. Aliis collis nomen est, aliis desertum. Aut Ohkabi Malahin aut Ohkabin Malahin enunciatur. Aliis عقاب ملاع aquila celeris est, aliis accipitris species est. Abu-Ahmruus ben-Alahla dixit, Arabes dicere انت اخف يدا من عقيب ملاح »Tu levior manu es, quam parvus vultur deserti« i. e. qui passeres et mures venatur.

١٤٨ أَبْصَرُ مِنْ غُرَابٍ

148. Acutiore visu praeditus, quam corvus.

Grammaticus Alahrabi dixit, corvum cognominari caecum, quod unus oculus semper conniveat, quum alterius acumen sufficiat. conf. Schult. prov. Meid. p. 35.

١٤٩ أَبْصَرُ مِنَ الْوَطْوَاطِ بِاللَّيْلِ

149. Acutiore visu praeditus, quam vespertilio noctis tempore.

Dicitur quoque ابصر ليلا من الوطواط. Sensus idem est.

١٥٠ أَبْصَرُ مِنْ كَلْبٍ

150. Acutiore visu praeditus, quam canis.

Proverbium ex versu poetae Morrahi ben-Mahkan Tamimitae originem cepisse dicunt

فِى لَيْلَةٍ مِنْ جُمَادَى ذَاتِ أَنْدِيَةٍ لَا يُبْصِرُ ٱلْكَلْبُ مِنْ ظَلْمَائِهَا ٱلطُّنُبَا

»Nocte mensis Djumadae nebulosa, qua canis propter caliginem tentorii funem non cernit.«

١٥١ أَبْأَى مِنْ حُنَيْفِ ٱلْحَنَاتِمِ

151. Superbior, quam Honaifus Alhanatim.

Ita superbum fuisse narrant, ut neminem primum alloqueretur. Idem esse videtur, quam is, qui camelorum tractandorum maxime gnarus erat. conf. C. I, 408.

١٥٢ أَبْأَى مِمَّنْ جَاءَ بِرَأْسِ خَاقَانَ

152. Superbior, quam is, qui Chakani caput adtulit.

Conf. C. V, 70. Proverbio hoc Arabes meri campestres usi non sunt. Vulgus dicere solet كانه جاء براس خاقان »Quasi adtulit Chakani caput.« Turcarum rex quidam in Armeniam irruperat eiusque praefectum Aldjarrahum ben-Abd-Allah occiderat. Misit igitur Heschamus ben-Ahbd-Almalic Saihdum ben-Ahmru Alhereschi in provinciam illam cum exercitu, cuius dux Muslimahus erat. Saihdus Turcarum regem seu Chakanum occidit eiusque caput ad Heschamum misit. De facto autem quum Saihdus gloriaretur, res in proverbium cessit. Anno Hedjrae 119 victoria ista de Turcis reportata est. conf. Abulfed. Ann. Vol. I. p. 452.

١٥٣ أَبَرُّ مِنْ هِرَّةٍ

153. Magis pius, quam felis.

Quod pullos vorat, id amori eius tribuunt. Sed e contrario dicunt أَعَقُّ من الهِرَّة conf. C. XVIII, 225. conf. Schult. prov. Meid. p. 26.

13*

١٥٤ أَبْغَضُ مِنَ الطَّلْيَاءِ

154. Ingratior, quam camela pice oblita.

Proverbii verba duplici ratione explicant, dum duplicem vocabuli طلياء significationem admittunt. Camelam ob scabiem pice illitam esse dicunt, quippe quum Arabibus nulla res scabie maiori odio sit. Sunt autem, qui vocabulum طلياء „pannum mulieris mensibus laborantis" significare contendant. Tum proverbii explicandi diversa est ratio. Simile huic est proverbium اقذر من معباة aut اهون من معباة „Spurcior, quam pannus mulieris mensibus laborantis" aut „Magis despectus, quam pannus mulieris mensibus laborantis." Conf. C. XXI, 135. XXVII, 127. et Reisk. ad Tarapham p. 102.

١٥٥ أَبْرَدُ مِنْ عَضْرَسٍ

155. Frigidior, quam glacies.

Aut عَضْرَس aut عِضْرِس enunciatur. Scharaf-Aldin.

١٥٦ أَبْرَدُ من عَبْقُرٍ

156. Frigidior, quam grando.

Varius est legendi modus aut عَبْقُرٍ aut عَبَّ قُرٍّ aut عَبُقُرٍّ. Legitur quoque حبقر. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 28.

١٥٧ أَبْرَدُ مِنْ غِبِّ ٱلْمَطَرِ

157. Frigidior, quam finis pluviae.

i. e. quam finis diei pluviosi.

١٥٨ أَبْرَدُ مِنْ جِرْبِيَاءَ

158. Frigidior, quam Boreas.

١٥٩ أَبْطَأُ مِنْ فِنْدٍ

159. Tardior, quam Findus.

Findus cliens Ajeschae filiae Sahdi ben-Abi Wekaz erat. conf. C. III, 78. et Schult. prov. Meid. p. 35.

١٦٠ أَبْخَرُ مِنْ أَسَدٍ وَمِنْ صَقْرٍ

160. Foetidior ore quam leo; et quam vultur.

Conf. Bocharti Hieroz. I, 3, 2. II, 2, 19. Dicitur quoque ابخر من حمل „Foetidior quam agnus“ ابخر من فهد „Foetidior ore quam lupus cervarius.“ Dixit poeta

وَلَهُ لِحْيَةُ تَيْسٍ وَلَهُ مِنْقَارُ نَسْرٍ   وَلَهُ نَكْهَةُ لَيْثٍ خَالَطَتْ نَكْهَةَ صَقْرٍ

„Ei hirci barba et ei rostrum vulturis, et ei halitus oris leonis, qui mixtus est cum halitu oris accipitris.“

Metrum versus Raml est. conf. libr. m. p. 239.

١٦١ أَبْقَى مِنَ الدَّهْرِ

161. Perennior, quam tempus.

Dicitur quoque ابقى من الدهر على الدهر „Perennior quam tempus in tempore“ vel ابقى على الدهر من الدهر transpositis verbis. Scharaf-Aldin.

١٦٢ أَبْقَى مِنْ تَفَارِيقِ ٱلْعَصَا

162. Perennior, quam baculi partes dissectae.

De hoc proverbio vid. C. I. 145. C. XXII, 233.

١٦٣ أَبْطَشُ مِنْ دَوْسَرَ

163. Fortior quam cohors Dausar.

Regi Alnohmano ben-Almondsir quinque erant cohortes الرهاين Alrahajin, الصنايع Alzanaih, الوضايع Alwadhajih, الاشاهب Alaschahib, et دوسر Dausar appellatae. Prima Alrahajin appellata cohors quingentis militibus constabat et per anni tempus apud regem commorabatur. Finito anno ad gentes suas redibant, et in eorum locum succedebat nova cohors e gentibus adveniens. Cum hac cohorte, quæ regis mandata perficiebat, hostes quoque rex invadere solebat. Secunda cohors Alzanaih appellata e gente Banu-Kais et Banu-Taim Allat, filiorum Tsahlebahi electa erat. Personae regis addicta erat aulam regiam nunquam relinquens. Tertia Alwadhajih appellata mille milites continens, in oppido Hira stationes habens, a rege Persarum regi auxilio missa erat. Quovis anno nova cohors ex Perside veniebat. Quarta cohors Alaschahib appellata regis fratres et patrueles eorumque satellites comprehendebat. Nomen autem inde milites gerebant, quod colorem in facie album habebant. Quinta denique cohors Dausar appellata fortissimos continebat milites ex omnibus Arabum gentibus, praecipue vero e gente Rabiah electos. Nomen دوسر a verbo دسر „cum vehementia percussit", derivatum est. Cecinit poeta

ضَرَبَتْ دَوْسَرُ فِيهِمْ ضَرْبَةً أَثْبَتَتْ أَوْتَادَ مُلْكٍ فَٱسْتَقَرْ

„Cohors Dausar percussit eos percussione, qua regni clavos confirmavit, ut firmum esset." Metrum Raml. est.

Quotannis autem et quidem veris tempore principes Arabum et qui regi pignora dabant, apud regem conveniebant, ut pignora commutarent per mensis spatium ibi commorantes. Tum epula iis instruere solebat rex. Temporis spatio finito escam, quam a rege accipiebant, secum sumentes ad suos rediere. conf. Schult. prov. Meid. p. 37.

١٦٤ أَبْرَدُ مِنْ أَمْرَدَ لَا يَشْتَهِى وَمِنْ مُسْتَعْمِلِ النَّحْوِ فِي الْحِسَابِ ومن بَرْدِ الكَوَانِين

164. Frigidior, quam imberbis (adolescens), cui non est libido (conf. Schult. prov. Meid. p. 27); et frigidior, quam is, qui circiter (fort. grammaticam) in arithmetica adhibet; et frigidior quam frigus mensium Alcanun (Decembris et Ianuarii).

١٦٥ أَبْغَضُ مِنْ قَدَحِ اللَّبْلَابِ وِمِنَ الشَّيْبِ الى الغَوَانِي وَمِن رِيحِ السَّذابِ الى الحَيَّاتِ وِمِنْ سَجَّادَةِ ٱلزَّانيةِ وَمِنْ وُجُوهِ ٱلتُّجَّارِ يَوْمَ ٱلْكَسَادِ

165. Odiosior, quam poculum, in quo medicamen Lablab porrigitur (conf. C. IV, 45); quam canities feminis pulchris; quam odor rutae serpentibus; quam stratum, in quo scortum adorandi ritum peragit; et quam facies mercatorum die, quo merces non venduntur.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 42. Dixit poeta

يا بَغِيضًا زَادَ فى ٱلْبُغْضِ عَلَى كُلِّ بَغِيضِ

أَنْتَ عِنْدِى قَدَحُ ٱللَّبْلَابِ فى كَفِّ ٱلْمَرِيضِ

»O odiosum! odiosior est quam quilibet odiosus; tu mihi es poculum medicamenti Lablab in manu aegroti.«

Versus sunt metri **Raml** appellati conf. l. m. p. 239.

١٦٦ أَبْوَلُ مِنْ كَلْب

166. Saepius mingens, quam canis.

Vocabulo بول aut urinam aut coitum aut prolem significari posse putant. Scharaf-Aldin.

١٦٧ أَبْيَنُ مِنْ فَلَقِ ٱلصُّبْحِ وَمِنْ فَرَقِ الصُّبْحِ

167. Clarior, quam Aurorae lux erumpens.

Vocabulo فلق الصبح et فرق الصبح »Auroram« significant, ut فرق pro فلق dictum putet Djeuharius.

١٦٨ أَبْطَأُ مِنْ مَهْدِيِّ الشِّيعَةِ وَمِنْ غُرَابِ نُوحٍ

168. Cunctantior, quam Mahdius Schiihtarum; et cunctantior quam corvus Noae.

Mahdius Schiihtarum est illius sectae duodecimus Imamus legitimus Ahlii ex eorum sententia successor, qui tanquam proditurus exspectatur. conf. Herbelot. v. Imam, Mahadi et Mohammed Aboulcassem; Reisk. Abulfed. Ann. T. II, p. 737.

Corvus autem, quem Noa miserat, quum cadaver invenisset, in navem non rediit.

١٦٩ أَبْقَى مِن وَحْىٍ فِى حَجَرٍ

169. Durabilior quam scriptura in lapide.

١٧٠ أَبْلَدُ مِنْ ثَوْرٍ وَمِن سُلَحْفَاة

170. Stupidior, quam taurus; et quam testudo.

Scharaf-Aldinus dixit: Arabes Jemanenses sapientiae praecepta lapidibus inscripsisse, ut posteritati conservarentur.

١٧١ أَبْشَعُ مِن مَثَلٍ غَيْرِ سَايِرٍ

171. Vilior quam proverbium non divulgatum.

١٧٢ أَبْغَى من الإِبْرَةِ وَمِنَ الزَّبِيبِ وَمِنَ ٱلْمِحْبَرَةِ

172. Magis concupitus, quam acus; et quam uvae passae; et quam atramentarium.

De hisce tribus proverbiis et Pocockius et Schultensius dubitarunt. Primum et secundum non vertit Schultensius, tertium Pocockium secutus sic latine reddidit: „Iniuriosior atramentario“ et ex Pocockio addidit. Quidam exposuit, quod, cum decidat et effundatur, atramentum omnia quae prope sunt, inficiat et corrumpat. Sed vix dubito, quin in tribus proverbiis voci ابغى „Magis concupiti“ significatio apta sit; in secundo enim quum vix dubitare liceat, eadem significatio duobus aliis tribuenda videtur. Acus in terram delapsa non negligitur, quamvis sit parvi pretii, sed tollitur. Hunc esse sensum a Meidanio adductus versus probare videtur:

أَبْغَى مِنَ الإِبْرَةِ لٰكِنَّهُ يُوهِمُ قَوْمًا أَنَّهُ لُوطِي

„Magis concupitus quam acus, sed suspicionem affert hominibus, eum esse puerorum amori deditum.“

Versus, cuius metrum Sarih (conf. l. m. p. 244) est, hunc sensum praebet: Vir ille, qui tanquam acus ab omnibus concupitus, nil in se pretii, cur desideretur, habeat, aliis in suspicionem venit, eum esse talem.

De atramentario autem dici potest, id a multis concupitum esse, nam pueri ut ludo inserviat, eo potiri vehementer cupiunt.

١٧٣ أَبْقَى مِنَ ٱلنَّسْرَيْنِ وَمِنَ ٱلْعَصْرَيْنِ

173. Durabilior, quam aquilae duae; et quam tempora duo.

Vocabulo النسران »aquilae duæ« duorum siderum signa scil. النسر الطاير „aquila volans“ et النسر الواقع „aquila

decidens" significatur. De his confer. illust. Ideleri libr. „Untersuchungen über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen. p. 105. Duo autem tempora sunt tempus matutinum et vespertinum.

١٧٤ أَبْهَى مِنَ الْقَمَرَيْنِ

174. Pulchrior (vel Splendidior) quam sol et luna.

١٧٥ أَبْهَى من قُرْطَيْنِ بَيْنَهُمَا وَجْهٌ حَسَنٌ

175. Pulchrior, quam inaures duae, inter quas facies pulchra est.

١٧٦ أَبْكَرُ مِن غُرَابٍ

176. Ante corvum matutino tempore surgens.

Corvus omnium avium primus primo diluculo conspicitur.

١٧٧ أَبْكَى مِنْ يَتِيمٍ

177. Magis plorans, quam orphanus.

Frequens quoque est proverbium لا يعلم اليتيم البكاء „Non didicit orphanus ploratum. conf. C. XXIII, 400.

١٧٨ أَبْخَلُ مِنْ صَبِيٍّ ومن كُسَعَ

178. Avarior, quam puer; et quam Cosahus.

Puer nullius pretii res retinere cupit. Vir iste canis sui, ne latraret neve latratu advenientibus domini habitaculum indicaret, podicem ussisse narratur. Pocockius, se virum illum gulam cani ussisse, ne latraret, legisse adnotavit. Ubi sit, ignoro; rei magis conveniret.

Proverbia recentiora.

---

١٧٩ بِئْسَ ٱلشِّعَارُ ٱلْحَسَدُ

179. Quam pravum interius amiculum est invidia!

١٨٠ بَيْنَ البَلَاءِ والبَلَاءِ عَوَافِي

180. Inter calamitatem et calamitatem sunt incolumitates.

١٨١ بَيْتِي أَسْتَرُ لِعَوْرَاتِي

181. Domus mea magis occultat pudenda mea.

De eo, qui solus ab aliis hominibus separatus vitam degit, adhibetur.

١٨٢ بَيْتُ الإِسْكَافِ فِيهِ مِنْ كُلِّ جِلْدٍ رُقْعَة

182. Domus sutoris, in qua segmentum cuiuslibet cutis reperitur.

Homines inter se ex diversis gentibus uno loco mixtos esse significat. Conf. C. II, 40.

١٨٣ بِعِ الحَيَوَانَ أَحْسَنَ مَا يَكُونُ فِي عَيْنَيْك

183. Vende animal, et si pulcherrimum tibi videtur.

١٨٤ بِعِ المَتَاعَ مِنْ أَوَّلِ طَالِبِهِ تُوَفَّق فيه

184. Vende vas primum quaerenti, qui ad te venit!

Lectionem codicum B. et L. in voce طالبه praetuli; codex P. بايعه, noster طلبة habet.

١٨٥ بِعِلَّةِ الزَّرْعِ يُسْقَى القَرْعُ

185. Propter semen rigatur cucurbitae fructus.

١٨٦ بِعِلَّةِ الدَّايَةِ يُقَبَّلُ الصَّبِيُّ

186. Propter nutricem infanti oscula dantur.

١٨٧ بُغَاثُ الطَّيْرِ أَكْثَرُهَا فِرَاخًا

187. Aves viles pullorum maximum numerum habent.

١٨٨ بَذْلُ الجَاهِ أَحَدُ المَالَيْنِ

188. Donatio dignitatis est altera opum duarum.

Opes duae sc. dignitas, quae opum locum tenet et divitiae.

١٨٩ بَشِّرْ مَالَ الشَّحِيحِ بِحَادِثٍ أَوْ وَارِثٍ

189. Annuncia opibus avari vicem fortunae aut haeredem.

Verba haec Ebn-Almohtassus dixit.

١٩٠ بَعْضُ الشَّوْكِ يَسْمَحُ بِالمَنِّ

190. Quaedam spinosae arbores resinam Manna appellatam proferunt.

Et in homine, cuius exterior habitus parum se nobis commendat, virtutes interdum sunt.

١٩١ بَعْضُ العَفْوِ ضَعِيفٌ

191. Quaedam condonatio debilis est.

i. e. Debilitati tribuenda est.

١٩٢ بَعْضُ الْحِلْمِ ذُلٌّ

192. Quaedam mansuetudo vilitas est.

١٩٣ بَرِئْتُ مِنْ رَبٍّ يَرْكَبُ الْحِمَارَ

193, Liber sum (sim) a domino, qui asino vehitur.

١٩٤ بَلَدٌ أَنْتَ غَزَالُهُ كَيْفَ بِاللّٰهِ نَكَالُهُ

194. Regio, cuius dorcas tu es, quomodo a Deo poena infligi potest?

Proverbio metrum Raml est. Conf. libr. m. p. 239.

١٩٥ بِهِ حَرَارَةٌ

195. In eo calor est.

De eo, qui suspicionem habet.

١٩٦ بِهِ دَاءُ الْمُلُوكِ

196. In eo morbus regum est.

De eo, qui suspicionem habet.

١٩٧ بَيْنَ وَعْدِهِ وَإِنْجَازِهِ فَتْرَةُ نَبِيٍّ

197. Inter promissum eius et rei perfectionem intervallum duorum prophetarum est.

Id est: longum temporis spatium. Conf. ill. de Sacy Chr. Arab. T. II, p. 374. adv.

١٩٨ بَيْنِي وَبَيْنَهُ سُوقُ السِّلَاحِ

198. Inter me eumque armorum forum est.

Hostes sumus.

١٩٩ بَدَنٌ وَافِرٌ وَقَلْبٌ كَافِرٌ

199. Corpus perfectum et cor perfidum.

De homine corpore pulchro; sed vili animo adhibetur.

٢٠٠ جَبْهَةِ العَيْرِ يُفْدَى حَافِرُ الفَرَسِ

200. Fronte asini ungula equi redimitur (liberatur).

Proverbium ad metrum Basith revocari potest. Conf. libr. m. p. 189.

٢٠١ بِقَدْرِ السُّرُورِ يَكُونُ التَّنْغِيصُ

201. Quae laetitiae ratio est, eadem tristitiae est.

Conf. prov. 126.

٢٠٢ بَعْدَ البَلَاءِ يَكُونُ ٱلثَّنَاءُ

202. Post calamitatem erit laus.

٢٠٣ بَعْدَ كُلِّ خُسْرٍ كَيْسٌ

203. Post omnem iacturam est prudentia.

٢٠٤ بَاعَ كَرْمَهُ وَٱشْتَرَى مِعْصَرَةً

204 Vendidit uvas suas et torcular emit.

٢٠٥ بِذَاتِ فَمِهِ يَفْتَضِحُ ٱلْكَذُوبُ

205. Verbis oris sui mendax ignominia afficitur.

٢٠٦ بِشْرُكَ تُحْفَةٌ لِإِخْوَانِكَ

206. Hilaris vultus tuus donum est fratibus tuis datum.

٢٠٧ بَيْنَ جَبْهَتِهِ وَبَيْنَ ٱلْأَرْضِ جِنَايَةٌ

207. Inter frontem eius et terram peccatum est.

Preces non facit.

٢٠٨ البُسْتَانُ كُلُّهُ كَرَفْس

208. Hortus apio omnino impletus est.

Malum inter omnes aequale est.

٢٠٩ البَغْلُ الهَرِمُ لا يُفْزِعُهُ صَوْتُ الجُلْجُلْ

209. Mulus decrepitus sono tintinnabuli non terretur.

٢١٠ ٱبْنُهُ على كَتِفِهِ وَهُوَ يَطْلُبُهُ

210. Filium, quem in humero portat, quaerit.

٢١١ ابْنُ آدَمَ لا يَحْتَمِلُ الشَّحْمَ

211. Homo adipem non portat.

Proverbii sensus esse videtur: homo commodam vitam et rerum abundantiam ferre non potest.

٢١٢ ابْنُ عَمِّ ٱلنَّبِيِّ مِنَ ٱلدَّلْدَل

212. Patruelis prophetae ex Daldala.

Daldala nomen muli est, quem propheta Mohammedes possedit. In eum, qui originem nobilem falso sibi arrogat, dicitur. Eodem modo dicunt ابن عمه من اليعفور »Patruelis eius ex Aljahfuro«; Iahfur enim asini, quem propheta possidebat, nomen est.

٢١٣ البَيَاضُ نِصْفُ الحُسْنِ

213. Candor dimidium pulchritudinis est.

٢١٤ بِئْسَ وَاللّٰهِ مَا جَرَى فَرَسِى

214. Quam male currit, per Deum! equus meus!

De eo, qui minus fecit, quam debuit aut cui minus praestitum fuit, adhibent proverbium.

٢١٥ بَطْنٌ جَايِعٌ وَوَجْهٌ مَدْهُونٌ

215. Venter esuriens et facies oleo uncta.

De eo, qui prae se fert satietatem, quum satiatus non sit, adhibetur.

٢١٦ ابْنُ آدَمَ حَرِيصٌ عَلَى ما مُنِعَ مِنْهُ

216. Homo res ipsi denegatas vehementer cupit.

٢١٧ البَصَرُ بالزَّبُونِ تِجَارَةٌ

217. Cognoscere eum, qui fraude opibus privari potest, mercatura est.

De cognitione, qua unum ab altero discernimus, adhibetur. De voce زبون conferas lexicon meum. conf. C. XI, 59 et Harir. p. 66.

Caput III.

Littera Ta.

١ تَرْكَ ٱلظَّبْيِ ظِلَّهُ

1. Quemadmodum latibulum suum dorcas relinquit.

Dorcas si e loco, ubi fervoris tempore umbram captat, a venatore depellitur, ad eundem locum nunquam redit; quapropter proverbium, virum amicum omnino reliquisse. designat. Supplendum est verbum in initio proverbii. Qui se alterum relicturum esse minatur, dicit لاتركنه ترك الظبي ظله »Profecto eum relinquam, quemadmodum dorcas latibulum suum relinquit« i. e. nunquam ad eum rediturus sum. Samachschari. conf. Berth. p. 7. text.

٢ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ مَقْلَعِ ٱلصَّمْغَةِ

2. Reliqui eum similem loco, unde pars gummi avulsa est.

Reliqui eum omnibus rebus carentem, nam in loco, unde gummi avulsum est, eius ne vestigium quidem relinquitur.

٣ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ لَيْلَةِ ٱلصَّدَرِ

3: Reliqui eum conditione utentem, quae nocti Alzadar similis est.

ليلة الصدر Nox Alzadar est, qua Meccam peregrinantes ceremoniis sacris finitis a Mina domum omnes decedunt, ut nemo remaneat.

٤ تَرَكْتُهُ عَلَى أَنْقَى مِنَ الرَّاحَةِ

4. Reliqui eum talem, ut status eius vacuior esset, quam vola manus.

Omnibus bonis carentem eum reliqui.

٥ تَرَكَ الْخِدَاعَ مَنْ أَجْرَى مِنْ مِائَةٍ

5. Reliquit deceptionem, qui centum sagittae iactus cursus spatium esse constiuit.

Diversi erant, quemadmodum Alazmäihus retulit, in certamine equorum inter Arabes currendi modi. Spatium sagittarum jactibus definiebatur et numerus jactuum ex equi aetate pendebat. Qui جذعان (triennes) erant, quadraginta, qui ثنيان (quadriennes) sexaginta, qui ربع (quinquennes) octoginta, qui قرح (sexennes) centum iactuum spatium percurrebant. Maius currendi in certamine spatium non admittebatur. Proverbii verbis Kaisus ben-Sohair die Dahes, quo equorum certamen inter eos constitutum erat, respondit Hodsaifaho, qui خدعتك يا قيس »Decepi te o Kaise! dixerat.« Id est: Qui centum iactuum cursum in certamine constituit, is rem suam patefecit et decipere non studuit. De eo adhibetur, qui ut dubium tollat, operam dat. conf. C. XXI, 102. Hamas. p. ٢٢٢. Samachschar.

٦ تَمَامُ الرَّبِيعِ الصَّيْفُ

6. Perfectio pluviae veris aestatis pluvia est.

l. c. Vestigia pluviae veris in pluvia aestatis conspiciuntur, quemadmodum dicere solent الاعمال بخواتيمها „Facta fine cognoscuntur.“ Proverbium autem docet, quod si quis alteri benefacere cupiat, hoc ita fieri debere, ut inde perfectum commodum capiat. Samachschari.

٧ تَرْكُ الذَّنْبِ أَيْسَرُ مِنْ طَلَبِ التَّوْبَةِ

7. Omittere crimen facilius est, quam quaerere poenitentiam.

٨ تَرَكَتْنِى خِبْرَةُ النَّاسِ فَرْدًا

8. Notitia hominum reliquit me solum.

Quum scirem, quales essent homines, solus mansi.

٩ تَصْنَعُ فِى عَامَيْنِ كُرْزًا مِنْ وَبَرٍ

9. Spatio duorum annorum saccum ex pilis camelinis conficis.

De eo dicitur, qui tardo opus perficit.

١٠ تَجَنَّبَ رَوْضَةً وَأَحَالَ يَعْدُو

10. Declinavit a prato et accessit currens.

Eum, qui molestias quieti praefert, designat. conf. prov. 35 et C. XXI, 114.

١١ تَجُوعُ الْحُرَّةُ وَلَا تَأْكُلُ بِثَدْيَيْهَا

11. Femina nobilis esurit et mercedem mammarum suarum non edit.

Id est: Non erit nutrix, etsi fame adfligatur. Proverbium, ne quis turpi modo opes acquirat, monet. Primum ver-

ba haec Alharitsus ben-Solaic Alasadi dixisse narratur. Hic ad Alahlkamahum ben-Chazafah Thajjitam hospitem suum veniens filiam eius Sabba appellatam pulcherrimam sui temporis feminam, in matrimonium petierat. Quamquam puella, vir enim ille aetate provectus erat, a connubio isto abhorrebat, tandem, postquam a matre ei persuasum erat, precibus cessit. Alharitsus ea conditione, ut centum et quinquaginta camelos et servum daret, nec non mille drachmas solveret, puellam in matrimonium duxit. Festo finito uxorem ad gentem suam deduxit. Ibi quum iuvenis quidam gentis Asad advenisset, et eo conspecto uxor suspirium altum peteret et in lacrymas effunderetur, Alharitsus, quae lacrymarum causa esset, interrogavit. Illa respondit: ما لى وللشيوخ الناهضين كالفروخ »Quaenam ratio est mihi cum senibus, qui assurgunt sicut avium pulli.« At vir iratus dixit: ثكلتك امك تجوع الحرة ولا تاكل ثدييها »Orbata sit tua morte mater tua! esurit ingenua et mammarum suarum mercedem non edit« et ad gentem suam uxorem dimisit. Duplex est proverbii legendi modus, quo sensus idem manet, aut ثدييها ut اجرة »mercedem mammarum suarum« omissum sit, aut بثدييها, ut sit pro بسبب ثدييها »ob causam mammarum suarum.« conf. Harir. p. ١٤٩.

١٢ تَحْسَبُهَا حَمْقَاءَ وَهِىَ بَاخِسٌ

12. Stultam eam esse putas, sed homines defraudat.

Viro cuidam e gente Banu-Alahnbar, quae pars Tamimitarum est, vicinam fuisse narrant. Quam quum stolidam putaret, supellectilem suam inter mulieris supellectilem miscebat, ut, quum postea divideretur in duas partes, ipse sibi optimam sumeret. Quae autem spes eum fefellit; mulier enim suam supellectilem reposcebat. Tum eius iniuriam questa est, ut ab eo se redimere cogeretur. Insuper vituperatus excusandi facti gratia verba dixit, quae postea in proverbium venerunt. In proverbio aut باخس aut باخسة

legitur. De eo, qui insipientem se simulat, quum callidus sit, proverbium adhibent.

١٣ تَرَكْتُهُ فِى وَحْشِ أَصْمَتَ

13. Reliqui eum in deserto.

Proverbium hoc, quod in codicibus B. L. P. legitur (in meo non est), sic quoque enunciatur تركته ببلدة اصمت vel فى بلدة اصمت. Sensus est: reliqui eum solum et auxilio destitutum. Conferas lexicon meum s. v. اصمت.

١٤ تَرَكْتُهُ بِآسْتِ ٱلْمَتْنِ

14. Reliqui eum in podice terrae durae.

i. e. Reliqui eum solum, et ab aliis remotum.

١٥ تَٱللّٰهِ لَوْ لَا عِتْقُهُ لَقَدْ بَلِىَ

15. Per Deum! Si eius generositas non fuisset, profecto afflictus fuisset.

De equis generosis dictum in homines, qui in calamitatibus perferendis fortitudinem ostendunt, translatum est.

١٦ تَذَكَّرَتْ رَيَّا وَلَدًا

16. Rajja filium recordata est.

Rajja mulieris nomen est. Quendam ad rem, quam antea neglexerat, attentum esse, indicat.

١٧ تَعْجِيلُ ٱلْعِقَابِ سَفَهٌ

17. Poenam accelerare stultitia est.

Prudens poenas expetere non festinat.

١٨ تَشَدَّدِى تَنْفَرِجِى

18. Vehemens esto (o calamitas), ut desinas.

In vehementia calamitatis adhibetur. Si summum vehementiae gradum attigit calamitas, diminuitur. In priore verbo conditio est, quae causa sequentis futuri apocopati est. Femininum in verbo vocem داهية »calamitas« omissam spectat.

١٩ تِيهُ مُغَنٍّ وَظَرْفُ زِنْدِيقٍ

19. Fastus musici et elegantia impii.

De proverbio, quod nonnisi in codice meo et codice L. legitur, vehementer dubito. In codice meo sic legitur تيه مغن وظرف زنديق, in codice L. sic تيه مفتي وظرف زنديق. Quid in codice meo تيه significet, non bene intelligo. Vox مفتي supremum iudicem designat. Scholii autem verbis proverbium non satis clarum fit. Haec sunt: يروى هذا عن ابى نواس وارادوا بقوله ظرف زنديق مطيع بن اياس ولقبه بذلك بشار بن برد وكان اذا وصف انسانا بالظرف قال اظرف من الزنديق يعنى مطيعا لا ان من تزندق كان له ظرفا يباين به الناس ومن قال فلان اظرف من زنديق فقد غلط »Hoc de Abu-Nowaso refertur. Verbis autem ظرف زنديق »Elegantia impii«[1]) virum Mothih ben-Ijas appellatum designarunt; Baschscharus ben-Bord hoc eum cognomine appellaverat, nam si cuiusnam hominis elegantiam describebat, dicere solebat: Elegantior quam impius sc. ille Mothih appellatus, non quasi omnis Persarum religioni addictus elegantia a caeteris hominibus distinctus esset. Qui dicit: quidam elegantior est quam religioni Persarum addictus, is errori obnoxius est.

٢٠ تَسَأَلُنِي بِرَامَتَيْنِ سَلْجَمًا

1) Vocabulum Arabicum proprie eum, qui dualismo seu Persarum religioni Zendavestae addictus est, designat.

20. Utroque loco Ramah appellato rapum me rogat.

Samachscharius narrat virum uxori rapam in deserto postulanti dixisse

تَسْأَلُنِى بِرَامَتَيْنِ سَلْجَمَا   اِنَّكِ لَوْ سَأَلْتِ شَيْأً امَمَا

جاء به الكَرِىُّ أَوْ تَجَشَّمَا

»A me in loco Ramatain rapam postulat. Si tu rem facilem postulasses, locator eam adtulisset, etsi cum molestia.«

Horum versuum metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 230. Loco vocis سلجما etiam شلجما legitur; sed prius praeferendum est. De eo autem adhiberi, qui rem difficilem petat, idem Samachscharius dixit.

٢١ تَجَشَّأَ لُقْمٰنُ مِنْ غَيْرِ شَبَعٍ

21. Lokmanus quamquam satiatus non erat, ructum tamen emisit.

De eo, qui rem, quam non habet, se possidere prae se fert, adhibetur. Sic in scholio legitur ويقال تجشا لقمان من غير شبع من علبتين وثمان وربع قال ابو الهيثم فهذه عشر علب مع ربع لم يعدها لقمان شيا لكثرة حاجته الى الاكل »Narrant, Lokmanum nondum satiatum ructum emisisse, quum duo mulctraria et octo et partem quartam bibisset. Dixit Abu-l'Haitsamus, haec decem mulctraria cum quarta parte Lokmanum nihili putasse, quum multum cibi ei opus fuisset.«

Lokmanum autem Ahditam voracitate notum fuisse, in alio proverbio occurrit. conf. C. I, prov. 414.

٢٢ تُخْبِرُ عَنْ مَجْهُولِهِ مَرْآتُهُ

22. Facies eius res eius ignotas narrat.

Ex facie eius et externo habitu, quae sit eius interna conditio, cognoscitur.

٢٣ تَسْقُطُ بِهِ ٱلنَّصِيحَةُ على ٱلظِّنَّة

23. Monitum sincerum in suspicionem eum adducit.

Multa admonitio suspicionem facit. conf. C. I, 340

٢۴ تُعَلِّمُنِى بِضَبٍّ أَنَا حَرَشْتُهُ

24. Tu mihi lacertam indicas, quam ego venatus sum.

Id est: quam tu mihi rem narras, eam ego melius scio.

٢٥ تَحَمَّدِى يا نَفْسُ لَا حَامِدَ لَكِ

25. Te ipsam lauda o anima! nam te nemo laudat.

Proverbium ad metrum Redjes revocari potest. Facta laude digna gere; nam aliter nemo te laudabit. Viro ipsi rerum suarum curam habendam esse, docet proverbium. Samachschari.

٢٦ تَنْزُو وَتَلِينُ

26. Adsilis et lenis es.

Interdum quoque tali modo proverbium enunciatur! تنزو وتلين وتودى الاربعين »Adsilis et lenis es et quadraginta persolvis.« Narrant Arabem campestrem in carcerem coniectum hos versus dixisse

وَلَمَّا دَخَلْتُ ٱلسِّجْنَ كَبَّرَ أَهْلُهُ   وَقَالُوا أَبُو لَيْلَى ٱلْغَدَاةَ حَزِينُ

وَفِى ٱلْبَابِ مَكْتُوبٌ عَلَى صَفَحَاتِهِ   بِأَنَّكَ تَنْزُو ثُمَّ سَوْفَ تَلِينُ

»Quum in carcerem intrassem, incolae eius Deum laudarunt et dixerunt: Abu-Laila hoc tempore matutino tristis est, et in porta scriptum erat super eius lateribus: tu adsilis, tum lenis eris.«

Versus metrum Thawil est. conf. libr. m. p. 161. Hominem primum honoratum et potentem, tum vilem et submissum factum significare proverbium, Samachscharius docet. In Haririi scholiis legimus, proverbium desumtum esse a haedo, qui parvus adsiliat, annosus lenis sit. conf. p. ٢٩٢.

٢٧ تَخَرَّسِى يَا نَفْسُ لَا مُخَرِّسَ لَكِ

27. Puerperii cibum tibi para, o anima, nemo alius tibi eum parabit.

Verba haec mulier, quae neminem sui curam gerentem in puerperio habebat, dixit. In Kamusi opere لا مُخَرِّسة لك legitur. Proverbii autem sensus est idem quam prov. 25, monet nempe, ut curam sui ipsius vir habeat.

٢٨ تَحْقِرُهُ وَيَنْتَأُ

28. Tu despicis eum, et elatus est.

De eo adhibetur, qui hominem magni se facientem despicit.

٢٩ تَرَفَّضَ عِنْدَ ٱلْحَفِظَاتِ ٱلْكَتَايِفُ

29. Evanescit in rebus iram tuam moventibus odium tuum.

Quodsi propinquus tuus iniuria afficitur, odium tuum erga eum abiiciens auxilium ei feres. Dixit Alkathamius:

أَخُوكَ ٱلَّذِى لَا يَمْلِكُ ٱلْحِسُّ نَفْسَهُ تَرَفَّضُ عِنْدَ ٱلْحَفِظَاتِ ٱلْكَتَايِفُ

»Frater tuus, cuius animum misericordia non occupat, tamen in rebus iram moventibus odium abiiciet.«

Metrum versus Thawil appellatum est, ut proverbium eius hemistichium sit. Quæ in codice Samachscharii وترفض lectio reperitur, metro contraria est. Abieci litteram و. Verbum ترفض est pro تترفض, quod scholion verbo تتفرق se separat explicavit.

٣٠ تَضْرِبُ فِى حَدِيدٍ بَارِدٍ

30. Percutis ferrum frigidum.

Rem haud desiderandam concupiscere hominem designat. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de precibus ad avarum frustra directis. Sed in scholiis ad Haririum fusius explicatur. Adhiberi tum in eum, qui rem desiderio haud dignam desideret tum in eum, in quo nil desiderio dignum sit. Desumtum autem esse e versu poetæ

يا خَادِعَ ٱلْبُخَلَاءِ عَنْ أَمْوَالِهِمْ هَيْهَاتَ تَضْرِبُ فِى حَدِيدٍ بَارِدِ

»O tu, qui avaros decipere vis, ut opes suas negligant, apage! ferrum frigidum percutis.«

Est igitur, quemadmodum videmus, pars posterior versus, cuius metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٣١ تَمَنَّعِى أَشْهَى لَكِ

31. Te recusantem ostende, appetentior tibi erit.

Mulieri vir dixisse narratur: تمنعى اذا غازلتك يكن اشهى »Te recusantem ostende, quum tecum iocor, gratius erit.« De eo adhibetur, qui rem se vendere nolle simulat, ut vilis pretii rem caro pretio vendat, nam rei, quae recusatur, desiderium crescit. vid. Samachschar.

٣٢ تَمَرَّدَ مَارِدٌ وَعَزَّ ٱلْأَبْلَقُ

32. Arx Marid pervicax et arx Alablak potens fuit.

Marid arx in loco Dumat-Aldjendel erat. Alablak arx Samuelis ben-Ahdija. Quas quum Saba Mesopotamiae regina oppugnaret, in potestatem redigere non potuit, et hanc ob causam ista verba dixit, quae postea in proverbium, de omni re magna, quae attingi non potest, usurpatum venerunt. conf. Samach. et Kam. sub مرد et بلق.

٣٣ تَلْدَغُ العَقْرَبُ وتَصِىءُ

33. Scorpio pungit et sibilat.

De iniusto, qui iniuria se laesum simulat, adhibetur. Samachscharius sic proverbium adnotavit: تلدغ المرأة وتصىء »Pungit mulier et clamat.« i. e. maritum suum iniuste tractans, se ab eo iniuria laesum esse queritur. Meidanium Haririus in scholiis p. ٢٩٢ secutus est.

٣٤ تَشْكُو إِلَى غَيْرِ مُصْمِتٍ

34. Conquereris cum homine, qui ad silentium non redigit.

Id est: cum eo, qui querelae tuae nullam rationem habet, ut tacere possis. Dixit poeta

إِنَّكَ لا تَشْكُو إِلَى مُصَمِّتٍ فَٱصْبِرْ عَلَى ٱلْحِمْلِ ٱلثَّقِيلِ أَوْ مُتِ

»Tu non quereris cum eo, qui ad silentium redigit; patienter igitur fer onus grave aut morere!

Metrum versus Redjes est. conf. libr. m. p. 230.

٣٥ تَجَاوَزَ ٱلرَّوْضَ إِلَى ٱلقَاعِ ٱلقَرِقِ

35. Transiit ad pratum et ad campum planum tetendit.

Eum, qui in rebus suis generosum relinquens ad vilem se convertit, designat. conf, prov. 10.

٣٦ تَحْمِى جَوَابِيهِ نَقِيقَ ٱلضَّفْدَعِ

36. Eius aquaria magna coaxationem ranarum defendunt.

Virum in quo nulla virtus est, nil praeter sonos inanes proferentem designat.

٣٧ تَشَمَّرَتْ مَعَ الجَارِى

37. Delapsa est (navis) cum currente aqua.

De re, quae parvi habita in oblivionem adducitur. Proverbii auctor Cahbus ben-Sohair ben-Abi-Solma fuisse dicitur. Cahbus cum patre iter navi faciebat. Quum navi veherentur, Sohairus carmen suum celebre e numero eorum, quae portae templi Meccani[1]) affigebantur, canens, filium memoriae versus mandare iussit. Postridie mane quum pater versus interrogaret, filius, e cuius memoria elapsi erant, proverbii verba dixit.

٣٨ تَهُمُّ وَيُهَمُّ بِكَ

38. Tu cogitas et alii de te cogitant.

Ei verba dicuntur, qui non respiciens finem, rem cum incuria agit.

٣٨ تَرَكْتُهُمْ فِى كَصِيصَةِ ٱلظَّبْيِ

39. Reliqui eos in rete dorcadis,

De vocabuli كصيصة significatione non consentiunt: alii enim cubile dorcadis, alii rete, quo capitur dorcas, significari dicunt. Homines in angustias compulsos esse, proverbium significat.

٤٠ تَرَكْتُهُمْ فِى حَيْصَ بَيْصَ

40. Reliqui eos in Haiza Baiza.

Verba حيص بيص, quae vario modo vel Haizi Baizi, Haiza Baiza vel Hiza Biza vel Haizin Baizin enunciantur, angustias et summam calamitatem designant. In calamita-

1) A celeb. Rosenmüllero denuo editum est. Lips. 1826.

tem, e qua fuga relicta non esset, homines incidisse, proverbium indicat.

٤١ تَلَبَّدِى تَصِيدِى

41. Ad terram corpus deprime, venare!

Id est: Si ad terram corpus deprimis, ut fera te non conspiciat, ea potieris. Proverbii igitur sensus est: Ut re potiaris, diligentia et astutia adhibenda est.

٤٢ تَتَابَعِى بَقَرُ

42. Caeteras sequere, o vacca!

De eo, quod res vel homines unus alterum celeriter sequuntur et transeunt, adhibetur. Proverbii originem sic narrant. Sterili quodam anno, quo homines multum affligebantur, Bascharus ben-Abi-Hasem Asadita, cum gente sua iter faciens, in vaccarum silvestrium gregem incidit, qui territas montem adscensu difficilem, e quo ex altero latere descendendi locus non erat, occupaverat. Bascharus in montis via stans arcum sumsit, sagittas paravit, et se in gregem tela coniicere simulavit. Qua de causa una post alteram de summo monte se deiecit et membris fractis in pede montis proruit. Vir autem, quum nonnullae se deiicere cunctarentur, quasi cohortans verba dixit.

٤٣ تَنْهَانَا أُمُّنَا عَنِ الغَيِّ وَتَعْدُو فِيهِ

43. Mater nostra nos errare vetat et in errore currit.

Hominem verba pulchra proferre, sed pravam agendi rationem sequi, proverbium docet.

٤٤ تَطْلُبُ أَثَرًا بَعْدَ عَيْنٍ

44. Quaeris vestigium rei post rem ipsam.

Hominem rem, quam videret, reliquisse et postea vestigia eius secutum esse, dicit. Malicus ben-Ahmru Alahmeli (aliis Albaheli) haec verba dixisse narratur. Rex quidam Ghassanidarum, perfidiam gentis Ahmilah vindicaturus, Malicum eiusque fratrem Simacum in carcerem coniecerat. Aliquo tempore post utrumque fratrem advocans, quum se unum eorum occisurum esse, dixisset, quisque se pro fratre libenter mortem subiturum esse, declaravit. Simacus, quem ad mortem rex destinaverat, inter plures ante mortem hunc quoque versum cecinit

وأُقْسِمُ لَوْ قَتَلُوا مَالِكًا   لَكُنْتُ لَهُمْ حَيَّةً رَاصِدَة

»Iuro, si Malicum occidissent, me iis serpentem insidiantem futurum fuisse[1].«

Malicus a rege e carcere dimissus aliquot tempus apud suos tranquillam vitam degebat, donec mater, quae die quodam versum illum equitem recitantem audivisset, Malico dixit: »Surge ad vindictam sumendam pro fratre occiso!« Verbis obediens Malicus fratris occisorem nonnisi parvo sociorum numero circumdatum invenit, ut facile voluntati satisfacere posset. Quapropter, ut occisorem liberarent, quum Malico centum camelos offerrent, hic rem recusans dixit: لا اطلب اثرا بعد عين »Non sequar vestigium rei post rem ipsam.« Conf. C. XXVIII, 121. Harir p. ۴۴, ۲۸۸.

۴۵ تَطَعَّمْ تَطْعَمْ

45. Gusta et cibum sumes!

Conf. Erpen. Adag. I, 94. Gusta, ut cibi gustus ad edendum te invitet. Proverbium ad initium in re faciendum incitat; fieri enim solet ut cibo gustato cibi desiderium oriatur. conf. Samachschar.

۴۶ تَوَقَّرِى يَا زَلَزَة

1) Metrum versus Motakarib appellatum est. conf. libr. m. p. 281.

46. Quieta sis, o inquieta!

De muliere in domibus gentis discurrente proverbium dicitur et in hominem haud constantem et mobilem adhibetur.

٤٧ تَسْمَعُ بِالْمُعَيْدِىّ خَيْرٌ مِنْ أَنْ تَرَاهُ

47. De Almoaihdio alios audire melius est, quam eum videre.

Diverso proverbium modo legitur لأن تسمع بالمعيدى خير aut تسمع بالميدى لا ان تراه aut ان تسمع. Praeferendum autem videtur ان تسمع. Virum, rumoribus de eo ad nos perlatis, meliorem nobis videri, quam quum eundem oculis viderimus, proverbium designat. Proverbii auctor Almondsirus ben-Mäi-ssema fuisse traditur. Almofadhdhelus ex more suo longam historiam adtulit, quam quum parum faciat ad explicandum proverbium, brevius descripsi. Cobaischus ben-Djabir frater Dhamrahi ben-Djabir, qui ad gentem Banu-Nahschal pertinebat, cum serva Roschajjah appellata, a Soraraho ben-Ahdos e gente Alrufaidat captiva abducta, rem habuerat, ut tres ei filii Ahmruus, Dsowaibus et Borgutsus ex ea nascerentur. Mortuo autem Cobaischo Lakithus ben-Sorarah servam cum filiis ad Dhamrahum, cui inimicus erat, accedere iussit, sperabat enim fore, ut ex ista re moerorem conciperet. Dhamrahus a serva, filios fratris esse, certior factus, illam ad gentem suam redire iussit, hos apud se retinuit. Sorarahus, vir mitis animi, hac de causa per septem annorum spatium quotannis ad istam gentem, ut filios reposceret, profectus nonnisi repulsam ferebat. Mortuo Soraraho Dhamrahus gentem suam, ut filios redderent, commovere studuit et ut pignori filios suos, donec illi redditi essent, mitterent, uxoribus suis dixit: قفن اقسم بينكم الثكل »state, dividam inter vos orbitatem.« Uxores eius erant: Hinda filia Carbi ben-Zafwan, Cholaidah e gente Ihdjl oriunda, captiva e gente Ahbd-Alkais et captiva e gente Alasd. Cholaidaha,

cui filius non erat, Hindae, quacum amicitiam contraxerat, dixit: وى الثكل بنت غيرك »Orbitas aliam filiam quam te attingat!« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Dhamrahus autem Schikkahum Hindae filium, et Schehabum, cuius mater e gente Ahbd-Alkais erat, et Ohnwahum e muliere ad gentem Asd pertinente natum ad Lakithum misit, ut eos pro illis pignoris loco haberet. Lakithus eos male habebat. Tempore post gens Banu-Nahschal, quum Lakithus filios reddere recusaret, ad regem Almondsirum ben-Mäi-ssema se contulit petens, ut eos a Lakitho reposceret. Almondsirus, illis remotis, Lakithum ad epulum invitavit eumque, qui vino plenus omnia se Almondsiro daturum esse promisisset, ut sibi filios traderet, postulavit et Dhamraho mortuo, cuius amicus fuerat, filios ad se adduci iussit. Multa antea de Alschikkaho, quae ipsi placebant, audiverat; at vero externa eius conditio ista ipsi non comprabare videbatur. Quapropter de famae veritate dubitans proverbii verba dixit. At Schikkahus ista audiens et verborum sensum intelligens regi dixit: ابيت اللعن واسعدك الهك ان القوم ليسوا بجزر انما يعيش الرجل باصغريه »Nil sinistri tibi eveniat et Deus tuus te beet! homines mactandae oves non sunt; vir nonnisi per duas res suas parvas (cor et linguam) vivit (conf. C. XXVIII, 65).« Pulchra autem et agendi et loquendi ratione regis favorem sibi comparavit. Imposuit quoque ei patris nomen, ut Dhamrahus filius Dhamrahi appellaretur.

٤٨ تباعدت العمة من الخالة

48. Longe distat amita a matertera.

Amitae benignius, quam materterae, liberos tractare solent. conf. C. I, 116. De rerum vel hominum diversitate proverbio utuntur. conf. Samachschar.

٤٩ تركته تغنيه الجرادتان

49. Reliqui eum duas cantatrices Aldjeradah audientem.

Aldjeradatan nomen duarum cantatricum est, quae Moahwijjae ben-Becr Amalekitarum principi in oppido Mecca erant. Proverbii originem hanc fuisse narrant. Gens Ahd appellata, quum prophetae Hud ad eos misso non credidissent, a Deo trium annorum, qui pluvia carebant, poena afflicti sunt. Miserunt igitur, ut aquam a Deo peterent, legatos, quibus Kailus ben-Ahnak, Lokaimus ben-Hassal et Lokmanus ben-Ahd praeerant, Meccam ad Ahmalekitarum principem; Amalekitarum enim gens cum Ahditis cognatione ab uxorum parte coniuncta erat. A Moahwijjaho laute excepti et puellarum illarum cantu delectati per mensis spatium suos obliti sunt. In eum quadrat, qui voluptatibus ab officio distrahitur.

٥٠ تُبَشِّرُنِي بِغُلَامٍ أَعْيَا أَبُوهُ

50. Annuntias mihi filium esse natum, cuius pater mihi obediens non fuit.

Haec verba vir dixisse narratur, qui filium obsequium ipsi non tribuentem habens pueri illi filio nati nuntium acceperat. Cecinit poeta

تَرْجُو ٱلْوَلِيدَ وَقَدْ أَعْيَاكَ وَالِدُهُ وَمَا رَجَاؤُكَ بَعْدَ الْوَالِدِ الْوَلَدَا

»De filio speras, et eius genitor te fefellit; quam vero spem post patrem in filio ponere potes«?

Metrum versus Basith est. conf. libr. m. p. 190.

٥١ تَرَكْتُهُ يَصْرِفُ عَلَيْكَ نَابَهُ

51. Reliqui eum dentem suum in te convertentem.

Tibi iratus erat. Simile est proverbium تركته يحرق

عليك الارم »Reliqui eum contra te collidentem dentes molares.«

٥٢ تَعْسًا لِلْيَدَيْنِ وَلِلْفَمِ

52. Perdat tibi Deus manus et os!

conf. Abulf. I, p. 494. Verbis hisce utuntur contra inimicum, qui ob inimici calamitatem gaudium percipit.

٥٣ تَرَكْتُهُ يَفُتُّ الْيَرْمَعَ

53. Reliqui eum conterentem glaream albam.

Vehementer tristitia et curis afflictus erat.

٥٤ تَرِبَتْ يَدَاكَ

54. Terrae adhaereant manus tuae!

Pauper fias! Cecinit poeta Solaimanus ben-Rabiah

تَرِبَتْ يَدَاكَ وَهَلْ رايتَ لِقَوْمِهِ مِثْلِى عَلَى يُسْرِى وَحِينَ تَعِلَّتِى

»Manus tuae terrae adhaereant! Num erga gentem suam mei similem vidisti in opulentia mea et quum aliis rebus occupatus essem.«

Samachschari. Metrum Camil appellatum est. conf. libr. m. p. 212.

٥٥ تَأْبَى ذَلِكَ بَنَاتُ أَلْبُبِى

55. Impediunt hoc teneri cordis mei affectus.

Vir quidam, cui mater grandaeva erat, uxorem duxerat. Quem quum uxor multum urgeret, ut matrem a se dimitteret, eo adductus est, ut humeris matrem in vallem feris abundantem portaret ibique solam relinqueret. Tum mutato exteriore habitu ad eam transiit interrogans, quid ploraret? Mater respondit: »Filius meus hic me proiecit abiitque, ego autem metuo, ne ferae eum dilace-

rent. Ille autem: quid est, quum talem erga te se gesserit, quod non potius diris eum devoveas? At illa proverbii verba loquens, amore, quo eum amplector, quominus faciam impedior, respondit. Proverbii autem verbis utuntur ad propinquorum amorem significandum, dum nos amore amplectimur eos, qui nobis malefaciunt. بنات الْبِب »Filiae cordum« mihi sunt teneri animi affectus, Almobarredo Arabum grammatico autem venae (عروق), in quibus misericordiae sedes est. conf. Samachschari.

٥٦ أتَّقى بِسَلْحِهِ سَمُرَة

56. Samorahus merda sua se tuitus est.

Vir quidam servo suo Samoraho plagas incutere volebat, at facere omisit, quum is merdam excerneret. Proverbium cohortatur hominem, ut quocunque modo se defendat. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 74.

٥٧ أتَّقِ الصِّبْيَانَ لا تُصِبْكَ بِأَعْقَابِهَا

57. Recens natos infantes cave, ne excrementis suis te conspurcent!

Eum cave, cuius societas fugienda est, qui enim cum homine vili societatem init, eius auctoritas diminuitur. Similis sensus verbis est: صديق السوء كالقين اذا لم يحرقك بناره يوذيك بدخانه »Pravus amicus fabro ferrario similis est, qui si te igne non urit, fumo tibi nocebit« aut لا تشرب النبيذ مع من تفتضح به واشربه مع من يفتضح بك »Ne bibas vinum dactylorum cum eo, per quem tu ignominia afficeris; bibe id potius cum eo, qui per te ignominia afficitur.« Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 73.

٥٨ أتَّقِ خَيْرَهَا بِشَرِّهَا وَشَرَّهَا بِخَيْرِهَا

58. Cave bonum eius propter malum eius, et malum eius propter bonum eius.

Suffixum ها referendum esse ad vocem اللقطة »rem quae de humo legitur« vel الضالّة »errabundum camelum,« quem vir invenit. Dicit: relinque bonum eius propter malum, quod sequitur, nam collato bono eius cum malo eius, tu malum maius esse, quam bonum invenies. Verba traditione ad nos pervenerunt et Ebn-Ahbbaso adscribuntur. Meid. Ab Scharaf-Aldino autem Ahbd-Allaho ben-Ahmir proverbium adscribitur. conf. Schult. prov. Meid. p. 73.

٥٩ تَرَكْتُهُ يُقَاسُ بِالْجِذَاعِ

59. Reliqui eum, comparatur cum iuvenibus.

De sene, qui corpore et mente iuvenis est, dicitur. Proverbii verba ad metrum Sarih referri possunt. conf. libr. m. p. 246.

٦٠ تَقَفَّزَ الْجِعِنْ يِّ يَا مُرَّ زِدْهَا قَعْبًا

60. Radices oleris Zillijan eruit, o Morrah! adde ei scutellam!

Vir quidam equo suo matutino et vespertino tempore tantum dedit, quantum vas قعب appellatum capere poterat. Quem quum videret radices oleris صليان appellati eruentem, servo suo Morrah appellato dixit: »Adde ei scutellam!« Vox تقفز pro تتقفز est et verbo تقفز significatio chirothecas قفاز induit hoc in proverbio tribuenda est, ut radices oleris, quas e solo eruit, ei tanquam chirothecis inserviant.« Servi nomen مرة abbreviatum est. De eo proverbium adhibetur, qui minus accipit, quam meretur.

٦١ تَقْدِيمُ الْحُرَمِ مِنَ النِّعَمِ

61. Praemittere feminas (in alterum mundum) quoddam beneficium (est).

Voce حرم filias significari scholion dixit. At hic proverbialis loquendi modus similis est alteri دفن البنات من المكرمات »Sepelire filias est quaedam actio generosa.« Quibusdam enim Arabibus ante Mohammedem mos erat, filias recens natas sepelire.

٦٢ أَتْبِعِ ٱلْفَرَسَ لِجَامَهَا وَٱلنَّاقَةَ زِمَامَهَا

62. Fac, ut equum sequatur habena, et camelam funis (quo regitur).

Quum maiorem rei partem dederis, reliquum quoque da, ut beneficium perfectum sit, nam, si quis equum dederit, habena quoque, cuius ope equus abducatur, addenda est. Duo sunt proverbia, ut prior pars a posteriore separanda sit, dicitur enim aut اتبع الفرس لجامها »Fac, ut equum sequatur habena« aut اتبع الناقة زمامها »Fac, ut camelam sequatur funis.« Prius proverbium Ahmruo ben-Tsahlebah Calbitae fratri Ahdijji ben Djenab Calbitae tribuunt; sed causa duplici modo narratur. Dhirarus ben-Ahmru Dhabbita incursione hostili facta Solmam[1]) filiam Wajili aurifabri, quae tum temporis Ahmrui ben-Tsahlebah serva erat, absente Ahmruo captivam abduxerat. Ahmruus ben-Tsahlebah Dhirarum, quocum amicitiae vinculo coniunctus erat, secutus, ut praedam suis ereptam ipsi redderet, rogavit. Omnia praeter Solmam, quae ei vehementer placeret, reddidit. Quod quum Ahmruus videret, ista verba, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit. Alii autem sic rem narrant. Dhirarus ben-Ahmru cum gente Dhabbah in Syriam profectus gentem Calb ben-Wabrah diripuerat et Rajiham Ahmrui ben-Tsahlebah servam eiusque filiam

1) Solma haec regis Alnohmani ben-Almondsir mater fuisse dicitur.

Solmam, ex Ahthijjaho ben-Wajil natam, inter alias captivas abduxerat. Tempore incursionis Ahmruus ben-Tsahlebah absens erat. Ad suos redux factus quum de re certior factus esset, Dhirarum in regionem Nedjd proficiscentem secutus rogavit, ut familiam et opes sibi redderet. His redditis, ut servae adderentur, petiit. In reddenda Solma, eius matre reddita, quum alter cunctaretur, Ahmruus ista proverbii verba protulit. Simillimum huic alterum proverbium est: اتبع الدلو الرشاء »Fac, ut situla eius funem sequatur.« Cecinit Kaisus ben-Alchathim

إذا مَا شَرِبْتُ أَرْبَعًا خُطَّ مِيزَرِى وَأَتْبَعْتُ دَلْوِى فِى السَّمَاحِ رِشَاءَهَا

»Quando quatuor (pocula) bibi, cingulum meum depositum est, et efficio, ut situla mea in liberalitate funem suum sequatur.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162. conf. Schult. prov. Meid. p. 61. Hamas. p. ٨٧.

٦٣ اتَّخَذَ ٱللَّيْلَ جَمَلًا

63. Sumsit noctem tanquam camelum (quo veheretur.)

Virum noctis tempore res gessisse significat. Sed in Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus proverbium sic legitur: اتّخذ الليل جملا تدرك »Sume noctem tanquam camelum, tu rem assequeris!« ut اتّخذ imperativi forma sit. Adhortatur proverbium, ut summo cum studio rei operam demus. Proverbii auctorem Actsamum ben-Zaifi esse contendunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 70.

٦٤ تَرَكْتُهُ بِمَلَاحِسِ ٱلْبَقَرِ أَوْلَادَهَا

64. Reliqui eum in locis, ubi vaccae (silvestres) vitulos suos lambunt.

Silentio praetermittendum non est, in Kamuso, nec non

in Djeuharii opere proverbium legi omissa voce اولادها, ut dubitare liceat, num ista vox proverbii pars sit; sed alterum legendi modum addidit Kamusi auctor تركته بملاحس البقر اولادها, in quo illa vox cernitur. Tertius denique proverbii legendi modus, quem et Djeuharius et Kamusi auctor adnotavit, hic est: تركته بمباحث البقر »Reliqui eum in locis, ubi vaccae silvestres quaerunt« scil. vitulos suos i. e. in loco deserto vel in loco, qui ubi sit, nescitur. conf. Samachschar.

٦٥ اتَّخَذُوهُ حِمَارَ الْحَاجَاتِ

65. Eo usi sunt tanquam asino necessitatum.

Eo tanquam famulo in rebus usi sunt. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro nec non in Kamuso sic legitur proverbium: اتخذوه قعيد الحاجات »Eo usi sunt tanquam iumento necessitatum«, ut voci قعيد diminutivi forma tribuatur. Proverbii sensus non mutatur. Conf. Plaut. in Mostell. III. 2. 93. Schult. prov. Meid. p. 70.

٦٦ تَرَكْتُهُ جَوْفَ حِمَارٍ

66. Reliqui eum tanquam ventrem asini.

Omnibus inutilis erat, quia asini venter nemini commodo est. Sic Alazmäihus grammaticus; Alcalbi autem dixit, Himarum virum esse ex Amalekitarum numero; vocabulo autem جوف eius vallem significari. Conferas proverbium C. XXII, 221.

٦٧ تَطْلُبُ ضَبًّا وَهٰذَا ضَبٌّ بَادٍ رَأْسُهُ

67. Quaeris Dhabbum et hic Dhabbus est, cuius caput apparet.

Viri duo, nomen Dhabb habentes, alii cuidam rem ingratam intulerant, ut ei vindicta sumenda esset. Minitans

quum ab ipso remotum quaereret et relinqueret alterum ipsi propinquum, quidam ista dixit verba, quae in proverbii consuetudinem venerunt. De viro, qui, quum timidus sit, se a propinquo non vindicans, longe remotum quaerit, adhibetur. Legitur quoque مخرج راسه »exserens caput« loco verborum باد راسه. conf. Samachschar.

٦٨ تَفْرَقُ مِنْ صَوْتِ ٱلْغُرَابِ وَتَفْرِسُ ٱلْأَسَدَ ٱلْمُشْتَمَ

68. Corvi vocem metuit et leonem horribilem vultu dilacerat.

Legitur quoque مشيم quod a شبام »lignum, quod haedi ori inditur, ne sugat« derivatum, leonem, cuius os ligatum est, designat. Hunc legendi modum Kamusi auctor secutus est; sed prior magis placet. Feminam, quae leonem lacerasset, e corvi voce metum concepisse narrant. Virum quamquam res parvas timet, tamen res magnas et periculosas subire, proverbium significat.

٦٩ تَقِيسُ ٱلْمَلَائِكَةَ إِلَى ٱلْحَدَّادِينَ

69. Comparas angelos cum carceris custodibus.

Huius proverbii originem talem fuisse Almofadhdhelus narravit. Quum Alcorani versus عليها تسعة عشر »super ea undeviginti« (Sur. المدثر etc.) Mohammedi suggestus esset, vir quidam ex incredulis Koraischitis Meccae, qui cognomen ابو الاشدين pater virium gerebat, dixit; ego vobis septemdecim in me suscipio, quis mihi duos in se suscipit? Tum alius quidam proverbii verbis respondit.

٧٠ تِلْكَ أَرْضٌ لَا تُقَضُّ بَضْعَتُهَا

70. Haec terra est, cuius glaream non attingit carnis deiecta pars.

Verbum اقضّ a nomine قضاض »glarea parva« derivandum est. Alius legendi modus est, تنعفر بضعتها »pulvere inquinatur.« Id est: ob herbarum abundantiam, si decidit caro in terram, pulverem aut glaream non tangit. Herbarum copia proverbio describitur.

٧١ تَحْمِلُ عِضَةٌ جَنَاهَا

71. Frutex spinosa fructum suum fert.

Mulier quaedam cum altera communem maritum habens illam alteram veneno necare volebat eamque ob causam duo vasa pulmento implevit, quorum unum veneno imbuerat! Unum veneno imbutum ad inimicae latus, alterum ad suum posuit. Quam rem quum inimica cognovisset, vasa permutavit, et quum altera, venenato vase sumto se necasset, proverbii verba dicta sunt. Simile est proverbium من حفر مغواة وقع فيها »Qui foveam fodit, in eam incidit.« Conf. C. XXIV, 231.

٧٢ تَطَأْطَأْ لَهَا تُخْطِئْكَ

72. Demitte ei (calamitati) caput, ad te transibit.

Simile huic est proverbium دع الشر يعبر »Sine malum, transibit.« Conf. VIII, 37. i. e. Te malo non exponas, sed illud quam potes, evites.

٧٣ التَقَدُّم قَبْلَ التَنَدُّم

73. Praecedere ante poenitentiam.

In eum quadrat, qui viro, cui impar est, occurrit i. e. Transeundum et fugiendum tibi est, antequam victus poenitentiam agis. Scharaf-Aldin. Simile huic est proverbium المحاجزة قبل المناجزة »Si litem dirimere vis, faciendum hoc est, antequam pugnatur.« C. I, 149 et XXIV, 179.

٧٤ اَلتَّجَرُّدُ لِغَيْرِ النِّكَاحِ مُثْلَةٌ

74. Se denudare propter aliam rem, quam concubitum poena est.

Verba haec dixisse narratur Rikascha Ahmrui filia marito suo, Cahbo ben-Malic ben-Taim-Allah ben-Tsahlebah, quum ille dixisset »Exue indusium tuum, ut te videam.« Tum quoque illa dixit: خلع الدرع بيد الزوج »Exuitur indusium per manum mariti.« (Conf. VII, 30), quae duo proverbia, rem inconvenientem esse et in alieno loco positam significant. In Scharaf-Aldini libro نكاح legitur, sed cum articulo, quomodo in codicibus et Samachscharii libro legitur, praeferendum est.

٧٥ اَلتَّمْرَةُ إِلَى ٱلتَّمْرَةِ تَمْرٌ

75. Quod si unus dactylus uni dactylo additur, plures dactyli fiunt.

Ohaihahus ben-Aldjollah quum vituperatus esset, quod unum dactylum e terra sustulisset, haec verba dixit. تمرة unum dactylum significat, تمر vero plures. In opibus parvam partem negligendam non esse, proverbium docet. Conf. Scharaf-Aldin, Samachschari.

٧٦ اَلتَّمْرُ فِي الْبِئْرِ وَعَلَى ظَهْرِ الْجَمَلِ

76. Dactyli in puteo et super dorso cameli.

Tempore ante Mohammedem, quum dactyli maturescere inciperent, quendam super arce quadam Medinensi sic clamasse narrant, ut, si palmas rigassent, hoc ipsis commodo futurum esse, significaret. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus nonnisi prior proverbii pars التمر فى البئر »Dactyli in puteo« legitur, qui est alter proverbii legendi modus. Proverbium autem nos hortatur, ut, si ex opere utilitatem

percipere velimus, summam curam atque diligentiam in eo ponamus.

٧٧ تَرَى ٱلْفِتْيَانَ كَالنَّخْلِ وَمَا يُدْرِيكَ مَا ٱلدَّخْلُ

77. Vides adolescentes palmis similes, sed quanam re eorum vitia interna cognosces?

Proverbium ad metrum Hedjes referri potest. conf. libr. m. p. 226. De pulchro viro adhibetur virtutibus non insigni. Ahtsma filia Mathrudi Albadjelijja ingenio et prudentia insignis sororem habebat nomine Chud appellatam, pulchritudine et venustate praeditam. Hanc autem quum septem fratres e gente Asd, pulchri et pulchris vestibus vestiti ambirent, ipsa dubitans cui nuberet, sororem illam consuluit. Soror in eorum virtutibus fiduciam non ponens proverbii dixit verba, ut sororem moneret, ne ulli eorum, quorum virtutes non nosceret, salutem suam traderet. Recte sororem judicasse eventus docuit.

٧٨ التَّمْرُ بِالسَّوِيقِ

78. Dactyli pro polenta.

Unam rem cum altera compensari significat.

٧٩ تَلَمَّسْ أَعْشَاشَكَ

79. Nidos tuos perscrutare!

Proverbio is, qui in aliorum conditionem inquirens vitia detegere studet, monetur, ut suam ipsius conditionem cognoscere studeat. In enuncianda voce تلمس et nostri codicis et Pocockii rationem habui. In Kamusi opere est tertia praeteriti forma, ut sensus sit »Nidos tuos multum perscrutatur.« i. e. Tuorum statum et conditionem, ut vitia detegat, cognoscere studet.

٨٠ اُتْرُكِ ٱلشَّرَّ يَتْرُكْكَ

80. Relinque malum, te relinquet.

Qui malo se exponit, eum attingit. Verba haec Lokmamanus filio suo dixisse fertur. Scharaf-Aldin, Samachschar.

٨١ تَعِسَتِ ٱلْعَجَلَةُ

81. Pereat festinantia!

Abu-Saido Findo Ajeschae filiae Saahdi ben-Abi-Wakkaz clienti proverbium tribuitur. Ab Ajescha missus, ut ignem afferret, gentem in Aegyptum profiscentem invenit, et cum iis iter ingressus est. Inde post anni spatium rediit et ignem afferens cucurrit. Inter currendum autem quum caespitaret, ut prunae dispergerentur, festinationem vituperans ista verba dixit. Proverbii mentionem fecit poeta in hisce versibus

مَا رَأَيْنَا لِغُرَابٍ مَثَلًا   إِذْ بَعَثْنَاهُ يَجِي بِالْمِشْمَلَهْ
غَيْرَ فِنْدٍ أَرْسَلُوهُ قَابِسًا   فَثَوَى حَوْلًا وَسَبَّ ٱلْعَجَلَهْ

»Non putamus cum Ghorabo, quem, ut pannum cum ignitabulo adferret, miseramus, virum comparari posse praeter Findum, quem ut ignem adferret, miserant. Substitit autem ille per anni spatium et tum festinationem vituperavit.«

Sunt autem qui in priore versu vocabulum المشملة cum vocali Fatha enunciandum esse censeant, ut latus Septentrionis, quo Noachus corvum misisse dicitur, significet. Metrum versus Raml appellatum est. conf. libr. m. p. 238 sq.

Ante hoc proverbium Pocockius proverbium ترهيا القوم »Vacillavit populus« inseruit, quod C. XXI. 87. legitur.

٨٢ تَهْوِي ٱلدَّوَاهِي حَوْلَهُ وَيَسْلَمُ

82. Decidunt calamitates circum eum et incolumis est.

Virum e periculis magnis liberatum esse significat. Proverbium hoc in versibus Rubahi legitur

قَدْ رَابَنِى ٱلنِّسْيَانُ وَٱلتَّوَهُّمُ فَكِدْتُ مِنْ طُولِ اللَّيَالِى أَهْرَمُ
وَمَا أَرْمَازَ ٱلْإِسْحِمَانُ ٱلْأَسْحَمُ تَهْوِى الدَّوَاهِى حَوْلَهُ وَيَسْلَمُ

»Iam mihi suspicionem iniecerunt oblivio et opinio et parum abfuit, quin propter noctium longitudinem decrepitus fierem et rugas non contraxit vir admodum fuscus, circum quem decidunt calamitates et incolumis est.«

Metrum est Redjes appellatum conf. libr. m. p. 231. Conf. Samachschari.

٨٣ تَغَدَّ بِالْجَدْيِ قَبْلَ أَنْ يَتَعَشَّى بِكَ

83. Prande haedum, priusquam te vespera edet!

Monet, ut cautio in rebus tractandis adhibeatur.

٨٤ تَعَلَّلَ بِيَدَيْهِ تَعَلُّلَ ٱلْبَكْرِ

84. Occupatus fuit manibus suis, quemadmodum occupatus est camelus iuvencus.

Camelus iuvencus fune عقال ligatus, in eo occupatus est, ut funem solvat. Proverbium rebus, quibus non decet esse occupatum, virum occupatum esse docet.

٨٥ التَّقِىُّ مُلْجَمٌ

85. Timens Deum fraenatus est.

Timor Dei hominem impedit, quominus aut verbis aut factis ab officii legibus recedat. Verba imperatori Ohmaro ben-Ahbd-Alahsis adscribuntur. Meid. Scharaf-Aldinus autem proverbio silentium commendari dixit. Et sic Samachscharius.

٨٦ اَلتَّجَلُّدَ وَلَا ٱلتَّبَلُّدَ

86. Fortem se ostendere, non attonitum esse.

Qui fortem se ostendit, non qui attonitus est, e periculo salvus evadet. Si accusativum in proverbio admittis, supplendum est اِلْزَمْ; sin autem nominativum statuis, ab omisso شانك »res tua« vel حقك »officium tuum« dependet. Verba haec Auhsus ben-Haritsah filio suo Malico dixisse fertur. Sensum proverbii poeta hisce versibus expressit:

تُؤَنِّبُنِي فِيمَا تَرَى مِنْ شَرَاسَتِي وَقُوَّةِ نَفْسِي أُمُّ عَمْرٍو وَلَا تَدْرِي

وَفِي اللِّينِ ضَعْفٌ وَالشَّرَاسَةِ هَيْبَةٌ وَمَنْ لَمْ يُهَبْ يُحْمَلْ عَلَى مَرْكَبٍ وَعْرِ

»Tu me multum vituperas propter difficultatem meam animaeque roborem, quem vides, o mater Ahmrui. et nescis. Et in lenitate debilitas cernitur, in difficultate reverentia, nam quem non reverentur, is iumento difficili vehi cogitur.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 161. Scharaf-Aldin.

٨٧ تُخْرِجُ ٱلْمِقْدَحَةُ مَا فِي قَعْرِ الْبُرْمَةِ

87. Educit cochleare maius id quod in ollae fundo est.

Proverbio hoc vulgus utitur.

٨٨ تَرَكْتُهُ يَتَقَمَّعُ

88. Reliqui eum caput moventem, ut muscas depelleret.

Otiosum eum reliqui.

٨٩ تَكَلَّمَ فَجَمَعَ بَيْنَ الْأَرْوَى وَٱلنَّعَامِ

89. Locutus est et capros montanos et struthiocamelos congregavit.

Locutus est duplici ratione, verbis inter se discrepantibus, quia capri montani montes, struthiocameli deserta habitant, ut nunquam congregentur.

٩٠ تَرَكَ مَا يَسُوءُهُ وَيَنُوءُهُ

90. Reliquit id, quod ei displicet et eum premit (tanquam onus.)

Divitias suas moriens haeredibus reliquit.

٩١ تَبَدَّدَ بِلَحْمِكَ ٱلطَّيْرُ

91. Aves carnem tuam dispergant!

Diras precatur hoc dicens.

٩٢ تَرَكْتُهُ مُحْرَنْبِيًا لِيَنْبَاقَ

92. Reliqui eum ad malum inferendum se parantem, ut irrueret.

٩٣ تِيسِى جَعَارِ

93. Tisi, o hyaena!

Verbis hisce vir mendacii arguitur. Allaitsus dixit, vocis تيسى originem esse ignotam. Aliis التيس Altis montanae regionis nomen in Arabia felici est, ut dicatur تكلم بالتيسية »modo incolarum regionis Tis appellatae locutus est.« conf. Kamus.

٩٤ تَعَلُّقَ ٱلْحَجَنِ بَأَرْفَاغِ ٱلْعَنْسِ

94. Adhaesit modo ricini interioribus femorum partibus camelae validae.

Hominem describit, qui alterum semper sequitur, ut desiderio suo potiatur. Accusativus nominis actionis تَعَلُّقَ ab omisso verbo تَعَلَّقَ »adhaesit« dependet.

٩٥ تَبِعَ ضِلَّةٍ

95. Feminarum sectator, improbus.

Homo, qui feminarum vestigia semper sequitur, nil in se habet boni. Sunt autem, qui صِلّة serpens flavus legant. Litteram ة non tanquam signum unitatis; sed ad augendam vôcis vim additam esse putant.

٩٦ اتَّقِ ٱللَّهَ فِى جَنْبِ أَخِيكَ وَلَا تَقْدَحْ فِى سَاقِهِ

96. Deum time in latere fratris tui et ne eius crus perfora!

Sunt qui dicant فى جنب اخيك significare »in re fratris tui«; aliis significat: in propinquo et vicinitate. Dicitur ثبت ساقه »Firmum erat eius crus« i. e. Eius fortuna firma erat. Contrarium eius est: perforatum eius crus erat, quod in honorem transfertur, dicere enim solent: قدح نسبه »Eius genus perforavit« i. e. Eum genere vili ortum esse dixit. Quae res in causa erat, cur Meidanius et nostrum in proverbio de vituperando, calumniando intelligendum esse censeret. Conf. Schult. prov. Meid. p. 72.

٩٧ تَرَكْتُ جُرَادًا كَأَنَّهُ نَعَامَةٌ جَاثِمَةٌ

97. Reliqui locum Djorad appellatum, ac si esset struthiocamela in pectore decumbens.

Densis et altis herbis obtectus erat locus, ut tali struthiocamelae similis esset.

٩٨ تَرَكْنَا ٱلْبِلَادَ تُحَدِّثُ

98. Reliquimus regionem narrantem.

Duplicem proverbio sensum tribui posse, scholion dixit. Aut de pabuli copia et laeto inde muscarum orto bombo, aut de loco omnino deserto, in quo daemonum sermones audirentur, intelligi.

٩٩ أَتْرَبَ فَنَدَحَ

99. Opulens fuit et dilatavit (locum suum).

In eum dicitur, qui opibus abundans commode vivit et multam pecuniam erogat.

١٠٠ تَسْأَلُنِي أُمُّ ٱلْخِيَارِ جَمَلًا يَمْشِي رُوَيْدًا وَيَكُونُ أَوَّلَا

100. Rogat me Ommo'l-Chijara camelum commode incedentem, qui primus omnium esset i. e. simul celeriter incedentem.

In re, quae difficile invenitur, proverbium adhibetur, commode enim incedens iumentum alios celeritate praevertere non solet. Versus est metri Redjes appellati. conf. libr. m. p. 231.

١٠١ تَغَفَّرَتْ أَرْوَى وَسِيمَاهَا ٱلْبَدَنْ

101. Caprae montanae ac si pulli sint, se gerunt et caprae annosae facies habent.

Metrum proverbii Redjes est. conf. l. m. p. 231. Aliter se homo gerit, quam naturae et conditioni convenit.

١٠٢ تَهْبِيفُ بَطْنٍ شَيَّنَ ٱلدَّرِيسُ

102. Venter gracilis, quem vestis lacera dehonestat.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest. conf. l.

m. p. **246.** In eum adhibetur, cuius virtutes et excellentia misera conditione occultae sunt. Post verbum شين omissum est ه, ut sit pro شَيَّنَهُ.

١٠٣ تَجَمَّعِينَ خِلَابَةً وَصُدُودًا

103. Coniungis in te (o femina) fraudem et alienationem.

In homine duo esse vitia coniuncta, proverbium docet. Poetae satyris celeberrimo Djeriro ben-Ahthijjah[1]) adscribitur. Hunc ad mortem destinatum Hedjdjadjus ben-Jusuf[2]) intercedente gente M o d h a r, ad quam pertinebat, libertate donaverat. Hinda autem filia Asmäi ben-Charidjah vindictae cupida a Hedjdjadjo, ut sibi cum poeta in consessu sermonem habere liceret, petiit, sperabat enim fore, ut poeta Hedjdjadjum laedentes versus proferret. Quod quum permisisset Hedjdjadjus, Djerirum, qui Hedjdjadjum praesentem esse nesciret, Hinda ita allocuta est. O fili Alchathfae, versus, quibus mulierum laus et blanditiae insunt, mihi proferas. Tum ille: Mulierem versu nunquam laudavi et Deus nihil mihi odiosius quam mulieres procreavit. Respondit Hinda: O tibi ipsi infeste! nonne haec verba dixisti?

يَجْرِى ٱلسِّوَاكُ عَلَى أَغَرَّ كَأَنَّهُ بَرَدٌ تَحَدَّرَ مِنْ مُتُونِ غَمَامِ
طَرَقَتْكَ صَايِدَةُ ٱلْقُلُوبِ وَلَيْسَ ذَا حِينَ ٱلزِّيَارَةِ فَٱرْجِعِى بِسَلَامِ
لَوْ كُنْتِ صَادِقَةَ الذى حَدَّثْتِنَا لَوَصَلْتِ ذَاكَ فَكَانَ غَيْرَ رِمَامِ

»Dentrificium (sc. instrumentum) super splendentem (dentium seriem) currit, quasi grando sit e medio nubis decidens. Venit ad te noctu corda venans et non est hoc visitandi

---

1) Mortuus est anno 110 Hedjr. Eius carmina collecta sunt.

2) De hoc conf. C. XXVII, 61.

tempus; redi igitur in pace! Si verax fuisses in eo, quod nobis narravisti, tu profecto ad hoc pervenisses et non cariosum erat[1]).«

At Djerirus, per Deum! dixit, non haec protuli; sed dico

لَقَدْ جَرَّدَ ٱلْحَجَّاجُ بِٱلْحَقِّ سَيْفَهُ   أَلَا فَٱسْتَقِيمُوا لَا يَمِيلَنَّ مَائِلُ
وَلَا يَسْتَوِى دَاعِى ٱلضَّلَالَةِ وَٱلْهُدَى   وَلَا حُجَّةُ ٱلْخَصْمَيْنِ حَقٌّ وَبَاطِلُ

»Iam evaginavit Hedjdjadjus pro veritate gladium suum, eheu! state! ne quisquam corpus declinet! Non est aequalis, qui ad errorem et qui ad rectum vocat et non argumentum duorum litigantium, verum et falsum[2]).«

Tum Hinda, omitte haec, nonne hos versus cecinisti?

خَلِيلَيَّ لَا تَسْتَشْعِرَا ٱلنَّوْمَ إِنَّنِى   أُعِيذُكُمَا بِٱللّٰهِ أَنْ تَجِدَا وَجْدِى
ظَمِئْتُ إِلَى بَرْدِ ٱلشَّرَابِ وَغَرَّنِى   جَدَا مُزْنَةٍ يُرْجَى جَدَاهَا وَلَا تُجْدِى

»O amici mei ambo! ne vos somno tradatis, vos etiam atque etiam rogo, ut amorem meum cognoscatis. Sitivi frigidum potum desiderans, et donum nubis falsa spe me decepit, quippe cuius donum speratur, dum nil dat[3]).

Tum ille, minime; sed haec dico

مَنْ يَأْمَنِ ٱلْحَجَّاجَ أَمَّا عِقَابُهُ   فَمُرٌّ وَأَمَّا عَقْدُهُ فَوَثِيقُ
لَخِفْتُكَ حَتَّى أَنْزَلَتْنِى مَخَافَتِى   وَقَدْ كَانَ مِنْ دُونِى عَمَايَةُ نِيقُ
يُسِرُّ لَكَ ٱلْبَغْضَاءَ كُلُّ مُنَافِقٍ   كَمَا كُلُّ ذِى دِينٍ عَلَيْكَ شَفِيقُ

»Qui Hedjdjadjo fidem habet, (scito) eius poenam transire, sed eius fidem datam firmam esse. Te metui, donec timor meus me deiecerat, et erat infra me mons Ahma-

---

1) Metrum est Camil appellatum. conf. libr. m. p. 212.

2) Metrum versum Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.

3) Metrum Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.

jah, vertex montis. Omnis hypocrita in pectore odium contra te celat, sicut omnis religionem colens te amat[1]).

Illa denique, omitte haec et affer versus tuos

يَا عَاذِلَيَّ دَعَا الْمَلَامَةَ وَاقْصِرَا   طَالَ الْهَوَى وَأَطَلْتُمَا التَّفْنِيدَا

إِنِّي وَجَدْتُكِ لَوْ أَرَدْتِ زِيَادَةً   فِي الْحُبِّ مِنِّي مَا وَجَدْتُ مَزِيدَا

أَخْلَبْتِنَا وَصَدَدْتِ أُمَّ مُحَمَّدٍ   فَتَجَمَّعِينَ خِلَابَةً وَصُدُودَا

لَا يَسْتَطِيعُ أَخُو الصَّبَابَةِ أَنْ يُرَى   حَجَرًا أَصَمَّ وَأَنْ يَكُونَ حَدِيدَا

»O vituperatores mei ambo, sinite vituperationem et abrumpite, longus est amor et vos me diu delirare dicite. Tanto te amore amplexus sum, ut, si amoris mei augmentum voluisses, ego augmentum non invenissem. Num me decepisti et aliena fuisti, o mater Mohammedis? Coniunctae igitur in te sunt deceptio et alienatio. Non autem potest tenero amore plenus se ostendere tanquam lapidem surdum et ferrum esse.«

Metrum horum versuum Camil appellatum est. conf. libr. m. p. 212. Est igitur proverbium talis versus hemistichium.

١٠٤   تَقَبَّلَ الرَّجُلُ أَبَاهُ

104. Vir patrem suum refert.

Duas res valde similes esse, significat. Ebn-Farisus vocem تقيل ex تقيض ortam esse dixit. conf. Samachschari.

١٠٥   تَرَبَّدَهَا حَذَّاءَ

105. Absorpsit quasi cremor esset, illud iuramentum temerarium.

---

1) Metrum versuum Thawil est. conf. libr. m. p. 162 et 171 sq.

Simile est proverbium جذها جذّ البعير الصليانة »Celeriter pronuntiavit (iuramentum) illud, quemadmodum camelus herbam صليان appellatam celeriter decerpit.« Suffixum ها ad iuramentum يمين referendum est. Conf. Cap. V. 7.

١٠٦ اَلتَّثَبُّتُ نِصْفُ ٱلْعَفْوِ

106. Cunctatio dimidium condonationis est.

Kotaibahus ben-Muslim virum quendam, ut eum puniret, vocavit. Qui quum ista verba, quae postea in proverbium venerunt, dixisset, veniam accepit.

١٠٧ تَقَطَّعُ أَعْنَاقَ ٱلرِّجَالِ ٱلْمَطَامِعُ

107. Cupiditates colla virorum amputant.

Cupiditas et aviditas in proverbio vituperantur. Mohammedes, ut traditione ad nos delatum est, fertur sic dixisse: ان الصفاة الزلاء التى لا تثبت عليها اقدام العلماء الطمع »Petra glabra, in qua firmiter stare non possunt pedes doctorum, cupiditas est.«

١٠٨ تَخَطَّتْ سَنَةٌ مُقِيمًا

108. Praeteriit sterilitas manentem.

De eo adhibetur, qui, quum loco suo maneret, salvus evasit, inde autem si profectus esset, periisset. Vir enim pabuli inopia laborans salvus fuit, quod loco suo permanebat, dum eius gens, quae pabulatum profecta erat, inopia adfligebatur. Loco vocis تخطت etiam تخاطات vel, ut in codice B. est, تخاطت legitur. Hunc proverbii intelligendi modum Pocockius quoque secutus est. In meo autem codice voci سنة et vocalis Dhamma et signum Teschdidi datum est, ut S o n n a t o n enunciandum videretur. Hic vero enunciandi modus proverbio minime aptus est.

١٠٩ تَرَكْتُ دَارَهُمْ حَوْثًا بَوْثًا

109. Reliqui domum eorum huc illuc dispersam.

Id est: Iumentorum ungulis dispersa et destructa fuit. Dicitur vero de hominibus تركتهم حوثا بوثا vel حوث بوث vel حيث بيث vel حاث باث »Dispersos et dissipatos eos reliqui.«

١١٠ تَوَطَّنُ ٱلْإِبِلُ وَتَعَافُ ٱلْمِعْزَى

110. Se adsuescunt cameli, aversantur caprae.

Cameli propter roborem et patientiam innatam incommodis et molestiis adsuescunt, dum caprae aversantur. Fortes viri cum timidis in proverbio comparantur.

١١١ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ عِضْرِطِ ٱلْعَيْرِ

111. Reliqui eum in statu simili perinaeo asini.

Reliqui eum omnibus rebus destitutum.

١١٢ تَرَدَّدُ فِي آسْتِ مَارِيَةَ ٱلْهُمُومُ فَمَا تَدْرِي
أَٱنْظَعَنُ أَمْ تُقِيمُ

112. Curae in podice Mariae ultro citroque commeant, et illa nescit, utrum proficiscatur an maneat.

Versus est metrum Wafir appellatum habens. conf. lib. m. p. 204. Virum in rebus suis haesitantem quum nesciat, quomodo eas perficiat, designat.

١١٣ تَشْتَهِي وَتَشْتَكِي

113. Cupis et quereris.

Ab aliis accipere vis; sed aliis dare recusas querimonias habens.

١١٤ تَرَكْتُهُ صَرِيمَ سَحْرٍ

114. Reliqui eum pulmonem resectum habentem.

De eius salute desperavi.

١١٥ تَرَافَدُوا تَرَافُدَ ٱلْحُمُرِ بِأَبْوَالِهَا

115. Sibi invicem iuverunt, quemadmodum asini in urina sua se invicem adiuvant.

Consensit gens in re tibi ingrata.

١١٦ تَحْسَبُهُ جَادًّا وَهْوَ مَازِحٌ

116. Tu eum serium esse putas; sed iocatur.

In eum dicitur, qui minatur; sed nil perficit.

١١٧ تَرَى مَنْ لَا حَرِيمَ لَهُ يَهُونُ

117. Vides eum, cui sacrum (uxores) non est, vilem esse.

De eo, qui iniuria adflictus adiutorem non habet, adhibetur.

١١٨ تَرَكْتُهُمْ كَمَقَصِّ قَرْنٍ

118. Reliqui eos similes loco, ubi cornu resectum est.

Cornu quum amputatum est, locus iste laevis est et vix vestigium relinquitur. Est igitur verborum sensus: Omnino eos perdidi, ut vix eorum vestigium relinqueretur. Cecinit poeta

فَأَضْحَتْ دَارُهُمْ كَمَقَصِّ قَرْنٍ فَلَا عَيْنٌ تُحَسُّ وَلَا آثَارُ

»Fuit eorum domus similis loco, ubi cornu amputatum est, et nullum eius vestigium apparet.«

Vox اثار metri causa sine Medda scripta est. Metrum **Wafir** est. conf. libr. m. p. 204. Legitur quoque in proverbio كمقط; sed sensus non variatur.

١١٩ تَمَسَّكْ بِحَرْدِكَ حَتَّى تُدْرِكَ حَقَّكَ

119. Persevera in ira tua, donec, quod tibi debetur, assequaris.

١٢٠ تَحَوُّفِي ٱلنَّضِيجَ مِنْ حَوْلِ ٱلنِّيءِ

120. Quod assatam carnem e margine resecui, cruda relicta (o femina).

Narrant virum interrogatum: ما احبن بطنك »Quaenam res ventrem tuum pinguefecit? respondisse: تحوفي النضيج »Quod assatam carnem e margine resecui.« De viro proverbium adhibetur, qui secum cogitat, quomodo rem aggrediatur, quemadmodum ille vir in proverbio carnem crudam in medio reliquit, carnem coctam e latere sumens. Nec non eum designat, qui opes suas bene administrans laeta conditione semper utitur.

١٢١ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ خَدِّ ٱلْفَرَسِ

121. Reliqui eum in statu genae equi simili.

Id est: via manifesta et aequabili. In codice L. vox مثل omissa est, in meo codice تركنى »reliquit me« legitur.

١٢٢ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ شِرَاكِ ٱلنَّعْلِ

122. Reliqui eum in statu, qui similis erat corrigiis soleae.

In pessimo statu penuria adflictum eum reliqui.

١٢٣ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ مِشْفَرِ ٱلْأَسَدِ

123. Reliqui eum quasi super leonis labio.

In summo periculo erat interitui imminens.

١٢٤ تَخَطَّى إِلَيَّ شُبَيْثًا وَٱلْأَحَصَّ

124. Transiisti Schobaitsam et Alahazzum ad me veniens.

Verba haec Djassasus Colaibo Wajel dixit, quum hic confossus aquam ab eo peteret. Non esse aquae petendae locum, respondit; Schobaitsa enim aquae nomen est, quae genti Banu-Aladhbath est, in loco Darat Schobaits appellato, et Alahazz nomen loci aquae non multum inde remoti. Virum rem loco alieno petere, proverbium significat. Conf. Hamas. p. ۴۲. sq. et Prov. C. XIII, 112. XVIII, 207.

١٢٥ اتَّخَذَ ٱلْبَاطِلَ دَخْلًا

125. Elegit sibi mendacium tanquam vitium.

Dolosum et perfidum hominem esse significat. Legitur quoque دغلا sensu non mutato. Scharaf-Aldinus autem putat, in proverbio voci دغل arboreti densi significationem tribuendam esse et inde desumtum esse loquendi modum, quod in arboreto denso latro se abscondat in viatores incursurus. Mendacium igitur in proverbio inservit viro tanquam arboreto denso, quo dolum suum abscondit.

١٢٦ أَتْبِعِ ٱلسَّيِّئَةَ ٱلْحَسَنَةَ تَمْحُهَا

126. Quod si malum factum gessisti, fac ut laudabile sequatur, quo illud deleatur.

Proverbium ad poenitentiam hortatur. Cecinit Abu-Nowasus

خيرُ هذا بشرِّ ذا　　فإذا الربُّ قد عفا

»Bonum huius pro malo illius, et dominus iam condonavit.« Metrum Chafif appellatum est. conf. l. m. p. 263.

١٢٧ اتّقِ شرَّ من أحسنتَ إليه

127. Cui benefecisti, eius malum time.

Simile est proverbium سمن كلبك ياكلك »Piguefac canem tuum, te vorabit.« conf. XII, 25.

١٢٨ تناسَ مساوِي الاخوانِ يدمْ لك ودُّهم

128. Malefacta fratrum obliviscere, et tu amorem eorum tibi conservabis.

Proverbium, ut fratrum amorem sibi conservet, hominem hortatur.

١٢٩ تضرَّعْ إلى الطبيبِ قبلَ أن تمرضَ

129. Medico te submitte, priusquam aegrotus es.

Amicos tibi para, priusquam iis tibi opus est. Verba haec Lokmanus filio dixisse dicitur.

١٣٠ تغافلْ كأنّك واسطيّ

130. Socordem te geris ac si Wasethi incola sis.

Alhedjdjadjus Wasethi incolas, ut aedificiis exstruendis opem praestarent, coegerat. At illi fugam capientes in templo inter pereginos dormiebant, et quum disciplinae publicae administer intraret et clamaret, o Wasethi incola, omnes se non audire simulabant, ne caperentur.

١٣١ تقلّدها طوقَ الحمامة

131. Illud (vitium) tanquam collare columbae induit.

Suffixum ها ad omissum الخصلة القبيحة »Turpis agendi ratio« referendum est. At proverbii sensus est: Illa turpi agendi ratione tanquam ornamento, quod nunquam deponit, utitur. Samachscharius autem suffixum ها ad vocem نعمة beneficium revocavit, nisi fallor versu Baschari ben-Abi-Hasim commotus

حَبَاكَ بِهَا مَوْلَاكَ عَنْ ظَهْرِ نَغْضَةٍ ‏ ‏ وَقَلَّدَهَا طَوْقَ الْحَمَامَةِ جَعْفَرُ

»Donavit te illo (beneficio) patronus tuus, quum nil a te accepisset et eo tanquam columbae collari se ornavit Djahfarus.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.

١٣٢ تَحَلَّلَتْ عُقَدُهُ

132. Nodi eius soluti sunt.

Ira eius sedata est.

١٣٣ تَصَامَمَ الْحُرُّ إِذَا سُنَّ الْقَذَعْ

133 Ingenuus surdum se esse simulat, quando verba turpia effunduntur.

Metrum proverbii Redjes appellatum est. conf. libr. m. p. 231. Metri quoque ratio in causa est, cur تصامم loco تصامّ dixerit. Mitem hominem verba turpia se non audire simulantem describit proverbium.

١٣٤ تَغَمَّرَ كان ولبس رِيًّا

134. Potus parvi poculi erat, sitim non explens.

In eum dicitur, qui rem, quam incepit, non omnino perficit.

١٣٥ تَذَكَّرَتْ رَيًّا صَبِيًّا فَبَكَتْ

135. Rajja filium (mortuum) recordata est, et ploravit.

Proverbii metrum Redjes appellatum est. conf. libr. m. p. 231. Rajja nomen mulieris annosae erat, quae filium, multo tempore ante ipsi morte ereptum deplorabat. In eum proverbium quadrat, qui ob rem multo ante amissam, quae recuperari non potest, tristitia afficitur.

١٣٦ تَهْوِيدٌ عَلَى رُيُودٍ

136. Somnus super montis prostantibus scopulis.

Rem inceptam periculosam esse, significat.

١٣٧ تَحْتَ جِلْدِ الضَّانِ قَلْبُ الأَذْوبِ

137. Sub pelle ovilla lupinum cor est.

De homine dicitur, qui dissimulatione alios decipit.

١٣٨ تَذْرِيعُ حِطَّانٍ لَهَا إِنْذَارٌ

138. Tinctura Haththani ei praemonitio est.

Tempore ante Mohammedem croco captivi occidendi brachium tingere solebant. Haththanus viri nomen est, qui, ut videtur, id primum facere solebat. لها aut ad animam aut ad feminam referendum videtur. In codice Pocockiano pro لها erat لنا »nobis.« In codice L. خطان scriptum est. De viro, qui interrogatus comiter benigneque respondet, sed aliter cogitat, dicitur.

١٣٩ تَأْتِى بِكَ الضَّامَّةُ عِرِّيسَ الأَسَدِ

139. Necessitas leonis lustrum te adire cogit.

Duplex est vocis الضامة et scribendi et derivandi modus. Aut ضامة scribitur a ضم derivanda vox aut ضامة a ضيم derivanda, ut sit pluralis forma a voce ضايم in-

iustus. Tum proverbii sensus est: »Iniusti leonis lustrum te adire cogunt.« Proverbium eum excusat, qui rem incerti eventus suscepit.

١٤٠ تَلْبِيدٌ خَيْرٌ مِنَ ٱلتَّصَبِّى

140. Comam gummi illitam habere melius est, quam leniter tantum lavare caput, ut sordes remaneant.

Proverbium virum, qui rem aggressus est, quam perficere non potest, vituperat.

١٤١ تَرَكْتُ عَوْفًا فِى مَغَانِى ٱلْأَصْرَمِ

141. Reliqui Auhfum in domiciliis lupi.

Reliqui eum in locis non habitatis, ubi auxilium praestari non potest. Voce الاصرمان »lupum et corvum« significant, ut singularis forma unum aut alterum designet. In eum quadrat, qui socium in periculo deseruit.

١٤٢ تَقِىءُ يَوْمًا بَيْنَ شِدْقَيْكَ ٱلدَّخَنْ

142. Evomes aliquando inter oris latera cibum corruptum et stomacho noxium.

Verba haec ei dicuntur, qui turpiter agens poena non adficitur, ut intelligat, tempus venturum esse, quo factorum poenitentiam agat, ut qui e cibo stomacho noxio damnum percipit, ei vomitus faciendi sint.

١٤٣ تَلْبِسُ أُذُنَيْكَ عَلَى مُضَاضٍ

143. Operis aures tuas contra dolorem internum.

Vocabulum مضاض »dolorem internum ex ira suppressa ortum« significat. De eo proverbium adhibetur, qui verba molesta patienter fert ignoranti, qui ipsum verbis lacessit, non respondens.

١٤٤ التَّجَارِبُ لَيْسَتْ لَهَا نِهَايَةٌ وَالْمَرْءُ مِنْهَا فِي زِيَادَة

144. Experientiae extremum non est, viri enim experientia semper augetur.

Ohmarum chalifam dixisse ferunt: adolescentem anno decimo quarto ad pubertatem pervenire, vicesimo primo obtinere longitudinem corporis perfectam, vicesimo septimo intellectum eius perfectum esse. Experientiis autem terminum non esse. Scharaf-Aldin.

Forma comparativi.

١٤٥ أَتْجَرُ مِنْ عَقْرَب

145. Mercaturae faciendae magis deditus quam Ahkrabus.

Dicitur quoque امطل من عقرب »Tardior in solvendo aere alieno quam Ahkrabus.« conf. C. XXIV, 400. Proverbia ista a Medinae incôlis profecta sunt. Ahkrabus mercatoris in oppido Medina nomen erat eiusque gens in oppido Medina mercaturae negotia exercebat. Narrant Alfadhlum ben-Ahbbas ben-Ahtabah ben-Abi-Lohab, durissimum illo tempore debiti exactorem Medinae, cum Ahkrabo mercaturam fecisse, et quum tempus debiti solvendi adfuisset, ad Ahkrabi portam cum asino suo consedisse et in legendo Corano occupatum fuisse. Nihilominus Ahkrabo non solvente Alfadhlum ad satyram acrem confugisse. Hos autem versus ei adscribunt

قَدْ تَجَرَتْ فِي سُوقِنَا عَقْرَبٌ   لَا مَرْحَبًا بِٱلْعَقْرَبِ ٱلتَّاجِرَةْ

كُلُّ عَدُوٍّ يَتَّقِى مُقْبِلًا   وَعَقْرَبٌ تُخْشَى مِنَ الدَّابِرَةْ

كُلُّ عَدُوٍّ كَيْدُهُ فِي ٱسْتِهِ   فَغَيْرُ مَخْشِيٍّ وَلَا ضَايِرَةْ

إِنْ عَادَتِ ٱلْعَقْرَبُ عُدْنَا لَهَا   وَكَانَتِ ٱلنَّعْلُ لَهَا حَاضِرَةْ

»Iam in foro nostro scorpio mercaturam fecit, ne felix sit adventus scorpioni mercaturam facienti! Omnis inimicus ex adverso veniens timetur, et scorpio a posteriore timetur. Omnis inimicus, cuius dolus in podice eius est, non timendus et non noxius habetur. Si scorpio redit, nos ei redimus, et solea ei parata est.«

In hisce versibus nominis mercatoris Ahkrab (s. scorpio) satyrico modo mentio facta est. Metrum versuum Sarih appellatum est. conf. libr. m. p. 243.

١٤٦ أَتْعَبُ مِنْ رَائِضِ مُهْرٍ

146. Magis fatigatus, quam is, qui equuleos docet.

Conf. Cap. XXIII, 310.

١٤٧ أَتْلَى مِنَ ٱلشِّعْرَى

147. Sequacior, quam stella Schihra.

Haec stella cognomen العبور habet et in ortu quum geminorum (Orionis) astrum sequatur, كلب الجبار »Orionis canis« appellatur. Conf. Cel. Ideleri libr. »Untersuch. über d. Ursprung u. die Bedeut. d. Sternnamen. p. 237 sq. 246.

١٤٨ أَتْيَمُ مِنَ ٱلْمُرَقِّشِ

148 Magis perditus amore, quam Almorakkischus.

Morakkischus natu minor Fathimae, filiae regis Almondsiri, amore ita perditus erat, ut ob tristitiam pollicem suum dentibus resecaret. Scharaf-Aldinus in quibusdam, quae adtulit, a Meidanio dissentit. Amicam fuisse filiam Ihdjlani, servam filiae Ahmrui ben-Hind. Maior natu ille

Almorakkisch cognominatus [1]) nomen Ahmru ben-Sahd ben-Malic gerebat. Natu minor illius patruelis erat et idem nomen gerebat aut secundum aliorum sententiam Hermelahus ben-Sahd appellatus erat. Quo magis autem ille puellae amore flagrabat, eo vehementius haec eum fugiebat, ut ob summum moerorem dentibus pollicem suum consumeret et in carmine inter alios hunc versum proferret

ألم تر أن المرء يجذم كفه ويجشم من هول الامور المجاشما

»Nonne vidisti virum qui manum suam amputat et ob rerum terrorem leonem adit.«

In posteriore versus hemistichio variae sunt lectiones. Metrum est Thawil appellatum. conf. libr. m. p. 162.

١٤٩ أتيه من فقيد ثقيف

149. Magis circumerrans, quam Fakid (amissus) Tsakifi.

In oppido Thajif primis Islamismi temporibus duo erant fratres, quorum alter feminam e gente Banu-Connah in matrimonium duxerat. Iter quum hic ingrederetur, fratri remanenti uxoris curam mandavit. Uxor pulchritudine excellens virum tanto amore incendit, ut in dies corporis viribus diminutis ne sedendi quidem facultas remaneret. Frater rediens, fratris morbo magnopere adflictus, quum morbi causam in vehementi amore cognovisset, se uxorem repudio dimittere dixit. Quo solatio viribus paulummodo restitutis quum mens sana rediisset, summo pudore adflictus in desertum abiit et nunquam rediit. Alterum autem ob amissum fratrem moeror non multo post necavit. Ille autem nomine فقيد ثقيف »Amissus Tsakifi« [2]) appellatus in proverbii consuetudinem venit. De eodem quoque prover-

1) Cognomen autem accepit a verbis لما رقش في ظهر الاديم قلم „Quemadmodum in tergo corii calamus strias duxit.“

2) Tsakif nomen gentis est.

bium est اتيم من فقيد ثقيف »Magis perditus amore quam Fakid-Tsakifi.

١٥٠ أَتْيَهُ مِنْ أَحْمَقِ ثَقِيفٍ

150. Superbior stulto e gente Tsakif.

Cognomen احمق ثقيف (stultus gentis Tsakif) Iosephus ben-Ohmar habebat, Iracae utriusque praefectus ab Heschamo ben-Ahbd-Almalic constitutus. Magna eius stultitia erat. Ad probandam eius tum stultitiam tum superbiam plura adferuntur. Inter alia narrant, virum, qui parva statura esset, si sartor redundare partem panni in vestis usum destinati dixisset, eum centum flagelli ictibus punivisse, sin vero plus postulasset, non solum rem postulatam dedisse, verum etiam postulantem honore adfecisse. Superbiae autem exemplum hoc adtulerunt. Quum chirurgi, ipsum scarificaturi manus tremuisset, cubiculario imperasse, ut chirurgo adstanti diceret: ne timeas! Conf. Scharaf-Aldin.

١٥١ أَتْمَكُ مِنْ سَنَامٍ

151. Altior (pinguior) quam cameli gibbus.

١٥٢ أَنْبَسُ مِنْ تُيُوسِ تُوَيْتٍ

152. Libidinosior, quam hirci gentis Towait.

Gens Towait ben-Habib ben-Asad ben-Ahbd-Alohssa ad tribum Koraisch pertinebat.

١٥٣ أَنْبَسُ مِنْ تُيُوسِ ٱلْبَيَّاعِ

153. Libidinosior, quam hirci Albajjahi.

Viri nomen esse dicunt Albajjahus ben-Ahbd-Jalil ben Naschib ben-Ghirah ben-Sahd ben-Laits ben-Becr. conf. C. XXI, 136 sq.

١٥٤ أَتْبَعُ مِنْ تَوْلَبٍ

154. Sequacior, quam asini pullus (matrem).

١٥٥ أَتْوَى مِنْ دَيْنٍ

155, Saepius periens, quam debitum.

Sic dicitur, quod maior debitorum pars cessat.

١٥٦ أَتْرَفُ مِنْ رَبِيبِ نَعْمَةٍ

156. Delicatius habitus quam educatus in opum abundantia.

١٥٧ أَتْيَهُ مِنْ قَوْمِ مُوسَى

157. Errabundior, quam populus Mosis.

١٥٨ أَتْوَى مِنْ سَلَفٍ

158. Magis periens, quam solutio pretii ante mercem traditam.

Simile huic est اتوى من دَيْنٍ conf. 155.

١٥٩ أَتَبُّ مِنْ أَبِى لَهَبٍ

159. Maiore detrimento adflictus quam Abu-Lahabus.

Hoc desumtum est ex Corani verbis تبت يدا ابى لهب »Pereant manus Abu-Lahabi« (Coran Sur. CXI. تبت initio).

١٦٠ أَتْخَمُ مِنْ فَصِيلٍ

160 Magis indigestione laborans, quam pullus cameli.

Cameli pullus plus lactis, quam satis est, bibere solet.

١٦١ أَتْعَبُ رَاكِبِ فَصِيلٍ

161. Magis fatigatus quam is, qui in camelo ablactato vehitur.

Iuvencus camelus, quod condocefactus non est, in ipso vehentem multum fatigat.

Proverbia recentiora.

١٦٢ تَوْبَةُ ٱلْجَانِي ٱعْتِذَارُهُ

162. Poenitentia improbi excusatio est.

١٦٣ تَزَاوَرُوا وَلَا تَجَاوَرُوا

163. Visitatum vos invicem venite, et ne estote vicini!

١٦٤ تَقَارَبُوا بِالْمَوَدَّةِ وَلَا تَتَّكِلُوا عَلَى ٱلْقَرَابَةِ

164. Propinqui estote inter vos cum amore, et in propinquitate fiduciam ne ponite.

١٦٥ تَعَاشَرُوا كَٱلْإِخْوَانِ وَتَعَامَلُوا كَالْأَجَانِبِ

165. Tanquam fratres societatem inter vos facite; sed in negotiis mercatoriis tanquam peregrini agite!

١٦٦ تَلَقَّاكَ سَبُعٌ وَلَا تَلَقَّاكَ ذُو عِيَالٍ

166. Occurrat tibi fera, et ne occurrat tibi pater familias!

١٦٧ تَوَكَّلْ تُكْفَ

167. Fiduciam in Deo habe et tibi sufficiet!

Proverbium hoc cl. Fleischerus in libro »Alis hundert Sprüche.« Leip. 1837. p. 67 sic adnotavit توكل على الله يكفك

١٦٨ تَشْوِيشُ العِمَامَةِ مِنَ المُرُوَّةِ

168. Conturbatio cidaris fortitudinis signum est.

Pocockius vertit »Diminutio tiarae de humilitate est, et Arabem quendam sic proverbium intellexisse dixit. Sed in hoc sine dubio error est. conf. prov. 184.

١٦٩ تَأَمُّلُ العَيْبِ عَيْبٌ

169. Contemplatio vitii vitium est.

١٧٠ تُجَازَى القُرُوضُ بِأَمْثَالِهَا

170. Merita aequalibus compensantur.

١٧١ تَكَلَّمْ فَقَدْ كَلَّمَ ٱللّٰهُ مُوسَى

171. Loquere, nam Deus cum Mose locutus est.

١٧٢ تُفَرِّقُ بَيْنَ المُسْلِمِينَ الدَّرَاهِمُ

172. Mohammedanos nummi separant.

١٧٣ تَجْرِى الرِّيَاحُ بِمَا لَا تَشْتَهِى السُّفُنُ

173. Venti id adducunt, quod naves non cupiunt.

١٧٤ تَجُرُّنِى وَأَنَا حَرِيصٌ

174. Trahis me et ego avidus sum.

Pocockius vertit: Petis a me, cum ego avarus sim.

١٧٥ تَفُورُ مِنْ نِصْفِ خُوصَةٍ قِدْرُهُ

175. Olla eius ob dimidium folii palmae exaestuat.

Sensus videtur: Ad iram pronus est.

١٧٦ تَخَلَّصْتُ مِنْهُ بِشَعْرَةٍ

176. Cum uno pilo me ex eo eripui.

Id est. Vix salvus e periculo evasi.

١٧٧ تَحَلُّمُ مَا لَمْ يَحْلُمْ بُهْتَانٌ عَلَى الْمَقَادِيرِ

177. Si quis narrat se somniasse, quod non somniavit, calumnia est contra fata.

١٧٨ تَرَكْتُهُ كُرَةً عَلَى طَبْطَابٍ وَحَبَّةً عَلَى الْمِقْلَى

178. Reliqui eum tanquam pilam super ligno, quo impellitur et granum super sartagine.

Summo periculo expositum et omni auxilio destitutum eum reliqui.

١٧٩ تَأَلُّفُ النِّعْمَةِ بِحُسْنِ جِوَارِهَا

179. Commoditas vitae vicinitatis pulchritudine coniungit (homines).

Qui vita commoda utitur, ad eum facile adsuescunt homines, quod eius vicinitas pulchra est. Pocockius sic vertit: »Adiunge rerum affluentiam bonis vicinis« et explicandi gratia addidit sc. bona facta et virtutes divitiis comites adiungas.

١٨٠ تَحِلُّ لَهُ الْمَيْتَةُ

180. Moriendi modus ei licitus est.

De paupere dicitur.

١٨١ تَرْكُ ٱلْمُكَافَاةِ مِنَ التَّطْفِيفِ

181. Quod si pensare omittimus, idem est ac si mensuram non prorsus implemus.

١٨٢ تَحْتَ هٰذَا ٱلْكَبْشِ نَبْشٌ

182. Sub hoc ariete effossio est.

De eo, in quem suspicio cadit, adhibetur.

١٨٣ تَرْكُ ٱدِّعَاءِ ٱلْعِلْمِ يَنْفِي عَنْكَ ٱلْحَسَدَ

183. Si scientiam tibi arrogare intermittis, invidiam a te depellis.

١٨٤ تَاجُ ٱلْمُرُوَّةِ ٱلتَّوَاضُعُ

184. Corona fortitudinis humilitas est.

١٨٥ ٱلتَّمْيِيزُ شُومٌ

185. Distinctio est infelicitas.

١٨٦ ٱلتَّعْبِيرُ نِصْفُ ٱلتِّجَارَةِ

186. Explicatio est dimidium mercaturae.

١٨٧ ٱلتَّسَلُّطُ عَلَى ٱلْمَمَالِيكِ دَنَاءَةٌ

187. Dure agendi modus contra servos vilitas est.

١٨٨ ٱلتَّحَسُّنُ خَيْرٌ مِنَ ٱلْحُسْنِ

188. Se pulchre gerere melius est, quam pulchritudo.

١٨٩ ٱلتَّقْدِيرُ أَحَدُ ٱلْكَاسِبَيْنِ

189. Dei rerum praedestinatio est unus duorum lucrifacientium.

Conf. prov. 195. Id est: Unam rerum partem diligentia et prudentia assequimur, alteram Dei praedestinatione.

١٩٠ التّواضُعُ شَبَكَةُ الشَّرَفِ

190. Humilitas est rete, quo nobilitas capitur.

١٩١ التّينَةُ تَنْظُرُ الى التّينَةِ فَتَيْنَعُ

191. Una ficus adspicit alteram et ad maturitatem pervenit.

Nisi fallor, proverbio hic sensus est: Natura omnes res sine opera et studio ad finem suum a Deo destinatum ducit.

١٩٢ اتّقِ مَجَانيقَ الضُّعَفاء

192. Cave debilium machinas.

Id est. Dei contra te invocationes.

١٩٣ اتّبِعِ النُّبَاحَ ولا تتّبِعِ الضُّبَاحَ

193. Sequere canis latratum et ne sequere vulpis latratum!

Canis latratus in deserto hominem ad habitacula ducit, vulpis vero in errorem coniicit; prudentia igitur in rebus nostris adhibenda est, ut videamus, quem ducem sequamur.

١٩٤ اتّكَلْنا مِنْهُ عَلَى خُصّ

194. Fiduciam posuimus in eius pariete arundineo.

Spes, quam de eo habebamus, nos fefellit.

١٩٥ التّدْبيرُ نِصْفُ المَعيشَة

195. Prudentia in rebus disponendis dimidium victus est.

Caput IV.

Littera Tsa.

ا ثَكْلٌ أَرْأَمَهَا وَلَدًا

1. Orbitas effecit, ut in filium propensa esset.

Verba haec Baihasus cognominatus Naahmah (struthiocamelus[1]), de matre dixit, quum occisis eius sex fratribus, solus superstes ad eam rediisset; a matre enim, ipse antea tanquam stultus neglectus, post fratrum caedem multo in amore habebatur. Baihaso, sic Almofadhdhelus retulit, e gente Banu-Fesarah ben-Dsobjan ben-Baghid oriundo sex fratres erant. Homines e gente Aschdjah, inter quos et Baihasi familiam bellum erat, incursionem facientes in illos camelis occupatos sex illos occiderant. Baihasum eorum natu minimum, qui stultus haberetur, vivum reliquerunt et secum eius precibus commoti ad gentem abduxerunt. Postridie mane quum camelum mactassent et carnem, dies enim fervidus erat, ne solis ardore corrumperetur, obumbrare vellent, Baihasus dixit: لكن بالاثلات لحم لا يظلل »Sed tamaricibus caro non obumbratur« conf. C. XXIII, 248. His verbis auditis eum animi sensum occultare putantes, eius occidendi consilium ceperunt. Postea consilium mutarunt. Per diem illum quum carne assata vescerentur

1) Cognomen sine dubio a stupiditate accepit.

et unus eorum laetitia exultans ما اطيب يومنا واخصبه »Quam pulcher et proventu abundans est dies noster!« dixisset, Baihasus dixit: لكن على بلدح قوم عجفى »Sed in loco Baldah est gens emaciata« conf. C. XXIII, 247. Tum Baihasus ad matrem rediens rei nuntium adtulit. At illa »Quomodo factum est, ut tu fratribus occisis ad me redieris, quum illi mihi cariores essent?« dixit. Baihasus, لو خيرت لاخترت »Si eligendi venia mihi concessa fuisset, elegissem« conf. C. XXIII, 2. respondit. Mater autem post illud tempus Baihasum amore amplectebatur, ut homines admiratione ducti dicerent: »Mater Baihaisi Baihasum amat;« at Baihasus ista verba audiens dixit: ثكل ارامها ولدا »Orbitas effecit, ut in filium propensa esset.« Post haec quum mater Baihaso occisorum vestes induisset, dixit: يا حبذا التراث لو لا الذلة »O quam pulchra haereditas, nisi dedecus esset!« Postea quum ad feminas suae gentis transiret, quae puellam ornarent eam ad sponsi, unius eorum, qui Baihasi fratres occiderant, domum deducturae, vestis parte a podice detracta caput suum texit. Mulieribus autem, quæ eum acclamarent et vituperarent, dixit: البس لكل حالة لبوسها اما نعيمها واما بوسها »Indue omni conditioni convenientem vestem sive læta sit sive infelix[1]).« conf. Hamas. p. ٣٢٢. Tum mulieres e gente Cenanah aliasque cibum sibi parare iussit et edens dixit: يا حبذا كثرة الايدى فى غير طعام »Quam pulchra est multitudo manuum in alia re, quam cibo.« At mater, illum nunquam fratrum caedem vindicaturum esse, quum diceret, mulieres illae responderunt: لا تامنى الاحمق وفى يده السكين »Ne securam te habeas a stulto, in cuius manu culter est!«, quae verba in proverbii consuetudinem cesserunt. Baihasus autem, quum nuntium, homines gentis Aschdjah in spelunca vino bibendo occupatos esse accepisset, avunculo suo Abu-Henesch appellato dixit: هل لك

1) Versus est metri Redjes appellati. conf. libr. m. p. 231.

في غار فيه ظباء لعلنا نصيب منها »Num intrare vis in speluncam, in qua dorcades sunt? Fortasse praeda potiemur.“ Alii referunt: هل لك في غنيمة باردة „Num praeda bona et facili potiri vis?“ quae verba postea in proverbium venerunt. Tum Abu-Heneschum ad speluncam, ubi illi congregati erant, adduxit eumque in eam protrudens dixit: ضَرْبًا ابا حَنَش „Percute, o Abu-Henesche!“ Quidam eorum Abu-Heneschum conspiciens dixit: „Abu-Heneschus vir strenuus est;“ at ille respondit: مكره اخوك لا بطل „Vi coactus est frater tuus, strenuus non est“, quae verba in proverbium venerunt. Conf. XXIV, 341. Kamusi auctor dixit, Baihasum in proverbium venisse, et designare virum, qui mortem ultus sit.

٢ الثَّيِّبُ عُجَالَةُ الرَّاكِبِ

2. Femina virginitate privata cibus est, quem secum ducit equo vehens.

Vocabulo العجالة „cibus, quem tanquam commeatum equo vehens secum portat et in quo sumendo nulla ei molestia est ex. gr. dactyli, farina significatur.“ Proverbium ex Ohmari chalifae verbis desumtum est: البكر كالبر تطحنها وتعجنها وتخبزها والثيب عجالة الراكب „Virgo similis est tritico, quod molis, subigis et coquis, ut panis fiat et femina, cui virginitas erepta est, similis habetur cibo, quem eques secum portat, et quo sine molestia utitur.“ conf. Har. p. ۴۹۴. Abu-Ohbaidus dixit, proverbium incitare hominem, ut paucis rebus ipsi necessariis contentus sit, si magnae res comparari nequeant.

٣ نَاطِحَةٌ مُدَّتْ بِمَاءٍ

3. Coenum aquà extensum fuit.

Virum cuius stultitia augetur, proverbium designat. Conf. Samachschar.

٤ ثَارَ حَابِلُهُمْ عَلَى نَابِلِهِمْ

4. Concitatus est is, qui retia tendit contra eum, qui sagittas habet.

Loco vocis ثار legitur ثاب „congregatus est.“ Id est: Res eorum perturbatae sunt. Significat proverbium, concordiam et amicitiam hominum turbatam esse, ut turbae inter ipsos oriantur. Conf. Golii Adag. p. 113.

٥ اَلثَّوْرُ يَحْمِى أَنْفَهُ بِرَوْقِهِ

5. Taurus nasum suum cornu defendit.

Proverbium ad defendenda iura familiamque suam hominem impellit. Conf. Abulf. Ann. T. I, p. 308. Metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230.

٦ ثَنَى عَلَى ٱلْأَمْرِ رِجْلًا

6. Inflexit super re pedem.

Se rem possidere et diligenter custodivisse confisus est.

٧ اَلثَّكْلَى تُحِبُّ ٱلثَّكْلَى

7. Orbata amat orbatam.

Una alteram ploratu et tristitia mutua consolatur.

٨ ثُلَّ عِرْشُهُ

8. Solium eius fractum fuit.

Potentia eius evanuit, et status eius depravatus fuit. Duplex hoc loco vocabulo عرش tribui potest significatio, aut solii thronive regii aut domus lignis dispositis exstructae et tecto instructae. Sohairus proverbium versui inseruit

تَدَارَكْتُمَا عَبْسًا وَقَدْ ثُلَّ عِرْشُهَا ... وَذُبْيَانَ إِذْ زَلَّتْ بِأَقْدَامِهَا ٱلنَّعْلُ

„Vos ambo gentem Ahbs appellatam reparastis, quum eius

domus destructa esset, et gentem Dsobjan, quum calcei cum pedibus lapsarent."

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162. Simili modo, quo in proverbio, dicitur: ثل الله عرشهم „Destruxit Deus thronum vel domum eorum."

٩ ثَرَى بَنُو جَعْدٍ وَكَانُوا أَزْلَقَى

9. Gens Banu-Djahd numerosa evasit et pauci fuerant.

In eo adhibetur, qui potens factus est, postquam vilis fuerat. Banu-Djahd ignotae familiae nomen esse videtur, a qua proverbium desumtum est. Metrum est Redjes conf. p. 230.

١٠ تَأْدَاءُ وَجْهٍ شَافَهُ ٱلتَّرْغِيشُ

10. Faciem servae opum multitudo polivit.

Vocabulo تادا وجه sunt pro وَجْهُ تَادَاءِ. In eum adhibetur, cuius turpem originem divitiarum multitudo decoravit. Metrum est Redjes conf. p. 230.

١١ تَنَبَّتَ نَحْوِى بِٱلْعِرَاءِ ٱلْأَوَابِدَ

11. Versus me in deserto feras convertisti.

De eo dicitur, qui rem, cui impar est, pollicetur.

١٢ ثَوْرُ كِلَابٍ فِى ٱلرِّهَانِ أَقْعَدُ

12. Taurus Cilabi in cursus certamine tardus est.

Cilabum ben-Rabiah ben-Zahzaah Kaisitam, qui stupiditate notus esset, vitulum bovinum sibi parasse narrant, ut eius cursu in certamine vinceret. quapropter proverbium hoc adhibent de eo, qui rem petit, quae non existit.

١٣ ثَمَرَةُ ٱلصَّبْرِ نُجْحُ ٱلظَّفَرِ

13. Fructus patientiae est felix successus victoriae.

Ut patientia in re ingrata adhibeatur, proverbium monet.

١٤ ثُؤْلُولُ جَسَدِهِ لَا يُنْزَعُ

14. Verruca corporis eius non evellitur.

In eum, qui corrigi non potest, dicitur.

١٥ ثَارَ ثَائِرُهُ

15. Concitatus fuit eius concitatus.

In hominem dicitur, qui ira inflammatur.

١٦ ثَمَرَةُ الْعُجْبِ الْمَقْتُ

16. Fructus amoris, quo vir se ipsum amplectitur, odium est.

١٧ ثَمَرَةُ الْجُبْنِ لَا رِبْحٌ وَلَا خُسْرٌ

17. Fructus timiditatis neque lucrum est neque iactura.

Vulgus simili modo dicit: التاجر الجبان لا يربح ولا يخسر „Mercator timidus neque lucrum facit neque iacturam“

١٨ ثَبْتُ الْغَدَرِ

18. Firmiter incedens in terra salebrosa.

Dicitur رجل ثبت „Vir, qui neque in pugna neque in sermone labitur.« Vocabulum autem terram salebrosam, in qua vix iumentum incedere potest, designat. Tum in hominem transfertur, qui in omnibus rebus, quas suscipit, firmiter agit.

١٩ ثَاقِبُ الزَّنْدِ

19. Ardens igniarium habens.

Talis est, cuius igniarium, quum percutitur, statim ignem emittit. Hominem sagacem et bene res perficientem proverbium significat.

٢٠ ثَكِلَتْكَ الْجَثْلُ

20. Mater te orbata sit!

Vocabulum جثل proprie significat „comam densam," ut sit pro ذات الجثل „coma densa praedita," quae significatio in matrem translata est. Tsahlebo جثلة الرجل uxor est. Kamusi auctor vocabulo جثل cum duabus vocalibus Fata enunciando uxoris aut matris significationem in proverbio tribuit. Proverbium dira imprecatio est.

٢١ ثَكِلَتْكَ أُمُّكَ أَىَّ جَرْدٍ تَرْقَعُ

21. Mater te orbata sit! Quam vestem attritam reparas?

In eum dicitur, qui rem inutilem petit.

٢٢ تَبَتَ لِبْدُهُ

22. Equi stratum ei firmum sit!

Dira imprecatio in virum est. Et dicitur اثبت الله لبده „Firmum reddat ei Deus equi stratum!" Vocabulo لبد „equi strati" significatio tribui potest, ut sensus sit: Ne Deus permittat, ut equo stratum imponat i. e. iter faciat aut in hostium regionem incurrat, quo commodum ei paretur.

٢٣ ثَوْبَكَ لَا تَقْعُدُ تَطِيرُ بِهِ ٱلرِّيحُ

23. Vestem (custodi)! ventus eam non auferet.

Accusativus ثوبك cum omisso verbo احفظ custodi cohaeret; voci تقعد autem eadem significatio, quam تصيم tribuenda est, ut cum sequente verbo تطير coniungatur.

Forma comparativi.

٢٤ أَثْقَلُ مِنْ تَهْلَانَ

24. Gravior, quam mons Tsahlan.

Mons hic in regione Alahlijjah et quidem in ditione gentis Nomair situs erat. Habebat quoque cognomen ثهلان الجوع „Tsahlan famis", quod aridus erat. conf. Scharaf-Aldin. Dicitur quoque اثقل من شمام „Gravior, quam Schamami." Schamami nomen montis erat duobus verticibus praediti, qui ابنا شمام „filii duo Schamami" appellabantur.

٢٥ أَثْقَلُ مِنْ نَضَادِ

25. Gravior, quam mons Nadhadi.

Nadhadi nomen montis in regione Alahlijjah est. Incolae regionis Hidjas Nadhadi enunciant; at tribus Tamim Nadhado.

٢٦ أَثْقَلُ مِنْ عَمَايَةَ

26. Gravior, quam mons Ahmajah.

Mons hic in regione Bahrain in ditione gentis Hudseil situs est. Poeta quidam dualis formam ei tribuit.

٢٧ أَثْقَلُ مِنْ أُحُدٍ

27. Gravior, quam mons Ohod.

Mons apud Jetsrebum (Medinam) situs pugna inter Mohammedanos et Meccenses primo tempore Islamismi notus est.

٢٨ أَثْقَلُ مِنْ دَمْخِ ٱلدِّمَاخِ

28. Gravior, quam mons Damch Aldimach.

Damch nomen montis magni est in regione Dharijjah (فى حمى ضرية) siti. Plurali دماخ montes in regione Nedjd appellantur. Est igitur maximus eorum, qui الدماخ nomen habent. In ditione gentis Nofail ben-Ahmru ben-Cilab erat.

٢٩ أَثْقَلُ مِنْ حِمْلِ ٱلدُّهَيْمِ

29. Gravior, quam onus camelae Aldohaim.

Caemla isto nomine appellata Ahmruo ben-Sabban erat. Fratrum occisorum capita ad patrem Alsabbanum adducebat. conf. C. XIII, 116 et ibi proverbium اخر البز على القلوص.

٣٠ أَثْقَلُ مِنَ ٱلزَّوَاقِى

30. Molestior, quam vociferantes.

Mohammedes ben-Kodamah narravit, grammatico Ferra appellato vocabuli الزواقى significationem ignotam fuisse, et Arabem dixisse, vocabulo vociferantes gallos significari, qui noctu confabulantibus Auroram annunciantes molesti sint.

٣١ أَثْقَلُ مِنَ ٱلزَّاوُوقِ

31. Gravior, quam argentum vivum.

Medinae incolis proprium proverbium est, qui زاووق pro زيبق „argentum vivum" dicunt.

٣٢ أَثْقَلُ مِنَ ٱلْكَانُّونِ

32. Molestior, quam ii, qui secreto loquentibus superveniunt.

Quid vocabulum الكانون proprie significet, Arabes dubitant. De eo usurpari dicunt, qui secreto loquentibus superveniat, ut a verbo كن texit derivatum sit. Ad vocabuli significationem probandam Alhothaiahi (الحطيئة) poetae inter Arabes haud incelebris versus adnotarunt, quos, quum sint poetae istius vilis cogitandi et sentiendi rationis testimonium, (sunt enim in matrem dicti), exscripsi:

جَزَاكِ ٱللّٰهُ شَرًّا مِنْ عَجُوزٍ   وَلَقَّاكِ ٱلْعُقُوقَ مِنَ ٱلْبَنِينَ
تَنَحَّى فَٱقْعُدِى عَنِّى بَعِيدًا   أَرَاحَ ٱللّٰهُ مِنْكِ ٱلْعَالَمِينَ
أَغِرْبَالًا إِذَا ٱسْتُودِعْتِ سِرًّا   وَكَانُونًا عَلَى ٱلْمُتَحَدِّثِينَ
أَلَمْ أُظْهِرْ لَكِ ٱلشَّحْنَاءَ مِنِّى   وَلٰكِنْ لَا إِخَالُكِ تَعْقِلِينَ
حَيَاتُكِ مَا عَلِمْتُ حَيَاةُ سُوءٍ   وَمَوْتُكِ قَدْ يَسُرُّ ٱلصَّالِحِينَ

»Deus tibi malum penset, o vetula! et filiorum adversum animum et inobedientiam tibi excitet! Recede a me, et procul a me sede, te mortua hominibus Deus quietem concedat! O cribrum, quum secretum tibi tradiderunt, et superveniens inter se clanculum loquentibus! Nonne tibi odium erga te meum patefeci, sed te non puto esse prudentem. Vita tua est, quod scio, vita prava, et mors tua probos laetitia afficiet.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. conf. libr. m. p. 204. Sed 'Thabarita vocabulum duplici modo explicari posse dicit. Esse Graecis nomen mensis hiberni, quo hiemis significetur. Hiemis autem tempore expensa esse plura hominibus, quam aestatis tempore, quapropter hominibus molesta sit. Aut denique foculi nomen esse, qui loco positus non removeatur.

٣٣ أَثْقَلُ مِنْ رَحَى ٱلْبِزْرِ

33. Gravior, quam mola seminis.

Dixit poeta:

وَأَطْيَشُ إِنْ جَالَسْتَهُ مِنْ فَرَاشَةٍ وَأَثْقَلُ إِنْ عَاشَرْتَهُ مِنْ رَحَى ٱلْبِزْرِ

»Levior, si apud eum sedes, quam papilio, et gravior (molestior), si cum eo societatem iniisti, quam mola seminis.

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.

٣٤ أَثْقَلُ مِنَ ٱلرَّصَاصِ وَمِنَ ٱلْحُمَّى وَمِنَ ٱلْمُنْتَظِرِ

وَمِنَ ٱلنُّضَارِ وَمِنْ طَوْدٍ

34. Gravior pondere, quam plumbum et molestior quam febris, et quam exspectans et gravior pondere quam aurum et quam mons.

Quinque sunt proverbia.

٣٥ أَثْبَتُ مِنْ قُرَادٍ

35. Firmius adhaerens, quam ricinus.

Ita firmiter adhaerere solet cameli corpori ricinus, ut vix avelli possit.

٣٦ أَثْبَتُ مِنَ ٱلْوَشْمِ

36. Firmius inhaerens, quam pictura (in manu).

Signa acu in manu facta et cuti glasto imbuta deleri non possunt.

٣٧ أَثْبَتُ فِي ٱلدَّارِ مِنَ ٱلْجِدَارِ

37. Firmior in domo quam paries.

Proverbium hoc ex versibus poetae desumtum est

كَأَنَّهُ فِي ٱلدَّارِ رَبُّ ٱلدَّارِ

أَثْبَتُ فِي آلدَّارِ مِنَ الْجِدَارِ
أَطْفَلُ مِنْ لَيْلٍ عَلَى نَهَارِ

»Quasi in domo dominus domus esset; firmior in domo, quam paries, importunius intrans, quam nox in diem (quia nox sine venia in diei tempus intrat).

Metrum versuum Sarih appellatum est. conf. libr. m. p. 246.

٣٨ أَثْقَفُ مِنْ سِنَّوْرٍ

38. Celerius rapiens, quam felis.

٣٩ أَثْأَرُ مِنْ قَصِيرٍ

39. Vindictae cupidior, quam Kazirus.

Kazirus ben-Sahd Allachmi, Djadsimahi Alabrasch socius erat. Primus, aliis unus fuisse dicitur, qui ab aliis non adiutus se vindicaret. Conf. VII, 9. XXIII, 420.

٤٠ أَثْقَلُ رَأْسًا مِنَ آلْفَهْدِ

40. Graviore capite praeditus, quam lupus cervarius.

Videtur ad somnum respicere, quia انوم من فهد »Magis dormiens, quam lupus cervarius« dicitur.

٤١ أَثْبَتُ مِنْ أَصَمَّ رَأْسٍ

41. Firmior, quam durus capite.

Verbis اصم راس »Durus capite« montem designat.

٤٢ أَثْقَلُ مِنْ رَقِيبٍ بَيْنَ مُحِبَّيْنِ

42. Molestior, quam custos inter amantes.

18*

٤٣ أَثْقَلُ مِنْ أَرْبَعَا لَا تَدُور

43. Molestior, quam feria quarta, quae non redit.

Dies hic fine mensis non redit.

٤٤ أَثْقَلُ مِمَّنْ شَغَلَ مَشْغُولًا

44. Molestior quam is, qui occupatum distinet.

٤٥ أَثْقَلُ مِنْ قَدَحِ اللَّبْلَابِ عَلَى قَلْبِ الْمَرِيضِ

45. Molestior, quam poculum plantae Lablabi aegroti animo.

Conf. C. II, 164. لبلاب medicina ingrati saporis esse videtur. Convolvulus s. helxine hoc nomen habet. Cecinit Baschscharius

يا بغيضًا زَادَ فى البُغْضِ عَلَى كُلِّ بَغِيضِ

يا شَبِيهًا قَدَحَ اللَّبْلَابِ فى عَيْنِ الْمَرِيضِ

„O exosum! qui odiosior est, quam omnis odio dignus. O similem poculo medicinae Lablab in oculo aegroti!

Versuum metrum Raml appellatum est. conf. libr. m. p. 239.

Caput V.

Littera Djim.

جَرْىُ الْمُذَكِّيَاتِ غِلَابٌ ١

1. Cursus equorum robustorum victoriae certamen est.

Voce مذكى equus sexennis aut septennis significatur, qua aetate molestiis ferendis aptissimus est. Proverbium significat aut talem equum alterum cursu vincere aut in tali equo posteriores cursus partes prioribus vehementiores esse, ut quasi secum certare videantur. Proverbium quoque sic effertur جرى المذكيات غلاء »Cursus equorum robustorum sagittae iactus vehementes sunt.« De viro, qui alios virtute vincit, proverbium adhibetur.

جَرْىَ الْمُذَكِّى حَسَرَتْ عَنْهُ الْحُمُرْ ٢

2. Currit equi robusti modo; asini eum sequi non possunt.

Vocabulum حسر, cui significatio lassus fuit est, cum praepositione عن coniunctum est, quia significatione verbo عجز debilis fuit seu rei impar fuit aequatur. Accusativus جرى ab omisso verbo يجرى currit dependet. Virum aequales virtute sua superare proverbium indicat. Proverbio metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 232.

جَرَى ٱلْوَادِى فَطَمَّ عَلَى الْقَرِىّ ٣

3. Fluxit vallis fluvius et rivulos horti operuit.

Vocabulo قرى locus vel canalis significatur, per quem aquam in hortum ducitur. Praepositio على sensui tribuitur, ut sit pro اتى على القرى فاهلكه »Supervenit canali eumque perdidit.« Sic dixit Meidanius. Mihi praepositio potius adhibita videtur propter tegendi significationem, quæ voci طم inest. Malum ad extremum pervenisse et fines transgressum esse, proverbium significat. At Samachscharius dixit, proverbium significare, virum adversarium suum vicisse.

٤ جُرُّوا لَهُ الخَطِيرَ مَا انْجَرَّ لَكُمْ

4. Trahite ei funem, quamdiu trahi se vobis patitur.

Vocabulo خطير »funis, qui annulo per cameli nasum traiecto alligatus est, et cuius ope ducitur« significatio est. Efficite, ut vos sequatur, quamdiu vobis rei potestas est. Ut salutem quaeramus et hominibus blandiamur, proverbium hortatur. Auctorem esse Ahmmarum ben-Jasir, Abu-Ohbaidus retulit. At vero Samachscharius adnotavit, Ahlium haec verba in Ahmmarum dixisse. Adhiberi in cautione et in rebus, quae saluti nobis sint.

٥ جَلَّتِ الهَاجِنُ عَنِ الوَلَدِ

5. Nimis parva est puella immatura, quam ut filium habeat.

Voci جل, cui contrariae significationes sunt, hoc in proverbio parvus fuit significatio tribuitur. Significat, hominem ante tempus conveniens re occupatum esse. Samachscharius alium proverbii legendi modum adnotavit جلت الهاجن عن الرفد »Nimis parva est camela ante tempus concipiens, quam ut vas magnum lacte impleat.« Causam hanc fuisse narrant. Camela iuvenca, quae ante tempus conceperat, primum multum lactis emisit; sed an-

nosa facta parum. Pastor, quid esset, interrogatus proverbii verbis respondit. Legitur quoque sic proverbium جل الرفد عن الهاجن »Vas nimis magnum est pro camela iuvenca, quae ante tempus concepit.« conf. prov. 39. Adhibetur autem de re, quam quis longe remotam putat.

٦ جَدَحَ جُوَيْنٌ مِنْ سَوِيقِ غَيْرِهِ

6. Miscuit Djuwainus alius ptisanam sumens.

Virum in aliorum opibus erogandis liberalem esse, significat. Sed Samachscharius, proverbium de viro avido, multum petente adhiberi, dixit.

٧ جَدَّهَا جَدَّ العَيْرِ ٱلصِّلِّيَانَةَ

7. Abrupit id (iuramentum), quemadmodum asinus herbam Zilijjan abrumpit.

Suffixum ها ad vocem يمنين iuramentum referendum est. Herbam istam asinus saepius cum radice evellit. De eo igitur adhibetur, qui sine cunctatione celeriter iuramentum praestat. conf. Cap. III, 102.

٨ جَزَآءَ سِنِمَّارٍ

8. Sinimmari remuneratione (me remuneratus est).

Accusativus cum omisso verbo جزانى »me remuneratus est« cohaeret. Sinimmarus architecti Graeci nomen erat, qui iussu Alnohmani arcem Chawarnakum exstruxisse dicitur. Opere perfecto, ne alii similem arcem conderet, Alnohmanus de summa arce eum deiecit. Beneficia malis remuneratum esse quendam, proverbium significat. Alii autem virum hunc arcem Ohaihaho ben-Aldjolah exstruxisse narrant. Hic quum ab Ohaihaho interrogatus esset, num arcem firmissimam fecisset, dixit, se lapidem in ea nosse, qua detracta tota arx corrutura esset. Quem lapidem quum Ohaihaho indicasset, ab eo a summa arce deiectus

mortem obiit. Ad proverbium 127 dictum legimus, dialecto Hudseilitarum furem سنمار appellari, propriam autem vocis سنمار esse significationem »noctu non dormiens.« Proverbii poeta hoc in versu mentionem fecit:

جَزَتْنَا بَنُو سَعْدٍ بِحُسْنِ فِعَالِنَا   جَزَاءَ سِنِمَّارٍ وَمَا كَانَ ذَا ذَنْبِ

»Remunerata est nobis gens Saahd pulchra nostra facta modo, quo Sinimmaro remuneratio erat, et criminis obnoxius non erat.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162. Samachscharius autem Scharabui Calbitae versus adnotavit, quibus tota res descripta est:

جَزَانِى جَزَاهُ ٱللّٰهُ شَرَّ جَزَائِهِ   جَزَاءَ سِنِمَّارٍ وما كَانَ ذَا ذَنْبِ

سِوَى رَصِّهِ ٱلْبُنْيَانَ سَبْعِينَ حِجَّةً   يُعَلُّ عَلَيْهِ بِالْقَرَامِيدِ وَٱلسَّكْبِ

فَلَمَّا رَأَى ٱلْبُنْيَانَ تَمَّ سُحُوقُهُ   وَآضَ كَمِثْلِ ٱلطَّوْدِ ذِى ٱلْبَاذِخِ ٱلصَّعْبِ

وَظَنَّ سِنِمَّارٌ بِهِ كُلَّ خَيْرَةٍ   وَفَازَ لَدَيْهِ بِٱلْمَوَدَّةِ وَٱلْقُرْبِ

فَقَالَ ٱقْذِفُوا بِٱلْعِلْجِ مِنْ رَأْسِ شَاهِقٍ   فَذَاكَ لَعَمْرُ ٱللّٰهِ مِنْ أَعْظَمِ ٱلذَّنْبِ

»Remuneratus est me, Deus ob pessimam remunerationem eum puniat, remuneratione Sinimmari, qui non peccaverat. Per septuaginta annorum spatium aedificium exstruxerat, iterum iterumque super eo tegula et plumbum coniungens et quum aedificium altitudine perfecta vidisset et factum esset simile monti alto, difficili et Sinimmarus putasset, se omne bonum per id assecutum et illius amore et propinquitate potitum esse; tum ille dixit: proiicite barbare loquentem a fastigio alti (aedificii) et hoc per Deum! maximum crimen erat.«

Metrum est Thawil appellatum. conf. l. m. p. 162.

٩ جُرْحُهُ حَيْثُ لَا يَضَعُ ٱلرَّاقِى أَنْفَهُ

9. Vulveravit eum, ubi incantator nasum suum non ponit.

Verba haec Djendelam filiam Alharetsi, quae Hentselaho ben-Malic nupta esset, dixisse narrant. Haec etiam tum virgo, maritus enim senex erat, quum quadam nocte foras exiisset, a viro subito in eam irruente virginitate privabatur. Quam ob rem clamorem tollens viro, quid esset, interroganti, respondit, se punctam esse, et iterum interroganti, ubi? حيث لا يضع الراقي انفه »Ubi incantator nasum suum non ponit,« dixit. Proverbium, virum in rem incidisse, e qua effugium ipsi non sit, indicat. Aliis autem, ut Samachscharius retulit, proverbium significat, quendam re afflictam esse, quam patefacere non possit.

١٠ حَلَى مُحِبٌّ نَظَرَهُ

10. Ornavit amans adspectum suum.

Pulchro modo eos, quos amat, vir adspexit. Desumtam ornandi significationem volunt a loquendi modo جلوت العروس »Ornatam sublato velo sponsam ostendi.« Sunt autem, qui جلى (Djalla) enuncient, ut sensus hic sit »manifestavit amorem eius modus, quo ille te adspexit vel quo tu illum adspexisti« ut verba inversa sint pro جلى محبا نظره »Detexit amantem adspectus eius« Meidanius dixit, proverbium de amore et odio gentis adhiberi. Samachschario de viri adspectu, quo eius amor manifestaretur, adhibetur. Conf. C. XIII, 22.

١١ حَلَبَتْ حَلْبَةً ثُمَّ أَقْلَعَتْ

11. Clamorem sustulit, tum abrupit.

Legitur quoque احلبت حلبة »Tenuem pluviam emisit (nubes).« Quae verbi احلب significatio a nomine حلبة »pluvia tenuis« deducenda est. Proverbium timidum, qui minatur, et post minas tacet, designat.

١٢ جِذْلُ حِكَاكٍ

12. Arboris truncus, ad quem cameli se fricant.

Arboris truncus in locis, ubi cameli ad aquam decumbunt, in terram defigitur, ut scabiosi ad eum se fricent. Quapropter in virum proverbium translatum est, cuius prudentia et consilium aliis medelae est. conf. C. I, 125.

١٣ جَعْجَعَةٌ وَلَا أَرَى طِحْنًا

13. Strepitum molae (audio); sed farinam non video.

In initio proverbii اسمع audio supplendum est. Kamusi auctor sic adnotavit proverbium اسمع جعجعة ولا ارى طحنا »Audio molae strepitum et non video farinam.« Adhiberi de avaro, qui promissis non satisfaciat et de timido, qui minetur; sed nil suscipiat. Cum hoc et Scharaf-Aldinus et Samachscharius tum in legendo tum in intelligendo proverbio consentiunt. Et sic Bertheau ex Abu-Ohbaido p. 17 text. Arab. proverbium adnotavit.

١٤ جَرَى مِنْهُ مَجْرَى اللَّدُودِ

14. Modus eius est modus medicamenti, quod aegroto per oris angulum infunditur.

Quam maxime odiosus et ingratus est. Samachscharius, in cuius codice proverbium hoc mancum est, dixit adhiberi de re, quae in virum effectum habeat. Nec non alterum Meidanii modum adnotavit.

١٥ جُمَّارَةٌ تُؤْكَلُ بِالْهِلَاسِ

15. Medulla palmae editur in amentia.

Proverbio utuntur, quum quis magna cum molestia opes colligit, quas stulto haeredi relinquit.

١٦ جَمَاعَةٌ عَلَى أَقْذَاءٍ

16. Congregatio super festucis (sordibus).

Corporum est congregatio, sed animorum dissensio. Praepositio على statum hominum significat. Idem sensus verbis Mohammedis هدنة على دخن »Induciae super odio.« i. e. dum hominum animi odio pleni sunt. De eo adhibetur proverbium, qui sinceram amicitiam simulat; sed noxam inferre cogitat.

١٧ جَاءَ بِالضِّحِّ وَالرِّيحِ

17. Adtulit solem et ventum.

Sensus est: Adtulit res manifestas et occultas. Adhibetur de eo, qui magnas opes et magnum numerum adducit. In voce ضح explicanda interpretes non consentiunt. Ibn-Alahrabius vocabulo ضح res, quas sol attingat; ريح vero res, quas ventus attingat, significari dixit. Alasharius vocabulum ضح ex ضحى, abiecta littera ى, ortum esse contendit, dum Abu-l'Haitsamus vocis radicem وضح esse vult. Vulgus, ut voci ريح conforma sit, ضيح enunciat. Id quod Djeuharius vituperavit. Conf. Kamus. et Samachscharium.

١٨ جَاءَ بِالطِّمِّ وَالرِّمِّ

18. Adduxit aquam multam et terram humidam.

Alasharius طَمّ cum vocali Fatha enunciandam vocem, in proverbio propter sequens رِمّ mutatam esse dixit. Proverbii sensus idem est ac in praecedente. Kamusi auctor varium proverbii intelligendi modum adnotavit: جاء بالطم والرم بالبحرى والبرى او الرطب واليابس او التراب والماء او بالمال الكثير والرم ما يحمله الماء او ما على وجه الارض من فتات الحشيش »Verba جاء بالطم والرم significant venit

cum marino et terrestri vel cum humido et arido vel cum terra et aqua vel cum opibus multis vel vocabulum السرم designat id quod aqua portat vel herbarum parvas partes dispersas super terrae superficie.

١٩ جَاءَ بِالْقَضِّ وَالْقَضِيضِ

19. Apportavit lapides magnos et lapillos.

Lapides fracti et parvi قضيض, lapides magni قض appellantur. Sed est de vocabulis قض et قضيض inter lexicographos dissensio. vid. lexic. meum et Kamusum. Proverbii autem sensus est: magnas et parvas res i. e. (omnes) adduxit.

٢٠ جَاءَ الْقَوْمُ قَضُّهُمْ بِقَضِيضِهِمْ

20. Venit gens, magni eorum lapides cum parvis.

Omnes venerunt. Sibawaihii est sententia, vocabulum قضهم accusativi casum, tanquam nomen actionis habere posse, quod Alazmäius negat. Dicitur quoque جاء قَضًّا وقضيضا »Singuli et catervatim venerunt«, et جاوا قضضهم وقضيضهم, i. e. Omnes venerunt. Vocabulum cum vocali Kesre enunciari potest. De vocibus قض et قضيض accuratius intelligendis lexicographi non consentiunt. conf. Kamus. Cecinit poeta:

وَجَاءَتْ سُلَيْمٌ قَضُّهَا بِقَضِيضِهَا وجمع عوالٍ ما أدقّ وألأما

»Venit gens Solaim cum agminibus suis et gentis Ohwal turbae, quam tenues et quam viles erant!«

٢١ جَاءَ وَقَدْ لَفَظَ لِجَامَهُ

21. Venit et ex ore fraenum iam deiecerat.

Lassus et fatigatus a negotio necessario suo recesserat.

٢٢ جَاءَ وَقَدْ قَرَضَ رِبَاطَهُ

22. Venit et vinculum suum iam abruperat.

Proprie dorcadem significat, quae rete rupto aufugit et multum fatigata advenit, tum in hominem translata est res.

٢٣ جَاءَ عَلَى غُبَيْرَاءِ الظَّهْرِ

23. Venit super terra dorsi.

Venit nil secum habens nisi terram, per quam abiit rediitque. Id est: Rediit spe frustratus. Eundem sensum habent رجع على ادراجه et رجع عوده على بدئه et رجع درجه الاول. Kamusi auctor hunc loquendi modum adnotavit تركه على غبراء الظهر et تركه على غبيراء الظهر »Reliquit eum spe frustratum.« Samachscharius dixit et sic audiri proverbium: جاء على ظهر الغبيراء »Venit super dorso terrae« i. e. pedibus incedens venit.

٢٤ جَاوِرِينَا وَٱخْبُرِينَا

24. Vicina nobis esto et nos cognosce!

Ionas viros duos, quorum alter pulcher, alter foedus esset, mulieri amorem monstrasse narravit. Pulchrum ei: عاشرينا وانظرى الينا »Nobiscum verseris et nos adspicias!« fœdum vero dixisse: جاورينا واخبرينا »Vicina nobis sis, et nos cognoscas!« Mulierem igitur utriusque tentandi causa iussisse, ut camelum mactarent, et specie mutata ad utrumque accessisse. Primum ad pulchrum accedentem, ad ollam stantem eum invenisse et adipem lambentem et edentem, dum suis imperaret, ut omne album (adipem) ipsi reservarent. Mulieri autem cibum petenti praeputium (i. e. pessimam partem) cameli porrexisse. Inde quum ad foedum ivisset mulier, invenisse eum carnem inter alios distribuentem, roganti cuique dantem, ipsam autem optimas cameli partes accepisse. Prostridie, quum uterque ad ipsam

venisset, carne, quam accepisset, coram utroque posita, foedo nupsisse. De eo, cuius sub foeda corporis forma pulcherrimae animi dotes reconditae sunt, proverbium adhibetur.

٢٥ جَرِّبْ تَقْلِهْ

25. Experire et tu eum odio habebis.

Si eum experiris, ob multa vitia odio eum habebis. Eodem sensu dicitur اُخْبُرْ تَقْلِهْ »Cognosce et eum odio habebis.«

٢٦ جَلَدَهَا بِأَيْرِ بْنِ الْغَزَ

26. Percussit eam virgâ Ibn-Alghasäi.

Abu-l'Jekthsanus dixit, virum fuisse appellatum Sahdum ben-Alghasa Alajahdi. Ibn-Alcalbius viri nomen fuisse Alharits et ante Mohammedem vixisse narravit. Magno et rigido pene praeditus erat, ut hanc ob causam in proverbii consuetudinem veniret. Proverbium, unum ab altero talem poenam, qua alter re desiderata potiretur, repetere significat.

٢٧ جَارٌ كَجَارِ أَبِي دُوَادْ

27. Vicinus ut vicinus Abu-Duadi.

Cahbus ben-Mahma benigne se gerere solebat erga vicinos suos, ut, si unius camelus aut ovis periisset, alium redderet, et vicini mortem dato pretio expiaret. Quod quum quoque poetae Abu-Duado fecisset, qui in eius vicinitatem se contulisset, factum in proverbium cessit, quo proverbio vicinitas pulchra designatur. Cecinit Kaisus ben-Sohair:

أُنَوِّقُ مَا أُنَوِّقُ ثُمَّ آوِي   إِلَى جَارٍ كَجَارِ أَبِي دُوَادِ

»Compotem reddo rei, cuius compotem reddo, tum me recipio ad vicinum sicut vicinus Abu-Duadi erat.«

Metrum est Wafir. l. m. p. 204 et Tharafahus dixit:

إِنِّى كَفَانِى مِنْ أَمْرٍ هَمَمْتُ بِهِ جَارٌ كَجَارِ ٱلْحُذَاقِىِّ ٱلَّذِى ٱتَّصَفَا

»In re, quam mihi proposui, perficienda firmum praesidium mihi est vicinus, qui aequalis est vicino Hodsakitae, qui generositate notus est.«

Hodsakita idem est quam Abu-Duadus, nam Hodsak nomen gentis est ad Ajaditas pertinentis. Metrum versus Basith appellatum est. conf. l. m. p. 190.

٢٨ جَعَلْتُهُ نَصْبَ عَيْنِى

28. Obiectum oculi mei posui.

Rem ante oculos semper habeo. In negotio adhibetur, quod is, quem res spectat, in se suscipit.

٢٩ جَآءَ تَضُبُّ لِثَاتُهُ

29. Venit, dum gingivae eius manabant.

Vehementer cupidus erat. Bascharus poeta sic cecinit:

وَبَنِى نُمَيْرٍ قَدْ لَقِينَا مِنْهُمُ خَيْلًا تَضُبُّ لِثَاتُهَا لِلْمَغْنَمِ

»Quoties gentis Nomair equitibus occurrimus, quorum gingivae ob praedam manabant.«

Metrum versus Camil appellatum est. conf. l. m. p. 212.

٣٠ جَآءَ بِأُذُنَىْ عَنَاقٍ

30. Venit cum auribus infortunii.

Sic proverbium explicatum est. Vocabulum العناق infortunium significat, hoc in loco vero mendacii et futilis sermonis significationem habet. Dixit Ebn-Alahrabius, dicitur: جاء باذنى عناق الارض »Venit cum auribus ferae Ahnak Alardh dictae« quum turpe mendacium quis protulit, et sic dicitur, quum quis frustratus est.

٣١ جَآءَ نَاشِرًا أُذُنَيْهِ

31. Venit aures suas expandens.

Venit desiderio plenus. Conf. C. XXV, 51. Harir p. 179 comment.

٣٢ جَعَلَ كَلَامِى دُبُرَ أُذُنَيْهِ

32. Pone aures sermonem meum posuit.

Sermonis mei nullam habuit rationem. Proverbii rationem habuit Haririus in verbis: فجعلت شغلى دبر اذنى »Et negotium meum pone aures posui.« Conf. p. 444. In Samachscharii opere proverbium legitur جعلته دبر اذنى »Posui illud pone aures meas.« i. e. Neglexi illud.

٣٣ جَدَعَ الحَلَالُ أَنْفَ الغَيْرَةِ

33. Res licita nasum zelotypiae amputavit.

Verba haec nocte, qua Fathimaha Mohammedis filia Ahlio nupta esset, Mohammedes dixisse fertur.

٣٤ جَاءَ يَضْرِبُ اصْدَرَيْهِ

34. Venit percutiens humeros suos.

Venit otiosus, opere liber; (aliis hilaris). Diverso autem modo legitur اسدريه aut ازدريه; sed rectius cum littera س. Corrigendus est lexici mei locus sub اصدران; sed ibidem اسدران conferas. Conf. Samachschar. Harir. 527. et prov. 79.

٣٥ جَاءَ بَعْدَ اللُّتَيَّا وَالَّتِى

35. Venit post magnam calamitatem et parvam calamitatem.

Conf. C. II, 13. Vocabulis اللتيا والتى calamitates varii generis significantur, ita ut diminutivi اللتيا forma magnis calamitatibus describendis inserviat, vocabulum التى non ita vehementibus calamitatibus. Cecinit poeta Rubahus

بعد اللُّتَيَّا واللُّتَيَّا وَٱلَّتِى

»Post magnas et parvas calamitates.«

Metrum Redjes est. conf. l. m. p. 231 et Samachschar. Vocabula haec nominum propriorum locum tenent.

٣٦ جَاءَ يَجُرُّ رِجْلَيْهِ

36. Venit trahens pedes suos.

Venit onere gravi onustus, ut id portare non posset.

٣٧ جَاءَ بِوَرِكَىْ خَبَرٍ

37. Adtulit clunes nuntii.

Adtulit nuntium, postquam in eo cunctatus erat; clunes enim membra postrema in corpore a capite incipienti sunt. Sic Meidanius. Mihi autem clunes sunt quasi cæterorum membrorum fundamentum, quo ea fulciantur, ut proverbium significet, nuntium rei verum et quasi partem, qua caeterae partes nitantur, eum adtulisse.

٣٨ جَعَلَتْ مَا بِهَا بِى وَٱنْطَلَقَتْ تَلْمِزُ

38. Quod ipsa fecit, me fecisse dixit, et abiit diffamans.

Vir quidam quum uxorem ob pravam eius agendi rationem vituperaret, illa maritum eiusdem rei accusans abiit, quapropter ista verba, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit. Proverbium autem de eo adhibetur, qui in rem incidit, quae alii obiecta fuit.

٣٩ جَاءَ ثَانِيًا مِنْ عِنَانِهِ

39. Venit declinans ab habena sua.

Venit et rem ipsi necessariam perficere non potuit. Aliis significat: Venit re absoluta.

٤٠ جَلَّ ٱلرَّفْدُ عَنِ ٱلْهَاجِنِ

40. Vas amplum camelae iuvencae nimis magnum fuit.

Vocabulo هاجن »camela iuvenca pariens, antequam dens erumpit«, significatur. Proverbii autem verba sic invertunt: جلت الهاجن عن الرفد. »Camela هاجن appellata vasi رفد appellato nimis magna fuit.« In eum proverbium quadrat, qui rei perficiendae impar est. Proverbii originem talem fuisse narrant. Camela iuvenca هاجن, quum pullum peperisset, tantam lactis copiam emisit, ut vas رفد appellatum impleretur. Quae autem annosa quum parum lactis haberet, pastori camelae dominus dixit, quid est, quod vas رفد appellatum lacte suo non impleat, quemadmodum ante hoc tempus? Ille respondit: جلت الهاجن عن الرفد »Camela هاجن vasi رفد nimis magna fuit.« Abu-Ahmruus dixit, verbis: جل الرفد عن الهاجن »Vas رفد camelae هاجن nimis magnum fuit,« virum, in quo parum boni sit, designari. Conf. prov. 5.

٤١ جَاءَ يَجُرُّ بَقَرَهُ

41. Venit trahens boves suos.

Familiam secum duxit, boves enim in proverbio familiae locum occupant. Legitur quoque sic proverbium in Samachscharii opere: جاء يجر بقرة ,,Venit trahens vaccam.''

٤٢ الْجَحْشَ لَمَّا فَاتَكَ الْأَعْيَارُ

42. Pullos (pete), quum asinos silvestres assequi non potes!

Proverbium, ut pauco contenti simus, si totum, quod petimus, assequi non possumus, nos monet. Accusativus الجحش ex omisso verbo اطلب pete! pendet.

٤٣ جَاءَ تَخَاصِي الْعَيْرِ

43. Advenit tanquam asinum castrans.

Aliis „virum pudibundum esse“, aliis „nudum, nil secum ducentem“ proverbium significat. Asinum castrans caput demittit, rei quam peragit conditionem considerans, vel pudorem e re concipiens, quod dedecus in ea esse putatur. Eadem pudibundi ratio est.

٤٤ جَاءَ بِإِحْدَى بَنَاتِ طَبَقٍ

44. Apportavit unum (ovum) testudinum.

Arabes referunt, testudinem nonaginta novem ova parere, e quibus testudines prodeant, unum autem ovum, in quo serpens niger inclusus sit. Unum igitur illud ovum testudinis rei gravis aut calamitatis cognomen est. Sunt quoque, qui بنات الطبق cognomen serpentum esse dicant. Conf. Samachschar. Virum rem magnam, gravem aut calamitatem afferre, proverbium docet. Conf. Kamus. et Djeuhar.

٤٥ جَاءَ ٱلْقَوْمُ كَٱلْجَرَادِ ٱلْمُشْعِلِ

45. Gens sicut locustae multae et dispersae advenit.

Ab omni latere numerosa gens advenit. Cecinit poeta:

وَٱلْخَيْلُ مُشْعِلَةٌ فِى سَاطِعٍ ضَرِمٍ   كَأَنَّهُنَّ جَرَادٌ أَوْ يَعَاسِيبُ

„Equites dispersi erant in pulvere elato, ardente, quasi essent locustae aut crabrones.“

Metrum versus Basith appellatum est. conf. libr. m. p. 190.

٤٦ جَاءَ فُلَانٌ كَٱلْحَرِيقِ ٱلْمُشْعَلِ

46. Quidam sicut flamma ardens advenit.

Celeriter et iratus advenit.

٤٧ جَوِّعْ كَلْبَكَ يَتْبَعْكَ

47. Fac, ut canis tuus fame laboret, te sequetur!

Proverbium docet, quomodo nos erga viles geramus. Loco vocis جوع legitur اجع. Significatio non differt. Himjaritarum rex quidam verba haec dixisse narratur, quum ab uxore, ne crudelius in subditos ageret, moneretur. Factum autem est, ut gens, quum duce regis fratre in terram hostilem impetu facto præda potitus, nullam eius partem a rege accepisset, regis fratri, si ipsis auxilium in rege occidendo laturus esset, regnum offerrent. Illo haud renuente rex occisus est. Ad occisum autem quum Ahmirus ben-Djodsaimah, qui ista regis verba audiisset, transiret, dixit: ربما اكل الكلب مودبه اذا لم ينل شبعه »Interdum canis virum ipsum instruentem vorat, quum tantum cibi non accepit, quantum satietatem adfert." Et hoc in proverbium venit. Cum proverbio consentanea sunt verba poetae:

اكرامك الاحمق مما يفسده

ادناؤك الاحمق مما يبعده

وقربه اهون شيء تفقده

„Si stultum honore adficis, corrumpitur, si eum appropinquare iubes, a te removetur. Eiusque propinquitate facillime carere potes."

Metrum versuum Redjes est. conf. libr. m. p. 232.

٤٨ اجعل ذلك في سر خميرة

48. Pone hoc in arcano fermenti!

De voce خميرة paulum dubito. Pocockius خمير habet. Sensus est: Rem, quam agis, omnino occulta!

٤٩ جاء بالشوك والشجر

49. Venit cum spinis et arboribus.

Omnes res vel multas res secum adduxit. Alii dicunt sensum esse: magnum exercitum adduxit.

٥٠ جَاوَزَ ٱلْحِزَامُ ٱلطُّبْيَيْنِ

50. Cingulum mammarum locum transivit.

Calamitatem ad summum pervenisse et fines transgressam esse indicat. Conf. II, 9. XXI, 119.

٥١ جَاحَشَ عَنْ خَيْطِ رَقَبَتِهِ

51. Repulit a medulla spinali sua.

Se defendit, ne periret.

٥٢ جَاءَ بِقَرْنَىْ حِمَارٍ

52. Advenit cum duobus asini cornibus.

Mendacium et absurdum protulit, asino enim cornua non sunt.

٥٣ أَجْرِ مَا ٱسْتَمْسَكْتَ

53. Fac, ut currat, id quod cohibuisti.

Vires tuas omnes, quibus pepercisti, in cursu consume! Consilium est, quod a malo fugienti datur.

٥٤ جَمِّعْ لَهُ جَرَامِيزَكَ

54. Collige ad istam rem (perficiendam) omnia membra tua!

Vocabulo جراميز corpus et membra significantur. In tauro sunt pedes; dicitur enim ضمّ الثور جراميزه ليثب „Contraxit taurus pedes suos, ut insiliat.“ Proverbii sensus est: Curam omnem diligentiamque adhibe, ut istam rem perficias.

٥٥ اجْعَلْهُ فِي وِعَاءٍ غَيْرِ سَرِبٍ

55. Pone id in utre aquam non emittente.

Proverbium, ne quis secretum divulget, monet. In

Scharaf-Aldini et Samachscharii libro sic incipit proverbium: اجعل هذا „Pone hoc . . .

٥٦ جَشِمْتُ إِلَيْكَ عِرَقَ ٱلْقِرْبَةِ

56. Tua causa sudorem utris toleravi.

Tua causa, ut ad te pervenirem, magnum laborem et molestiam itineris suscepi. Conf. C. XXII, 93.

٥٧ أَجْنَاؤُهَا أَبْنَاؤُهَا

57. Eius (domus) destructores eiusdem aedificatores (sunt).

Id est: Qui iniuste agunt domum diruentes, ii eam aedificandam curarunt. Proverbii originem Abu-Ohbaidus talem fuisse narravit: Rex quidam Arabiae felicis in bellum profectus filiae suae regnum administrandum tradiderat. Rege absente regni proceres palatii aedificandi consilium reginae dederunt. Rem autem quum rex rediens aegre ferret, certior factus de iis, qui consilium aedificandi dedissent, his ipsis, ut manibus suis aedificium diruerent, proverbii utens verbis imperavit. In eum autem proverbium dicitur, qui inconsulte perfecit rem, quam mox delere debet. Hortatur igitur, ut caute et provide agant homines. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

٥٨ اَلْجَرْعُ أَرْوَى وَٱلرَّشِيفُ أَنْقَعُ

58. Sorbitio celerius sedat sitim, sed si sensim sensimque bibis, sitis melius restinguitur.

Vocabulum اروى vocibus اسرع ريا „celerius sedans"; vocabulum انقع vocibus اثبت وادوم ريا „melius et in longius tempus sitim restinguens« explicatur. Proverbium eum, qui praeda potiri potest, hortatur, ut festinet et tantum, quantum possit, capiat, ne alius quis ei rem eripiat. Sunt autem, qui dicant, proverbium monere, ne quis rebus ad vitam necessariis immodice utatur.

٥٩ جَمِّلْ وَٱجْتَمِلْ

59. Multum (nobis) liquefac et (tibi) liquefac (adipem).

Ei dicitur, qui rebus ad vitam necessariis abundat. De proverbii origine conferas C. XVIII, 46. Ibi جملنا „Multum nobis liquefac" legitur. Ut vertimus sic scholion proverbium explicavit; sed, quem illo loco adnotavi, intelligendi modum, is rectior mihi videtur.

٦٠ جَلْبَ الكُنْتِ الى وَثِيَّةٍ

60. Attraxit rem, modo, quo vir corradens ad mulierem custodientem trahit.

Vocabulo كنت „vir, qui lucro incumbit et opes corradit, vocabulo autem وثية femina conservans et opes custodiens" significatur. Accusativi casus جلب a verbo omisso جلب »Attraxit« dependet. Proverbio autem ad consensum inter duos significandum utuntur.

٦١ جَزَيْتُ كَيْلَ الصَّاعِ بِالصَّاعِ

61. Pensavi (rem), quemadmodum modius modii mensura (pensatur).

Vocabulo صاع aridorum mensura significatur, quae quatuor modios (مد) continet, quorum unus unam libram et tertiam eius partem aequat. Proverbii sensus est; aequali ratione et benefacta et malefacta pensavi. Dixit poeta:

لَا نَأْلَمُ الْجُرْحَ وَنَجْزِى بِهِ الأَعْدَاءَ كَيْلَ ٱلصَّاعِ بِٱلصَّاعِ

„Ex vulnere dolorem non concipimus, et id pensamus, quemadmodum modius modio pensatur."

Metrum versus Sarih appellatum est. conf. l. m. p. 244.

٦٢ جَاءَ بِالْهَبْلِ وَالْهَبْلَمَانِ

62. Venit cum arena et vento.

Voces الهبيل et الهيلمان ab Abu-Ohbaido vocibus الرمل والريح „arena et ventus" explicantur; sed quæ causa explicandi sit, non liquet. Sensus est: Opes multas adduxit, quæ cum arena, a vento in desertis ablata, comparari possunt. Vocabulum هيلمان cum vocali Fatha aut Dhamma litterae ل enunciatur. Conf. prov. 16.

٦٣ جَاءَ بِالتُّرَّهَةِ

63. Nugas adduxit.

De voce ترهة conf. lexic. meum.

٦٤ جَاءَ بِالتَّهَاتِهِ

64. Res futiles adduxit.

Proverbium ut praecedens rem absurdam et incredibilem esse, significat.

٦٥ جَرَى فُلَانٌ السُّمَّهَ

65. Cucurrit quidam (cursu) equorum indefessorum.

In proverbii verbis vox جَرْيَ omissa est, ut sit pro جرى فلان جرى. Cecinit Rubahus poeta:

يا لَيْتَنَا وَالدَّهْرُ جَرْيَ السُّمَّهِ

„O si Deus (mortem) et tempus quod cursu equorum indefessorum currit, non creasset!"

Ellipsin in hoc versu esse statuunt. Metrum Redjes appellatum est. conf. libr. m. p. 230.

٦٦ جَرَى فُلَانٌ السُّمَّهَى

66. Cucurrit quidam cursu equi indefessi.

Sensus huius et praecedentis proverbii est: Cucurrit quidam ad rem sibi ignotam, et in re vana. Silentio praetereundum non est, Samachscharium adnotasse جاء بالسمهى etc. „Res vanas adduxit.“

٦٧ جَدَعَ ٱللّٰهُ مَسَامِعَهُ

67. Deus aures eius amputet!

Exsecrationis modus est. Eadem ratione جدعا له et simili ratione عقرا له „Vulneret eum Deus!“ et حلقا له „In gutture laedat eum Deus! et coniunctim عقرا حلقا vel عقرى حلقى dicitur. conf. C. XVIII, 78.

٦٨ جَاءَ بِأُمِّ ٱلرُّبَيْقِ عَلَى أُرَيْقٍ

68. Venit cum calamitate super fusco (camelo).

Abu-Ohbaidus, vocibus ام الربيق infortunium significari et significationis originem a serpentibus derivari, dixit. Meidanius rem aliter explicavit. Vocibus ام الربيق significari, rem unam alteram circumdare tanquam laqueum ربقة, et cum hoc loquendi modum: ربقت فلانا فى هذا الامر »Effeci, ut quidam in rem, qua irretiretur, incideret,« cohærere. Hac ratione ام الربيق infortunium esse, quo homines circumdati irretirentur. Vocabulum اريق esse pro وريق, diminutivi formam vocis اورق, cui voci „cinereo colore praediti cameli“ significatio inesset. Abu-Saidi sententia est, vocabulo coloris ad viride vergentis significationem tribuendam esse. Meid. Sunt denique, qui voci ام الربيق viperae, et voci اريق lupi significationem tribuendam esse censeant. Alazmäihus dixit, proverbii verba, a viro prolata esse, qui daemones in tali camelo vehentes vidisset. Conf. Kamus. et Djeuh.

٦٩ جَاءَ بِالرَّقِمِ ٱلرَّقْمَاءِ

69. Advenit cum magna calamitate.

Vocabulum الرقماء additum est ad vim significationis augendam, quemadmodum dicitur جاء بالداهية الدهياء. Vocabulo autem الرقم feminini genus tributum est, quod cum voce الداهية calamitas significatione consentit. Observandum autem est, in Samachscharii opere separata esse جاء بالرقم et جاء بالرقماء et sic in Kamusi opere. Vox الرقم aut Alrakim aut Alrakm enunciari potest.

٧٠ جَانِيكَ مَنْ يَجْنِى عَلَيْكَ

70. Qui pro te colligit, is quoque contra te colligit.

Duplici modo proverbium explicatur. Sunt, qui hunc sensum inesse putent: Criminis tibi noxius est, qui contra te crimen commisit, ne igitur alium poena adficias. Quae autem ab Abu-Ahmruo adducta est interpretandi ratio, ea Meidanio multo praeferenda videtur. Haec est: Viri, cuius commodi particeps tu es, noxa etiam ad te perveniet, ita ut eiusdem dedecus ad te pertineat. Sic autem proverbium explicavit: الذى يجنى لك الخير هو يجنى عليك الشر »Qui pro te bonum colligit, is contra te malum colligit.« Quod si hanc interpretandi rationem admittis, جانيك colligens tuus esse pro الجانى لك colligens tibi, statuendum est. Sed proverbium in versu adhibuit Dsuaibus ben-Cahb ben-Ahmru ben-Tamim:

جَانِيكَ مَنْ يَجْنِى عَلَيْكَ وَقَدْ   تُعْدِى الصِّحَاحَ مَبَارِكُ الْجُرْبِ

»Qui pro te colligit, is quoque contra te colligit et iam loca, ubi scabiosi cameli decumbunt, sanos inficiunt.«

Versus metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 214.

٧١ أَجَنَّ ٱللَّهُ جِبَالَهُ

71. Tegat Deus eius montes!

Alazmäihus dixit, proverbii sensum esse. Deus formam tuam exteriorem (جبلته) tegat, nam proverbium et sic legitur: اجن الله جبلته »Sepeliat Deus eius formam.« Conf. Scharaf-Aldinum et Samachscharium. Tum hunc sensum statuit esse: Deus montes, quos incolis, daemonibus omnino impleat[1]), ut inculti sint. Meidanius vero putavit, verbis sensum tribui posse hunc: »Occidat eum Deus, ut tegatur i. e. sepeliatur.« Sed in hoc جبلته legendi modum sine dubio admittendum censet.

٧٢ جَاءَ بِرَأْسِ خَاقَانَ

72. Adtulit Chakani caput.

Conf. II, 155.

٧٣ جَاءَ السَّيْلُ بِعُودٍ سَبِيٍّ

73. Advexit torrens lignum, quod ex peregrina terra advenit.

De dissito et remoto proverbium dicitur.

٧٤ جَاوِرْ مَلِكًا أَوْ بَحْرًا

74. Regi aut mari vicinus sis!

Proverbium docet, quomodo opes acquirere homo possit. Aut cum rege societas incunda est aut mare navibus transeundum, ut mercatura exercenda opibus potiamur.

٧٥ جُدَيْدَةٌ فِي لُعَيْبَةٍ

75. Magnum serium in parvo ludo.

Serium magnum, nam diminutivi forma significationi amplificandae quoque inservit, sub ludo parvo latet. Eo-

1) اجنّ a voce جنّ daemones derivandum est verbum.

dem modo dicitur: رُبَّ جد جرّه اللعب »Interdum serium iocus adduxit.“

٧٦ جَلَآءُ ٱلْجَوْزَاءِ

76. Orionis manifestatio.

Verbis manifestatio Orionis hoc in proverbio venti vehementes designantur, qui matutino tempore, quum sidus Orionis in coelo est, per breve temporis spatium flare solent. Omissum autem est vox توعده »Minae« sc. minæ eius sunt ventis Orionis comparandae. Ut venti illi mox cessant, sic minas eius factum non sequitur.

٧٧ جَاءَ بِمُطْفِئَةِ ٱلرَّضْفِ

77. Adduxit rem, quae lapidem candentem exstinguit.

Calamitas et infortunium, quod nobis adduxit, ita magnum erat, ut praecedentis calamitatis quasi lapidem candentem exstingueret et nos rerum praecedentium oblivisceremur. In magnis gravibusque rebus proverbium adhibetur.

٧٨ جَاءَ أَبُوهَا بِرُطَبٍ

78. Adportavit eius pater dactylos recentes.

Proverbii huius, quod in eum dicitur, qui pauco contentus est, auctorem Schaihabum ben-Dsi-l'Nabain Ahbditam habent. Vir iste, quem segnitiei et stupiditatis arguunt, cum nonnullis in Nabathaeorum regionem iter fecerat. Ibi puellam pulchram, cuius amore captus erat, multum quidem sociis dissuadentibus, in matrimonium duxit. Ad suos redux factus, quum puellae pater filiam visitaturus inter alia munera dactylos recentes secum adportasset, gener dulci eorum sapore delectatus et gaudio plenus suis rem hoc versu nuntiavit:

ما مِرَآءُ ٱلْقَوْمِ فِى جَمْعِ ٱلنَّدِى وَلَقَدْ جَـاءَ أَبُوهَـا بِرُطَبْ

»Quaenam est contentio gentis in agmine concionis? Iam pater eius dactylos recentes adportavit.«

Metrum versus Raml appellatum est. conf. l. m. p. 243.

٧٩ جَنَيْتُهَا من مُجْتَنَى عَوِيصِ

79. Collegi id e loco salebroso.

مُجْتَنَى »Locus, ubi res decerpitur, colligitur.« Suffixum ها ad nomen omissum التمرة fructus vel huic simile referendum est. Loco vocis عويص legitur عريص, cui voci remoti significatio hoc in loco tribuenda videtur.

٨٠ جِئْنِى بِهِ مِنْ حَسِّكَ وبَسِّكَ

80. Hoc mihi quoquo modo et unde vis adfer!

In explicandis vocibus حسك وبسك interpretes non consentiunt. Legitur quoque من عسك وبسك. Abu-Ahmruus dixit, verba significare من جهدك »ex diligentia, studio tuo« vel »ex facultate, potestate tua.« Meidanio autem voces حس cum احساس sentiendi et بس cum dispergendi significatione cohaerere videntur, ut prioris sensus sit, unde id sensibus attingere i. e. id videre potes. Qui autem من عسك legit, ei aut admittendum est, عسك pro حسك esse, mutata littera ح in litteram ع, aut voci عس quærendi, petendi significatio tribuenda i. e. unde peti potest. Vocabuli بسك significatio aut petenda est ab ابس بالناقة »quietavit camelum inter mulgendum« ut sensus sit: unde lenitas tua eo potiri potest, aut cohaeret cum انبست »diversas in regiones dispersae fuerunt.« Proverbium autem, omnem diligentiam et studium in quaerendo et adferendo adhibendum esse, significat.

٨١ جَاءَ يَنْفُضُ مِذْرَوَيْهِ

81. Venit concutiens clunium suarum extremitates.

Minatus est; sed minae erant vanae. Conf. prov. 33. Conf. Harir. p. 527. Bertheaui l. p. 18 text. Ar. et Kamus.

٨٢ جَاء بِالشَّعْرَاءِ الزَّبَّاءِ

82. Adduxit calamitatem gravem.

In calamitate, quam nobismet ipsis inferimus, proverbium adhibent. Proprie autem verba شعراء زباء »hirsutam, pilosam« i. e. malum hirsutum significant, quae verba calamitatis (الداعية) quasi cognomina habenda sunt. Ab hoc non diversum habet sensum a Samachschario adnotatum proverbium جاء بالازب »Advenit cum hirsuto i. e. calamitate.

٨٣ جَدَّكَ لا كَدَّكَ

83. Fortuna tua, non molestia tua.

Proverbii verba duplici modo efferuntur, ut aut nominativi aut accusativi casus sit. Quod si illum admittis, يغنى عنك »Tibi utilis est;« sin autem hunc, verbum ابغ »quaere« suppleas. Proverbii sensus esse videtur: »Fortuna multum, molestia parum petentem iuvat.“

٨٤ جَلِيسُ ٱلسُّوءِ كَٱلْقَيْنِ

84. Pravi socius fabro similis.

Noxa liberatus non erit, quemadmodum fabri vestis aut igne amburitur aut fumo inficitur.

٨٥ جَاءَ بِٱلضَّلَالِ ٱبْنِ السَّبَهْلَلِ

85. Adduxit Adhdhalalum ben-Assebahlal.

Vocis سبهلل significatio a lexicographis non accuratius definitur et varius aut سبحلل aut سبعلل aut سبغلل eiusdem vocis scribendae modus existit. Rem autem, quæ nihili est, designare videtur, ut proprius proverbii sensus sit: Adduxit errorem filium nihili i. e. Vanis futilibusque rebus occupatus fuit.

٨٦ جَاءَ بِدَبَى دَبِيٍّ وَدَبَا دَبِيَّيْنِ

86. Adduxit locustas loci Dobajj (vel Dobbajjan) appellati.

Locus دُبَى vel دُبَيَّانِ appellatus amplus erat, ut locustarum numerus magnus in eo esse posset. Duo sunt eiusdem proverbii enunciandi modi, ut dicatur aut جاء بدبا دبى aut جاء بدبا دبيين. Vocabulum دبى Dobajj, cui et dualis forma tribuitur, loci in deserto siti nomen est locustis abundantis. Tum magnus locustarum numerus in opes transfertur, ut sensus sit: multas opes adduxit.

٨٧ جَاءَ بِالْهَيْءِ وَالْجَيْءِ

87. Venit cum Alhai et Aldjai.

Id est: cibum et potum adportavit. Grammaticus Alamawi appellatus dixit, duo ista nomina cohaerere cum verbis هَأْهَأَ et جَأْجَأَ, quibus significatio „ad pabulum vocavit camelos et ad potum vocavit camelos," insit. Huic explicandi rationi Kamusi auctor adsentit. Accuratam autem verborum significationem ipsi Arabes ignorare videntur. Sunt quoque, qui voces vocali Kesre enunciandas esse putent. Vocabulo autem الهيى et الجيى, cum vocali Fatha enunciando commodum, quod ex re percipimus, designant. Huiusce significationis probandae causa versum hunc citavit Meidanius:

وما كان على الهَيْءِ ولا الجَيْءِ امْتِدَاحِيكَا

„Non erat propter commodum laus mea tibi tributa."

Vox امتداحيكا est pro امتداحى اياك. Metrum Hesedj appellatum est. Conf. libr. m. p. 226.

٨٨ الجَارَ ثُمَّ الدَّارَ

88. Vicinus tum domus.

Proverbio et nominativi et accusativi casus tribui posse videtur; si accusativum admittis, verbum supplendum est. Simili ratione الرفيق قبل الطريق „Socius ante viam“ dicitur. Utrumque proverbium Haririus adhibuit. Conf. p. 584. ed. de Sacy. Verba autem haec Mohammedi ipsi tribuuntur. Illo autem proverbio homines monet, ut, si quis domum emere velit, antea, quis eius vicinus sit, quærat. Conf. Erpen. Adag. 22. et „cl. Fleischeri Alis hund. Sprüche“ p. 89. In Scharaf-Aldini opere legitur الجار قبل الدار „Vicinus ante domum.“

٨٩ جَرْعٌ وأَوْشَالٌ

89. Potatio abundans et pauca aqua.

Opes tuae parvae sunt, et tu multum erogas. In hominem opes suas dilapidantem dicitur.

٩٠ جَالِنِى أُجَالِكْ فَٱلدَّمْسُ مِنْ فِعَالِكْ

90. Aperte te mihi oppone et ego me tibi opponam; sed occultatio est agendi ratio tua.

Futurum apocopatum ex imperativo, cui conditio inest, pendet. Si te mihi aperte opponis, ego me tibi opponam. Proverbio hoc inimicitia clandestina reprobatur.

٩١ جَلِّزِى لَوْ نَفَعَ ٱلتَّجْلِيزُ

91. Nervo camelino obduc (cultrum), si hoc commodo esse posse putas.

Quod si vobis commodo esse putatis, rem vestram confirmate, nam a cultro, cuius manubrium nervo camelino obducto firmatur, in alias res translatus est sermo. Observandum est, coniunctionem لو indicare, rem non futuram esse, ut, si fecerint, iis commodo futurum non sit. Proverbium, in rebus a Deo homini destinatis cautionem inutilem esse, docet.

٩٢ جِدَّ لِامْرِىءٍ يَجِدَّ لكَ

92. Si diligentiam viro adhibes, tibi diligentiam adhibebit.

Quomodo tu erga virum te geris, eodem modo erga te aget.

٩٣ الجَدْبُ أَمْرَأُ لِلْهَزِيلِ

93. Pabuli inopia emaciato salutarior est.

In pauperem, qui opulens factus superbiam ostendit, dicitur. Ut emaciatus et fame adflictus, si subito in pabuli copiam incidit, e cibi abundantia noxam capere potest, sic pauperi, qui dives factus superbe se gerit, divitiae incommodo sunt.

٩٤ جَرْيَ الشَّمُوسِ ناجِزٌ بِنَاجِزِ

94. (Currit) cursu equi sternacis promte et expedite.

In eum quadrat, qui rebus, quas suscipit, tam bonis quam malis, perficiendis par est. In initio proverbii verbum جَرَى currit, quocum accusativus جَرْيَ cohæret, supplendum est. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. libr. m. p. 231.

٩٥ اجْعَلْنِى مِنْ أُدْمَةِ أَهْلِكَ

95. Fac, ut gentis tuae cutis interior sim.

In scholiis ادمة (Odmah) vocabulo الوسيلة (cognatio) explicatur, sed ادمة (Adamah) cutis interior, qua intima cum familia coniunctio significari potest, esse videtur.

٩٦ اجْعَلْ مَكانَ مَرْحَبٍ نَكَرًا

96. Fac, ut intelligentia sit loco salutis, quam optas.

Perfice potius negotium, quam ut laeta nobis nunties et salutem optes. Proverbium ad metrum Sarih revocari potest. Conf. libr. m. p. 244 sq.

٩٧ جَفَّ حِجْرُكِ وَطَابَ نَشْرُكِ أَكَلْتِ دَهَشًا
وَخَطَبْتِ قَمَشًا

97. Siccum sit gremium tuum et bonus sit odor tuus; edas mente attonita et colligas ligna in solo fragmenta corradens!

Utriusque proverbii originem talem fuisse narrant. Quum ad mulierem nurus et filia fratris visitatum venissent, huic abeunti dixit: »siccum sit gremium tuum et bonus sit odor tuus!« illi autem: edas mente attonita et colligas ligna in solo fragmenta corradens!« Una ob verba tristitia adfecta, altera vehementer laeta ad matrem rediit. At matribus puellarum alius verbis sensus inesse videbatur, ut, cui antea tristitiae causa esse videretur, ea iam laetari posset. Priorem enim partem significare dicebant: Ne tibi Deus sobolem det, ut infantis urina gremium tuum nunquam madefiat, neve odor eam ob causam tuus corrumpatur; posteriore autem proverbii parte puellae magnam sobolem optatam esse, ut parsimonia ipsi in posterum esset adhibenda.

٩٨ أَجَاءَهُ ٱلْخَوْفُ إِلَى شَرٍّ شِمِرٍّ

98. Timor eum coegit, ut ad magnum malum fugeret.

Timor erat in causa, cur in malum grave incideret. Inest igitur timoris vituperatio. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. libr. m. p. 230 sq.

٩٩ جَارَكِ ٱلْأَدْنَى لَا يَعُلْكِ ٱلْأَقْصَى

99. Vicinum tuum proximum (custodi); longe remotus tibi malum non inferet.

Initio proverbii imperativus احفظى custodi supplendus est. Futurum apocopatum cum omisso imperativo cohaeret. Bene tibi agendum est (o femina) erga vicinum tuum proximum, nam si hic te custodit, remotus a te neque vituperare te neque noxa adficere poterit.

١٠٠ جَدَّ صَفِيرُ الحَنْظَلِي

100. Magnus est sibilus Henthselitae.

Duos viros, quorum unus e gente Sahd, alter e gente Henthselah oriundus esset, venandi causa exiisse narrant. Latibula duo quum sibi effodissent, de signo, quod, qui primum feram conspexisset, e loco suo alteri sibilo faceret, utrumque inter se convenisse. Accidisse autem, ut ad alterum leo transiret. Cuius quum pedem posteriorem Henthselita cepisset et leo eum pede anteriore vehementer percussisset, magnum eum clamorem sustulisse, quo alterum ad auxilium vocaret. Clamore audito Sahditam ista verba, quae postea in proverbium cessissent, dixisse. Proverbium autem, malum homini instare, significat.

١٠١ سَنُجَرِّبُكِ إِذَنْ

101. Te sane experiemur.

Vir quidam quum fratris mortem deploraret, dixit: وا اخاه كان خيرا منى الا انى اعظم جردانا منه »Eheu fratrem! Melior me erat, nisi quod ego maiorem penem habeo.« Mortui uxor quum verba audivisset, proverbii verba dixit, quibus significatur, quendam rem, de qua dubitare liceat, sibi arrogare.

١٠٢ جَبَابٌ فَلَا تَعَنَّ أَبْرًا

102. Involucra floris palmae (sunt); ne igitur inserendo maris flore fecundare ea studeas.

In explicanda voce جباب non omnes consentiunt. Sunt

qui palmae medullam esse dicant; sed Meidanius pluralem esse vocis جب dixit, qua floris palmae involucrum significatur. Inutile est, floris involucro semen adspergere, nam flores palmae, qui feminei sexus sunt, inserto maris flore fecundantur, id quod ابر appellatur. Vir parum utilis cum illo floris involucro comparatur et proverbium virum, qui parum nobis utilis est, designat.

١٠٣ جَدُّ ٱمْرِئٍ فى قَابِنَتِهِ

103. Felicitas viri in eiús alimentis.

Ex alimentis hominis, quæ eius sors sit, cognoscitur.

١٠٤ جَاءَتْهُمْ عَوَانٌ غَيْرُ بِكْرٍ

104. Venit ad eos mulier mediae ætatis, non virgo.

In magnam calamitatem aut bellum transfertur, non facile tolerandum et repellendum.

١٠٥ جَاءَ بِٱلَّتِي لَا شَوَى لَهَا

105. Adtulit calamitatem, cui extremitates non sunt.

Conf. prov. 35. Vocabulo شوى corporis extremae partes, ut manus, pedes, caput in hominibus aliisque significantur. Calamitatem igitur cui extremum et finis non sit, adductam esse, proverbium significat.

١٠٦ جَبَانٌ مَا يَلْوِي عَلَى ٱلصَّفِيرِ

106. Pavidus, versus sibilum se non convertit.

Ita pavidus est, ut ne versus sibilum quidem, quo advocatur, se convertit. Hoc in proverbio sibilus avis aut hominis significari videtur. Conf. proverb. 156.

١٠٧ أَجْرِ ٱلْأُمُورَ عَلَى أَذْلَالِهَا

107. Res modo ipsis conveniente tracta!

Vocabulo ذل viae aut modi significatio tribuenda est, ut proprius proverbii sensus sit: »fac, ut res in viis suis currant« Sic quoque dictum est: امور الله جارية اذلالها „Res Dei currunt in viis suis.“ Abu-Ahmruus hunc puellae Alchansaae versum adnotavit:

لِتَجْرِ ٱلْمَنِيَّةُ بَعْدَ ٱلْفَتَى ٱلْمُغَادَرِ بِٱلْمَحْوِ أَذْلَالَهَا

„Currat mors post (caedem) iuvenis loco Mahw perfide relicti in viis suis.“

Id est: Post hunc iuvenem occisum nullius viri mors tristitia me adficiet. Legitur vero بالنعف loco vocis بالمحو, et illud quoque nomen loci est. Vox اذلالها est pro على اذلالها. Metrum versus est Motakarib appellatum. Conf. l. m. p. 281 sq. Dicitur quoque جاء به على اذلاله „Id modo suo adduxit“ et دعه على اذلاله »Sine eum statu suo!«

١٠٨ الْجَمَلُ مِنْ جَوْفِهِ يَجْتَرُّ

108. Camelus e ventre suo ruminat.

In hominem dicitur, qui e loculo suo alitur aut e re utilitatem capit, quae postea damno ei erit.

١٠٩ جَاءَ نَافِشًا عِفْرِيَتَهُ

109. Venit evellens crines suos in medio capite.

Meidanio عفراة et عفرية „plumae in superiore colli parte galli« sunt. Loco vocis نافشا, quæ in meo codice B. et L. legitur, Pocockius ناشرا expandens habet, i. e. sicut gallus iratus plumas in collo expandit. De irato proverbium adhibetur.

١١٠ جَاءَ بِالسُّقَرِ وَالْبُقَرِ وَبِبَنَاتِ غِيَرٍ

110. Adtulit Alsocar et Albokar et (adtulit) filias mutationum.

Vocabulis السقر والبقر, quae etymologica ratione explicari nequeunt, res omnibus ignotae significantur. Hoc in proverbio mendacia sunt. Loco vocis السقر etiam الشقر et الصقر legitur. Tum quoque sic proverbium legitur: جاء بالصقارى والبقارى. Vocibus ببنات الغير alterum proverbium incipit, ut جاء suppleatur. بنات الغير filiae mutationum autem sunt verba, quibus rerum vera conditio mutatur, ut veritas cognosci non possit.

١١١ جَاءَ وفِي رَأْسِهِ خُطَّةٌ

111. Venit et in capite eius negotium erat.

Advenit negotium sibi necessarium acturus. Significationis vocabuli خطة, quod proprie lineam designare putatur, originem in eo fuisse statuunt, quod si quem res gravis premit, ariolum adire solet, qui, lineis in terra ductis, negotii statum cognoscere studet.

١١٢ جَاءَ بِصَحِيفَةِ المُتَلَمِّسِ

112. Adportavit Almotalammesi epistolam.

De magna calamitate adhibetur. Conf. C. XIV. 31. ubi de causa et origine proverbii disputatum est.

١١٣ جَعَلَ اللّٰهُ رِزْقَهُ فَوْتَ فَمِهِ

113. Deus alimentum eius in interstitio oris ponat!

Ibi alimentum eius ponat, ubi id videre potest; attingere vero nequit. Os ab alimento remotum sit! Similiter ratione dicitur: هو منى فوت الرمح „Is a me est interstitio lanceae“ i. e. propinquus est; sed eum attingere nequeo. Et eodem modo: هو منى فوت يد „Is a me interstitio manus est.“

١١٤ جَنْدَلَتَانِ اصْطَكَّتَا

114. Lapides duo, qui se invicem percutiunt.

De sociis duobus in se invicem irruentibus dicitur. In Samachscharii libro sic legitur جندلتان اصطكتا اصطكاكا.

١١٥ جَزَيْتُهُ حَذْوَ ٱلنَّعْلِ بِٱلنَّعْلِ

115. Retribui ei, quemadmodum calceus calceo applicatur.

Id est: Quemadmodum calceum calceo applicato dimetiri solent, sic ei retribui. Aequali modo pensavi. Proverbium Haririus (p. 37 ed. de Sacy) in usum suum convertit.

١١٦ جَارُهُ لَحْمُ ظَبْيٍ

116. Vicinus eius dorcadis caro est.

Dorcadis caro ab omnibus cupitur, ut, qui dorcadem conspiciat, eam occidat. Proverbii igitur sensus est: vicinus eius ab omnibus laeditur, ipso auxilium non ferente. Proverbium quodammodo poetæ versu explicatur:

فَجَارُكَ عِنْدَ بَيْتِكَ لَحْمُ ظَبْيٍ   وَجَارِى عِنْدَ بَيْتِى لَا يُرَامُ

„Vicinus tuus apud domum tuam caro dorcadis est, et vicinus meus apud domum meam non petitur."

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. In eum adhibetur, qui socio suo commodum non praestat.

١١٧ جَمَالَكَ

117. Pulchritudinem tuam (specta)!

Ita agas, ut agendi ratio honori et decori tibi sit. Accusativus جمالك ex verbo omisso الزم pendet. Kamusi auctor sic proverbium adnotavit: جمالك ان لا تفعل كذا „Pulchritudinem tuam (specta), ne tali modo agas."; sed ista addita verba proverbii pars non esse videntur.

١١٨ جَاءَ ضَرِيمَ سَحْرٍ

118. Venit pulmonem abscissum habens.

Desperans et frustatus spe venit. Proverbium Ebn-Alahrabius adnotavit versum hunc citans:

أَيَذْهَبُ مَا جَمَعْتُ صَرِيمَ سَحْرٍ طَلِيفًا إِنَّ ذَا لَهُوَ ٱلْعَجِيبُ

„Num abibit id, quod collegi resectum pulmonem habens, sine utilitate? Haec profecto res admiranda est.“

١١٩ جَاءَ بِذَاتِ ٱلرَّعْدِ وَٱلصَّلِيلِ

119. Venit cum (nube) tonante et sonante.

Ante ذات supplendum est سحابة nubes. Malum adtulit. Kamusi auctori bellum est.

١٢٠ ٱجْعَلُوا لَيْلَكُمْ لَيْلَةَ أَنْقَدَ

120. Facite, ut nox vestra sit nox herinacei.

Cavendum vobis est, herinaceus enim non dormire dicitur. Simili ratione dicitur: بات بليل انقد „Pernoctavit nocte herinacei i. e. Omnino non dormivit. Kamus.

١٢١ جَاؤُوا عَلَى بَكْرَةِ أَبِيهِمْ

121. Venerunt cuncti.

Magna autem est interpretum dissensio in vocibus على بكرة ابيهم explicandis. Abu-Ohbaidus dixit, proverbii sensum esse: Omnes venerunt nemine remanente. Vocabulum autem non esse significatione propria intelligendum. Alius quidam dicit, vocabulo بكرة iuvencam camelam significari, ut, quum in camela iuvenca vehentes describantur, paucos fuisse indicet proverbium. Aliis vocabulo بكرة trochleae significatio tribuenda videtur, ut proverbii sensus sit.“ Venerunt unus alterius vestigium sequens, quemadmodum trochlea eodem semper modo circumvertitur.“ Sunt autem, qui vocabulo بكرة modus et ratio significari putent i. e. Venerunt modo patris, ei quam maxime similes. Ebn-Alahrabius vocabulo بكرة agminis,

coetus significationem adiudicavit, ut على eandem, quam مع cum significationem habeat. „Venerunt cum agmine patris sui.“ Licet quoque, si vocabulo بكرة agminis, tribus significationem tribuis, dicere, praepositionem على e voce مشتملين comprehendentes omissa pendere. Quod si vero vocabulo بكرة trochleae, cuius ope aqua hauritur, significatio tribuenda videtur, res ita explicari potest: Ut ad putei trochleam omnes gentis homines conveniunt, nemine impediente, sic omnes advenerunt nemine remanente.

١٢٢ جِئْتَ بِأَمْرٍ بُجْرٍ وَدَاهِيَةٍ نُكْرَة

122. Adtulisti rem magnam, et infortunium, quod fugitur.

Vocabulum بجر et بجرى de re gravi et periculosa adhibetur.

١٢٣ جَذَّ اللهُ دَابِرَهُمْ

123. Deus extremam eorum partem amputet!

Omnes eos perdat, ut nemo restet. Cecinit poeta:

آلُ الْمُهَلَّبِ جَذَّ اللّٰهُ دَابِرَهُمْ أَمْسَوْا رِمَادًا فَلَا أَصْلٌ وَلَا طَرَفُ

„Gentis Almohallibi extremam partem Deus amputavit. Cineres facti sunt, ut, neque radix eorum neque ora remanserit.“

Metrum versus Basith appellatum est. Conf. libr. m. p. 190.

١٢٤ جَلَوْا قَمًّا بِغَرْفَة

124. Emigrarunt et (locus eorum) quasi scopis eversus est.

Accusativus nominis actionis قم ad omissum verbum referendus est, quasi dixisset جلوا جلاء تاما كاملا فكان مكانهم قم قما منهم بمكنسة „Emigrarunt emigratione

perfecta quasi locus eorum scopis eversus esset.“ Vocabulum غرفة nomen arboris et plantae est, hoc autem in proverbio scoparum significationem habet.

١٢٥ جَاءُوا عَنْ آخِرِهِمْ وَمِنْ عِنْدِ آخِرِهِمْ

125. Venerunt ad unum omnes.

Duplex est proverbium; dicitur enim جاءوا عن اخرهم et جاوا من عند اخرهم.

١٢٦ جُرُفٌ مُنْهَالٌ وَسَحَابٌ مُنْجَالٌ

126. Pars a fluctibus abrepta loci excavati in fluvei alveo et nubes a vento ablata.

Virum carere prudentia et consilio, et nemini utilitatem adferre, ut illi terrae parti et illi nubi comparandus sit, proverbium docet.

١٢٧ جَدْبُ ٱلسُّوءِ يُلْجِئُ اِلَى نُجْعَةِ سُوءٍ

127. Pabuli inopia mali cogit ad pabulationem mali.

Res inter se similes esse, ut res prava nil nisi pravam producat, proverbium docet.

١٢٨ جَاءَ يَفْرِى الفَرِىَّ وَيَقُدّ

128. Venit admirabili modo et opus celeriter perficiens.

Eum significat, qui bene et celeriter opus perficit. Vocabulum فرى (forma فعيل) significationem formae مفعول (participii passivi) habet. Verbum فَرِىَ adtonitus fuit, verbum فَـرَى secuit, quae significatio etiam verbo قـد propria est, significat. Verbis igitur يفـرى الـفـرى sensus inest: Opus facit, in quo attoniti sunt, quum admirabili modo agat. Quod vero et verbi transitivi secandi et

intransitivi (attonitum esse) significationem in proverbio coniunxit Meidanius, id vix probandum videtur. Secandi significatio vocibus inesse videtur, qua significatione bene et celeriter perficiendi actio indicatur.

١٢٩ جَزَاؤُهُ جَزَاءُ شَوْلَةَ

129. Retributio eius est, quemadmodum Schaulae pensatum fuit.

Observandum est, in codicibus L. B. et Pocockiano legi جزاه جزاء شولة »Pensavit (ei), quemadmodum Schaulæ pensabatur.« Brevius est apud Samachschar. جزاء شولة „Pensatione Schaulae.“ Schaula servae nomen erat in oppido Cufa, quae quotidie, ut drachmae pretio butyrum emeret, mittebatur. Factum autem est, ut, quum drachmam invenisset et hanc emendi butyri pretio addidisset, domum rediens a domino percuteretur, quod eam de dimidio pretii furto quotidie ablato accusaret. Alterum inde ortum proverbium est: انصح من شولة „Fidelior quam Schaula.“ Conf. C. XXV, 128. Beneficium igitur eius malo pensatum fuit. Conf. prov. 7.

١٣٠ جَاءَ كَأَنَّ فِي عَيْنَيْهِ رُمْحَيْنِ

130. Venit quasi in oculis duas hastas habens.

De multum timente et tum quoque de torvo vultu ob iram adspiciente dicitur. Aliter legitur proverbium in codicibus L. B. جاء كان عينيه فى رمحين P. برمحين „Advenit quasi eius oculi in duabus lanceis essent.“

١٣١ جَاءَ يَرْعَدُ فَرَائِصُهُ

131. Venit musculos sub axilla trementes habens.

Vocabulum فريصة carnis partem inter humerum et latus designat, quae in equis primum tremere solet. Pavidum igitur et vehementer trementem proverbium designat.

١٣٢ جَاءَ يَتَخَرَّمُ زَنْدَهُ

132. Venit igniarium fractum habens.

Quod in lexico nostro sub خرم adnotavimus, duplici ratione et تخرم زنده et تخرم زبده dici, hic repetendum est. Kamusi auctor vocibus تخرم زبده sensum hunc tribuit: »Iniustitia et stultitia alterum laesit.« Nec vero silentio prætermittendum videtur, Kamusi interpretem Turcam in exemplari suo تخرم زنده legisse. Idem quoque dixit, Djeuhario consentiente, verbis تخرم زبده sensum inesse: »Sedata fuit eius ira.« Meidanius duplicem verborum يتخرم زنده intelligendorum rationem adtulit: aut »sedata fuit eius ira«, aut »iniuria et stultitia adflixit.« Quod si hunc esse proverbii sensum statuis, Meidanio cum loquendi modo تخرمهم الدهر „Omnes eos tempus delevit,“ cohaerere videtur.

١٣٣ جَلِيلَةٌ يَحْمِي الأَرْقَمُ

133. Herba vilis quam serpens deterrimus defendit.

Vocabulo الجليل herbam ثمام, qua Arabes ad obstruendas domorum rimas utuntur, significari contendit Meidanius, ut proverbii sensus sit: „Vilis et debilis, quem vir fortis custodit.“ Ad metrum Redjes referri potest. Conf. libr. m. p. 231.

١٣٤ جَلِيفُ أَرْضٍ مَاؤُهَا مَسُوسٌ

134. Terra herbis nuda ob anni sterilitatem, cuius aqua dulcis et salubris est.

Pulcherrimis animi dotibus praeditus vir, qui opibus caret, significatur. Ad metrum Sarih proverbium referre licet. Conf. l. m. p. 246.

١٣٥ جَعَلْتَ لِي الحَابِلَ مِثْلَ النَّابِلِ

135. Fecisti mihi retia tendentem spiculis venanti similem.

Conf. C. IV, 4. Aliis vocabulo الحابل staminis telae et النابل subtegminis significatio adiudicanda videtur. Conf. C. XXIV, 185. In eum dicitur, qui res omnia miscens perturbat. Simile est proverbium: اختلط الحابل بالنابل „Permixtum fuit stamen cum subtegmine.“ Ad metrum Redjes pertinet. Conf. l. m. p. 231. Conf. Schult. prov. Meid. p. 256. et Golii Adag. Arab. p. 113.

١٣٦ جَذْبُ ٱلزِّمَامِ يُرْبِضُ ٱلصِّعَابَ

136. Habenae tractus, ut iumenta difficilia cubent, efficit.

De homine dicitur, qui initio rem facere recusat; post vero obsequium praestat. Non autem est negligendum, in meo codice et Pocockiano يريض legi, cui, si proba est lectio, significatio domandi tribuenda videtur. Si priorem legendi modum sequeris, ad metrum Sarih referre licet. Conf. l. m. p. 246.

١٣٧ جَدَّ جِرَآءُ ٱلْخَيْلِ فِيكُمْ يَا قُثَمْ

137. Equorum cursus inter vos magnus factus est, o Kotsame!

Proverbio ad significandum malum, quod inter gentem, invaluit, utuntur. Kotsamus est nomen Alahbbasi filii Ahbd-Almothallebi unius sociorum Mohammedis. Hunc esse virum, cuius in proverbio mentio facta est, affirmare non ausus sim. Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230.

١٣٨ جُلُوفُ زَادٍ لَيْسَ فِيهَا مَشْبَعٌ

138. Vasa commeatui destinata, quæ satietatem non adferunt.

In hominem dicitur, qui rem suscipit, cui perficiendae impar est. Cum illis vasibus comparatur.

١٣٩ جَاءَ بِطَارِفَةِ عَيْنٍ

139. Rem oculos laedentem adduxit.

Rem adduxit copia sua oculum ita adficientem, ut cernere non posset. Kamusi auctor opes magnas hisce verbis designari dixit.

١٤٠ جَهِلَ مِنْ لُغَانِينَ سَبُلَاتٍ

140. Vias, per quas in valles intrandum est, ignorat.

Vocabulum اللغنون a Meidanio vocibus مدخل الاودية „Locus per quem in valles intrandum est," explicatur. Proverbium, virum molestias et difficultates rei, quam aggressurus sit, nescire designat. Ahmruus ben-Hind rex iratus dixerat: لاجللن مواسل الريط مصبوغا بالزيت ثم لاشعلنه بالنار »Profecto Mawasilum palliis oleo tinctis tegam, tum igne accendam.« Mawasilus autem nomen arcis in fastigio montis in Thajjitarum regione sitae fuisse videtur; quapropter vir quidam, ista regis verba respiciens, rem non esse facile perficiendam, ut significaret, proverbii verba protulit.

١٤١ جَاؤُا بِالْحَظِرِ الرَّطْبِ

141. Adportarunt arbores virides, quibus camelorum caula conficitur.

Quum multae arbores ad camelorum caulam faciendam opus essent, istis verbis rei copiam designarunt, ut proverbii sensus sit: Multos homines adduxit. Sic poeta in versu

أَعَانَتْ بَنُو الْحُرَيْشِ فِيهَا بِأَرْبَعٍ وَجَاءَتْ بَنُو الْعَجْلَانِ بِالْحَظِرِ الرَّطْبِ

„Adiuvavit gens Banu-l'Horraisch in eo cum quatuor, et gens Banu-l'Ihdjlan cum arboribus viridibus venit."

I. e. cum copiis magnis. Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161 sq.

Idem quoque proverbium de mendaciis adhibetur, ut videre licet ex hoc hemistichio:

وَلَمْ تَمْشِ بَيْنَ ٱلْقَوْمِ بِٱلْحَطَبِ ٱلرَّطْبِ

»Et non incessit inter gentem cum arboribus viridibus i. e. cum mendaciis.« Et hoc quoque Kamusi auctor adtulit.

١٤٢ جَاءَ بِمَا صَاءَ وَصَمَتَ

142. Adduxit id, quod clamat et id, quod silet.

Vocibus ما صاء »id quod clamat,« oves et camelos, vocibus ما صمت »id quod silet« aurum et argentum significari, contendunt. Alii autem vocibus animalium et inanimatarum rerum significationem tribuerunt. Simili modo Kazirus reginae Sabba dixit: جئتك بما صاء وصمت »Adportavi tibi id, quod clamat et id, quod silet i. e. omnes res.

١٤٣ جَاءَ بِمَا أَدَّتْ يَدٌ إِلَى يَدٍ

143. Adduxit id, quod manus ad manum perduxit.

Omnino spe frustratum hominem esse, proverbium indicat, nam una hominis manus alteri nil dat. Ad metrum Redjes pertinet. Conf. l. m. p. 231.

١٤٤ جَنَّبَتْ خُتُونَةٌ دُهْراً

144. Removit a gente sua Dahrum affinitas uxoris.

Quum Dahrus uxorem ex alia gente, quam sua, in matrimonium duxisset, haec res in causa erat, cur a sua gente separaretur. Proverbium, causam, cur quidam societatem abruperit, non sufficere indicat.

١٤٥ جَرْجَرَ لَمَّا عَضَّهُ ٱلْكَلُّوبُ

145. Vociferatus est, quum calcar eum pupugisset.

De eo dicitur, qui, postquam repugnaverat, se submisit. Simili ratione dicitur: دردب لما عضه الثقاف. Conf. C. VIII, 1. XVIII, 127. Conf. Bertheaui I. p. 14. text. Ad metrum Sarih proverbium revocare licet. conf. l. m. p. 246.

١٤٦ جَدُّكَ يَرْعَى نَعَمَكَ

146. Fortuna tua pecora tua pascit.

In dilapidatorem fortunatum dicitur. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. Conf. libr. m. p. 232.

١٤٧ جَاءَ بِٱلْحِلْقِ وَٱلْإِحْرَافِ

147. Adduxit pecora multa et fortunam.

Vocabulo احراف incrementum esse opibus significatur.

Forma comparativi.

١٤٨ أَجْبَنُ مِنَ ٱلْمَنْزُوفِ ضَرْطًا

148. Timidior, quam is, qui pedito omnino debilitatus fuit (ut moreretur).

Proverbii originem interpretes diverse narrant. Mulieres plures ob virorum defectum unum tantum communem maritum habebant. Illum pleno die e somno excitare solebant verbis: Evigila et potum matutinum sume! Ille autem quum diceret: لو نبهتنى لعادية »O si me excitavissetis ob virum primum in proelium irruentem«, eum virum fortem esse putaverunt. At illae, ut maritum experirentur, quum die quodam verba ista repetiisset, equitum mentionem fecerunt. Tum ille, equites, equites! dicens, donec

moreretur, pepedit. Alii narrant, Dachtenusam Lakithi ben-Sorarah filiam nuptam fuisse Ahmruo ben-Ahmru, seni. Die quodam senex capite in uxoris gremio deposito quiescens, quum illam gementem audiret, dixit: num tibi gaudio erit, si a te discessero? Sane, illa respondit. Quapropter repudio dimissam iuvenis pulcher e gente Banu-Sorarah; secundum alios Ohmairus ben-Ahmarah ben-Mahbed ben-Sorarah in matrimonium eam duxit. Tempore post quum gens Becr ben-Wajel in gentem Banu-Darim incursionem fecisset, uxor dormientem, quippe quem fortem esse putaret, verbo: الغارة »Incursio hostilis« excitavit, qua de causa ille terrore perculsus et pedito vitam exspirans المنزوف ضرطا cognominatus est. Alii autem sic rem referunt: Viri duo in desertum exierant. Alter quum e longinguo arborem hostes sibi insidiantes esse putasset, et alter rem negans arborem عشرة (Ohscharah) appellatam, quod videret, esse dixisset, ille عشرة (Ahscharah) decem audiens et timore perculsus pedito animam exspiravit. Alii proverbium sic explicant: Lodjaimus ben-Zahb ben-Ahli ben-Becr ben-Wajel feminam e gente Ahnsah ben-Asad ben-Rabiah, cui nomen Hadsami erat, in matrimonium duxerat, e quo Ihdjlus ben-Lodjaim et Alaukazus ben-Lodjaim filii nati sunt. Postea alteram sibi addidit uxorem Zafijjah filiam Cahili ben-Asad ben-Chosaimah, quae Hanifam filium peperit. Die quodam quum inter uxores rixa orta esset, Lodjaimus dixit:

إِذَا قَالَتْ حَذَامِ فَصَدِّقُوهَا   فَإِنَّ ٱلْقَوْلَ مَا قَالَتْ حَذَامِ

»Si Hadsami loquitur, fidem ei habete, nam quod Hadsami dixit, verum est[1]);« quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt. Idjlus Lodjaimi filius Almascherijjam Nahseri filiam, quae antea Alahrano ben-Auf Ahbditae nupta fuerat, in matrimonium duxit. Alahranus autem, uxorem, propter menstrua per aliquot menses suppressa

1) Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204.

gravidam esse putans, ab Idjlo, ut filius natus postero tempore redderetur, petiit. Quapropter, ut promissis staret, filium adultum, cui nomen Sahd dederat, ad Alahranum duxit. Tempore, quo hoc gerebatur, Hanifah ben-Lodjaim itinere absens erat. Redux quum de re certior factus esset, fratrem suum multum vituperavit, et cum eius filiis ad Alahranum, ut filium ei eriperet, profectus est. Invenit virum cum filio et cliente. Pugnatum est; sed Alahranum cliens deseruit et filius contra Hanifam pugnare recusavit. Quum hoc videret Alahranus dixit: ابنك ابن بوحك الذى يشرب من صبوحك »Filius tuus est filius ex te genitus, qui bibit potum tuum matutinum,« quae verba in proverbium cesserunt. Alahranus ab Alhanifa gladio digitis truncatus cognomen الجذيمة (truncatus) accepit; Hanifah autem antea Otsalus appellatus, quum ab Alahrano in pede vulneratus esset, ut pes curvus fieret, ab isto tempore cognomen Alhanifah (curvo pede praeditus) gessit. Ille autem Alahrani cliens, qui Alahranum digitis truncatum conspiceret, pediens exspiravit. Sahdus ab Alhanifa ad Idjlum reductus est. Sunt denique, qui verbis المنزوف ضرطا »animal inter canem et lupum medium« significari contendant, quod clamorem audiens in peditum, ipsi mortem adferentem incidat. Conf. Scharaf-Aldin. Samachschar., Schult. prov. Meid. p. 114.

١٤٩ أَجْرَأُ مِنْ ذُبَابٍ

149. Audacior quam musca.

Schult. prov. Meid. p. 119. Cecinit poeta:

وَلَأَنْتَ أَجْرَأُ حِينَ تَعْدُوا سَادِرًا رَعِشَ الْجَنَانِ مِنَ الْقَدُوحِ الْأَقْرَحِ

»Audacior tu es, quando incurris nil curans, animo arduo, quam musca maculam albam in fronte habens.«

Vocabulum قدوح proprie »ignem ex igniario extundentem« designans in muscam translatum est, quod pedibus corpus suum ignem ex igniario extundenti similis fricat. Metrum versus Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212.

١٥٠ أَجْرَأُ مِنْ فَارِسِ خَصَافِ

150. Audacior, quam eques Chazafi.

Narrant, virum quendam e gente Ghassan oriundum omnium timidissimum fuisse, ut in extremo agmine consistere et primus omnium fugam capere soleret. Quodam autem die quum in extremo agmine consisteret, iuxta ipsum in terram sagitta decidens murem in latibulo transfixit. Hanc videns sagittam se ipsum sic allocutus est: سيصيبك في هذا المكان لا المرء في نسيى ولا اليربوع »Te hoc loco (mors) adtinget, neque viro neque muri campestri mortis mora est.« Quae verba in proverbium cesserunt. At vir ab isto inde tempore maximam semper fortitudinem monstravit. Ibn-Alahrabius autem dixit; Arabes, regis Persarum milites, quod ferro tecti essent, non occidi credidisse, et Somairum equitem Chazafi, ut hanc opinionem refelleret, in eos impetum facientem, unum eorum occidisse, quapropter eius audacia in proverbii consuetudinem venerit. Ibn-Doraidus autem, خصاف (cum ص) nomen equi equitis inter Arabes celebris fuisse, adnotavit. Kamusi auctor duos equos fuisse, alterum nomen Chazafi gerentem, quem Malicus ben-Ahmru Ghassanida possedisset, alterum Chizaf appellatum, qui Somairo ben-Rabiah Bahilitæ fuisset. Ab utroque proverbium اجرا من فارس خصاف ortum esse. Conf. Schult. prov. Meid. p. 120.

١٥١ أَجْرَأُ مِنْ خَاصِي خِصَافِ

151. Audacior, quam equum Chizaf castrans.

Vir e gente Bahilah oriundus equum Chizaf appellatum possidebat. Rex quidam hunc, ut equas suas iniret, a possessore postulaverat; at possessor equum castravit, ne regis desiderium impleret. Grammaticus Abu-l'Neda dixit, Hamalum ben-Iasid ben-Dsohl ben-Tsahlebah[1]) in

1) Hamal ben-Said ben-Auhf ben Becr ben-Wajel. Kam.

aula regis (Almondsiri ben-Ahmri-l'Kais) hoc fecisse (conf. Kamus. s. v. خصف) Schult. prov. Meid. p. 118.

أَجْرَأُ مِنَ ٱلْمَاشِى بِتَرْجَ ١٥٢

152. Audacior, quam is, qui in loco Tardj appellato pedibus incedit.

Tardj nomen loci leonibus abundantis est. Scharaf-Aldino autem verbis ipse leo, qui in isto loco incedit, designatur. Schult. prov. Meid. p. 123.

أَجْرَأُ مِنْ خَاصِى ٱلْأَسَدِ ١٥٣

153. Audacior, quam is, qui leonem castrat.

Ad proverbium explicandum fabulam narraverunt. Conf. Schult. prov. Meid. p. 123.

أَجْرَأُ مِنَ ٱلْأَيْهَمَيْنِ ١٥٤

154. Audacior, quam torrens et camelus libidine furibundus.

Vocabulum ايهم insipientem designat. Dualis Arabibus campestribus »torrentis aquae et cameli libidine furentis,« qui tanquam insipientes in omnes res irruunt. oppidanis autem »torrentis aquae et incendii« significationem habet. Duplicem igitur sensum proverbium habere potest. Dicitur quoque: اجرا من السيل تحت الليل »Audacior, quam torrens sub nocte.« Sed a Scharaf-Aldino sic proverbium citatur: اجرى من السيل تحت الليل »Celerius currens quam torrens sub nocte.«

أَجْوَدُ مِنْ حَاتِمِ ١٥٥

155. Liberalior, quam Hatimus.

Nomen viri est Hatim ben-Ahbd-Allah ben-Sahd ben-Alheschredj. qui ad gentem Thai pertinet. Mense sacro Hatimus negotii causa in regionem gentis Ahnasah perve-

nerat. Ibi a captivo in auxilium vocabatur, ut eum liberaret. Hatimus nil secum habens captivum redemit, se ipsum, donec pretium a suis solutum esset, vinculis tradens. Tempore, quo tanta sterilitas erat, ut ipsa Hatimi familia penuria premeretur, neque haberet, quo liberos satiaret, quadam nocte cibo deficiente, parentes suos liberos fame adfectos sopiverant. Tum Hatimus eo occupatus, ut uxorem Mawijjah appellatam sermone sopiret, mulierem dicentem audivit: O Abu-Saffane! esurientes infantes relinquens ad te confugi. Tum statim infantes adducere mulierem iussit et equo suo mactato, simul advocavit vici incolas, ut ederent, ipse nil carnis tangens. Gens Thai, matrem eius Ghanijjah appellatam, filiam Ahnifi Thajjitae, summa liberalitate fuisse, narrarunt. Scharaf-Aldinus autem eum adolescentem tanta liberalitate fuisse exemplis probavit, ut pater eum relinquere cogeretur. At vero Hatimi liberalitas notior est, quam ut pluribus describatur. Apud Schult. prov. Meid. fusius res tractatur. Conf. p. 133 sq. Conf. Gagnier ad vitam Muhammedis p. 121.

١٥٦ أَجْوَدُ مِنْ كَعْبِ بْنِ مَامَةَ

156. Liberalior, quam Cahbus ben-Mamah.

Vir hic, e gente Ajad oriundus, iter faciebat cum sociorum agmine, inter quos vir e gente Alnahmir ben-Kasith erat, mense aestivo et fervido. Quum a via per desertum aberrassent, tanta aquae inopia erat, ut singulis aqua distribueretur lapide in vase posito, ne unus plus quam alter acciperet. Factum autem est, ut quum secundum ordinem Cahbo portio distribuenda esset, ille Namirita oculos in eum figeret, quod videns Cahbus distribuenti dixit: fratri tuo Namiritae portionem meam da! Postero autem die Namirita iterum Cahbi portionem accipiente, Cahbus siti ita adflictus, ut neque gentem sequi, neque surgere posset. omnibus viribus consumtis in deserto remansit et animam exspiravit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 142.

١٥٧ أَجْسَرُ مِنْ قَاتِلِ عُقْبَةَ

157. Audacior, quam occisor Ohkbahi.

In Scharaf-Aldini libro اجرا من قاتل عقبة legitur; Samachscharius cum nostro modo consentit. Conf. Schult. pr. Meid. p. 121. Ohkbahus ben-Salam e gente Banu Honah, quae Arabiam felicem incolebat, ab Abu-Djafaro Almanzuro provinciae regionis Jemamah, Bahrain præpositus multos e gente Rabiah, quæ in regione Bahrain degebant, turpi nece necaverat. Quapropter vir ad gentem Ahbd-Alkais pertinens, vindictae cupidus per plures annos eius personam sequebatur, nil mali in eum suscipiens, donec Ohkbahus ab imperio revocatus et Bagdadum rediens in aula Almohdii versabatur. Ibi cultro Ohkbahum percussit. Ab Almohdio interrogatus, quaenam facinoris causa esset, dixit: Se quidem saepius clam eius occidendi occasionem habuisse; sed semper praetermisisse, ut, si publice eum occidisset, multis notum esset, se gentis suae necem vindicasse. Lacrymas quoque effudit mètuens, ne Ohkbahus viveret, laetus risit nuntio adlato, Ohkbahum exspirasse.

١٥٨ أَجْبَنُ مِنْ صَافِرٍ

158. Pavidior, quam sibilans.

Dixit Abu-Ohbaidus: Voce الصافر sibilantem ex avibus ex. gr. passeres significari. Mohammedes ben-Habib avem quandam multum pavidam cautamque vocabulo significari vult. Ibn-Alahrabius autem hic loci الصافر idem, quod المصفور به »is cui sibilatur« (i. e. qui fugam capit, quum ei sibilatur) significare contendit. Sunt quoque, qui avem تنوط appellatam vocabulo المصفور به designari dicant. Conf. C. XIV, 87. Ex Abu-Ohbaidahi sententia الصافر sibilans is est, qui mulieri, quacum rem habet, sibilando se adesse indicat. Plura vide apud Schult. prov. Meid. p. 110.

١٥٩ أَجْبَنُ مِنْ صِفْرِدٍ

159. Pavidior, quam avis Zifrid appellata.

Abu-Ohbaidahus proverbium hoc Arabibus campestribus inusitatum et seriore aetate ortum esse contendit. Dixit poeta:

تَرَاهُ كَٱللَّيْثِ لَدَى أَمْنِهِ وَفِي ٱلْوَغَى أَجْبَنُ مِنْ صِفْرِدِ .

»Vides eum similem leoni in securitate sua et in proelio timidiorem, quam avis Zifrid appellata est.«

Metrum versus Sarih appellatum est. Scharaf-Aldinus, in cuius codice Zafrad scriptum legitur, avem esse passere maiorem, domibus adsuescentem, omniumque pavidissimam dixit. A Kamusi interprete Turca alaudarum generi adnumeratur. Avis cognomen ابو المليح pater pulchri, quod in lexico meo nescio quo loco seductus non bene vertisse videor vocabulo accipiter. Sed fieri potest, ut ابو المليح pluribus avibus commune et ipsi accipitri cognomen sit. Huic quodammodo consentanea esse videntur, quæ Damirius ex libro المرصع inscripto adtulit: ان ابا المليح كنية القبج والعندليب وطاير صغير يقال له الصفرد كالعصفور وهو داخل في عموم العصافير »Abu-l'Malih (pater pulchri) cognomen perdicis, lusciniae et avis parvae est Zifrid appellatae, passeri similis, quae ad passerum genus pertinet.«

١٦٠ أَجْبَنُ مِنْ كَرَوَانٍ

160. Pavidior, quam perdix.

Avis est ad perdicis genus pertinens. Poetae versus eius timiditatem spectat:

مِنْ آلِ أَبِي مُوسَى تَرَى ٱلْقَوْمَ حَوْلَهُ كَأَنَّهُمُ ٱلْكَرَوَانُ أَبْصَرْنَ بَازِيَا

»E gente Abu-Musa, vides populum circum eum, quasi sint aves Carwan accipitrem videntes.«

Metrum versus Thawil appellatum est. In initio versus duae syllabae Mi-Nali ◡–◡, ut Min-Ali ––◡ fiat, contrahendae sunt, simulque Alcarwan––– pro Alcarawan –◡◡– enunciandum est. Conf. libr. m. »Darstell. d. Arab. Verskunst« p. 59, 161 sq. Conf. Golii Adag. p. 141. Bocharti Hieroz. L. I. C. 12. Schult. prov. Meid. p. 113.

١٦١ أَجْبَنُ مِنْ نَعَامَةٍ

161. Pavidior, quam struthiocamelus.

Struthiocamelus dicitur tam pavidus, ut nunquam ad rem, quam timuerit, redeat.

١٦٢ أَجْبَنُ مِنْ لَيْلٍ

162. Pavidior, quam pullus perdicis.

Schult. prov. Meid. p. 113.

١٦٣ أَجْبَنُ مِنْ نَهَارٍ

163. Pavidior, quam pullus avis tardae.

١٦٤ أَجْبَنُ مِنْ ثُرْمُلَةٍ

164. Pavidior, quam vulpis femina.

١٦٥ أَجْبَنُ مِنَ الرُّبَّاحِ.

165. Pavidior, quam simia.

Simiae prae metu non dormire dicuntur nisi lapidem manu tenentes, cuius lapsu e somno excitentur. Damirius de simiis narravit, unam earum semper, dum caeterae dormiant, vigilem agere, et hanc in serie sibi proximam e somno excitare, si ipse dare se somno velit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 115.

١٦٦ أَجْبَنُ مِنْ صِفْرِدٍ

166. Pavidior, quam vulpes.

Vocabulum aliis vulpem, aliis vulpis pullum, aliis simiam designat. In aliis proverbiis voci هجرس aut simii aut ursi significatio tribuitur. Conf. C. XI, 37.

١٦٧ أَجْرَأُ مِنْ قَسْوَرَة

167. Audacior, quam leo.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 122.

١٦٨ أَجْرَأُ مِنْ ذِى لِبْدَة

168. Audacior, quam iuba praeditus (leo).

Scharaf-Aldinus habet لبد formam pluralis, ut in hoc versu:

كَأَنَّهُ ذُو لِبَدٍ دَلَهْمَسُ يَفْرِسُ فِى عَرِينِهِ مَا يَفْرِسُ

»Quasi is sit iubis praeditus leo, qui in lustro suo prædam dilacerat.« Metrum Redjes est. c. Schult. pr. Meid. p. 119.

١٦٩ أَجْوَلُ مِنْ قُطْرُب

169. Magis obiens, quam animalculum Kothrob appellatum.

De animali interpretes non consentiunt »vid. lexic. m.« Animalculum illud per totam noctem diemque somnum non capientem obire dicunt; quapropter proverbium aliud: اسهر من قطرب »Vigilantior, quam animalculum Kothrob appellatum« existit. Conf. C. XII, 134. Conf. Schult. prov. Meid. p. 147. Abulf. Annal. T. II. p. 140.

١٧٠ أَجْوَعُ مِنْ كَلْبَةِ حَوْمَل

170. Magis esuriens, quam canicula Haumalae.

Mulier haec canem, quam possidebat, noctu adligabat, ut eam custodiret, die autem dimittere solebat, ut pabulum sibi quaereret, nil enim cibi mulier cani porrigebat. Tandem summa fame adflicta caudam suam voravit. Conf. C. XIII, 131. Poeta Alcomaitus vituperans gentis Banu-

Omajjah erga subditos in imperio agendi rationem proverbii mentionem fecit:

كَمَا رَضِيَتْ جُوعًا وَسُوءَ رِعَايَةٍ   لِكَلْبَتِهَا فِى سَالِفِ ٱلدَّهْرِ حَوْمَلُ

»Quemadmodum Haumala praeteritis temporibus fame et mala cura caniculam suam adflixit.«

Metrum versus Thawil est. conf. libr. m. p. 160. et Schult. prov. Meid. p. 146.

١٧١ أَجْوَعُ مِنْ زَرْعَةَ

171. Magis esuriens, quam canis Sorah appellata.

Canis haec gentis Banu-Rabiah fame periit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 145.

١٧٢ أَجْوَعُ مِنْ لَعْوَةَ

172. Magis esuriens quam avida (canis).

Conf. Schult. prov. Meid. p. 146.

١٧٣ أَجْوَعُ مِنْ ذِئْبٍ

173. Magis esuriens, quam lupus.

Lupus semper esuriens esse dicitur, quapropter inimico mala precantes dicunt: رماه الله بداء الذئب »Adfligat eum Deus morbo lupi« i. e. fame, aliis morte, lupum enim in morbum non incidere putant. Est igitur lupi sanitas in proverbio, ut dicatur: اصح من الذيب »Sanior, quam lupus.« Conf. Schult. prov. Meid. p. 145.

١٧٤ أَجْوَعُ مِنْ قُرَادٍ

174. Magis esuriens, quam ricinus.

Ricinus, qui camelos insectatur, per duorum annorum spatium nil cibi consumere dicitur, donec camelum invenit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 145.

١٧٥ أَحَلُّ مِنْ حُرَّشٍ

175. Maius est, quam motus a venatore manu super lacertae latibulo factus.

De eo dicitur, qui malum timens maiore adficitur. Ut lacertam capiat, venator super eius latibulo manu solum tangit. Putans enim lacerta, serpentem super eo repere et caudam erigens, ut serpentem feriat, a venatore capitur. Ille autem venatoris motus manu factus حرش appellatur. Ad proverbium explicandum fabulam adferunt: Lacertam pullo suo dixisse: o filiole mi, cave rem حرش appellatam! et pullum interrogasse, quid حرش esset. Quum vero lacerta pullo rem describeret, accidisse, ut lacertae latibulum instrumento مرضاة appellato destrueretur. Tum pullo interroganti, num illud حرش esset, respondisse lacertam: هذا اجل من حرش »Hoc maius est, quam motus a venatore manu factus.« Conf. Schult. prov. Meid. p. 127.

١٧٦ أَحْمَقُ مِنْ دُغَّةَ

176. Insanior, quam Dokkah.

Nomen viri erat Dokkah ben-Ohbajah ben-Asma ben-Charidjah. Mohammedes ben-Habib proverbium adferens nil eius explicandi causa addidit. Conf. Kam., Scharaf-Aldin. Samachsch. Schult. prov. Meid. p. 130.

١٧٧ أَجْشَعُ مِنْ أَسْرَى ٱلدُّخَانِ

177. Avidior, quam captivi fumi.

Abu-Ohbaidahus dixit, hos fuisse viros gentis Tamim, qui camelorum agmen Cosroi aromata et pannos pretiosos adportantium praedati essent. Ebn-Alahrabius autem ad gentem Hentselah illos pertinuisse contendit. Cosroes præfecto suo in provincia Bahrain mandatum miserat, ut eos ad epula invitans in arcem Almoschakkar appellatam illiceret ibique retineret. Fumo autem magno seducti, quod epulas ipsis parari putarent, illi in arcem intrarunt. Pars occidebatur, pars operi molesto aedificandi adhibebatur.

Alahläus ben-Alhadhremi tempore chalifae Abu-Becri inde reliquos dimisit. Plura autem hos spectant proverbia: ليس باول من قتله الدخان »Non est primus eorum, quos fumus interemit.« اجشع من الوافدين على الدخان »Avidiores, quam qui ad fumum accesserunt.« اجشع من وفد تميم »Avidiores, quam advenientes Tamimitae.« Ad istam rem poeta versibus satyricis respexit dicens:

اِذَا مَا مَاتَ مَيْتٌ مِنْ تَمِيمٍ   فَسَرَّكَ أَنْ يَعِيشَ فَجِئْ بِزَادِ
بِخُبْزٍ أَوْ بِتَمْرٍ أَوْ بِسَمْنٍ   أَوِ ٱلشَّىْءِ ٱلْمُلَفَّفِ فِى ٱلْبِجَادِ
تَرَاهُ يَطُوفُ فِى ٱلْآفَاقِ حِرْصًا   لِيَأْكُلَ رَأْسَ لُقْمَانِ بْنِ عَادِ

»Quotiesunque mortuus est quidam e gente Tamim, si, ut vivat, optas, alimenta affer; panem aut dactylos aut butyrum aut rem amiculo involutam. Videbis eum circumvagantem in regionibus aviditate commotum, ut caput Lokmani ben-Ahd edat.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. Verbis »rem amiculo involutam« lac spissum significare videtur; sed quid velint verba »caput Lokmani ben-Ahd,« non admodum clarum est. Nisi fallor, talis verbis sensus est: tanta sunt aviditate, ut ipsum caput Lokmani Ahditae, ante longum tempus mortui, si ipsis offerretur, vorare non recusent. Conf. Schult. prov. Meid. p. 124.

١٧٨ أَجْهَلُ مِنْ فَرَاشَةٍ

178. Ignorantior, quam pyrallis.

Vocabulum فراشة papilionem significat, qui flammam petens in mortem irruit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 149.

١٧٩ أَجْمَعُ مِنْ نَمْلَةٍ

179. Magis colligens, quam formica.

Dicitur quoque: اجمع من ذرة »Magis colligens, quam formica parva.« Cecinit poeta:

تَجْمَعُ لِلْوَارِثِ جَمْعًا كَمَا   تَجْمَعُ فِي قَرْيَتِهَا ٱلذَّرُ

»Colligis haeredi corradendo, quemadmodum formicae parvae in vico suo colligunt.«

Metrum versus Sarih appellatum est. Conf. Schult. prov. Meid. p. 129.

١٨٠ أَجْرَدُ مِنْ صَخْرَةٍ وَمِنْ صَلْعَةٍ

180. Nudior, quam petra et (nudior) quam calvities.

Sunt, qui in posteriore proverbio صلعة (Zollaah) petra laevis legant. Conf. Schult. prov. Meid. p. 123.

١٨١ أَجْرَدُ مِنْ جَرَادٍ

181. Nudior, quam Djorad.

Djorad nomen loci arenosi in provincia Nedjd est, qui herbas non producit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 123. et prov. 192.

١٨٢ أَجْمَلُ مِنْ ذِى ٱلْعِمَامَةِ

182. Pulchrior, quam cidari tectus.

Legitur quoque sic: اجمل من ذى العصابة. Proverbio hoc Meccae incolae utebantur; cognomen autem possessoris cidaris Saihdus ben-Alahz ben-Omajjah gerebat. Tempore ante Mohammedem nemo ex Koraischitis cidarim eiusdem coloris, quem Saihdi cidaris colorem habebat, induere solebat. Tanta autem viri pulchritudo erat, ut nulla femina se contineret, quin Saihdum transeuntem foris prodiens oculis sequeretur. Sunt autem, qui contendant, cognomen illud Saihdum ben-Alahz habuisse, quo eius principatus indicaretur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 129.

١٨٣ أَجْوَدُ مِنْ هَرِمٍ

183. Liberalior, quam Harimus.

Harimi ben-Sinan Ebn-Abi-Haritsah Almorri liberalitas ob versus hosce Sohairi ben-Abi-Solma, quibus eius liberalitatem laude ornaverat, in proverbium cessit:

إِنَّ ٱلْبَخِيلَ مَلُومٌ حَيْثُ كَانَ وَلَا كِنَّ ٱلْجَوَادَ عَلَى عِلَّاتِهِ هَرِمُ

هُوَ ٱلْجَوَادُ ٱلَّذِى يُعْطِيكَ نَائِلَهُ عَفْوًا وَيُظْلَمُ أَحْيَانًا فَيَظَّلِمُ

»Avarus, ubicunque est, vituperio est dignus; sed Harimus omni statu liberalis est. Is liberalis est habendus, qui donum suum tibi dat non petenti, et aliquando iniuria laesus iniuriam perfert.«

Metrum versus Basith est. Conf. l. m. p. 190. Conf. Schult. prov. Meid. p. 142 sq.

١٨٤ أَجْوَدُ مِنَ ٱلْجَوَادِ ٱلْمُبِرِّ

184. Celerior quam equus generosus cursu vincens.

Proverbium hoc in meo codice non legitur. Propria vocis جواد significatio liberalitatis est, quæ in equi generosi cursum translata est. Proverbium nonnisi in equis adhibetur.

١٨٥ أَجْرَأُ مِنْ أُسَامَةَ

185. Audacior, quam leo.

Vox اسامة, quae cum articulo coniungenda non est, leonis cognomen est. Scharaf-Aldinus hunc Rijahi versum citavit:

وَلَأَنْتَ أَجْرَأُ مِنْ أُسَامَةَ أَوْ مِنِّى غَدَاةَ وَقَفْتَ لِلْخَيْلِ

„Et tu profecto leone aut me audacior eras tempore matutino, quo equitibus restitisti.“

Metrum est Camil conf. libr. m. p. 214. Quem Meidanius ad hoc proverbium citavit versum, aliam rem spectat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 117.

١٨٦ أَجْرَأُ مِنْ لَيْثٍ بِخَفَّانَ

186. Audacior, quam leo in loco Chaffan appellato.

Chaffan nomen loci prope Cufam leonibus abundantis est. Cecinit Laila Alachjalijjah:

فَتًى هُوَ أَحْيَى مِنْ فَتَاةٍ حَيِيَّةٍ وَأَجْرَأُ مِنْ لَيْثٍ بِخَفَّانَ خَادِرِ

„Iuvenis pudentior quam puella pudica et audacior quam leo in loco Chaffan in latibulo vivens.“

Metrum versus Thawil est. Conf. libr. m. p. 161 sq. Conf. Schult. prov. Meid. p. 122 sq.

١٨٧ أَجْهَلُ مِنْ حِمَارٍ

187. Stupidior, quam Himarus.

Huiusce viri nomen erat Himar ben-Mowalik. Nec non proverbium de asino (حمار) adhiberi puto. Aliud est proverbium: اكفر من حمار „Incredulior, quam Himarus.“ Conf. Schult. prov. Meid. p. 147.

١٨٨ أَجْهَلُ مِنْ عَقْرَبٍ

188. Stupidior, quam scorpio.

Scorpio inter hominum pedes repens non videt et sæpe conculcatur. Pungit quoque res, quae laedi non possunt ut saxa etc.

١٨٩ أَجْهَلُ مِنْ رَاعِي ضَانٍ

189. Stupidior, quam ovium pastor.

Conf. prov. VI, 178. Conf. Schult. prov. Meid. p. 148.

١٩٠ أَجْفَى مِنَ الدَّهْرِ

190. Iniustior, quam tempus.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 127.

١٩١ أَجْدَى مِنَ الْغَيْثِ فِي أَوَانِهِ

191. Utilior, quam pluvia suo tempore.

١٩٢ أَجْرَدُ مِنَ الْجَرَادِ

192. Voracior, quam locusta.

Nihil explicandi huius proverbii causa Hamsahus adnotavit. De vocabuli اجرد significatione interpretes non consentiunt. Quod si vocem cum loquendi modo: ارض مجرودة »terra, cuius plantas locustae depastae sunt« cohærere putas, voracioris significatio ei inesse potest. Licet quoque voci tribuere infausti significationem, quippe quum رجل جارود „vir infaustus" sit. Tertius interpretandi modus a جردت الشي „decorticavi rem" desumtus est, ut sensus sit: Magis decorticans quam locusta. Conf. Schult. p. 122.

١٩٣ أَجْهَلُ مِنْ قَاضِى جُبَّلَ

193. Stupidior, quam iudex Djobbali.

Djobbal oppidi nomen est (in meo codice Djaboll) ad Tigridis ripam siti (Kam.) in regione Cascar, cuius urbs primaria Wasith est. Iudicem illum narrant litem diremisse, quum alter adversarius ad eum venisset, tum veniente altero, iudicium abrogasse. Conf. Schult. p. 150. conf. prov. 181.

١٩٤ أَجْوَرُ مِنْ قَاضِى سَدُومَ

194. Iniustior, quam iudex Sadumi.

Sadum (Sodom), oppidi nomen a gente Lothi habitati fuisse, narrant. Alii potius سذوم Sadsum enunciandum esse, putant. Kamusi auctor oppidum provinciae Emessae fuisse adnotavit. Thabaritae autem sententia est, nomen fuisse regis iniusti ex posteris Graecorum, qui in loco Sarmin, provinciae Kinnesrin, sedem haberet. Duplici igitur modo legitur, aut اجور من سدوم „Iniustior quam Sadumus" aut اجور من قاضى سدوم „Iniustior quam iudex oppidi Sadum appellati. Conf. Schult. p. 144.

Proverbia recentiora.

---

١٩٥ جَعَلَ بَطْنَهُ طَبْلًا وَقَفَاهُ اصْطَبْلًا

195. Ventrem suum tympanum, occiput suum stabulum fecit.

١٩٦ جَزَاءُ مُقَبِّلِ ٱلاسْتِ الضُّرَاطُ

196. Retributio eius, qui podicem osculatur, peditum est.

١٩٧ جَنَّةٌ تَرْعَاهَا خَنَازِيرُ

197. Hortus, quem sues depascuntur.

١٩٨ جَهْلٌ يَعُولُنِى خَيْرٌ مِنْ عَقْلٍ أَعُولُهُ

198 Ignorantia, quae me alit, melior est, quam prudentia, quam ego alo.

١٩٩ جَاءَ بِٱلدُّنْيَا يَسُوقُهَا

199. Adduxit mundum, eum propellens.

٢٠٠ جَاهُهُ جَاهُ كَلْبٍ مَمْطُورٍ فِى مَقْصُورَةِ ٱلجَامِعِ

200. Dignitas eius est dignitas canis pluvia adfecti in templi magni adyto.

٢٠١ جَدَّةٌ تَقْضِى العِدَّةَ

201. Avia, quae statum, in quo viro cum ea rem habere ex lege nefas, observat.

In senem, qui iuvenis more se gerit, dicitur.

٢٠٢ جَوَاهِرُ ٱلْأَخْلَاقِ تَتَصَفَّحُهَا ٱلْمُعَاشَرَةُ

202. Consortium naturae indoles conspicit.

٢٠٣ جَاءَ ٱلْعِيَانُ فَأَلْوَى بِٱلْأَسَانِيدِ

203. Venit inspectio, quae oculis fuit, et alienae auctoritatis adlegationes abolevit.

٢٠٤ جَهْلُكَ أَشَدُّ مِنْ فَقْرِكَ

204. Ignorantia tua gravior est, quam paupertas tua.

٢٠٥ ٱلْجَمَلُ فِي شَيْءٍ وَٱلْجَمَّالُ فِي شَيْءٍ

205. Camelus commodo est, et camelarius commodo est.

٢٠٦ ٱلْجُلُّ خَيْرٌ مِنَ ٱلْفَرَسِ

206. Tegumentum melius est, quam equus.

٢٠٧ ٱلْجَالِبُ مَرْزُوقٌ وَٱلْمُحْتَكِرُ مَلْعُونٌ

207. Is, qui de loco in locum vaenum educit, res ad vitam necessarias a Deo accipit; is qui non vendens frumentum retinet, diris devotus est.

٢٠٨ ٱلْجَدِيَّةُ رِبْحٌ بِلَا رَأْسِ مَالٍ

208. Fortunae conditio est lucrum sine summa principali, quae lucro exponitur.

Vocabulum جديّة fortunae conditionis significationem mihi habere videtur, nam جديّة »pannus, qui sub sella ponitur,« non video, quomodo proverbii sensui conveniat.

٢٠٩ الْجَهْلُ مَوْتُ الْأَحْيَاءِ

209. Ignorantia vivorum mors est.

٢١٠ الْجَرَّةُ لَا تُشْتَرَى أَوْ تُلْطَمُ

210. Vas figlinum non emitur, prius quam manu percutitur.

Sensus proverbii est: priusquam vas figlinum emimus, manu id percutimus, ut ex sono cognoscamus, num rupturas habeat.

٢١١ اجْلِسْ حَيْثُ يُؤْخَذُ بِيَدِكَ وَتُبَرُّ لَا حَيْثُ يُؤْخَذُ بِرِجْلِكَ وَتُجَرُّ

211. Ibi sede, ubi manu tua arrepta tibi benefaciunt; non, ubi arrepto pede tuo traheris.

٢١٢ اجْلِسْ حَيْثُ تَجْلِسُ

212. Sede ubi sedes.

Id est: Loco tibi destinato et conveniente sede.

٢١٣ أَجْلَسْتُ عَبْدِي فَاتَّكَا

213. Servum meum sedere iussi et cubuit.

٢١٤ أَجْرَأُ ٱلنَّاسِ عَلَى الْأَسَدِ أَكْثَرُهُمْ بِهِ رُؤْيَةً

214. Audacissimus hominum ad pugnandum contra leonem est is, qui eum saepissime conspexit.

٢١٥ جَاءَ عَلَى نَاقَةِ الْحَذَّاءِ

215. Advenit super camela calcearii.

Id est: pedibus incedens et calceis indutus advenit.

Caput VI.

Littera Ha.

١ حَرِّكْ لَهَا حُوَارَهَا تَحِنّ

1. Move ei (camelae) pullum suum parvum, desiderio eius adficietur.

Voce حوار cameli pullus appellatur usque ad tempus, quo ablactatus est. Proverbii sensus est: In mentem ei revoca quandam rem ipsi necessariam, ut ad eam impellatur. Ahmruus ben-Alahz proverbium hoc Moahwijjaho dixit, quum hic Syriae gentem in auxilium vocaret ei consilium dans, ut chalifae Ohtsmani vestem, in qua occisus esset, populo ostenderet. Samachschar. Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246.

٢ حَالَ الْجَرِيضُ دُونَ الْقَرِيضِ

2. Praefocatio intercessit carmini.

Vocabulum جريض est status angoris propter sputum, quod quis ob tristitiam et moerorem deglutit et inde dicitur: مات فلان جريضا »Moerore adflictus quidam mortuus est.« Verba proverbii Djauschano Cilabitae adscribuntur. Pater, haec enim proverbii origo fuisse narratur, filio sic appellato carmina dicere interdixerat, qua de causa iste tanta tristitia adfectus est, ut in morbum gravem incideret. Hoc videns pater carmen dicere filio permisit; sed puer proverbii

verba dixit significaturus statum suum impedire, quominus carmen dicat. conf. Samachschar. Kamus. At in codice Berolinensi et in Samachscharii opere proverbium hoc Ohbaidum ben-Abraz regi Almondsiro ben-Mäi-ssemäi dixisse legimus. Quum enim rex, Ohbaidum occidere in animo haberet, et, ut carmen diceret, postularet, Ohbaidus ista verba dixit. Proverbio is uti solet, qui impeditur, quominus rem postulatam perficiat. Conf. Harir. p. 130 sq.

٣ حَنَّ قِدْحٌ لَيْسَ مِنْهَا

3. Sonum edidit sagitta; ad eas non pertinet.

Sagittae, quae ludo inserviunt, e ligno arboris Nabah appellatae conficiuntur. Fit autem interdum, ut deficiens e ligno alius arboris paretur. Talis vero sagitta quum diversum sonum edat, eam ex earum numero non esse statim iudicant. Suffixum ها ad vocem القداح sagittae referendum est. In eum dicitur, qui originem falso sibi arrogat aut virtutem, qua ornatus non est, de se gloriatur. Verbis his Ohmarus usus est, quum Walidus ben-Ohkbah ben-Abi-Moaith die pugnae Bedr de se dixisset: اقتل من بين قريش »Occidar unus e Koraischitarum gente« significaturus, eum ad gentem Koraisch non pertinere. conf. Samachschar. Proverbio metrum Raml est. conf. l. m. p. 238.

٤ حَيَّاكَ مَنْ خَلَا فُوهُ

4. Te is salutet, cuius os vacuum est.

Ad virum edendo occupatum alterum, salutem qui diceret, transiise narrant. Edentem, quum salutem alteri reddere non posset, ista verba postea dixisse. Quibus proverbii verbis utuntur ad significandum, virum aliis rebus nimium occupatum esse, quam ut alterius rerum curam gerat. Samachschar.

٥ حَتْفَهَا تَحْمِلُ ضَأْنٌ بِأَظْلَافِهَا

5. Mortem suam ovis ungulis suis adducit.

Vir quidam ovem inveniens, quum instrumentum non haberet, quo eam mactaret, ovis ungulis e terra cultrum effodit. Alii ovis adeps, quam in corpore portet, in causa esse dicunt, cur mactetur. Proverbium de eo, qui sua culpa in interitum irruit, dicitur. Proverbium adhibuisse coram Mohammede narrant Horaitsum ben-Hassan Schaibanitam. Adduxerat hic Kailam e gente Tamim oriundam ad prophetam rogans, ut ipsi regionem Aldahna adsignaret. Quod quum Mohammedes faceret et illa femina de eo male loqueretur, Horaitsus ei dixit: كنت انا وانت كما قيل حتفها تحمل ضان باظلافها »Nos, ego et tu eramus sicut dictum est: mortem suam adducit ovis ungulis suis.« Illius autem historiae Abu-l'Aswadus Aldauli versibus mentionem fecit:

فَلَا تَكُ مِثْلَ ٱلَّذِى ٱسْتَخْرَجَتْ   بِأَظْلَافِهَا مُدْيَةً أَوْ بِفِيهَا
فَقَامَ إِلَيْهَا بِهَا ذَابِحٌ

»Ne igitur similis sis ei, quae ungulis suis vel ore suo cultrum eduxit et mactans cum eo ad eam accessit....«

Versus metrum Motakarib appellatum est. Conf. l. m. p. 281 sq. Samachschar.

٦ حَدِّثْ حَدِيثَيْنِ أمْرَأَةً فَإِنْ لَمْ تَفْهَمْ فَأَرْبَعَةً

6. Mulieri rem bis dicas, et si non intelligit, quater.

Vocabulum حديثين »sermones duos« hoc loco sermonem repetitum, ut melius intelligatur, significat. Legitur quoque فاربعه tum abstine! Abu-Saihdus autem dixit: فان لم تفهم بعد الاربعة فالمربعة »Et si non intelligit post quatuor (sermones); tum baculum (adhibe).« De eo dicitur, qui male audit et perverse respondet. Samachschar.

٧ حَلَبْتَ حَلْبَتَهَا ثُمَّ أَقْلَعْتَ

7. Pluviam tenuem emisit (nubes), tum cessavit.

Legitur quoque جلبت جلبة. De hoc proverbio conf. C. V, 10. cl. Bertheaui pr. p. 15 text. Ar. et Samachscharium, qui vocem جلبة clamor de nubis tonitru dictam esse contendit.

٨ حَلَأَتْ حَالِئَةٌ عَن كُوعِهَا

8. Carne nudavit femina pellem mundans extremitatem ossis, qua parte pollicem attingit.

Mulier pellis interius latus a sordibus mundans aut ob nimiam festinationem aut quod rem non bene callet, istam manus partem laedit. Praepositionem عن ob sensum, qui verbo inest, adhibuit, quasi dixerit: قشرت اللحم عن كوعها »Denudavit carne os illud.« De eo adhibetur, qui rem, quam non bene callet, peragit. Samachscharius autem, in cuius codice scribae ob negligentiam proverbium omissum est, et intelligendi et legendi proverbii aliam rationem adnotavit, sic enim legitur. Sensus est: Transgreditur illa in mundando ad os illud; adhibetur de se defendente. Legitur quoque: حزت حازة كوعها »Resecat secans partem ossis eius.« Designat virum re ita occupatum, ut alius nullam rationem habeat. Conf. prov. 81.

٩ حَلَبْتُهَا بِالسَّاعِدِ الأَشَدِّ

9. Brachio validissimo eam mulsi.

Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246. Sensus est: Vi eam cepi, quum lenitati non cederet. Samachscharius dicit, hoc adhiberi de viro, qui rei par sit.

١٠ حَنَّتْ وَلَاتَ هَنَّتْ وَأَنَّى لَكَ مَقْرُوع

10. Desiderio adfecta est; sed non est tempus desiderii; et unde tibi Makruhus (erit)?

Alhaidjumanijja filia Alahnbarii Ahbd-Schemsum ben-Sahd, cui Makruhi cognomen erat, amabat. Illa quodam die certior facta, Ahbd-Schemsum in regiones gentis incursionem facturum esse, rem patri suo indicavit. Pater gentem convocans nuntium exposuit. Masinus autem ben-Malic ben-Ahmru de re dubitans verba ista dixit, quibus hic sensus inest: „Amat, sed non est tempus amandi, et quomodo Makruho potieris? Post vocem لات omissum esse dicunt حين, nam in vocibus saepissime adhibitis, etiamsi una omissa, sensus facile cognosci possit. At sunt alii, qui لات هنت pro لا تهنات »ne laeteris!« dictum esse contendant. Fusius quidem rem Almofadhdhelus exposuit, sed quum nil ad sensum proverbii explicandum faciant, ea hic loci omisi, quae ad proverbium C. XXIII, 379. melius adferentur. conf. C. XXV, 35. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de optante, qui spem potiundi abiecerit.

حَسْبُكَ مِنْ شَرٍّ سَمَاعُهُ ١١

11. Satis tibi est, malum audire.

Id est: contentus sis malum audire et non oculis videre vel: Satis tibi est malum audire, etsi non peregeris. Proverbium hoc matri Alrahbii ben-Sijad Absitæ, cuius nomen Fathimah filia Alchorschobi e gente Banu-Anmar ben-Baghid fuisse dicitur, adscribunt. Alrahbius a Kaiso ben-Sohair ben-Djasimah loricam acceperat. Kaisus autem Alrahbii matrem in camelo vehentem tanquam pignus, ut loricam recuperaret, secum abducere volebat. At illa: quae est mens tua, ut matrem gentis Banu-Sijad, quacum tibi pax est, huc illuc abducere vis? In hominum vituperationem necesse est, venias et satis tibi est malum audire; nam hominum vituperatio, et si sine causa est, tamen homini dedecori est. In dedecore et hominum vituperatione proverbium adhibent. Cecinit mulier quædam:

سَـايِلْ بِنَـا فِي قَوْمِنَـا وَلْيَكْفِ مِنْ شَرٍّ سَمَـاعُهْ

»Interroga de nobis gentem nostram et iam sufficiat malum audire.«

Metrum versus Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 215.

١٢ حِفْظًا مِنْ كَالِئِكَ

12. Custodi te a custode tuo!

Accusativus حفظا ab omisso verbo dependet ex. gr. الزم permane. Proverbii sensus est: Ne ab eo, in quo fiduciam ponis, securus sis. Samachsch.

١٣ حَدِيثُ خُرَافَةَ

13. Narratio Chorafahi.

Virum, cui nomen Chorafahus esset, aliquot tempus inter daemones vixisse narrant. Qui quum ad suos rediisset, plura de daemonibus narravit, quibus nulla fides haberetur. Quapropter res incredibilis narratio Chorafahi appellabatur. conf. Kam. Samachschar.

١٤ أَحْلُبْ حَلْبًا لَكَ شَطْرُهُ

14. Mulge, et tibi dimidia eius pars.

Proverbium ad petendum et adiuvandum nos incitat, ut rei dimidiam portionem accipiamus. Meid. Scharaf-Aldin. Djeuh.

١٥ حَذْوَ الْقُذَّةِ بِالْقُذَّةِ

15. Quemadmodum una in ala sagittae pluma alteri aequalis est.

Id est: Aequali modo. Duas res omnino aequales esse, proverbium indicat. Eodem modo dicitur: حذو النعل بالنعل »ut calceus calceo æqualis est.« Qui voci حذو accusativi casum tribuit, is verbum حذيا supplendum esse putat; qui nominativi casum esse statuit, هما subintelligi vult.

١٦ حِلْمِي أَصَمُّ وَأُذْنِي غَيْرُ صَمَّاءَ

16. Intelligentia mea surda est, sed aures meæ surdae non sunt.

Id est: Intelligentia mea me commovet, ut verba turpia me non audire simulem. Ex versu hocce desumtum esse proverbium, dixit Samachscharius:

قُلْ مَا بَدَا لَكَ مِنْ زُورٍ وَمِنْ كَذِبٍ حِلْمِى أَصَمُّ وَمَا أُذْنِى بِصَمَّاءِ

»Dic, quae tibi videntur, falsa et mendacia; intelligentia mea surda est et auris mea surda non est.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

١٧ حُورٌ فِى مَحَارَةٍ

17. Detrimentum in detrimento.

Ibn-Alahrabius enunciasse dicitur حَوْرٌ. Hoc de magno malo adhibetur. Kamusi auctor cum vocali Fata aut Dhamma enunciari dixit. Adhiberi proverbium de eo, cuius opes decrescant aut cuius res non bene se habeant, aut cuius res perturbatae sint, postquam bene se habuerint.

١٨ حَلَبَ ٱلدَّهْرَ أَشْطُرَهُ

18. Mulsit tempus (scilicet bina ubera) unum post alterum.

Vocabulum اشطره appositionis locum tenet, et quasi explicandae vocis الدهر gratia additum est. Loquendi autem modus a camela desumtus, cuius bina ubera unum post alterum mulgentur, in tempus translatus est. Omnes res tam bonas, quam malas, virum expertum esse, proverbium significat. Conf. Djeuh. Plures poetae proverbio usi sunt. Sic in hoc versu poeta:

حَلَبْتُ الدَّهْرَ أَشْطُرَهُ غُلَامًا وَأَشِيبُ حِينَ حَلَّ بِى الْقَتِيرُ

»Mulsi temporis dimidiam partem, iuvenis et senex tempore, quo canities mihi supervenit.«

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204. Samachschar.

١٩ حَسْبُكَ مِنْ غِنًى شِبَعٌ وَرِىٌّ

19. Opibus contentus sis tantis, ut te satiare et sitim explere possis.

Proverbium Amru'l'Kaiso adscribitur, qui hos cecinit versus:

إِذَا مَا لَمْ يَكُنْ إِبِلٌ فَمِعْزَى كَأَنَّ قُرُونَ جِلَّتِهَا ٱلْعِصِىُّ

فَتَمْلَأُ بَيْتَنَا أَقِطًا وَسَمْنًا وَحَسْبُكَ مِنْ غِنًى شِبَعٌ وَرِىٌّ

»Quum non sunt cameli; sed caprae, ex quibus annosae cornua baculis similia habent, domum nostram lacte schisto et butyro implent; et satis divitiarum est, si satiare te potes et sitim explere.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. conf. libr. m. p. 204. Abu-Ohbaidus duplicem haec verba admittere sensum dixit sc. aut omnia, quae ultra istum satietatis finem sunt, dono aliis des aut pauco contentus sis. Sunt, qui illum praeferendum esse putent, quia haec cogitandi ratio in aliis eiusdem poetae versibus reperiatur.

٢٠ حَسْبُكَ مِنَ ٱلْقِلَادَةِ مَا أَحَاطَ بِٱلْعُنُقِ

20. Contentus sis torquis parte, quae collum cingit.

In magna re parte eius parva tibi necessaria contentus sis. Ohkaibus ben-Ohlfah interrogatus, cur non longiore satyra inimicos perstringeret, hisce verbis respondit. Samachschar.

٢١ حَبْلُكَ عَلَى غَارِبِكَ

21. Funis tuus super gibbi tui vertice est.

Hic loquendi modus a camelo in mulierem translatus est, quae repudio dimittitur. Sensus est: Abi, quo vis! Camelo, si pastum dimittitur, in gibbi verticem habenam proiiciunt. Conf. Kam. Djeuh. Cecinit poeta Alnimr ben-Taulab appellatus:

فَلَمَّا عَصَيْتُ ٱلْعَاذِلِينَ وَلَمْ أُطِعْ مَقَالَتَهُمْ أَلْقَوْا عَلَى غَارِبِي حَبْلِي

»Quum vituperatoribus obsequium non praestassem, eorumque sermoni non obedivissem, funem meum super gibbi mei verticem proiecerunt.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Proverbium rem ab uno relictam esse, ut alter in ea libere agat, significat.

٢٢ حُبُّكَ ٱلشَّيْءَ يُعْمِي وَيُصِمُّ

22. Amor, quo rem amas, caecum et surdum reddit.

Amor rei, impedit quominus eius vitia videas; aut quæ alii dicant, audias. Proverbium Abu-l'Dardao adscribitur. Samachschar.

٢٣ حَدَثٌ مِنْ فِيكَ كَحَدَثٍ مِنْ فَرْجِكَ

23. Excrementum ex ore tuo est simile excremento ex pudendis tuis.

Sermo turpis et foedus excremento comparandus est. Proverbio hoc Ebn-Ahbbasus et Ajescha usi sunt. Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotarunt: الحدث حدثان حدث من فيك وحدث من فرجك „Merda est duplicis generis, merda ex ore tuo et merda ex pudendis tuis.“

٢٤ حَبِيبٌ إِلَى عَبْدٍ مَنْ كَدَّهُ

24. Servum qui molestia adfecit, eum amat (servus).

Quod si vilem, quemadmodum eius natura postulat, vile tractas, commodo tibi erit. Conf. prov. 42. et C. 1, 30.

٢٥ حَسَنٌ فِي كُلِّ عَيْنٍ مَا تَوَدُّ

25. Quod oculus amat, id ei pulchrum videtur.

Conf. prov. 22.

٢٦ حَتَنَى لَا خَيْرَ فِي سَهْمٍ زَلَّخٍ

26. Aequalitas; non est bonum in sagitta, quae ex arcu delabitur.

Vocabulo حتنى a forma احتتن derivando, quippe quum dicatur: وقع النبل حتنى „sagittae aequaliter ceciderunt,“ aut nominativi casus tribui potest, ut sit praedicatum subiecti هذا omissi, aut accusativi casus, ut suppleatur verbum احتتنا „aequalitatem (inter nos) constituimus.“ Tum legitur زلخ et زلج. Priori Allaitsus „omnibus viribus in iacienda sagitta utendi, ut scopum non feriens ultra decidat,“ significationem tribuit. De vocabulo زلج autem est duplex interpretum sententia. سهم زلج aut ea sagitta est, quae, quum glabra sit, ab arcu delabitur aut sagitta, quae ante scopum lapidem in terra iacentem tangens inde se tollit et scopum ferit. Haec autem sagitta in certamine pro nulla habetur. Sensus est: Aequales sumus, tu nil mihi praestas. Proverbio autem utuntur ad significandos aequales homines, ut alter alteri non praestet. Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic proverbium adnotarunt: الحتنى لا خير فى سهم زلج „Aequalitas est, bonum non est in sagitta, quae terram tangens scopum ferit.“

٢٧ حِرَّةٌ تَحْتَ قِرَّةٍ

27. Sitis sub frigore.

Proverbio metrum Chafif est. conf. libr. m. p. 263 sq. Arabes dicunt, homines siti vehementissima die frigido adfici. In eum dicitur, qui amicitiam ostendens, animo iram odiumque occultat.

٢٨ اَلْحَرْبُ خُدَعَةٌ

28. Bellum deceptor est.

Vocabulum خدعة vocalibus variis instructum varium

sensum præbet. Si خدعة cum Fata effers, nomen vicis deceptio una est, a خدع i. e. Si pugnator una vice adversarium decipit, eum vincet et in fugam coniiciet; sin vero خدعة cum Dhamma effers, nomen est, i. e. in bello adversarius decipitur. At vero quem secutus sum scribendi modum ab Alcesaïo adnotatum, is omnino praeferendus videtur, ut bello ipsi agendi ratio tribuatur, quippe quum multos decipiat. De omni re, quae astutiâ perficienda est, adhibetur. Samachschar. Scharaf-Aldin.

٢٩ الحَدِيثُ ذُو شُجُونٍ

29. Narratio plures vias (scopos) habet.

De narratione, qua alia in mentem revocatur, proverbium adhibent. Proverbium hoc Dhabbaho ben-Odd ben-Thabichah ben-Aljas ben-Modhar adscribitur. Miserat filios duos Sahdum et Soaihdum, ut camelos amissos quaererent. Sahdus camelos reduxit et Soaihdus a viro Alharts ben-Cahb appellato, quum duas vestes pretiosas, quibus indutus erat, illi postulanti dare recusasset, occisus est. Dhabbahus autem de filio suo semper cogitans, quotiescunque noctu rem nigram videret, dicere solebat: اسعد ام سعيد „Utrum Sahdus an Soaihdus est?“ quae verba postea in proverbium venientia de felici successu et frustratione adhibentur. Aliquo tempore post Alhartsum ben-Cahb illis vestibus ornatum in nundinis, quae loco Ohcats mense sacro habebantur, Aldhabbahus conspexit. Virum igitur interrogavit, unde vestes illas accepisset. Respondit, se adolescentem vidisse vestibus his tectum et postulasse, ut ipsi vestes daret. Quod quum facere recusasset, se eum occidisse. Pater, num eo, quo cinctus es, gladio eum occidisti? interrogavit. Altero rem affirmante, pater, ut sibi gladium ostenderet, se enim gladium acutum esse, putare, rogavit, et acceptum gladium movens et proverbii verba dicens eum occidit. Adstantibus autem, qui mense

sacro hoc facientem vituperarent, dixit: سبق السيف العذل »Gladius reprehensionem praecessit,« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Conf. C. XII, 1. Poeta Ferasdakus in versu hoc rei mentionem fecit:

وَلَا تَـأْمَنَنَّ ٱلْحَرْبَ إِنَّ ٱسْتِعَارَهَا كَضَبَّةَ اذْ قَالَ ٱلْحَدِيثُ شُجُونُ

»Ne a bello securus sis, nam bellum accenditur, quemadmodum Dhabbahus fecit, quum diceret. Narratio plures vias habet.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Abu-Becrus Ahlius ben-Alhasan Alkohestani versui huic, cui metrum Thawil est, duo proverbia pulchre inseruit:

تَذَكَّرَ نَجْدًا وَٱلْحَدِيثُ شُجُونُ فَجُنَّ ٱشْتِيَاقًا وَٱلْجُنُونُ فُنُونُ

»Regionis Nedjd recordatus est et narratio vias habet, tum desiderio insanus fuit, et insania varia est.«

٣٠ حُوتًا تُمَاقِسُ

30. Cum pisce magno, uter alterum demergat, certas.

De viro versuto dicitur, qui alteri aequali adversatur. Cecinit poeta:

إِنْ تَكُ سَبَّاحًا فَإِنِّى لَسَابِحٌ وَإِنْ تَكُ غَوَّاصًا فَحُوتًا تُمَاقِسُ

»Si natator es, et ego natans sum; et si urinator es, cum pisce magno certas.«

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161.

٣١ حَدَسَ لَهُمْ بِمُطْفِئَةِ ٱلرَّضْفِ

31. Mactavit iis (ovem), qua exstingueretur lapis candens.

Vocabulum حدس significat »in latus ovem deposuit, ut mactaretur.« Lihjanita proverbii sensum esse putavit: »Mactavit eis ovem emaciatam, qua ignis exstingueretur;« alii autem contrarium admittunt sensum; nempe lapidem

ignitum, super quo carnes assare solent, adipe exstinguentem ovem. Tum quoque verbo حدس significationem liberalis fuit tribuunt, ut sensus sit: »Dono iis dedit (ovem), qua lapis candens exstingueretur.« Abu-Saidus autem paulo diversam proverbii lectionem adtulit حدسهم بمطفئة الرضف

٣٢ حَرَامَهُ يَرْكَبُ مَنْ لَا حَلَالَ لَهُ

32. In illicito suo (camelo) is vehitur, cui licitus non est.

Djobailahus ben-Ahbd-Allah in Djorajjahi ben-Ahmir camelos die Masluk pugna inter Arabes celebri incursionem fecerat. Omnes abegit praeter unam, in qua vehi ex Arabum ante Mohammedem more nefas erat. Camelorum possessor, quum de re certior factus esset, camelorum raptores persecuturus, sororis filio, qui camelos illos pastum duxerat, ut camelam illam relictam ipsi adduceret, imperavit. At ille se excusans, illam camelam esse rem illicitam, dixit. Djorajjahus responsum dedit, proverbii verbis utens, quibus significaret, hominem ad rem sibi ingratam, necessitate iubente, cogi. Scharaf-Aldinus et Samachscharius, qui proverbium sic adnotarunt: الحرام يركب من لا حلال له »Illicito vehitur is, cui licitus non est,« dixerunt, adhiberi ad significandum paucis contentum animum, quum multa non habeas.

٣٣ الحُسْنُ أَحْمَرُ

33. Pulchritudo est rubra.

Sunt qui vocabulo احمر »ruber,« vehementis, gravis significationem tribuant, dicitur enim: موت احمر »mors rubra« i. e. gravis, ut proverbii sensus sit: Qui pulchritudinem petit, molestias perferre debet. Alii autem pulchritudinem in colore rubro consistere dixerunt. Alasharius denique contendit, voce احمر album significari. Arabes

Persiae et Graeciae incolas rubros appellasse, quibus color albus esset.

٣٤ حَانِيَةٌ مُخْتَضِبَةٌ

34. Vidua ob amorem in liberos secundas nuptias recusans, quae manus suas pingit.

Codex meus مختضبة, cod. L. فتختضبين habet. Sensus idem est. Mulier quaedam marito defuncto tantum in liberos amorem affectabat, ut secundas nuptias se inituram non esse diceret. Quae quum eodem tempore manus suas pingeret, homines de veritate dicti dubitantes, proverbii verba pronuntiarunt. De eo adhibetur, cuius agendi ratio nobis suspecta est. Meid. Samachschar.

٣٥ حَمِيمُ ٱلرَّجُلِ وَاصِلُهُ

35. Propinquus viri est is, qui cum eo coniunctus est.

Primus, qui verba haec dixerit, Alchonabisus ben-Almokannah fuisse traditur. Vir quidam Cilab ben-Farih appellatus oves pastum duxerat et quum leonem in gregem irrumpentem repellere vellet, prostratus erat. Accidit autem, ut momento, quo leo super Cilabo insideret, duo viri accederent, alter Chonaberus ben-Morrah, Cilabi propinquus, alter Hauschab appellatus. Chonaberus, a Cilabo in auxilium vocatus, equum deflexit eumque deseruit, Hauschabus autem impetum in leonem faciens auxilium tulit, et virum liberavit. Cilabus gratias agens dixit: »Tu es propinquus meus, Chonaberus non est,« et ad gentem eum adducens eadem repetivit verba. Aliquo tempore post Cilabus mortem obiit. Hauschabus, quem defunctus ille coram gente sua propinquum appellaverat et Chonaberus, qui re vera defuncti propinquus erat, inter se de haereditate litigabant. Res ad Alchonabisum, qui tum temporis inter gentem suam dominio utebatur, delata est. Adhibiti testes quum defuncti verba: »hic est propinquus meus et

non Chonaberus," se audivisse dicerent, Hauschabo haereditatis ius adiudicavit, verba illa dicens, quae postea in proverbium venerunt. Samachscharius proverbium sic adnotavit: حميم المرء واصله. Idem sensus est. Propinquum tuendum esse, docet proverbium.

٣٦ حِبٌّ إلَى عَبْدٍ مَحْكِدُهُ

36. Servus originis suae amans est.

Alius proverbii legendi modus, quem Samachscharius secutus est, reperitur, sc. حبيب الى عبد سوء محكده "Servus pravus originem suam amat." De eo dicitur, qui rei ipsum dedecore adficientis cupidus est. Aliis autem proverbii sensus hic esse videtur: Originem suam ipse servus pravus amat.

٣٧ احْمِلِ ٱلْعَبْدَ على فَرَسٍ فَإنْ هَلَكَ هَلَكَ وَإنْ عَاشَ فَلَكَ

37. Servum equo imponas; si perit, perit; sin vivit, tibi erit (commodo).

In omni re adhibetur, quam homo parvi facit, ut eam periculo exponat.

٣٨ حَدَّثَنِي فَاهُ إلَى فِيَّ

38. Verba mihi fecit os ori meo prope admovens.

Accusativus فاه ex omisso جاعلا ponens pendere putatur. Coram et nullo intercerdente mecum locutus est.

٣٩ حَوِّلْهَا مِنْ ظَهْرِكَ إلَى بَطْنِكَ

39. Eam (rem) a dorso tuo ad ventrem tuum transfer!

Suffixum ها ad vocabulum خطة res, negotium referendum est. Proverbii sensus est: Rem tuam in propinquum tuum transfer et salva erit. Abulfed. Ann. I, 144.

٤٠ أَحُشُّكَ وَتَرُوثُنِى

40. Foenum tibi porrigo et tu me fimo conspurcas.

Beneficia in te confero, et tu mihi malefacis. Vocem تروثنى pro تروث على positam esse dicunt. Legitur quoque احسك وتروثنى »Strigili a sordibus te mundo et tu fimo me conspurcas.«

٤١ أَحْلَبَتْ نَاقَتُكَ أَمْ أَجْلَبَتْ

41. Utrum pullos feminas parit camela tua, an mares?

Malum optantes dicunt: لا احلبت ولا اجلبت »Neque camelos pullos feminei sexus parientes neque mares parientes habeas!

٤٢ أَحَادِيثُ ٱلضَّبُعِ ٱسْتَهَا

42. Narrationes hyaenae podici suo explicatae.

Narrant hyaenam se volutare super solo, tum in pedibus posterioribus sedentem capite versus podicem inclinato nulli intelligibilia tanquam verba proferre. De eo proverbium adhibent, qui omnia confundens, ut intelligi nequeat, loquitur. conf. prov. 120.

٤٣ أَحَبُّ أَهْلِ ٱلْكَلْبِ إِلَيْهِ ٱلظَّاعِنُ

43. Canis ex omnibus gentis suae hominibus maxime diligit iter facientem.

Fieri enim potest, ut iter facientis iumentum pereat et cani cibo inserviat. In eum dicitur, qui familiae honorem parum defendit, sed commodum tantum suum sequitur.

٤٤ أَحَبُّ أَهْلِ ٱلْكَلْبِ إِلَيْهِ خَانِقُهُ

44. Canis inter omnes maxime amat ipsum strangulantem.

In vilem dicitur, quem si honore adficis, tibi adversatur. Conf. prov. 24. et C. I. 30. Samachscharius et Scharaf-Aldinus proverbium sic adnotarunt: احب الكلب خانقه »Amat canis ipsum strangulantem.«

٤٥ حَلَّقَتْ بِهِ عَنْقَاءُ مُغْرِبٌ

45. Abstulit eum gryps longe remotus.

Quendam periisse, proverbium significat. Vocabulum عنقاء apud Arabes avem magnam, fabulosam, ab hominibus longe remotam significat. Conf. C. XVI, 2.

٤٦ حِدَا حِدَا وَرَاءَكِ بُنْدُقَةٌ

46. Hida Hida! post te est Bondokah.

Voces حداء حداء proprie cum Hamza enunciandae sunt. A nonnullis Hamza in proverbio omittitur. Alscharfius ben-Alkathami dixit, Hidaam ben-Namirah ben-Sahd, gentem in oppido Cufa habitantem, in gentem Bondokah ben-Mathsthsah in regione Jemen habitantem incursionem fecisse; tum vero vice versa hanc incursionem facientem, illam omnino perdidisse. (Conf. Kamus. et Djeuh.) In eum dicitur, qui prudentem se esse putans a prudentiore invaditur. Abu-Ohbaidahus autem vocabulo حداء milvum, et vocabulo بندقة globulum, quo petitur, significari, contendit. (conf. Harir. 461). Proverbium homines monere, ut caveant.

٤٧ حَيْثُ مَا سَاءَكَ فَالْعُكْلِيُّ فِيهِ

47. Ubicunque tibi displicet, in eo Ohclita est.

Alsibrikanum ben-Badr, cuius mater e gente Ohcal esset, cum avunculis suis degisse oves pascentem narrant. Avunculus eius experiendi causa sese ei obtulerat vespera, manibus, quas in vestimenti مدرعة appellati manus immiserat, extensis, ut timorem ei iniiceret. Sibrikanus autem

nullo timore perculsus, quis est? recedat! dicens, quum avunculus non recederet, eum sagitta transfixit. Tum autem accedens, avunculum agnovit et verba ista, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit.

٤٨ حَلَّ بِوَادٍ ضَبُّهُ مَكُونٌ

48. Descendit in valle, cuius lacertae ovis foecundae sunt.

Codices Berolinensis et Pocock. habent ضبّة, ut vertatur „Descendit in valle ovis foecunda lacerta." De eo dicitur, qui ad hominem opulentum, commode viventem devertit. Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246.

٤٩ حَمْدٌ إِذَا ٱسْتَغْنَيْتَ كَانَ أَكْرَمَ

49. Laus, quum contentus es, nobilior est.

Quod si virum rem rogasti, et hic rem tibi dedit, contento animo laude ei gratias age; nam ista laus te esse nobilem probabit. Proverbium ad metrum Redjes revocari potest. conf. l. m. p. 231.

٥٠ حَدُّ أَكَامٍ وَٱنْصِرَادٌ وَغَسَمٌ

50. Extremitas collis parvae et frigoris dolor et tenebrae.

Proverbio metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230. Vocabulum انصراد, quod nonnisi hoc in loco legitur, et de quo, nam rectum sit, interpretes dubitant, frigore adfici significare videtur. Verba haec, quae vir de male agendi ratione uxoris suae questus dixit, in eum quadrant, qui re implicitus est, ex qua, omnis generis molestias percipiens, se expedire nescit.

٥١ حَنْظَلَةُ ٱلْجَرَّاحِ لَيْسَتْ لِلَعِبٍ

51. Colocynthis chirurgi non est lusui.

Similis, quae proverbii verbis est, ratio inest verbis: فلان لا يلعب بحنظلته »Cuiusdam colocynthis lusui non inservit“ Difficilem accessu virum designat.“ Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. m. p. 230.

٥٢ حَوْبَكَ هَلْ يُعْتَمُ بِٱلسَّمَارِ

52. Age! num cunctabitur quis adferre lac multa aqua mixtum?

Voce حوب cameli increpantur, quae in proverbio in hominem transfertur. In eum dicitur, qui dare cunctatus parum tantum dat. Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246.

٥٣ أَحْبَضَ وَهُوَ يَدَّعِيهِ مُخْطًا

53. Ita iecit, ut ante scopum in terram sagitta decideret; contendit vero, eam (sagittam) scopum transfixisse.

Meidanius vocabulo حبض „decidit ante manum iaculatoris sagitta,“ significationem tribuit. Vox مخطا secundi obiecti locum tenet. Proverbio metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230. In eum quadrat, qui, quum male fecerit rem, eam bene se fecisse dicit.

٥٤ مُحِبٌّ بَيْتٍ يَبْتَغِى زَادَ ٱلسَّفَرِ

54. Domi manens itineris commeatum desiderat.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. De eo dicitur, qui rem ipsi haud necessariam petit.

٥٥ حَيْضَةُ حَسْنَاءَ لَيْسَتْ تُمْلَكُ

55. Menstruum pulchrae contineri non potest.

Quemadmodum femina pulchra, quod menstruum sanguinem continere non potest, non vituperatur: sic vir pulchris animi dotibus praeditus, quod semel peccavit, condemnandus non est.

٥٦ أَحْمَقُ يَمْطَخُ ٱلْمَآءَ

56. Stultus aquam lambit.

Simili modo dicunt: احمق من لاعق الماء „Stultior, quam aquam lambens.“ Proverbii causam in eo video, quod bestiae lambendo bibunt.

٥٧ اِحْتَلِبْ فَرْوَةَ

57. Mulge Farwam!

Virum quendam narrant servo suo, ut camelam, cui Ferwa nomen esset, mulgeret, imperasse, et servum dixisse, lacte caret. Alii autem contendunt, virum istum, hominibus eo, quod tanquam فاروه „et potum praebe“ vocem istam efferret, opinionem afferre voluisse, servo mandatum potus praebendi datum esse. In eum proverbium quadrat, qui male agens bene facientis speciem praebet. In Scharaf-Aldini libro ita scriptum est, ut vertatur „Mulsit Ferwam.

٥٨ حَتَّى يَرْجِعَ ٱلسَّهْمُ عَلَى فُوقِهِ

58. Donec sagitta ad crenam suam redit.

De re, quae fieri nequit et absurda est, adhibetur.

٥٩ حَتَّى يَرْجِعَ ٱلدَّرُّ فِى ٱلضَّرْعِ

59. Donec lac emissum in mammam redit.

Eadem huius, quae proverbio praecedenti, ratio est.

٦٠ حَيْنٌ وَمَنْ يَمْلِكُ مِقْدَارَ ٱلْحَيْنِ

60. Fatum hoc est et quis fati decretum regnat?

Dicitur hoc proverbium, cui metrum Sarih est (conf l. m. p. 246), quando interitus homini imminet.

٦١ حَافِظْ عَلَى ٱلصَّدِيقِ وَلَوْ فِى ٱلْحَرِيقِ

61. Custodi amicum, et si in incendio sit!

Proverbium, ut amicitiae officia omni modo et summo cum periculo exsequamur, nos hortatur.

٦٢ أَحَقُّ ٱلْخَيْلِ بِالرَّكْضِ ٱلْمُعَارُ

62. Dignissimus, quem ad cursum vehementem incites, equus commodatus est.

Vocabulum معار a voce عارية „commodata res, non propria" derivant, et hunc verborum sensum esse, ex versu praecedente concludunt. Sic enim equum describens Bascharus ben-Abi-Hasim cecinit:

كَأَنَّ خَفِيفَ مَنْخَرِهِ إِذَا مَا كَتَمْنَ ٱلرَّبْوَ كِيرٌ مُسْتَعَارُ
وَجَدْنَا فِي كِتَابِ بَنِي تَمِيمٍ أَحَقُّ ٱلْخَيْلِ بِٱلرَّكْضِ ٱلْمُعَارُ

„Quasi tenues nares eius, quando gravem anhelitum abscondunt, folles mutuati sint. Invenimus in libro gentis Banu-Tamim: Equus dignissimus, ut ad celerem cursum adigatur, mutuo acceptus est[1])."

Sed si, quae a lexicographis voci معار „gracilis et tenuem habens caudam" tribuitur significatio, vera est, haec mihi multum praeferenda videtur, sunt enim haec praestantiae signa. Alii autem vocabulo معار pinguefacti significationem tribuunt, hunc recitantes versum:

أَعِيرُوا خَيْلَكُمْ ثُمَّ ٱرْكُضُوهَا أَحَقُّ ٱلْخَيْلِ بِالرَّكْضِ ٱلْمُعَارُ

„Pinguefacite equos vestros, tum ad cursum celerem eos adigite! Dignissimus, qui ad cursum celerem adigatur, equus pinguefactus est."

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204. Non autem est silentio praetermittendum, esse, qui المغار enuncient voci significationem gracilis facti المضمر tribuentes. Meidanius talem vocabuli explicandi modum adtulit.

1) Metrum versuum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

dum vocabulum معار a verbo عار Fut. يعير „abiit, huc illuc vagatus fuit (equus)," derivat, ut معار equus sit, qui a domino suo incitatur, ut huc illuc vagetur. Vocibus igitur illis hic sensus inest „quamdiu equus a domino suo incitatur, ut huc illuc vagetur, dignissimus est, qui celeriter currat." Proverbium hemistichium versus Wafir est. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

٦٣ اِحْتَرِسْ مِنَ ٱلْعَيْنِ فَوَٱللّٰهِ لَهِيَ أَنَمُّ عَلَيْكَ مِنَ ٱللِّسَانِ

63. Ab oculo cave, nam ille te magis prodit, quam lingua.

Proverbio hoc Chalidus ben-Zafwan usus est. Cecinit poeta:

لَا جَزَى ٱللّٰهُ دَمْعَ عَيْنِي خَيْرًا بَلْ جَزَا ٱللّٰهُ كُلَّ خَيْرٍ لِسَانِي

نَمَّ طَرْفِي فَلَيْسَ يَكْتُمُ شَيْأً وَوَجَدْتُ ٱللِّسَانَ ذَا كِتْمَانِ

كُنْتُ مِثْلَ ٱلْكِتَابِ أَخْفَاهُ طَيٌّ فَٱسْتَدَلُّوا عَلَيْهِ بِٱلْعُنْوَانِ

„Ne remuneretur Deus oculi mei lacrymas bono, potius remuneretur bono Deus linguam meam. Calumniatus est intuitus meus nil celans; sed linguam res celantem inveni. Similis eram libro, qui convolutus interna occultat; sed ex titulo eum cognoscere studebant."

Versus sunt amantis cuiusdam. Metrum Chafif appellatum est. Conf. libr. m. p. 262.

٦٤ حُلَّ عَنْكَ قَطْعَنْ

64. Surge et abi!

Apud vocem حل solve vocabulum حبوتك amiculum tuum, supplendum est. Proverbium, ut, appropinquante malo, remedium et fuga quaeratur, monet.

٦٥ أَحَادِيثُ ٱلصُّمِّ إِذَا سَكِرُوا

65. Surdorum sermones, quum ebrii sunt.

In eum dicitur, qui se excusans modo vano multa et confusa verba profert.

٦٦ أَحَادِيثُ طَسْمٍ وَأَحْلَامُهَا

66, Narrationes gentis Thesm et eius somnia.

Nomine طسم gens Ahditarum, quae periit, appellatur c. Pocock. spec. hist. Ar. p. 38. ed. pr. Res omni veritate destitutas esse, significat.

٦٧ حَالَ الْأَجَلُ دُونَ الْأَمَلِ

67. Fatum spei intercedit.

Simile est proverbio secundo.

٦٨ حَبَّذَا وَطْأَةُ الْمَيْلِ

68. Quam pulcher est incessus inclinationis!

In eum dicitur, qui fido monitori repugnat. Proverbii verba ei tribuuntur, qui inclinato corpore iumento vehens, adhortanti ut corpus erigat, ne iumenti dorsum saucietur, suum equitandi modum laudat.

٦٩ حَوَّلَهَا مِنْ عَجُزٍ إِلَى غَارِبٍ

69. Transtulit illud a postica parte ad gibbi verticem

Abu-Saidus putavit, haec verba dici de viro, qui rem necessariam ab altero petiturus aut bonum ei tribuere, in animo habens, hoc in fratrem aut patrem aut filium aut propinquum eius transfert. Secutus sum trium codicum B. L. P. legendi modum, sed id quod in meo codice, additis vocalibus, حوتها من عجز الى غارب „Transtulit illud a locis protuberantibus ad gibbi verticem", existit, non malum videtur. Suffixum ها ad vocem خطة aliamve omissam referendum est.

٧٠ حِينَ تَقْلِينَ تَدْرِينَ

70. Quando in sartagine friges, scies.

Virum quendem ad meretricem venisse et absoluto negotio quum ei mercedem dedisset, sartaginem furto abstulisse narrant. Meretrix, quum viro dixisset; te decepi, nam tui maiori desiderio affecta, quam tu mei, sine necessitate nummos tuos accepi, eum proverbii verbis respondisse. In eum proverbium quadrat, qui ipse deceptus, se alium decepisse, putat.

٧١ أَحْمَقُ بَلْغٌ

71. Stultus ad propositum perveniens (est).

Stultus non impediente stultitia desiderio potitur. Vocabulum بلغ cum vocali Kesre aut Fata enunciare licet. Proverbium de stulto fortunato adhibetur. Proverbii sensum poeta hisce versibus explicavit:

قَدْ يُرْزَقُ ٱلْأَحْمَقُ ٱلْمَأْفُونُ فِي دَعَةٍ وَيُحْرَمُ ٱلْأَحْوَذِيُّ ٱلْأَرْحَبُ ٱلْبَاعِ

كَذَا ٱلسَّوَامُ تُصِيبُ ٱلْأَرْضَ مُمْرِعَةً وَٱلْأُسْدُ مَنْزِلُهَا فِي غَيْرِ إِمْرَاعِ

„Iam stultus, stupidus commoda vita utitur et solers, perficiendi facultate praeditus rebus necessariis caret; sic cameli pascentes pabulo abundantem regionem inveniunt, dum leones sterilem regionem habitant."

Versuum metrum Basith appellatum est. Conf. libr. m. p. 190. Aljeschcorius dixit: امر الله بلغ يشقى به الاشقياء „Dei mandatum pervenit, eo infelices miseri sunt."

٧٢ اَلْحَزْمُ حِفْظُ مَا كُلِّفْتَ وَتَرْكُ مَا كُفِيتَ

71. Prudentia est custodia eius, quod tibi imperatum est et relictio eius, a quo liber es.

Verba haec, quae Actsamus ben-Zaifi dixit, Mohammedis verbis similia sunt: من حسن اسلام المرء تركه ما لا يعنيه

„Pulchrae viri fidei tribuendum est, quod res ipsum non spectantes facere omittit.“ Scharaf-Aldinus, sensu non mutato, sic adnotavit proverbium: الحزم حفظ ما وليت وترك ما كفيت

٧٣ حَبِيبٌ جَاءَ عَلَى فَاقَةٍ

73. Amatus venit in statu egestatis.

De re, quae homini ipsam desideranti contingit, proverbium adhibent.

٧٤ حِمْلُ ٱلدُّهَيْمِ وَمَا تَزْبِي

74. Onus camelae Aldohaim et id quod portat.

Aldhohaim nomen camelae erat, quae occisorum filiorum capita ad Ahmruum ben-Sabban adduxit. Postea calamitatem cognomine Aldohaim appellabant. Proverbium ad magnam calamitatem significandam adhibent. c. C. IV, 29. XIII, 116.

٧٥ الحُمَّى اضْرَعَتْنِي إلَيْكَ

75. Febris me tibi submisit.

Abu-Ohbaidahus dixit, proverbium significare hominem necessitate coactum se alteri submittere. Alius autem proverbii legendi modus hic est: الحمى اضرعتني للنوم „Febris somno me subiecit.“ Almofadhdhelus fabularum narrator viro e gente Calb proverbium adscripsit et hanc fabulam narravit. Tres fratres Morairus (aliis Morainus), Morarahus et Morrahus vixerunt, quorum duo posteriores quum a daemonibus rapti essent, Morairus iuravit, se neque vinum bibiturum, neque caput loturum esse, donec fratres quaesivisset. Sumtis igitur arcu et sagittis in regionem montanam, ubi fratres periere, intravit et septem dies frustra exspectavit. Octavo tandem die struthiocamelum conspexit, et eum sagitta petiit. Vulneratus autem quum struthiocamelus se tollens in pede montis decidisset, post solis occasum vidit in rupe stantem hoc versu ipsum alloquentem:

يَا أَيُّهَا ٱلرَّامِي ٱلظَّلِيمَ ٱلْأَسْوَدْ تَبَّتْ مَرَامِيكَ ٱلَّتِي لَمْ تَرْشُدْ

„O tu, qui struthiocamelum nigrum petis, amputentur sagittae tuae, quae non bene directae fuerunt!“

Respondit Morairus his versibus:

يا أيها الهاتف فوق الصخرة كم عبرة هيجتها وعبرة

بقتلكم مرارة ومرة فرقت جمعا وتركت حسرة

„O tu, qui avolas super rupe, quot lacrymas commovisti! Eo, quod Morarahum et Morrahum occidistis, coetum dispersisti et suspirium reliquisti[1]).“

Tum per noctis partem daemon ille latuit; Morairus vero quum febri correptus in somnum incidisset, a daemone abreptus est. Interroganti daemoni, quid causae esset, quod quamvis cautus somno oppressus esset, respondisse dicitur: الحمى اضرعتني للنوم »Febris somno me submisit,« quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt. Postea eum hos versus cum aliis, quos omisit Meidanius, cecinisse fabulantur:

ألا من مبلغ فتيان قومي بما لاقيت بعدهم جميعا

غزوت الجن أطلبها بثاري لأسقيهم به سما نقيعا

فيعرض لي ظليما بعد سبع فأرميه فأتركه صريعا

»Eheu! quis iuvenibus gentis meae eorum nuntium adfert, quae mihi ab iis separato acciderunt? Me vindicaturus daemonibus bellum intuli, ut venenum purum iis bibendum porrigerem; tum post septem dies figuram struthionis habens mihi apparuit; sagitta in eum ieci, qua prostratum reliqui.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. Observandum est, a Samachschario sic legi proverbium: الحمى اضرعتني لك. Scharaf-Aldinus autem in fine يا فراش »O Firasche!« addidit simul adnotans, legi quoque يا قطيفة »O Kathifahe!« Idem scripsit, Ahmruum ben-Mahdi Carb proverbii verba imperatori Ohmaro dixisse.

---

1) Versuum metrum Sarih appellatum est. Conf. l. m. p. 246.

٧٦ حَوْلَ ٱلصِّلِّيَانِ ٱلزَّمْزَمَةُ

76. Circum plantam Zillijan sonus est.

Planta Zillijan gratum equis pabulum est, ut eam videntes hinniant, quapropter proverbium de viro adhibetur, cui ob divitias alii serviunt. Samachscharius dixit, proverbium significare hominum strepitum apud rem, quam cupiant. Sed legitur: حول الصلبان الزمزمة „Circum cruces sonus (est)“ nempe sonus eorum, qui crucem colunt. Allaitsi autem est sententia, vocabulo زمزمة sonum significari, quem barbarus edat, qui inter edendum os obturans loqui velit.“ In eum autem dicitur, qui circum rem obit voluntatem suam non patefaciens.

٧٧ الحَرْبُ غَشُومٌ

77. Bellum iniquum est.

Quia iniustus in bello saepius liberatur, et iustus affligitur, bello iniustitiam tribuerunt. Hunc fere sensum expressit poeta:

فَإِنَّ الحَرْبَ يَجْنِيهَا أُنَاسٌ وَيَصْلَى حَرَّهَا قَوْمٌ بِرَاءُ

»Bellum homines iniuste accendunt et innocentes eius flamma ardent [1]).«

Nabeghahus Djahdita bellum pulchre descripsit hisce versibus:

أَلَمْ تَعْلَمُوا أَنْ تَرْزَأَ الحَرْبُ أَهْلَهَا وَعِنْدَ ذَوِى ٱلْأَحْلَامِ مِنْهَا ٱلتَّجَارِبُ

لَهَا ٱلسَّادَةُ ٱلْأَشْرَافُ تَأْتِى عَلَيْهِمِ فَتُهْلِكُهُمْ وَٱلسَّابِحَاتُ ٱلنَّجَايِبُ

وَتَسْتَلِبُ ٱلْمَالَ ٱلَّذِى كَانَ رَبُّهُ ضَنِينًا بِهَا وَالحَرْبُ فِيهَا الحَرَايِبُ

»Nonne scitis, bellum homines id facientes opibus privare? Prudentes huius experientia edocti sunt. A bello principes nobiles obruti perduntur et feminae probae, gene-

1) Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204.

rosae. Eripit opes, quibus possessor parce tantum utebatur; in bello enim sunt opes direptae.«

Versuum metrum Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161 sq. Scharaf-Aldin, Samachschar.

٧٨ اَلْحَذَرُ قَبْلَ إِرْسَالِ ٱلسَّهْمِ

78. Cautio, antequam sagitta mittitur.

Proverbium hac fabula explicant. Corvi pullum, quum virum sagittam in arcu dirigentem conspexisset, avolasse et patri, qui exspectare, quid faceret vir, eum iuberet, proverbii verba dixisse. In proverbio igitur cautio commendatur. Scharaf-Aldin.

٧٩ حِلْسٌ كَشَفَ نَفْسَهُ

79. Dorsuale se ipsum detexit.

De viro dicitur, qui quamquam negotio, quod facit, par est, tamen id perdit. Vir cum tegumento sub sella, ut dorsum tueatur, posito et inde recedente comparatus est.

٨٠ اِحْفَظْ مَا فِي ٱلْوِعَاءِ بِشَدِّ ٱلْوِكَاءِ

80. Vinculum constringe, ut res in loculo conserves!

Proverbium monet, ut in rebus tractandis cautio adhibeatur.

٨١ حَزَّتْ حَازَّةٌ عَنْ كُوعِهَا

81. Secans (femina) secuit extremitatis cubiti sui rationem non habens.

In eum dicitur, qui suis rebus omnino occupatus, aliorum rationem non habet. conf. prov. 8. hui. capitis. In Kamuso من كوعها legitur.

٨٢ أُحْسُ فَذُقْ

82. Sorbe et gusta!

In gaudio ob alius mala proverbium adhibetur. Quod si hoc tibi interdictum fuit, et tu nihilominus crimen commisisti; sorbe igitur id et gusta. In proverbio autem vocabulum احس, vocabulo ذق praeposuit indicaturus, sequentes res antecedentibus graviores esse i. e. Sorbe nunc mala et gusta id, quod postea tibi exspectandum est. Proverbium ex poetae verbis derivatum esse putant:

أَيَا يَزِيدُ وَٱبْنَ عَمْرِو بْنِ ٱلصَّعِقْ   قَدْ كُنْتُ حَذَّرْتُكَ آلَ ٱلْمُصْطَلِقْ

وَقُلْتُ يَا هٰذَا أَطِعْنِى وَٱنْطَلِقْ   إِنَّكَ قَدْ كَلَّفْتَنِى مَا لَمْ أُطِقْ

سَاءِلْ مَا سَرَّكَ مِنِّى مِنْ خُلِقْ   دُونَكَ مَا ٱسْتَحْسَيْتَهُ فَٱحْسُ وَذُقْ

„O Jaside et fili Ahmrui ben-Azzahik! te gentem Almozthaliki cavere iusseram. Et dixeram: o tu mihi obedi et abi! nam tu mihi imposuisti, quod praestare non possum. Mihi displicet natura mea, quæ te laetitia adficit; accipe id quod sorbere voluisti! Sorbe igitur et gusta!“

Observandum est, in tertio versu metri causa ساءل pro ساءنى et خلق Cholik pro Cholki esse dictum. Metrum versuum Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 231. Scharaf-Aldin., Samachschar.

٨٣ أَحَشَفًا وَسُوءَ كِيلَةٍ

83. Num pessimos dactylos et pravum mensurandi modum (coniungis)?

De eo dicitur, in quo vitia duo coniuncta sunt. Accusativus autem ab omisso verbo تجمع dependet. Vulgus sic enunciat: احشفا وسوء كيل, id quod reiiciendum est. Proverbium poeta sequenti versui inseruit:

إِنْ كُنْتَ لَا تَلْطُفِينَ فَٱقْبَلِى لُطْفِى لَا تَجْمَعِى لِى سُوءَ ٱلْكَيْلِ وَٱلْحَشَفَا

„Quod si erga me benigne agere non vis, beneficium meum tamen admitte. Ne pravam mensuram et pessimos dactylos mihi coniungas!“

Metrum versus Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190. Haririus proverbium adhibuit conf. p. 583.

٨٤ حَالَ صَبُوحُهُم دُونَ غَبُوقِهِم

84. Impedivit potus eorum matutinus potum eorum vespertinum.

De re adhibetur, quae incepta nec abrumpitur neque finitur. Conf. prov. 99.

٨٥ الحَقُّ أَبْلَجُ والبَاطِلُ لَجْلَجٌ

85. Veritas clara est, falsum vero obscurum.

Vocabulo لجلج significavit proverbii auctor eum, qui falsum dicat, quomodo rem expediat, exitum non invenire. Dixit poeta:

أَلَمْ تَرَ أَنَّ الحَقَّ تَلْقَاهُ أَبْلَجَا وَأَنَّكَ تَلْقَا بَاطِلَ ٱلْقَوْلِ لَجْلَجَا

»Nonne vides, te invenire veritatem claram et te invenire falsum sermonem haesitantem.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Alius quidam dixit: الحق ابلج وطريق الصدق منهج ومسلك الباطل أعوج »Veritas clara est et veritatis via est via magna et recta et via falsi curva est.«

٨٦ الحَفِيظَةُ تُحَلِّلُ الأَحْقَادَ

86. Ira odia abolet.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro الحفايظ legitur. Vocabulum حفيظة iram significat, qua vir inflammatur, quum sibi amicitiae aut cognationis vinculo coniunctum iniuria laesum esse scit. Proverbii autem sensus hic est: Quando amicum iniuria laesum vides, quamquam is tibi odio venit, tamen ipsi illatam iniuriam te vindicare oportet. Conf. C. III, 29. Cecinit poeta:

تَحَلَّتْ لَهُ نَفْسِي ٱلنَّصِيحَةَ إِنَّهُ عِنْدَ ٱلشَّدَائِدِ تَذْهَبُ ٱلأَحْقَادُ

»Anima mea ei consilium fidum dedit, nam in calamitatibus odia evanescunt.«

Metrum versus Camil appellatum est. Conf. libr. m. p. 212.

٨٧ الحريص يصيدك لا الجواد

87. Avidus tibi venatur, non generosus.

Vocabulum يصيدك est pro يصيد لك. Qui rei tuae cupidus et avidus est, non, qui rei par est, dum tui cupidus non est, rei tuae operam navat. Conf. C. XXIII, 404. XII, 43. In eum quadrat proverbium, qui mandato, ut curam tui habeat, carere potest, quod de te maxime sollicitus est.

٨٨ حدث عن معن ولا حرج

88. Narra de Mahno! et ne in angustiam redige!

Mahnus ben-Sajidah ben-Ahbd-Allah-Schaibanita vir liberalitate clarus erat, ut eius liberalitas in proverbium veniret. Proverbium hortari videtur, ut Mahni agendi rationem imitemur.

٨٩ حلف بالسماء والطارق

89. Iuravit per coelum et stellam.

Alazmäihus dicit, vocabulo سماء coelum hic pluviam, vocabulo طارق noctu veniens hic stellam significari, quod noctu oriatur.

٩٠ حلف بالسمر والقمر

90. Iuravit per tenebras et lunam.

Alazmäihus dixit, vocabuli سمر significationem esse tenebrae, quod noctu Arabes confabulatum convenirent.

٩١ الحزم سوء الظن بالناس

91. Firmum animi studium est prava de aliis opinio.

Non nimium aliis confidere animi studium confirmat. Proverbium, quod ad metrum Sarih appellatum referri potest, Actsamo ben-Zaifi Tamimitae adscribitur.

٩٢ ٱلْحُرُّ حُرٌّ وان مَسَّهُ ٱلضُّرُّ

92. Ingenuus ingenuus est, et si calamitas eum adficit.

Actsamo ben-Zaifi verba haec tribuuntur.

٩٣ ٱلْحَامِلُ عَلَى ٱلْكَرَّازِ

93. Peram super ariete secum ducens.

Verba haec contumeliae causa viro dicuntur. Eum esse pastorem, qui super ariete peram suam secum ducat, ut parum hospitalis in alios esse possit, parum commeatus habeat. Totam autem huiusce proverbii explicationem, qualis apud Meidanium legitur, exscribam, tum ob styli propriam naturam et elegantiam, tum quod multum facit ad cognoscendos mores: واول من قاله مخالس بن مزاحم الكلبى لقاصر بن سلمة الجزامى وكانا بباب النعمان بن المنذر وكان بينهما عداوة فاتى قاصر ابن فرتنا وهو عمرو بن هند اخو النعمان وقال ان مخالسا هجاك وقال فى هجايه

لَقَدْ كَانَ مَنْ سَمَّا أَبَاكَ ٱبْنَ فَرْتَنَا　　بِهِ عَارِفًا بِٱلنَّعْتِ قَبْلَ ٱلتَّجَارِبِ

فَسَمَّاهُ مِنْ عِرْفَانِهِ جِرْوَ جَيْأَلٍ　　خَلِيلَةَ قَشْعٍ خَامِلِ ٱلرِّجْلِ سَاغِبِ

أَبَا مُنْذِرٍ أَنَّى يَقُودُ ٱبْنُ فَرْتَنَا　　كَرَادِيسَ جُمْهُورٍ كَثِيرِ ٱلْكَتَائِبِ

وَمَا تَبْتَنَتْ فِى مُلْتَقَى ٱلْخَيْلِ سَاعَةً　　لَهُ قَدَمٌ عِنْدَ ٱهْتِزَازِ ٱلْقَوَاضِبِ

فلما سمع عمرو ذلك اتى النعمان فشكى مخالسا وانشده الابيات فارسل النعمان الى مخالس فلما دخل عليه قال لا ام لك اتهجو امرءا هو ميتا خير منك حيا وهو سقيما خير منك صحيحا وهو غايبا خير منك شاهدا فبحرمة ماء المزن وحق ابى

قابوس نئن لاح لى ان ذلك كان منك لانزعن غلصمتك من قفاك ولاطعمنك لحمك قال مخالس ابيت اللعن كلا والذى رفع ذروتك باعمادها، وامات حسادك باكمادها، ما بلغت غير اقاويل الوشاة، ونمايم العصاة، وما هجوت احدا، وما اهجو امراء ذكرت ابدا، وانى اعوذ بجدك الكريم، وعربيتك القديم، ان ينالنى منك عقاب، او يفاجئنى منك عذاب، قبل التفحص والبيان، عن اساطير اهل البهتان، فدعا النعمان قاصرا فسأله فقال قاصر ابيت اللعن وحقك لقد هجاه، وما ارويتها سواه، فقال مخالس لا ياخذن ايها الملك، منك قول امرء افك، ولا توردنى سبل المهالك، واستدلك على كذبه بقوله انى ارويته زعم (c. B. مع) ما تعرف من عداوتى له فعرف النعمان صدقه واخرجهما فلما خرجا قال مخالس لقاصر شقى جدك، وسفل خدك، وبطل كيدك، ولاح للقوم جرمك، وطاش عنى سهمك، ولانت اضيق حجرا واقل قرى من الحامل على الكراز „Primus autem Mochalisus ben-Mosahim Calbita Kaziro ben-Salamah Djosamitae haec verba dixit. In aula regis Alnohmani ben-Almondsir viventes mutuas inimicitias susceperant, quapropter odio commotus Kazirus ad Ahmruum ben-Hind fratrem regis Alnohmani, qui Ebn-Fartana (filius hyaenæ) cognominatus erat, detulit dicens: Mochalisus te satyra calumniatus est et hos satyricos versus dixit:

„Qui patrem tuum Ebn-Fartana (filius pulli hyænæ) appellavit, is ante experientiam eius descriptionem novit. Appellavit eum propter notitiam suam hyaenae pullum, uxoris hyaenae maris, claudicantis, esurientis. O Abu-Mondsire! quomodo Ebn-Fartana turmas equitum magni exercitus, multa agmina habentis ducit, et ne per momenti spatium quidem contra equites occurrentes pes ei firmus erat, quando enses secantes movebantur?“

Hos versus quum Ahmruus audivisset, Alnohmanum de Mochaliso questurus adiit et versus istos recitavit. Alnomahnus Mochalisum adduci iussit et intrantem sic allocutus est: Matre priveris! Num tu virum satyra per-

stringis, qui mortuus te vivo melior est, aegrotus melior te sano, absens melior te praesente? Iuro per sacram nubis aquam, et per dignitatem Abu-Kabusi! Si manifestum mihi erit, te hoc fecisse, profecto carnem occipitis tui evellam tibique edendam dabo. Respondit Mochalisus: Nil sinistri tibi eveniat! Iuro per eum, qui fastigium tuum cum fulcimento tollat et qui osores tuos cum tristitia eorum occidat! Tu nil nisi delatorum verba audivisti et rebellium obtrectationes. Neminem satyra perstrinxi et virum, quem semper laudabam, non perstringam. Te obsecro per avum tuum generosum et genus Arabicum tuum antiquum, ne poena tua me affligat aut subito punitio tua mihi superveniat, antequam hominum mendacia fabulasque perquisiveris et perscrutatus sis! Alnohmanus interim advocatum Kazirum interrogavit. Respondit ille: Nil sinistri tibi eveniat! Per dignitatem tuam iuro; eum satyra perstrinxit et nemo nisi hic me rogavit, ut illos versus ab ipso compositos adlegarem. Tum Mochalisus: Ne mendacis verba, o rex, animum tuum occupent, neque me viis interitus incedere iube! Ex verbis, me ei adlegandos versus recitasse, eius mendacium cognoscere potes, quum tu me eius inimicum esse scias[1]). Hac vero ex re, eum verum dixisse, cognoscens Alnohmanus utrumque dimisit. Mochalisus tum Kaziro exeunti dixit. Misera fuit fortuna tua et gena tua depressa, inanis fuit dolus tuus et hominibus crimen tuum manifestum fuit et sagitta tua me non vulneravit et angustius gremium habes quam rostro pungens (passer[2]) et minoris hospitalitatis es, quam is, qui super ariete commeatum portat.«

٩٤ أَحْمَقُ ما يَجْأَى مَرْغَهُ

---

1) Amicitiae indicium erat, quod poeta versus suos alteri adlegandos recitabat, per quem igitur posteris tradebantur. Vir qui poetae versus memoriae mandabat, eius Rawi appellabatur. Conf. l. m. „Darstellung d. Arab. Versk.“ Anhang 3, p. 393 sq.

2) Tutela tua minus defendere alios potes quam passer.

94. Stultus salivam suam non cohibet.

De eo dicitur, qui arcana sua non occultat.

٩٥ حَرُّ الشَّمْسِ يُلْجِئُ إِلَى مَجْلِسِ سَوْءٍ

95. Ardor solis, ut in loco non conveniente sedeat, hominem cogit.

Necessitas nos cogit ad res nobis ingratas.

٩٦ أَحْبِبْ حَبِيبَكَ هَوْنًا مَّا

96. Amatum tuum leniter ama!

Leni, non vehementi amore, eum ama vel occulto amore, non apparente i. e. Ne eum omnium arcanorum tuorum socium fac, fieri enim potest, ut mutato in te animo tibi noceat. Proverbium in amore nostro moderationem commendat. Conf. C. II, 116. Scharaf-Aldinus proverbium sic adnotavit: احبب حبيبك هونا ما عسى ان يكون بغيضك يوما ما „Amatum tuum leniter ama, fieri enim potest, ut aliquando odio a te habitus fiat“ et Ahlium eius auctorem esse dixit. Versibus Alnamiri ben-Taulab proverbium optime explicatur:

وَأَحْبِبْ حَبِيبَكَ حُبًّا رُوَيْدًا فليس يَعُولُكَ أَنْ تَصْرِمَا

وَأَبْغِضْ بَغِيضَكَ بُغْضًا رُوَيْدًا اذا أَنْتَ حَاوَلْتَ أَنْ تَحْكُمَا

„Amatum tuum amore leni ama, ne te nimium adfligat, si abrumpis (amorem); et odio leni eum habe, quem odio dignum putas, ut, si velis, id cohibere possis [1]).“

Proverbii sensum Ohmari verba exprimunt: لا يكن حبك كلفا ولا بغضك تلفا „Ne sit amor tuus cum studio et labore coniunctus, neque sit odium tuum perditum!“ Moderationem in amore et odio proverbium praescribit.

٩٧ حَتَّامَ تَكْرَعُ وَلَا تَنْقَعُ

1) Versuum metrum Motakarib appellatum est. Cf. l. m. p. 281.

97. Quamdiu os aquae immittens bibis et sitim non sedas!

In eum dicitur, qui in rebus colligendis cupidus est.

٩٨ حَظِيِّينَ بَنَاتٍ صَلْفِينَ كَنَّاتٍ

98. Facti sunt dignitate pollentes per filias, dignitate carentes per nurus.

Vocabulum كنّة tum filii uxorem tum fratris uxorem designat. Accusativus vocum حظيين, et صلفين a verbo omisso وجدوا »inventi sunt« aut اصبحوا facti sunt dependet. Accusativus vocum بنات et كنات distinguendi et explicandi causa تمييزا positus est. In re, cuius pars difficile quaeritur, pars facile invenitur, proverbium adhibent.

٩٩ حَالَ صَبُوحُهُمْ عَلَى غَبُوقِهِمْ

99. Potus matutinus eorum super potum eorum vespertinum effusus est.

Tanta paupertate adflicti sunt, ut potus eorum matutinus et vespertinus unus tantum sit. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. Conf. l. m. p. 231. et cf. pr. 84.

١٠٠ حَمْدُ قَطَاةٍ يَسْتَمِى ٱلْأَرَانِبَ

100. Pullus avis Kathae lepores venari cupit.

Vocabulum الحمد pullum avis Katha appellatae significare contendunt. Meidanius autem in libris huiusce significationis mentionem factam se non vidisse dixit, ut dubitari posset. Ad metrum Redjes proverbium revocari potest. Conf. l. m. p. 261. In debilem dicitur, qui robustum decipere vult.

١٠١ حَوْضَكَ فَالْأَرْسَالُ جَاءَتْ تَعْتَرِكْ

101. Aquae tuae receptaculum (conserva), nam

camelorum agmina sese invicem prementes venerunt.

Accusativus حوضكى ad verbum omissum احفظ referendus est. Proverbium, quod ad metrum Redjes (conf. l. m. p. 231.) pertinet, in eum dicitur, qui robore et armis se praestantiorem aggreditur.

١٠٢ حَظٌّ جَزِيلٌ بَيْنَ شِدْقَيْ ضَيْغَمِ

102. Magna portio inter leonis oris angulos.

Rem multum desideratam, quae attingi non potest, designat. Ad metrum Redjes pertinet. Cf. l. m. p. 231.

١٠٣ حَلُوَةٌ تُحَكُّ بِالذَّرَارِحِ

103. Lapis Haluah per cantharides teritur.

Vocabulum حلوة lapidis speciem significat, cuius contritus pulvis contra lippitudinem adhibetur. De eo dicitur, qui verba pulchra dicens turpiter agit. Ad metrum Redjes proverbium pertinet. Conf. l. m. p. 231.

١٠٤ حَبُّكَ لِلَّيِّ أَبَا رَبِيعِ

104. Collectio tua est solvendi morae prorogandæ causa, o Abu-Rabihe!

Opes colligis, ut solvendi moram prorogare possis. In eum dicitur, qui opes colligens neque aliis dona dat neque ipse utilitatem capit. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٠٥ حَلُوبَةٌ تُثْمِلُ وَلَا تُصَرِّحُ

105. Camela, quae mulgetur et lac spuma abundantem habet, et cuius lac purum non est.

In virum dicitur, qui multus est in minis et promissis; sed raro verbis suis satisfacit.

١٠٦ الحصن أدنى لو تآيَيْته

106. Pudicitia proprior est, si eam petiisses.

Narrant mulierem vidisse filiam suam terram spargentem in equitem et interrogasse, quid ageret. Puellam, ut matri, se illi pudicitiam suam ostendere voluisse, significaret, hos versus recitasse:

يَا أُمَّتَا أَبْصَرَنِي رَاكِبٌ يَسِيرُ فِي مُسْحَنْفِرٍ لَاحِبِ

فَقُمْتُ أَحْثِي ٱلتُّرْبَ فِي وَجْهِهِ حَتَّى ٱنْثَنَى عَنِّيَ كَٱلْخَائِبِ

„O mater! vidit me camelo vehens, in via magna, manifesta iter faciens, et steti terram spargens in eius faciem, ut a me sicut frustratus deflecteret[1]).“ Tum mater:

الْحِصْنُ أَدْنَى لَوْ تَآيَيْتِهِ مِنْ حَثْيِكِ التُّرْبَ عَلَى ٱلرَّاكِبِ

„Pudicitia propior est, si tu eam petiisses, quam quod terram contra camelo vehentem spargis.“

Versus, cuius hemistichium in proverbium venit, metrum Sarih appellatum habet. Conf. l. m. p. 243. Proverbium docet, melius esse, omittere rem speciem pulchram habentem, si suspicionem adferre possit.

١٠٧ الحَذَرُ أَشَدُّ من الوَقِيعَة

107. Cautio gravior est, quam casus.

Voces من الوقيعة significant, من الوقوع في الحذر, „quam quod incidimus in rem, quam cavemus.“ Huiusce autem rei haec adfertur causa, quod, quum in rem incidimus, nil prodesse cautionem, scimus.

١٠٨ الحُرُّ يُعْطِي العَبْدُ يَأْلَمُ قَلْبُهُ

108. Ingenuus dat, servus dolentem animum habet.

1) Versuum metrum Sarih appellatum est. Conf. l. m. p. 243.

Legitur quoque والعبد يباجع استه „et servus dolentem podicem habet;“ vili enim non placet, quod generosus liberaliter dat. In virum dicitur, qui non solum avarus est, verum etiam alios avaros esse cupit. Scharaf-Aldin.

١٠٩ حَمِى سَيْلٌ رَاعِبٌ

109. Profecto torrens vallem implens.

Vocabulum حمى idem est, quod اما „Nonne, profecto.“ Duplex est proverbii legendi modus aut راعب „aquae copia vallem implens“ aut زاعب „collisis fluctibus proruens.“ Vir cum tali torrente, cui nil resistere potest, comparatur et proverbium eum designat, qui adversarios suos omnino vincit.

١١٠ حَتَّى يَؤُوبَ الْقَارِظَانِ وَحَتَّى يَؤُوبَ الْمُنَخَّلُ وَحَتَّى يَرِدَ ٱلضَّبُّ

110. Donec redeunt duo viri fructum acaciae colligentes; donec redit Almonachchalus; donec lacerta ad aquam venit.

Tria sunt proverbia, quae, rem nunquam futuram esse, indicant. Viri illi duo fructum acaciae colligentes nunquam domum redierunt. conf. C. I, 371 et Harir p. 292. Almonachchalus est poetae nomen, qui suos deserens nunquam rediit. Kam. Quidam vero putant isto nomine Ahusitam fructus acaciae colligentem appellari. Samachsch. Lacerta autem Lybica aquam nunquam adit. Initio autem proverbiorum verba لا افعله Non faciam vel his similia, quibuscum vox حتى donec cohaereat, supplenda sunt.

١١١ حَرَّكَ خِشَاشَهُ

111. Movit eius annulum ligneum.

Vocabulum خشاش annulum ligneum designat, qui narium interfinio cameli inseritur, ut habena annectatur.

Quod annulus iste movetur, camelus aegre fert, quapropter proverbii sensus est: Rem ei ingratam et noxiam peregit.

١١٢ الحَلِيمُ مَطِيَّةُ الجَهُولِ

112. Mansuetus ignorantis iumentum est.

Ignorans mansueto tanquam iumento utitur nullam ei gratiam referens vel mansuetus ignorantis ignorantiam patienter fert. Similem proverbio sensum poeta versu expressit:

وَإِنَّمَا الحِلْمُ ذُلٌّ أَنْتَ عَارِفُهُ وَالحِلْمُ عَنْ قُدْرَةٍ ضَرْبٌ مِنَ الكَرَمِ

„Mansuetudo vilitas est, tu eam noscis et mansuetudo, si quis potestate sua non utitur, generositatis species est."

Huiusce versus metrum Basith appellatum est. Conf. libr. m. p. 190. Proverbium docet, necesse nobis esse, ut aliorum vitiorum interdum rationem non habeamus. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

١١٣ الحَيَاءُ مِنَ الإِيمَانِ

113. Pudor ad religionem pertinet.

Haec verba Mohammedi Arabum prophetae adscribunt. Pudicus, licet in eo Dei timor non sit, a rebus illicitis pudore retinetur, ut pudor loco religionis sit. Cum illis verba alia Mohammedis cohærent: اذا لم تستحى فاصنع ما شيت „Si pudore cares, omne, quod vis, perage."

١١٤ احْفَظْ بَيْتَكَ مِمَّنْ لَا تَنْشُدُهُ

114. Domum tuam custodi ab eo, quem, ut rem amissam indicet, rogare non potes.

Apud Scharaf-Aldinum et Samachscharium sic legitur: احفظى بيتك ممن لا تنشدين „Custodi, o femina! domum tuam ab eo, quem, ut rem amissam indicet, rogare non potes." Id est: ab eo, qui una tecum habitat.

١١٥ الحَازِمُ مَنْ مَلَكَ جِدُّهُ هَزْلَهُ

115. Prudens et cautus is est, cuius serium regnat iocum.

Proverbium ad vituperandum iocum adhibent

١١٦ حِرْبَاءُ تَنْضُبَةٍ

116. Chamaeleon arboris Tandhobah appellatae.

Vocabulum تنضبة arboris nomen est, e cuius ligno sagittae conficiuntur. In ista autem arbore chamaeleontis species, quae paulo maior est, quam illa, quae عضاية appellatur, semper sedem habet, ut proverbium in hominem transferatur, qui rei omnino deditus nunquam ab ea recedit.

١١٧ حَمَّلْتَهُ حِمْلَ البَازِلِ وَهُوَ حِقٌّ

117. Onus ei imposuisti, quale camelo novenni imponitur, sed triennis est.

In eum dicitur, qui arcanum suum cum eo communicavit, qui id celare non poterat, aut ei rem commisit, qui perficiendae impar erat, quemadmodum camelus triennis onus grave cameli robusti portare non potest.

١١٨ حُكْمُكَ مُسَمَّطٌ

118 Mandatum tuum est penetrans.

Alius est proverbii legendi modus: خذ حكمك مسمطا „Fac, ut mandatum tum sit efficax." Vocabulum مسمط missum significat, qui non repellitur. Melius autem est, quod in Tebrizii commentario ad Hamasam p. 56. legitur: حكمك مسمطا, nam verbum in proverbiis saepissime supplendum est. Tebrizius sic explicavit: احكم فحكمك مرسل „Manda, et mandatum tuum exsequemur." Et sic fere in Kamusi opere.

١١٩ حَسْبُكَ مِنْ إِنْضَاجِهِ أَنْ تَقْتُلَهُ

119. Vindictam perfectam ab eo sumes eo, quod eum occidis.

Verbum انضج proprie significat „coxit rem, ut omnino matura esset," quod in rem bene perficiendam et vindictam perfecte sumendam translatum est. De eo proverbium dicitur, qui occisorem eiusque totam gentem se occisurum esse, iurat, tum in alios transfertur, qui in re fines a natura praescriptos transgrediuntur.

١٢٠ أَحَادِيثُ زَبَّانَ أَسْتَهُ حِينَ أَصْعَدَ

120. Narrationes Sabbani podici suo expositae, quando iter fecit.

Viri huius narrationes mendacia erant. Proverbium in eum dicitur, qui vanum optat. Conf. prov. 41.

١٢١ الحَدِيثُ أَنْزَى مِنْ ظَبْيٍ

121. Narratio magis incitat ad saltum quam dorcas.

Quemadmodum dorcas saliens alios ad saliendum incitat, sic narratio unius viri efficit, ut plures narrent.

١٢٢ حَرًّا أَخَافُ عَلَى جَانِىءِ كَمْأَةٍ لَا قُرًّا

122. Calorem metuo ei, qui fungos colligit, non frigus.

In eum dicitur, qui se rem metuere dicit, dum re vera aliam metuit.

١٢٣ حُقَّ لِفَرَسٍ بِعِطْرٍ وَأُنْسٍ

123. Oportuit Farasum donari aromatibus et consuetudine.

Mulier quædam, sic narrant Arabes, Faraso, viro generoso, qui uxorem in honore habebat, nupta erat. Mortuo Faraso, seni subdita erat. Die quodam quum ad Farasi sepulchrum transirent, et mulier verba, quae seni displicerent, dixisset, eam a camelo senex detrudit, ut vas, in quo aromata sua haberet, in Farasi sepulcrum decideret.

Mulier autem hoc videns ista verba dixit, quae postea in proverbium venerunt. Praepositio ب ad omissum verbum referenda est. Sic enim explicant proverbium: حق لفرس ان يتحف بعطر وانس „Oportuit Farasum donari aromatibus et consuetudine.“ De viro, qui laude ipso digna ornatur, proverbium adhibent.

١٢٤ حَسْبُكَ ٱلْفَقْرُ فِي دَارِ ضُرٍّ

124. Sufficit tibi paupertas in domo noxae.

In eum dicitur, qui bonum petit ab eo, qui boni expers est.

١٢٥ حَتَّى مَتَى يُرْمَى بِهِ ٱلرَّجَوَانِ

125. Usque ad tempus quo is iacitur ad latera duo putei.

Loquendi modo »iacitur ad latera putei« designant, virum esse despectum, ut removeatur. In codicibus Berol. et Pocockiano بى mecum legitur, et hunc legendi modum scholia indicant, in codice autem meo et Lugdunensi به cum eo reperitur. Ante vocem حتى verba omissa sunt, لا افعله Non faciam. Proverbii sensus est: Nunquam faciam. Proverbialem hunc loquendi modum poeta in versu adhibuit:

فَلَا يُقْذَفْ بِي ٱلرَّجَوَانِ إِنِّي أَقَلُّ ٱلْقَوْمِ مَنْ يُغْنِي مَكَانِي

„Non iacior ad latera duo putei, ego sum rarissimus inter gentem; quis vicem meam explet?“

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204.

١٢٦ حَطْتُمُونَا ٱلْقَصَا

126. Vos nos circumdedistis distantiâ.

Quamquam propinqui eratis, tamen longe remotos vos videbam. In eum dicitur, qui opem non ferens alterum deserit. In Kamuso Calcutt. vitiose legitur الغضاء. Cecinit poeta:

فَحَاطُونَا ٱلْقَصَا وَلَقَدْ رَأَوْنَا قَرِيبًا حَيْثُ يُسْتَمَعُ ٱلسِّرَارُ

„Circumdederunt nos distantiâ, et iam nos viderant propinquos loco, ubi clanculus sermo audiri potest."

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٢٧ حَتَّى يُؤَلَّفَ بَيْنَ ٱلضَّبِّ وَٱلنُّونِ

127. Donec lacerta et piscis consuetudine coniunguntur.

Id est: nunquam. Conf. prov. 110. Ante vocem حتى donec verba لا افعله non faciam aut similia supplenda sunt. Dixit poeta:

إِنْ يَهْبِطِ ٱلنُّونُ أَرْضَ ٱلضَّبِّ يَنْصُرُهُ يَضْلَلْ وَيَأْكُلْهُ قَوْمٌ غَرَاثِينُ

„Si piscis in terram lacertae pervenit, opem ei laturus, errabit et homines esurientes eo vescentur."

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. et idem metrum proverbium habet.

١٢٨ حَسًّا وَلَا أَنِيسَ

128. Sonum occultum (audio) et non est quisquam.

Accusativus حسا a verbo اسمع audio omisso dependet. De promissis, quæ non perficiuntur (conf. C. V, 12.) proverbium adhibetur.

١٢٩ حَمَلَهُ عَلَى قَرْنٍ أَعْفَرَ

129. Conscendere cornu subalbicantis (dorcadis) eum iussit.

Vehiculum asperum conscendere eum iussit, magna calamitate eum adflixit vel in magnum periculum eum coniecit. Cecinit poeta Alcomaitus:

وَكُنَّا إِذَا جَبَّارُ قَوْمٍ أَرَادَنَا بِكَيْدٍ حَمَلْنَاهُ عَلَى قَرْنِ أَعْفَرَا

„Fuimus tunc gentis victores, quae dolo nos circumvenire

studebat, et cornu subalbicantis (dorcadis) conscendere eam iussimus!“

Hic versui talem tribuunt sensum: »Occidimus eam et capita eius in cuspidibus hastarum portavimus«, nam olim hastarum cuspides cornu confectae erant.

١٣٠ حَمَلَهُ عَلَى ٱلْأَفْتَآءِ ٱلصِّعَابِ

130. Conscendere eum iussit camelos iuvencos difficiles.

In magnum malum vel periculum eum coniecit.

١٣١ حَمَلَهُ عَلَى ٱلشُّرُفِ ٱلذُّلُلِ

131. Conscendere eum iussit camelos annosos, mansuetos.

Contrarium praecedenti proverbio sensum habet.

١٣٢ حَمِىَ مِرْجَلُهُ فَجَاشَ

132. Iratus fuit et efferbuit ahenum eius.

Vehementer ira exarsit.

١٣٣ ٱلْحَرْبُ سِجَالٌ

133. Bellum est situla.

Vox سجال aut pluralis aut infinitivus esse potest. Bellum cum situlis comparatur, quia modo adversum, modo secundum est. Antiquis temporibus usurpatum proverbium. Conf. Vit. Moham. ed. Gagnier p. 68. Abulf. Ann. I. p. 98.

١٣٤ ٱلْحِرْصُ قَائِدُ ٱلْحِرْمَانِ

134. Aviditas frustrationis ductrix est.

Id est: Frustrationem adducit. Eodem modo dicitur: الحريص محروم »Avidus frustratur« et الحرص محرمة »Aviditas res illicita est.« i. e. causa est, ut desiderio non potiamur.

١٣٥ حُسْنُ الظَّنِّ وَرْطَةٌ

135. Opinionis pulchritudo praecipitium est.

Is, qui pulchram semper de hominibus opinionem habet, fallitur. Conf. prov. 91.

١٣٦ الحَرْبُ مَايِمَةٌ

136. Bellum est causa orbitatis.

Id est: In bello uxores maritis privantur.

١٣٧ الحِكْمَةُ ضَالَّةُ المُؤْمِنِ

137. Sapientia camela errabunda Mohammedani est.

Mohammedanus sapientiam tanquam camelam errabundam semper quaerit. Haec verba Ahlius protulisse putatur. Conf. cl. »Fleischeri Alis hundert Sprüche« p. 43.

١٣٨ الحَسَنَةُ بَيْنَ السَّيِّئَتَيْنِ

138. Pulchra inter duo arcus cornua.

De re in medio posita dicitur. Ohmarum ben-Ahbd-Alahsis, qui Fathimam Ahbd-Almalici ben-Merwan filiam in matrimonium duxerat, ad Ahbd-Almalicum venisse narrant. Quum ab hoc, quomodo uxor se haberet, interrogatus respondisset: حسنة بين السيّئتين ومنزلة بين المنزلتين »Pulchra inter duo arcus cornua, et conditio inter duas conditiones.« Ahbd-Almalicus dixit: Optima res est media.

١٣٩ الحَمْدُ مَغْنَمٌ وَالمَذَمَّةُ مَغْرَمٌ

139. Laus est praeda, vituperium est debitum.

Proverbium monet, ut laudem consequi studeamus et vituperium fugiamus. Conf. proverb. Erpen. Cent. I, 58. Scharaf-Aldinus proverbium sic explicavit: انّك اذا افدت

فحمدت فقد استفدت وغنمت واذا نلت فذممت فقد غرمت وخسرت ولم يذهب من مالك ما كسبك حمدا وجنبك ذما وقال زهير فى تعظيم شان الحمد

فَلَوْ أَنَّ حَمْدَ ٱلنَّاسِ يُخْلِدُ لَمْ يَمُتْ وَلٰكِنَّ حَمْدَ ٱلنَّاسِ لَيْسَ بِمُخْلِدِ

وَلٰكِنَّ فِيهِ بَاقِيَاتِ وِرَاثَةٍ فَزَوِّدْ بَنِيكَ بَعْضَهَا وَتَزَوَّدِ

Quod si aliis utilis fuisti et hanc ob causam laude ornatus es, tu ipse commodum percepisti et praeda potitus es; sin vero tu accepisti et hanc ob causam vituperatus es, debitor factus es et iacturam fecisti. Opes tuas non perdidisti, si laudem consecutus es et vituperium a te avertisti. Dixit poeta Sohairus laudem magni faciens:

»Si hominum laus aeternum reddere posset, is mortuus non esset, sed hominum laus aeternum reddere non potest; sed in ea sunt res remanentes haereditatis. Hoc commeatu filios tuos instrue! Multum igitur tibi compara[1])!«

Ebn-Doraidus pulchre cecinit:

وَإِنَّمَا ٱلْمَرْءُ حَدِيثٌ بَعْدَهُ فَكُنْ حَدِيثًا حَسَنًا لِمَنْ وَعَى

»Vir est nil nisi narratio; sis igitur narratio pulchra ei, qui memoria eam tenet[2]).

Alius quidam dixit: ذكر الفتى عمره الثانى »Laus viro tributa eius altera vita est.«

١٤٠ أَحْرَزَ ٱمْرَأً أَجَلُهُ

140. Virum diligenter custodit fatum.

Verba haec Ahlius dixisse fertur, quum ei diceretur: »num hosti tuo casside et lorica carens occurris?« Verissimum proverbium hoc esse dicitur, quo Arabes usi sint.

١٤١ أَحْسِنْ وَأَنْتَ مُعَانٌ

1) Metrum versuum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

2) Metrum versus Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 230

141. Benefac et tu eris adiutus.

Beneficum neque Deus neque homines deserunt.

١٤٢ الحَسَدُ هُوَ المَلِيلَةُ الكُبْرَى

142. Invidia est maximus febris ardor.

١٤٣ الحُبَارَى خَالَةُ الكَرَوَانِ

143. Avis Hobara est matertera avis Carawan.

De cognatione proverbium adhibent.

١٤٤ الحَكِيمُ يَقْدَعُ ٱلنَّفْسَ بِٱلكَفَافِ

144. Sapiens victu modico et sufficiente animam cohibet.

Sapiens pauco contentus opes non colligit.

١٤٥ الحُلْمُ وَٱلمُنَى أَخَوَانِ

145. Somnium et vota sunt fratres duo.

Haec duo sunt, quemadmodum dicitur: ان المنى راس اموال المفاليس »Vota sunt summa principalis pauperum.«

١٤٦ الحَصَاةُ مِنَ الجَبَلِ

146. Lapillus e monte.

In eum dicitur, qui ad sui similem propensus est.

١٤٧ حَوْلَهَا نُدَنْدِنُ

147. Circum eum (paradisum) murmurantes haud distincte loquimur.

Verba haec Arabi campestri dixisse narrant Mohammedem, quum ille Mohammedi dixisset: انما اسال الله الجنة فاما دندنتك ودندنة معاذ فلا احسنها »Paradisum a Deo peto; sed quod attinet ad sermonem tuum haud distinctum

et sermonem haud distinctum Moahdsi معاذ (prohibeat [1]), non eum pulchrum habeo.« Verbis proverbii hic sensus esse dicitur: »Et haec murmuratio propter paradisum fit.«

حَمَادَاكَ أَنْ تَفْعَلَ كَذَا ١٤٨

148. Finis tuus est, ut ita agas.

Oportet ita agas! حماداك eodem modo, quo قصاراك et غناماك dicitur.

حَتَّى يَؤُوبَ ٱلْمُثَلَّمُ ١٤٩

149. Donec Almotsallamus redit.

Ante vocem حتى donec verba Non faciam aut similia supplenda sunt. Ohbaid-Allahus ben-Sijahd occidendi haeretici mandatum dederat; sed nemo ex satellitibus, qui haereticorum inopinatum impetum timerent, eum occidere audebat. Vir quidam Almotsallamus nomine audiens, quae res esset, gladio eum necavit. Non multo post haeretici duo mercaturae faciendae causa, eundem in domum illexerunt, unde nunquam rediit. Haec proverbii causa est, quod Bazrae usitatum erat. Huic autem rei Abu-l'Aswadus Dualita adludit dicens:

وَآلَيْتُ لَا أَسْعَى إِلَى رَبِّ لِقْحَةٍ أُسَاوِمُهُ حَتَّى يَؤُوبَ ٱلْمُثَلَّمُ

فَأَصْبَحَ لَا يَدْرِي ٱمْرُؤٌ كَيْفَ حَالُهُ وَقَدْ بَاتَ يَجْرِي فَوْقَ أَثْوَابِهِ ٱلدَّمُ

»Iuravi, me ad dominum camelae lactariae non iturum esse, donec Almotsallamus rediret! Mane autem nemo, qualis eius status esset, sciebat et noctu super eius vestibus sanguis fluebat.«

حَلَبَتْ صُرَامِ ١٥٠

1) Dubitare licet, utrum vox معاذ nomen proprium viri sit an nomen appellativum (refugium), quo verbo Mohammedes in sermone fortasse usus erat.

150. Postremum lac emulsum fuit.

Ad extremum pervenit malum. Vocabulum قصار lac significat, quod, postquam relictum erat, necessitate cogente emulgetur. Duplici autem modo Zorami aut Zarami enunciatur. Kamusi auctor proverbio hunc esse sensum dixit: »Excusatio ad extremum pervenit, ut nil amplius adderetur.« Quod vero voci feminini genus tribuerunt, eius causa in significatione infortunii (داهية) cernitur. Bascharus sic cecinit, versui proverbium inserens:

أَلَا أَبْلِغْ بَنِى سَعْدٍ رَسُولًا   وَمَوْلَاهُمْ فَقَدْ حُلِبَتْ صُرَامِ

»Eheu! genti Banu-Sahd eiusque principi perfer nuntium! Iam postremum lac emulsum est.«

Metrum versus Wafir est. Conf. libr. m. p. 204.

١٥١ حَتَّى يَجِىَٔ نَشِيطٌ مِنْ مَرْوٍ

151. Donec Naschithus ex Merwo venit.

Naschithus servus erat Sijadi ben-Abi-Sofijan. Architecturae peritus domino domum exstruxerat; sed acroteriis nondum ornata domo, fugam ceperat. Quod aedificium quum Sijado minime placeret, interrogatus, cur domus acroteriis non instrueretur, proverbii verbis respondit. Proverbium de omni re haud perficienda adhibent. Cecinit poeta Bazrensis:

إِلَى مَا يَوْمِ يُبْعَثُ كُلُّ حَيٍّ وَيَرْجِعُ بَعْدُ مِنْ مَرْوٍ نَشِيطُ

»Usque ad diem, quo omnis vivus resuscitatur, et redit post ex Merwo Naschithus.«

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

Forma comparativi.

١٥٢ أَحْمَقُ مِنْ أَبِى غُبْشَانَ

152. Stultior, quam Abu-Ghobschanus.

Gens Chosaah peste vehementer grassante ex urbe Mecca emigrans in loco Althsahran sedem fixerat. Inter eos vir Holailus ben-Habschijjah appellatus degebat templi praefecturam habens. Testamento autem filiæ suæ Hobbae, quae Kozajjo ben-Cilab nupta erat, simul cum Abu-Ghobschano templi praefecturam legaverat. Factum autem est, ut, Halilo mortuo et filiis eius absentibus, Kozajjus uxorem, quae tum temporis templi clavem teneret, multis precibus commoveret, ut filio suo Ahbd-Aldaro ben-Kozajj templi praefecturam traderet. Rei tantum Abu-Ghobschanus, cui simul cum illa tradita esset, obstabat. Quum hic igitur Thajifi in vino immodicus ebrius factus esset, templi clavem adhibitis testibus dato vini utere Kozajjus de eo emit et filium suum Ahbd-Aldarum cum clave celeriter misit, qui rem Meccae incolis nuntiaret. Cuius facti quum Abu-Ghobschanum multum poeniteret, plura proverbia orta sunt: اندم من ابى غبشان „Magis poenitens, quam Abu-Ghobschanus; اخسر صفقة من ابى غبشان „Maiorem iacturam faciens vendendo, quam Abu-Ghobschanus. Conf. C. XXIII, 506. Hoc vero factum a pluribus poetis vituperatum est, ex. gr.

بَاعَتْ خُزَاعَةُ بَيْتَ ٱللّٰهِ اذْ سَكِرَتْ بِزِقِّ خَمْرٍ فَبِئْسَتْ صَفْقَةُ ٱلْبَادِى

بَاعَتْ سِدَانَتَهَا بِٱلْخَمْرِ فَٱنْقَرَضَتْ عَنِ ٱلْمَقَامِ وَظِلِّ ٱلْبَيْتِ وَٱلنَّادِى

„Gens Chosaah Dei domum vendidit, quum ebria facta esset, utre vini; et perniciosa fuit venditio viri campe-

stris. Vendidit vino munus custodiae templi et tum a loco, a templi umbra et populi concione omnino remota est.«

Alius quidam sic cecinit:

أبو غبشان أظلم من قصي وأظلم من بنى فهر خزاعة

فلا تلحوا قصيا في شراه ولوموا شيخكم إذ كان باعه

»Abu-Ghabschanus [1]) iniustior est quam Kozajjus et gens Chosaah iniustior est quam gens Banu-Fihr [2]). Ne Kozajjum reprehendite ob eius emtionem, vituperate potius principem vestrum, quum id vendiderit.«

Alii autem rem paulo aliter narrarunt. Peste in urbe Mecca inter gentem Chosaah grassante maior pars emigraverat, pauci remanserant cum Halilo, qui templi curam filio suo Almochtariso absenti testamento legans, filiae suæ Hobbae, quae Kozajjo nupta erat, templi claves tradiderat et huius rei testes Abu-Ghobschanum et Ahbd-Aldarum filium Kozajji adhibuerat. Mortuo Halilo Kozajjus uxorem suam Hobbam precibus commovit, ut templi claves Ahbd-Aldaro, filii enim Halili absentes erant, traderet. Abu-Ghobschanus autem, ne contra hanc rem testimonium proferret, vestimenta et camelos accepit. Scharaf-Aldin., Samachschar. Conf. Pocock. specim. hist. Ar. p. 42, 342 ed. pr. Gagnier vie de Mahomet t. I, p. 11—13. Eichhorn. Monumenta antiq. hist. Arab. p. 79—81.

١٥٣ أحمق من عجل

153. Stupidior, quam Ihdjlus.

Nomen viri est Ihdjl ben-Lodjaim ben-Zahb ben-Ahli ben-Becr ben-Wajil. Quodam die, quum interrogatus esset, quomodo equum tuum appellas? oculum equi eruens respondit: Monoculum eum apello. Huiusce rei Djortsumahus Ahnsita versibus mentionem fecit:

---

1) Abu-Ghabschan et Abu-Ghobschan enunciatur.

2) Banu-Fihr Koraischitarum pars est ad quam Kozajjus pertinebat.

رَمَتْنِى بَنُو عِجْلٍ بِدَاءِ أَبِيهِمِ   وَأَىُّ آمْرِءٍ فِى آلنَّاسِ أَحْمَقُ مِنْ عِجْلِ

أَلَيْسَ أَبُوهُمْ عَارَ عَيْنَ جَوَادِهِ   فَصَارَتْ بِهِ آلْأَمْثَالُ تُضْرَبُ فِى آلْجَهْلِ

»Gens Banu-Ihdjl mihi morbum patris sui exprobravit; quis autem vir stultior Ihdjlo erat? Nonne pater eorum equum suum generosum oculo privavit? Hanc ob causam is in proverbium stultitiae venit.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161. Scharaf-Aldin. Samachschar. Schult. prov. Meid. p. 223.

١٥٤ أَحْمَقُ مِنْ هَبَنَّقَةَ

154. Stupidior, quam Habannakahus.

Hic vir, qui dimidio saeculi primi tempore imperii Moahwijjahi vixit, Jasidus ben-Tserwan appellatus et Dsu'l-Wadaat (possessor concharum) cognominatus a gente Kais ben-Tsahlebah originem habuit. Quum camelum amisisset, alta voce clamabat: Qui camelum meum invenerit, ei camelus erit, et tum interrogatus, quamnam ob causam quæreret? respondit: ubi inveniendi gaudium esset? Gens Thofawah et gens Banu-Rasib in viro quodam dissentientes, utri potius genti adscribendus esset, inter se convenerunt, ut primo sibi obviam venienti rem diiudicandam proponerent. Accidit, ut in Habannakahum inciderent. Tale hic tulit iudicium: Adductum Bazram in fluvium iniicite! Si in fundo fluvii residet (رسب), genti Banu-Rasib adscribatur; sin vero aquae innatat (طفا), genti Thofawah adiudicandus erit. Narrant quoque, eum longa barba praeditum in collo suo torquem conchis aliisque rebus confectum, qua de causa ذو الودعات (possessor concharum) cognominatus esset, posuisse et interrogatum respondisse: Se rem facere ea causa adductum, ut se ipsum nosceret, neque amitteretur. Quum autem eius frater torquem illam nocte ipsi detractam sibi apposuisset, mane torquem suam in fratris collo conspicientem dixisse: »O frater mi! tu mea persona es, quis

autem ego sum?« Idem vir, quum oves gentis suae pastum eduxisset, pingues in herbas immisit, emaciatas vero repulit. Hanc ob rem vituperatus dixit: لا افسد ما اصلح الله وما اصلح ما افسده »Non perdam id, quod Deus reparavit, et non reparabo id, quod Deus perdidit.« Huiusce viri poeta in versu mentionem fecit:

عِشْ بِجَدٍّ وَكُنْ هَبَنَّقَةً يَرْضَى بِكَ ٱلنَّاسُ قَاضِيًا حَكَمَا

„Si fortuna secunda uteris, licet Habannakahus (stultitia insignis) sis, tamen homines te iudicem et praefectum esse gaudebunt."

Versus metrum Chafif appellatum est. Conf. libr. m. p. 262. Scharaf-Aldin et Schult. prov. Meid. p. 227.

١٥٥ أَحْمَقُ مِنْ حُذُنَّةٍ

155. Stupidior, quam Hodsonnahus.

Dicunt virum hunc omnium stupidissimum inter Arabes fuisse. Aliis autem mulieris e gente Kais ben-Tsahlebah oriundae, quae nares cubito (كوع) emunxisse dicitur, nomen est. Conf. Erasmi Adag. *ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος* et prov. 102. et Schultens. prov. Meid. p. 214.

١٥٦ أَحْمَقُ مِنْ جُحَيْنَةَ

156. Stupidior, quam Hodjainahus.

Genti Banu-l'Zaida, quæ ad tribum Banu-Asad pertinet, hic vir adnumeratur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 214.

١٥٧ أَحْمَقُ مِنْ جَهِيزَةَ

157. Stupidior, quam Djahisa.

Ebn-al'Siccitus, cui vox secundæ declinationis est, dixit, eam fuisse matrem Schabibi Alhararitae. Quum puero Schabibo gravida esset, dixit: „in ventre meo est res assiliens," quæ verba proverbii causa erant. Alii, in templo eam egessisse

urinam narrant. Sunt quoque, qui lupam nomine Djahisah appellari contendunt, quae tanta stupiditate sit, ut pullum suum negligens hyaenae pullum lacte nutriat. Mohammedes ben-Habib vocabulo الجهيزة ursam, alius vero ursi pullum marem, designari contendit.

١٥٨ أحيى من فتاة ومن هدي

158. Pudibundior, quam puella; quam ad novum maritum deducta puella.

Tubahum ben-Almohajjir deplorans dixit Laila Alachjalijjah:

فتى كان أحيى من فتاة حيية وأجرأ من ليث بخفان خادر

„Iuvenis, qui pudibundior erat quam puella pudibunda et audacior quam leo in loco Chaffan degens."

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

١٥٩ أحيى من ضب

159. Longiorem vitam habens, quam lacerta.

Narrant huius proverbii explicandi gratia, lacertam quovis centesimo anno torquem album accipere et plures saepe torques habere, mactatam autem et ventre statim evacuato post diei spatium in olla coctam se movere. Scharaf-Aldin. conf. Bochart. Hieroz. P. I. L. IV. C. I. p. 1048.

١٦٠ أحمق من الممهورة من مال أبيها

160. Stupidior, quam in matrimonium ducta cum dote ex opibus patris sui.

Abu-Ohbaidus narravit, proverbii originem esse, quod vir quidam alteri opes dono dedisset. Donatus quum donantis filiam in matrimonium duxisset, et uxori istas a patre acceptas opes doti dedisset, ei dotem istam exprobravit.

١٦١ أَحْمَقُ مِنَ ٱلْمَمْهُورَةِ مِنْ نَعَمِ أَبِيهَا

161. Stupidior, quam ea quae ex pecoribus patris sui dotem acceperat.

Virum a muliere petiisse narrant, ut sui copiam ipsi faceret. Quae quum rem se facturam negaret, nisi dotem accepisset, dotem ex pecoribus patris ei dedit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 225.

١٦٢ أَحْمَقُ مِنَ ٱلْمَمْهُورَةِ إِحْدَى خَدَمَتَيْهَا

162. Stupidior, quam quae doti acceperat unam suam compedem.

Mulier, quae dotem petierat ipsi detractam compedem accepit et eâ contenta fuit. Conf. C. XXII, 207. Conf. Schult. p. 225.

١٦٣ أَحْمَقُ مِنْ دُغَةَ

163. Stupidior, quam Dogha.

Mulier haec filia Mihnadji erat, qui nomen Rabiah ben-Ihdjl gerebat; Hamsahus vero, eam filiam Mihnadji fuisse dixit. Scharaf-Aldinus eam Mawijjah filiam Mihnadji e gente Ihdjl appellavit. Illi adhuc puellae viro gentis Banu-l'Ahnbar ben-Tamim nuptae quum parturiendi tempus adesset, sibi alvum exonerandum esse putans, in locum depressum se contulit et ibi infantem enixa est. Tum alvum se exonerasse putans, alteram mariti uxorem interrogavit: Num merda os aperit? Illa autem rem cognoscens respondit: certe, patrem vocavit et abiens infantem arcessivit. Hanc propter rem gens Banu-l'Ahnbar cognomen بنو ٱلْجَعْراء Filii podicis acceperunt. Dicunt quoque فلان دغة »Quidam stultus est« et فلان دغينة eodem sensu. Plura, quae Arabes narrarunt, repetere operae pretium non est. Ishakus ben-Ibrahim Almauzeli in explicando proverbio dixit: Dogah

nomen animalculi esse. Alii nomen papilionis in flammam volantis esse contendunt.

١٦٤ أحلم من الأحنف

164. Mansuetior, quam Alahnafus.

Zachrus filius Kaisi, e gente Tamim oriundus, et Abu-Bahr (pater maris), ut videtur, ob liberalitatem et Alahnaf, quod loripes erat, cognominatus est. Hoc corporis vitium ab infantia habuit, matrem enim, quum puerum brachiis ad saliendum tolleret, hos versus dixisse narrant:

والله لو لا ضعفه من هزله   وحنفه ودقة في رجله

ما كان في صبيانكم من مثله

„Per Deum! Si eius debilitas ob maciem non esset et morbus et tenuitas in pede, inter pueros vestros ei similis non esset[1]).

Aetate Mohammedis vivens inter proximos successores sodalium Mohammedis insignem locum tenebat et magna in gente sua auctoritate semper pollebat tum mansuetudine tum sapientia clarus. Non autem erat viri singularis animi mansuetudo cum debilitate et timiditate coniuncta, nam in illo celebri inter Ahlium et Moahwijjahum apud locum Ziffin proelio contra Moahwijjahum fortiter pugnabat, ut post aliquot annos Moahwijjahus imperio potitus ad ipsum venientem ita alloqueretur: Per Deum! O Ahnafe! quoties usque ad diem resurrectionis proelii Ziffinensis recordor, in corde dolorem sentio. At ille respondit: Per Deum! O Moahwijjahe! odium, quo te persecuti sumus, in pectoribus nostris est, et gladii, quibus contra te dimicavimus, in vaginis sunt. Si ad bellum spatio inter pollicem et indicem digitum appropinquas, nos spithamae spatio ad te appropinquamus, et si ad id lente pedibus accedis, nos ad

---

1) Metrum versuum Redjes appellatum est. Conf. I. m. p. 231.

te celeriter imus. Haec dicens abiit. Quae verba audiens post velum occulta Moahwijjahi soror hunc quum interrogaret, quis vir esset, qui minas iactaret, Moahwijjahus dixit: Talis est, ob cuius iram centum millia virorum e gente Tamim irascuntur nescientes, quaenam irae causa sit. Idem Moahwijjahus quum optaret, ut in filium suum Iasidum succedendi in imperio ius tranferretur praefectis suis, ut ex urbibus legati ad ipsum convenirent, imperavit. Ex urbe Bazra Alahnafus mittebatur. In concione autem rem sic instituerat Moahwijjahus, ut post orationem ab ipso habitam, Aldhohakus ben-Kais Alfihri successoris mentionem faceret et Jasidum designaret. Huic Ahmruus ben-Saihd Alaschdak adsensus est. Post hunc Jasidus ben-Almokannah Alohdsri surrexit dicens: hic princeps Mohammedanorum est, Moahwijjahum nutu significans, et eo mortuo tum hic, Jasidum designans, et si quis renuit, hic, gladium significans. Dixit Moahwijjahus: sede, tu es princeps oratorum; et quum alii ex legatorum numero locuti essent, Alahnafum sententiam suam interrogavit. Hic respondit: »Vos timemus, si veritatem dicimus, sin vero mentimur, Deum timemus; tu vero, o princeps, Jasidum optime noscis et die et nocte et secreto et publice, et in introitu et exitu. Si igitur scis, eum et Deo et huic genti gratum fore, neminem consule; sin vero, rem aliter se habere, scis, cogita, te in aeternam vitam iturum esse; nostrum autem est dicere: audimus et obedimus.« Narrant, virum qui eum, ut coqueret, ollam paraturum conspiceret, hunc recitasse versum:

وَقِدْرٍ كَكَفِّ ٱلْقِرْدِ لَا مُسْتَعِيرُهَا يُعَارُ وَلَا مَنْ يَأْتِهَا يَتَدَسَّمُ

»Olla simiae manui similis, non eam commodatam accipit rogans, et veniens ad eam adipe non inquinatur.« (i. e. avarus eam possidet). Qui versus quum Alahnafo recitatus esset, dixit: profecto! si voluisset, pulchriorem versum dixisset. Interrogatus, num virum ipso mansuetiorem vidisset, respondit, se a Kaiso ben-Azim (Alminka-

rita (Hamas. 367, 695.) ipso mansuetiore mansuetudinem didicisse. Die quodam quum ipse confabulandi causa apud eum consedisset, adductum esse filium eius occisum et patruelem, ligatis post tergum manibus, quem filium occidisse nuntiarent. Kaisum autem neque sedem mutasse, neque sermonem abrupisse. Sermone finito filium alterum advocari eum iussisse et advenienti mandatum dedisse, ut patruelem dimitteret, fratrem sepeliret et ad matrem occisi consolandi causa ducentas camelas adduceret. Narrant eum dixisse: بنصيبى من الذل ما احب ان لى حمر النعم »Non opto, ut pro portione vilitatis rubri (optimi) cameli mihi sint,« et quum alius quidam diceret, eum esse Arabum honoratissimum, respondisse, homines mansuetudinem esse vilitatem putare. Et haec quoque dicta ei tribuuntur: رب غيظ تجرعته مخافة ما هو اشد منه »Quoties iram timore rei gravioris suppressi!“ كثرة المزاح تذهب بالهيبة »Multitudo ioci verecundiam tollit“ من اكثر من شى عرف به »Qui rem saepius tractat, per eam noscitur« السودد كرم الاخلاق وحسن الفعل »Principatus est naturae generositas et facti pulchritudo.« Conf. Herbelot. s. v. Ahnaf. Abulfed. Ann. P. I. p. 412 sq. Schult. prov. Meid. p. 192.

١٦٥ أَحْلَمُ مِنْ فَرْخِ عُقَابٍ

165. Placidior, quam pullus aquilae.

Aquilae pullus in summis montium iugis ex ovo exclusus vix se movet, ne decidat. Alazmäihus narravit, se audivisse Arabem dicentem, Sinanum ben-Abi-Haritsah aquilae pullo placidiorem esse. Dicitur quoque: احزم من سنان »Cautior, quam Sinanus.« Nemo autem praeter Sinanum est inter Arabes, cuius et mansuetudo et cautio simul in proverbium venerit.

١٦٦ أَحْزَمُ مِنْ فَرْخِ الْعُقَابِ

166. Cautior, quam aquilae pullus.

Ne e nido suo in altissimo montis loco exstructo decidat, omnem motum evitat.

١٦٧ أَحْزَمُ مِنْ حِرْبَاءٍ

167. Cautior, quam chamaeleon.

Chamaeleon arboris truncum non dimittit, donec arboris truncum arripuit. Sic cecinit poeta:

أَنَّى أُتِيحَ لَهَا حِرْبَاءُ تَنْضُبَةٍ   لَا يُرْسِلُ ٱلسَّاقَ إِلَّا مُمْسِكًا سَاقَا

„Quomodo ei a Deo chamaeleon arboris Tandhobah appellatae destinatum fuit, quod ramum non dimittit, nisi alterum prehendit.«

١٦٨ أَحْمَى مِنْ مُجِيرِ ٱلْجَرَادِ

168. Magis defendens, quam is, qui locustas in clientelam recepit.

Rem fecisse narrant Mudlidjum ben-Sewad e gente Thai oriundum. Die quodam quum locustae in loco ante tentorium huius viri decidissent, ad eum accesserunt quidam e gente sua petentes, ut sibi locustas illas in vasa colligere liceret. Tum ille equum conscendens et hastam sumens quemlibet eorum se occisurum esse iuravit, qui eas attingeret. In clientela sua illas esse, easque se tueri, donec avolarent. Alii dicunt, hoc fecisse Haritsahum ben-Morr Abu-Hanbal huiusque rei probandæ causa hos poetæ gentis Thai versus citant:

وَمِنَّا ٱبْنُ مُرٍّ أَبُو حَنْبَلٍ أَجَارَ مِنَ ٱلنَّاسِ رِجْلَ ٱلْجَرَادِ

وَزَيْدٌ لَنَا وَلَنَا حَاتِمٌ غِيَاثُ ٱلْوَرَى فِى ٱلسِّنِينَ ٱلشِّدَادِ

„Et e nostra gente est Ebn-Morr pater Hanbali, qui pedem locustae contra homines in clientelam recepit, et Saidus nobis est nobisque Hatimus auxilia hominum annis calamitosis.“

Metrum versuum **Motakarib** appellatum est. Conf. libr. m. p. 281 sq.

١٦٩ أَحْمَى مِنْ مُجِيرِ ٱلظُّعْنِ

169. Magis defendens, quam is, qui mulieres in pilentis vehentes tuebatur.

Rabiahum ben-Mocaddam Alcenani rem fecisse narrant. Nobaischahus ben-Habib Alsolami, quum excursionem fecisset, mulieribus e gente Cinanah, in pilentis vehentibus occurrit, quae a Rabiaho cum nonnullis equitibus defendebantur. Rabiahus in brachio a Nobaischaho vulneratus ad matrem venit rogans, ut vulnus obligaret, his verbis utens:

شُدِّى عَلَىَّ ٱلْعَصْبَ أُمَّ سَيَّارْ   فَقَدْ رُزِئْتُ فَارِسًا كَٱلدِّينَارْ

„Vitta me obliga, o mater Sajjari, nam ego eques nummo aureo similis detrimentum cepi.“

Cui mater:

إِنَّا بَنِى رَبِيعَةَ بْنِ مَالِكْ   مُرَزَّأٌ أَخْيَارُنَا كَذٰلِكْ

مِنْ بَيْنِ مَقْتُولٍ وَهَالِكْ

„Quod attinet ad gentem nostram Banu-Rabiah ben-Malic, optimi nostri hoc modo detrimento sunt adflicti tum occisi tum pereuntes.

Vulnere obligato aquam a matre petiit. Sed illa primum contra hostes eum pugnare iussit, post ei aquam non defuturam esse. His matris verbis instigatus iterum in hostes impetum fecit eosque repulit. Tum ad mulieres rediens dixit: Qui est status meus, vos defendam mortuus, quemadmodum vivus vos defendi. In colle cum equo meo stabo, dum hasta me erectum tenet; vobis autem fuga salus petenda est. Mulieres autem collem superarunt, dum ille hasta nixus saltus viam tenebat. Nemo eum aggredi audebat, donec perpetuo ex vulneribus sanguine fluente debilitatus moreretur. Hasta autem, quo minus in terram prorueret,

impedivit. Tandem, quum hostibus eundem locum diutius occupare videretur, sagittis equum petiverunt. Equo in cursum acto Rabiahus in terram proruit; sed mulieres tantum viae spatium emensae erant, ut periculo evaderent. Hafzus ben-Alahnaf Alcemani occisum invenit et lapidibus tumulum super eo exstruxit eiusque mortem versibus, qui in Hamasae mea editione p. 410 sq. leguntur, deploravit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 234.

١٧٠ أَحْمَى مِنْ أَسْتِ ٱلنَّمِرِ

170. Magis defensus, quam podex pardi.

Pardus ipsi a tergo venire quemquam non patitur. conf. Schult. prov. Meid. p. 232.

١٧١ أَحْكَمُ مِنْ لُقْمَانَ وَمِنْ زَرْقَاءِ ٱلْيَمَامَةِ

171. Sapientior, quam Lokmanus; et (sapientior), quam Sarka Aljemamah.

Lokmani sapientis, ٱلْحَكِيمِ cognominati in Alcorano mentio facta est. Scharaf-Aldinus dixit, et alterum Lokmanum Ahditam in sapientum numero inter Arabes fuisse. Poeta Nabegha Alnohmanum alloquens sapientiae illius puellae mentionem fecit:

وَٱحْكُمْ كَحُكْمِ فَتَاةِ ٱلْحَيِّ إِذْ نَظَرَتْ إِلَى حَمَامٍ سِرَاعٍ وَارِدِ ٱلثَّمَدِ

»Iudicium fer simile iudicio puellae gentis, quum vidit columbas celeres properantes ad aquam.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190. Quum agmen, sexaginta sex columbas celeriter volantes continens conspiceret, eam, quae unam columbam haberet, statim dixisse ferunt:

لَيْتَ ٱلْحَمَامُ لِيَهْ إِلَى حَمَامَتِيَهْ وَنِصْفُهُ قَدِيَهْ تَمَّ ٱلْحَمَامُ مِايَهْ

»O si columbae istae meae columbae adderentur, et mihi

quoque dimidium eius (agminis) esset, tum centum columbae essent[1]).“

Sarkaae igitur sapientiam in eo posuisse videntur, quod columbarum rationem celeriter et recte computaverit. Conf. C. II, 145. Sed fortasse eius in rebus rectum iudicium proverbium spectat, ut vertatur: Rectius iudicans etc.

١٧٢ أَحْكَمُ مِنْ هَرِمِ بْنِ قُطْبَةَ

172. Iudicium melius proferens, quam Haremus ben-Kothbah,

Quum ad hunc virum, qui e gente Fesarah oriundus esset, Ahmirus ben-Althofail et Ahlkamahus ben-Ohlatsah Djahfaritae litis dirimendae causa venissent, dixit: Vos, o Djahfaritae! similes estis genubus cameli, quae simul in terram decidunt, dum unum alteri litem non intendit. conf. C. XXVII, 56. Schult. prov. Meid. 190.

١٧٣ أَحْمَقُ مِنْ شَرَنْبَثٍ

173. Stupidior, quam Scharanbatsus.

Alii nomen جرنبذ Djaranbadsus efferunt. Ad gentem Banu-Sadus refertur. Ad stupiditatem Scharanbatsi probandam interpretes narrarunt, Ohbaid-Allahum ben-Sijad hunc virum alterumque stupiditate notum Habannakahum (conf. prov. 154.) convocasse, ut inter se iaculando certarent. Scharanbatsum a collo suo crumena lapidibus impleta demissa iaculari incepisse dicentem:

دِرِّى عُقَابُ بِلَبَنٍ وَأَشْخَابْ طِيرِى عُقَابْ وَأَصِيبِى الْجِرَابْ
حَتَّى يَسِيلَ اللُّعَابْ

„Lac large emitte et radiatim o camela Ohkab! Vola, o aquila, et attinge saccum (ventrem), ut saliva fluat.“

Habannakahi ventrem attigit. Hic in fugam se dedit et interrogatus, cur ob unum lapidem fugeret? dixit: Si

1) Metrum ad Monsarih appellatum referri potest. Cf. l. m. p. 256.

dixisset: طيرى عقاب واصيبى الذباب „Vola, o aquila! et oculi pupillam attinge,“ me oculo privasset. Ut mihi quidem videtur, in viri et facto et verbis stupiditatis indicium est. Verba autem posteriora Scharanbatsi in proverbii consuetudinem venerunt, quo ad iaculandum instigatur.

١٧٤ أَحْمَقُ مِنْ بَيْهَسٍ

174. Stupidior, quam Baihasus.

Cognomen نعامة ob stupiditatem gerebat. Conf. prov. 182. Sed de hoc viro conferas C. IV, 1. XVIII, 25.

١٧٥ أَحْمَقُ مِنْ جُحَا

175. Stupidior, quam Djoha.

Djoha ad gentem Fesarah pertinens cognomen Abu-l'Ghozn gerebat. Plura ad eius stupiditatem probandam narrant. Ihsa ben-Musa Haschemita ante portas oppidi Cufae eum fodientem conspexit et, quid ageret, interrogavit. Se in isto deserto nummos absconditos invenire non posse, respondit. Quum alter, oportuit, signum tibi isto loco faceres, diceret, se fecisse reposuit. Nubem, quæ istum locum obumbrasset, se iam non videre. Die quodam e domo exiens in vestibulo occisum invenit, et in puteum dejecit. Pater Djohae rei certior factus eum eduxit et loco occisi arietem strangulatum, filii stupiditatem timens immisit. Djoha autem, quum homines per urbem discurrentes illius occisi quaerendi causa videret, dixit: In domo nostra occisus est, videte igitur, num vester sit. Ad domum venientes Djoham in puteum demiserunt. Ibi quum arietem conspexisset, clamavit, num occisus vester cornua habet? Illi risum edentes abierunt. Abu-Muslimus, qui imperium exercebat, Cufam veniens de Djoha adstantes interrogavit; et si quis eum nosceret, ut adduceretur imperavit. Quum igitur a Iakthino adductus esset et nemo praeter Iakthinum et Abu-Muslimum adesset, ex illo quaesivit: Quis vestrum, o Iakthine, Abu-Muslimus est? cf. Schult. pr. Meid. p. 209.

١٧٦ أَحْمَقُ مِنْ رَبِيعَةَ البَكَّاء

176. Stupidior, quam Rabiahus plorans.

Nomen viri Rabiah ben-Ahmir ben-Rabiah ben-Zahzaah est. Matrem, sic narrant, quae vitrico nupta erat, quodam die sub marito iacentem in tentorio invenit et matrem occidi putans, tentorio lacerato, eiulavit, ut gens accurreret. Advenientes quum, quid esset, audivissent, dixerunt: اهون مقتول ام تحت زوج »Levissime occisa est mater sub marito,« quæ verba in proverbium venerunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 218.

١٧٧ أَحْمَقُ مِنْ دَابِغٍ عَلَى التَّحْلِيء

177. Stupidior, quam is, qui pellem super pilis et sordibus concinnat.

Pellis, pilis et sordibus nigris non remotis, concinnata corrumpitur. Stultitiae est, ita agere.

١٧٨ أَحْمَقُ مِنْ رَاعِي ضَانٍ ثَمَانِينَ

178. Stupidior, quam pastor octoginta ovium.

Mohammedes ben-Habib dicit, proverbium eo ortum esse, quod oves ab omni re fugiant et pastor eas omni tempore congregare debeat. Abu-Ohbaidus aliter proverbium legit: احمق من طالب ضان ثمانين »Stupidior quam is, qui octoginta oves petit« Arabs campestris quum Cosroi Persarum regi nuntium laetum adtulisset, et hic ei petendi, quid vellet, veniam dedisset, ut sibi octoginta oves darentur, rogavit. Aljahitsus autem habet: اشقى من راعي ضان ثمانين »Miserior quam pastor octoginta ovium.« Huius proverbii causa est, quod ovium pastor eas semper congregare et contra ferarum impetum defendere debet. Idem quoque aliud proverbium retulit: اشغل من مرضع بهم ثمانين »Magis occupatus, quam is, qui octoginta agnos lactat«: dicere

enim solet vir ita occupatus, ut tibi auxilium ferre non possit: انا فى رضاع بهم ثمانين »Ego octoginta agnis bibendum do.« Conf. C. XIII, 143.

١٧٩ أَحْمَقُ مِنَ الضَّبُعِ

179. Stupidior, quam hyaena.

Conf. C. VII, 24, 25.

١٨٠ أَحْمَقُ مِنَ الرُّبَعِ

180. Stupidior, quam cameli pullus veris tempore natus.

Proverbium hoc inter Arabes notum est; a nonnulis autem pulli stupiditas negatur.

١٨١ أَحْمَقُ مِنْ نَعْجَةٍ عَلَى حَوْضٍ

181. Stupidior, quam ovis ad aquae receptaculum.

Ovis ad aquam prona concidit et inde non redit, donec repellatur. conf. Golii Adag. Arab. prov. 82.

١٨٢ أَحْمَقُ مِنْ نَعَامَةٍ

182. Stupidior, quam struthiocamela.

Proverbii causam esse dicunt, quod struthiocamela suorum obliviscens alienis ovis incubet. Dixit Ebn-Harimahus:

كَتَارِكَةٍ بَيْضَهَا بِالْعَرَاءِ وَمُلْبِسَةٍ بَيْضَ أُخْرَى جَنَاحَا

»Ut (avis) relinquens ova sua in deserto, et tegens ova aliena alis.«

Versus metrum Motakarib appellatum est. Cf. l. m. p. 281.

١٨٣ أَحْمَقُ مِنْ رَخَمَةٍ

183. Stupidior, quam avis Rachamah.

Maior Arabum pars proverbio hoc utitur. Scharaf-Al-

dinus dixit, avi stupiditatem adscribi, quod haud intelligibilem vocem proferat, et merdam humanam investiget; alii autem avis Rachamae stupiditatem negant pluraque, quibus eius intelligentiam probare student, adferunt. Conf. Schult. prov. Meid. p. 219. Haec autem de ave contraria inter Arabes sententia in causa est, cur contrarium proverbium usitatum sit: اكيس من الرخمة „Astutior, quam avis Rachama." Poeta utriusque sententiae in versu mentionem fecit:

وَذَاتُ ٱسْمَيْنِ وَٱلْأَلْوَانِ شَتَّى تُحَمَّقُ وَهْىَ كَيِّسَةُ ٱلْحَوِيلِ

„Et duobus nominibus praedita diversisque coloribus, stulta habetur, dum astuta est in re desiderata (consequenda)."

Duo eius nomina sunt رخمة et انوق. Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. De ave conferas librum meum „Selecta ex historia Halebi Paris. 1819 p. 86 sq. adnott. Russel natur. history of Aleppo T. II. p. 295 ed. alt.

١٨٤ أَحْمَقُ مِنْ عَقْعَقٍ

184. Stupidior, quam pica.

Avis haec, ut struthiocamela, ova et pullos perdere dicitur.

١٨٥ أَحْمَقُ مِنْ رِجْلَةٍ

185. Stupidior, quam portulaca.

Portulaca ab Arabibus البقلة الحمقاء „Olus stupidum" appellatur. Plantam hanc stupidam esse dicunt, quod crescens ad aquae marginem a torrente abripiatur.

١٨٦ أَحْمَقُ مِنْ تُرْبِ ٱلْعَقَدِ

186. Stupidior, quam terra in arenae cumulis.

Sic dicunt, quod arena isto loco firma non est, sed defluit.

١٨٧ أَحْذَرُ مِنْ غُرَابٍ

187. Cautior, quam corvus.

Narrant corvum pullo suo dixisse: Quum sagitta te petit quis contorque te et pullum respondisse »me contorqueo, antequam petor.« Conf. prov. 78.

١٨٨ أَحْذَرُ مِنْ ذِئْبٍ

188. Cautior, quam lupus.

Lupum dicunt uno tantum oculo clauso dormire. Hunc lupi modum Hamidus ben-Tsaur in hoc versu descripsit:

يَنَامُ بِإِحْدَى مُقْلَتَيْهِ وَيَتَّقِى ٱلْأَعَادِى بِأُخْرَى فَهُوَ يَقْظَانُ هَاجِعُ

»Pupilla una dormit, altera hostes cavet; est igitur vigilans et simul dormiens.«

Versus metrum Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 161.

١٨٩ أَحْذَرُ مِنْ ظَلِيمٍ

189. Cautior, quam struthiocamelus mas.

Struthiocamelum marem ovis incubantem, venatoris odorem e spatio tanto, quanto sagitta proiici potest (غلوة) percipientem cavere narrant, quapropter poeta cecinit:

أَشَمُّ مِنْ هَيْقٍ وَأَهْدَى مِنْ جَمَلْ

»Magis odorans, quam struthiocamelus mas et magis ducens quam camelus.«

Versus metrum Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 231.

١٩٠ أَحَرُّ مِنَ ٱلْجَمْرِ

190. Calidior, quam prunae.

In codice Lugd. احمر legitur.

١٩١ أَحَرُّ مِنَ القَرَعِ

191. Calidior, quam pustulae albae (in parvis camelis).

١٩٢ أَحَرُّ مِنَ القَرْعِ

192. Calidior, quam pustula cauterio orta.

١٩٣ أَحْسَنُ مِنَ النَّارِ

193. Pulchrior, quam ignis.

Proverbium inde ortum est, quod Arabes dicere solent: كنت فى شبابى احسن من النار الموقدة „Eram in adolescentia mea pulchrior quam ignis ardens.“ Proverbium hoc in meo codice omissum est.

١٩٤ أَحْسَنُ مِنْ شَنْفِ ٱلأَنْضَرِ

194. Pulchrior, quam inaures aureae.

Proverbium hoc in meo codice omissum est.

١٩٥ أَحْسَنُ مِنَ ٱلدُّمْيَةِ وَمِنَ ٱلزُّونِ

195. Pulchrior, quam (idolum) Aldomjah; quam idolum Alsun appellatum.

Aliis Alsun idoli templum esse, Scharaf-Aldinus adnotavit.

١٩٦ أَحْيَرُ مِنْ ضَبٍّ

196. Magis attonitus, quam lacerta Dhabb appellata.

Lacerta, quando lapides inter quos habitat, reliquit, viam redeundi non invenit. conf. c. XV. 53.

١٩٧ أَحْيَرُ مِنْ وَرَلٍ

197. Magis attonitus, quam lacerta (Waral) appellata.

Conf. XV, 53.

١٩٨ أَحْوَلُ مِنْ أَبِى بَرَاقِش

198. Mutabilior, quam avis Abu-l'Barakisch appellata.

Avem hanc eodem die pluries mutare colores, dicunt. Pæne eodem sensu dicitur: احول من ابى قلمون „Magis colores mutans, quam pannus graecus, Abu-Kalamun appellatus«, hic enim colores semper mutare videtur. In homines transfertur, qui agendi rationem mutant, ut, qui re vera sint, cognosci non possit. Dixit poeta:

إِنْ يَغْدِرُوا أَوْ يَفْجُرُوا أَوْ يَبْخَلُوا لَا يَحْفِلُوا

وَغَدَوْا عَلَيْكَ مُرَحَّلِينَ كَأَنَّهُمْ لَمْ يَفْعَلُوا

كَأَبِى بَرَاقِشَ كُلَّ لَوْنٍ لَوْنُهُ يَتَخَيَّلُ

„Si perfide agunt aut scortantur aut avari sunt, non curant; et ad te mane veniunt sellarum figuris ornati, quasi non fecissent, ut avis Abu-Barakisch appellata, cuius color omnem colorem refert."

Versus metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 216. Vocabulum مرحلين mihi significare videtur, eos mutata exteriore forma, ut qui verus status sit, cognosci non possit, advenire; sed quoque verti potest: dimissi. Loco vocis يتخيل legitur يتحيل aut يتحول. Cf. Har. 223, 580.

١٩٩ أَحْوَلُ مِنْ ذِئْب

199. Astutior, quam lupus.

٢٠٠ أَحْرَصُ مِنْ كَلْبٍ عَلَى جِيفَةٍ وَمِنْ كَلْبٍ على عَرْق

200. Avidior, quam canis ad cadaver; quam canis ad os carne tectum.

٢٠١ أَحَنُّ مِنْ شَارِفٍ

201. Propensior, quam camela annosa in pullum.

Camelas annosas propensiores in pullum esse, quam caeteras, dicunt.

٢٠٢ أَحْلَى مِنْ مِيرَاثِ ٱلْعَمَّةِ ٱلرَّقُوبِ

202. Gratior, quam haereditas amitae liberis orbæ.

٢٠٣ أَحْذَرُ مِنْ قِرِلَّى

203. Cautior, quam avis Kirilla.

Avis aquaticae nomen Kirilla est, quam cautissimam esse dicunt, ut super aqua volans unum semper oculum in coelum dirigat cavens aves rapaces, altero in aquam directo ut piscem capiat. Conf. VII, 135. XVI, 74. In rhythmice dictis feminae Ebnat-Alchoss appellatae haec leguntur: كن حذرا كالقرلى ، ان راى خيرا تدلى ، وان راى شرا تولى „Cautus sis ut avis Kirilla, si bonum videt, in aquam se demittit, sin, malum, aufugit." Grammaticus autem Hamsahus dixit, esse, qui Kirilla nomen viri multum cauti esse contenderent. Conf. Schult. prov. Meid. p. 166 sq.

٢٠٤ أَحْمَقُ مِنْ أُمِّ ٱلْهِنْبِرِ

204. Stupidior, quam asina.

Vocibus ام الهنبر asinam designant: sed Fesaritae isto nomine hyaenam appellant.

٢٠٥ أَحْمَقُ مِنْ لَاعِقِ ٱلْمَاءِ وَمِنْ نَاطِحِ ٱلصَّخْرِ وَمِنْ لَاطِمِ ٱلْإِشْفَى بِخَدِّهِ وَمِنْ ٱلْمُتَنَخِّطِ بِكُوعِهِ

205. Stultior, quam aquam lambens (cf. pr. 55.);

quam petram cornu feriens; quam subulam sutoris gena sua percutiens; quam cubito extremo se emungens. (Cf. prov. 155).

٢٠٦ أَحْسَنُ مِنَ الطَّاوُسِ وَمِنْ سوق العَرُوسِ وَمِنْ زَمَنِ البَرَامِكَةِ وَمِنَ الدُّنْيَا المُقْبِلَةِ وَمِنَ الشَّمْسِ وَالقَمَرِ وَمن ٱلدُّرِّ وَٱلدِّيكِ

206. Pulchrior, quam pavo; quam sponsae crura; quam tempus Barmacidarum; quam mundus futurus; quam sol et luna; quam unio; quam gallus.

Proverbium احسن من سوق العروس »Pulchrior, quam sponsae crura« sic intelligendum puto, quod sponsae crura ornabantur. Pocockius autem vertit »Pulchrior ductu sponsae« et Schultensius (prov. Meid. p. 180) »Pulchrior sponsa, quæ ad maritum ducitur«; sed quamquam res ipsa non videtur obstare, tamen verba sensum non admittunt. Verbum ساق de ductu sponsae, qui pompa fit, non adhibetur; est verbum زق, cui haec significatio propria est. Huc accedit, quod in caeteris proverbiis nomina sunt, et comparativi (pulchrioris) significatio nomini magis, quam nomini actionis convenit.

Barmacidarum familia sub pluribus principibus Ahbbasidarum ab anno 97 usque ad annum 197 Veziratus munus gerebat. Tempore eorum regnum florebat, ut illis ipsis temporibus et post a poetis magnis laudibus celebrarentur. Tempus illud optime descripsit Fachr. Aldinus Rasi conf. De Sacy Chrest. Arab. P. I, p. 12 text. et T. II, p. 8 sqq. Herbelot. s. voce Barmekian.

٢٠٧ أَحْلَى مِنْ حَبَاةِ مُعَادَةٍ وَمِنَ التَّوْحِيدِ وَمِنْ نَيْلِ

آلْمُنَى وَمِنَ ٱلنَّشَبِ وَمِنَ ٱلْوَلَدِ وَمِنَ ٱلْعَسَلِ

207. Dulcior, quam vita consueta; quam cultus unius Dei; quam desiderii completio; quam opes; quam filii; quam mel.

Praetulimus legendi modum codicis B. Pocockius habet من حياة العادة et vertit: »Dulcior vita redeunte« et Schultensius (p. 196.), qui من حياة معادة habet, vertit: »Dulcius quam vita rediens« ex Pocockii manuscripto addens: Puto, cum quis morti vicinus convalescit, et in vitam revocatur. Sed non dubito, quin falsum sit. Proverbium: احلى من التوحيد „Dulcior quam cultus unius Dei" poeta Motenabbius versui inseruit:

يَتَرَشَّفْنَ مِنْ فَمِى رَشَفَاتٍ هُنَّ فِيهِ أَحْلَى مِنَ ٱلتَّوْحِيدِ

„Sugunt (feminae) ex ore meo suctibus dulcioribus quam cultus unius Dei."

Versus metrum Chafif appellatum est. Conf. l. m. p. 262.

٢٠٨ أَحْرَصُ مِنْ نَمْلَةٍ وَمِنْ ذَرَّةٍ وَمِنْ كَلْبٍ عَلَى عِقْيٍ

208. Avidior, quam formica; quam parva formica (ذرة); quam canis ad recens nati infantis excrementum.

Scharaf-Aldinus sic habet: احرص من كلب على عقى صبى

٢٠٩ أَحْيَرُ مِنَ ٱللَّيْلِ وَمِنْ يَدٍ فِى رَحِمٍ

209. Magis attonitus, quam nox; quam manus in utero.

Nocti tributum est, quod hominibus in ea adscribendum fuit. Samachschar. Sunt vero, qui vocabulum الليل hoc in proverbio pullum avis حبارى significare dicant. Scharaf-Aldin.

٢١٠ أَحْسَنُ مِنْ بَيْضَةٍ فِى رَوْضَةٍ

210. Pulchrior, quam ovum in prato.

Ob purum et nitidum ovi colorem sic dicitur.

٢١١ أَحْرَسُ مِنْ كَلْبٍ وَمِنَ ٱلْأَجَلِ

211. Magis custodiens, quam canis; quam fatum.

Prius proverbium quoque sic legitur: احرس من كلبة كزبر »Magis custodiens, quam canis Casbari.« Casbar viri nomen est, cui canis noctu ipsum custodiens erat. Non autem permittit fatum, ut homo ante tempus abripiatur et hanc ob causam ei custodia tribuitur. Conf. prov. 140.

٢١٢ أَحْفَظُ مِنَ ٱلْعُمْيَانِ وَمِنَ ٱلشَّعْبِىِّ

212. Magis memoria tenens, quam caeci; quam Schahbita.

Nomen huius Schahbitæ est Abu-Ahmruus Ahmir ben-Schaharil. Post Islamismi tempus vixit, ut Mohammedis socios, Ahlium, Ebn-Ahbbasum aliosque principes viderit. Ars memoria tenendi apud Arabes magno in honore est, quum apud ipsos principale doctrinae fundamentum sit. De hoc viro conf. Harir. 451.

٢١٣ أَحْمَى مِنْ أَنْفِ ٱلْأَسَدِ

213. Magis defensus, quam leonis nasus.

٢١٤ أَحَنُّ مِنَ ٱلْمَرِيضِ إِلَى ٱلطَّبِيبِ

214. Magis desiderans, quam aegrotus, qui medicum desiderat.

٢١٥ أَحَلُّ مِنْ مَاءِ ٱلْفُرَاتِ وَمِنْ لَبَنِ ٱلْأُمِّ

215. Magis licitus, quam aqua Euphratis; quam lac matris.

Non est silentio praetereundum, in meo codice legi: احلى من ماء الفرات „Dulcior, quam aqua Euphratis," id quod omnino reiiciendum non videtur, aquam enim Euphratis dulcissimam esse dicunt et idem in lacte matris valet.

٢١٦ أَحْمَضُ مِنْ صَفْعِ ٱلذُّلِّ فِي بَلَدِ ٱلْغُرْبَةِ

216. Ingratior, quam colaphus vilitatis in terra peregrina.

Id est: colaphum perpeti, qui est indicium vilitatis nostrae, quum in terra peregrina vindicta sumi non possit, maxime ingratum est.

٢١٧ أَحَدُّ مِنْ لِيطَةٍ وَمِنْ مُوسَى

217. Acutior, quam cortex arundinis; quam novaculum.

٢١٨ أَحْيَى مِنْ كَعَابٍ وَمِنْ مُخَبَّأَةٍ وَمِنْ مُخَدَّرَةٍ وَبِكْرٍ

218. Pudibundior, quam puella sororiantibus mammis praedita; quam domi retenta puella; quam in interiore domus parte custodita; quam virgo.

Dixit Alahscha:

وَلَأَنْتَ أَحْيَى مِنْ مُخَبَّأَةٍ عَذْرَآءَ تَقْطُنُ جَانِبَ ٱلْكَسْرِ

„Tu es pudibundior, quam puella domi retenta, virgo, quae in latere posteriore tentorii habitat."

Versus metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 214.

٢١٩ أَحْسَنُ مِنَ ٱلدُّهْمِ ٱلْمُوَقَّفَةِ

219. Pulchrior, quam equi nigri, in quorum pedibus album est.

٢٢٠ أَحْكَى مِنْ قِرْدٍ

220. Magis imitans, quam simia.

Dixit poeta Motenabbius:

يَرُومُونَ شَأْوِى فِى ٱلْكَلَامِ وَإِنَّمَا يُحَاكِى ٱلْفَتَى فِيمَا خَلَا ٱلْمَنْطِقَ ٱلْقِرْدُ

„Volunt me praevertere in sermone; et simia in rebus praeter sermonem virum imitatur.“

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

٢٢١ أَحْمَلُ مِنَ ٱلْأَرْضِ ذَاتِ ٱلطُّولِ وَٱلْعَرْضِ

221. Magis portans, quam terra longa et lata.

٢٢٢ أَحْضَرُ مِنَ ٱلتُّرَابِ وَأَحْقَرُ مِنَ ٱلتُّرَابِ

222. Praesentior, quam humus; contemtior, quam humus.

Proverbia recentiora.

٢٢٣ حَظٌّ فِى ٱلسَّحَابِ وَعَقْلٌ فِى ٱلتُّرَابِ

223. Sors bona in nubibus et mens in terra

٢٢٤ حَسِبَهُ صَيْدًا فَكَانَ قَيْدًا

224. Putavit eam rem esse praedam et fuit vinculum.

٢٢٥ حَسِبَ ٱلْحَلِيمُ أَنَّ ٱلنَّاسَ أَنْصَارُهُ عَلَى ٱلْجَاهِلِ

225. Intelligens putat, homines esse suos adiutores contra ignorantem.

٢٢٦ حَرِّكِ ٱلْقِدْرَ يَتَحَرَّكْ

226. Move ollam, movetur (ea).

Proverbium adhibent, quum ad iter excitant.

٢٢٧ حِبَالٌ وَلِيفٌ جَهَازٌ ضَعِيفٌ

227. Funes et palmae fibrae sunt debilis apparatus.

٢٢٨ حَيْثُ مَا سَقَطَ لَقَطَ

228. Ubi decidit, collegit.

In versute agentem dicitur. In Haririi libro p. 587. proverbium sic mutatum est: اينما سقطوا لقطوا „Ubicunque decidunt, colligunt."

٢٢٩ حِمَارُ طَيَّاب وبَغْلَةُ أَبِى دُلَامَةَ

229. Asinus Thajjabi et mula Abu-Dolamahi.

In eum, qui multa vitia habet, dicitur. Proverbium hoc et sequens in tribus codicibus B. L. P. ante ducentesimum secundum locum habet.

٢٣٠ حَوْصِلِى وَطِيرِى

230. Imple ingluviem et vola!

Proverbio hoc incitatur homo, ut libero arbitrio utatur.

٢٣١ حَمَلَ السَّوْقُ السُّلُوَّ

231. Instigatio quietem producit.

Id est: Labor quietis causa est.

٢٣٢ حَقٌّ مَنْ كَتَبَ بِمِسْكٍ أَنْ يَخْتِمَ بِعَنْبَرٍ

232. Qui musco scripsit, eum oportet odoramento ambaro appellato obsignet.

٢٣٣ حِصْنُكَ مِنَ ٱلْبَاغِى حُسْنُ الْمُكَاشَرَةِ

233. Munimentum tuum contra scortatorem est pulchritudo risus.

In codice meo est حسن المعاشرة »Pulchritudo consortii«; sed in tribus codicibus B. L. P. المكاشرة legitur. Proverbii sensus esse videtur: Mulier moribus modestis se optime defendit.«

٢٣٤ حَدِيثٌ لَوْ نَقَرْتَهُ لَطَنَّ

234. Narratio (res nova), quam si rostro percussisses, sonum edidisset.

Huiusce proverbii, cuius in codicibus varii legendi modi inveniuntur, docti cuiusdam Arabis explicationem ex Pocockiano manuscripto adferre liceat. Poni, ait, ad commendationem eius, metaphora sumta a metallis purioribus, quae digito percussa tinniunt. In meo codice sic legitur: حديث لو نفرته لظن, in codice Parisiensi, quem amicissimus Dr. Schmölders hoc in loco contulit: حديث لو نقرته لظن Codices B. L. secutus sum. Reiskius in codicis L. margine نقدته corrigendum putavit.

٢٣٥ حِمَاكَ أَحْمَى لَكَ وَأَهْلُكَ أَحْفَى لَكَ

235. Territorium tuum te maxime defendit, et gens tua te maxime honorat.

٢٣٦ حُدَيَّاكَ إِنْ كَانَ عِنْدَكَ فَضْلٌ

236. Prodi contra me, si tibi praestantia est.

Vocabulum حديا nomen est, quod Arabum lexicographi vocibus منازعة disputatio et مباراة certamen explicant. Dicitur انا حدياكم »Ego is sum, qui vobiscum certare vult.«

٢٣٧ حُسْنُ طَلَبِ ٱلْحَاجَةِ نِصْفُ ٱلْعِلْمِ

237. Pulchre quaerere rem necessariam dimidia pars scientiae est.

٢٣٨ حَيَآءُ ٱلرَّجُلِ فِي غَيْرِ مَوْضِعِهِ ضَعْفٌ

238. Pudor viri in loco non conveniente debilitas est.

٢٣٩ اَلْحَسَدُ ثِقْلٌ لَا يَضَعُهُ حَامِلُهُ

239. Invidia onus est, quod portans non deponit.

٢٤٠ اَلْحِيلَةُ أَنْفَعُ مِنَ ٱلْوَسِيلَةِ

240. Astus utilior est, quam cognatio.

٢٤١ اَلْحُرُّ عَبْدٌ إِذَا طَمِعَ وَٱلْعَبْدُ حُرٌّ إِذَا قَنِعَ

241. Liber quando cupit, servus est, et servus, quando contentus est, liber.

٢٤٢ اَلْحَسَدُ فِي ٱلْقَرَابَةِ جَوْهَرٌ وَفِي غَيْرِهِمْ عَرَضٌ

242. Invidia inter cognatos est substantia, inter alios accidens.

٢٤٣ اَلْحَيَاءُ يَمْنَعُ ٱلرِّزْقَ

243. Pudor impedit, quominus victum quotidianum acquiramus.

Conf. Erpenii Adag. 67.

٢٤٤ اَلْحَرَكَةُ بَرَكَةٌ

244. Motus est benedictio.

٢٤٥ اَلْحَاجَةُ تَفْتُقُ ٱلْحِيلَةَ

245. Necessitas astum rumpit.

٢٤٦ اَلْحَرِيصُ مَحْرُومٌ

246. Avidus frustratur.

٢٤٧ اَلْحُرُّ تَكْفِيهِ ٱلْإِشَارَةُ

247. Ingenuo nutu signum factum sufficit.

٢٤٨ الحَاوِى لا يَنْجُو مِنَ الحَيَّات

248. Serpentium possessor a serpentium noxa liber non est.

٢٤٩ الحَمِيرُ نَعَتِ الأَكَّافِين

249. Asini eorum mortem annunciant, qui clitellas conficiunt.

Pocockius sic habet: الحمير نعت الاكافير »Asini (ut appellentur) epitheton est negantium beneficia in se collata« et addit: ita hic اكافير exposuit mihi Scheichus quidam. Sed falsum puto esse enunciandi et legendi modum.

٢٥٠ الحَقُّ خَيْرُ مَا قِيلَ

250. Veritas omnium dictorum optimum.

٢٥١ الحَبَّةُ تَدُورُ وَإِلَى ٱلرَّحَا تَرْجِعُ

251. Granum circumvertitur et ad molam redit.

٢٥٢ الحُبَابُ لا تُشْتَرَى فَتَصْفَعُ

252. Amor non emitur, ut arte conficiatur.

Proverbium in codicibus vario modo legitur, ut, quid rectum sit, dubitare liceat. In meo codice الحباب لا تشترى فتصفع, in codice L. الحباب لا تشترى او تصفع, in codice B. est: الحباب لا تسترى ولا تصفع, sed antea erat تشترى, puncta enim deleta sunt. In codice Pocockiano legitur: الحيات لا تشترى او تصنع »Vita nec emitur nec . . . . Schultensius subscripsit (fors. nec deponitur). Neque in Samachscharii neque in Scharaf-Aldini opere proverbium reperitur. Nec vero silentio praetermittendum videtur, femininum verbi, sic enim in codice annotatum est, subiecto الحباب minime convenire, quum sit masculini generis. Et modus scribendae vocis الحباب, qualis in codice B. (Alhobab) est, impedit, quominus pluralis forma sit. Non male الحياة vita legitur.

٢٥٣ اَلْحِمَارُ عَلَى كَرَاهِ يَمُوتُ

253. Asinus molestiis adflictus moritur.

Commoda molestiis attinguntur.

٢٥٤ اَلْحِمَارُ السَّوْءُ دُبْرُهُ أَحَبُّ إِلَيْهِ مِنْ مَكُّوكِ شَعِيرٍ

254. Asino pravo podex ipsius praeferendus est hordei modio.

٢٥٥ اِحْفَظْنِي أَنْفَعْكَ

255. Custodi me et ego tibi commodo ero.

٢٥٦ اِحْفِرْ بِيرًا وَطُمَّ بِيرًا وَلَا تُعَطِّلْ أَجِيرًا

256. Fodi puteum et luto obduc puteum et mercenarium ne dimitte!

Proverbii sensus esse videtur. Quod incepisti, summa cum cura perfice!

٢٥٧ اِحْتَاجَ الى الصُّوفَةِ مَنْ جَزَّ كَلْبَهُ

257. Qui canem suum totondit, ei lana necessaria fuit.

٢٥٨ اَلْحَسُودُ لَا يَسُودُ

258. Invidus non dominatur.

Post proverbium hoc in codicibus B. P. tanquam novum proverbium notatum est: الاحسان الى العبيد مكبتة للحسود »Beneficium erga servos est afflictio invidi.« Hamakero illustr. praecedentis scholion videbatur. Huiusce opinionis causam non video.

٢٥٩ اَلْحَسَدُ دَاءٌ لَا يَبْرَأُ

259. Invidia morbus est, qui non curatur.

Caput VII.

Littera Cha.

١ خُذْ مِنْ جِذْعٍ مَا أَعْطَاكَ

1. Cape a Djidsaho, quod tibi dedit!

Gens Ghasanidarum olim regibus gentis Salihi tributaria erat, nam in viri cujuslibet caput duorum nummorum aureorum tributum impositum erat. Tempore autem, quo Sibthaho ben-Almondsir Salihitae tributi colligendi officium erat, Ghassanidarum gens solvere recusavit et Djidsahus ben-Ahmru Ghassanida Sibthahum, qui tributi colligendi causa venerat, gladio occidit, verba dicens, quae postea in proverbium venerunt. Docet autem proverbium, pro praeda habendum homini id esse, quod avarus det. Alii alio modo proverbium explicant. conf. Kamusi opus et Eichhornii Ibn-Cotaib. p. 160.

٢ خُذْ مِنَ الرَّضَفَةِ مَا عَلَيْهَا

2. Sume a lapide candente id, quod in eo positum est!

Vocabulo رضفة lapidem candentem designant, quo injecto lac calefit. Parum lactis ei adhaeret, quapropter in dona parva avari translatum est, ut proverbium doceat, minimum avari donum nobis accipiendum esse. conf. Erpenii Adag. 65.

٣ خُذْهُ وَلَوْ بِقُرْطَيْ مَارِيَةَ

3. Cape hoc, et si (dandae essent) inaures Mariæ!

Maria filia Alkami vel Thsalimi ben-Wahab erat. Ejus soror erat Hind-Alhonud uxor Hodjri, qui cognomen اكل المرار gerebat, Cenditae. Mater Alharitsi ben-Abi-schamr Ghassanidae erat. Prima inter Arabes inauribus sese ornasse dicitur. Conf. Samachschar. Narrant, eam templo Caahbae dono dedisse duas inaures duobus unionibus ovi columbae magnitudine, ut pretium earum immensum esset, ornatas. In describendis illis inauribus non consentiunt. Conf. Kamus.

٤ خُذْ مِنْهَا مَا قَطَعَ ٱلْبَطْحَاءَ

4. Cape ex eorum (camelorum) numero eos, qui alveum largum, glarea abundantem superarunt!

Suffixum ها ad camelos ابل referendum est. Qui alveum superarunt, robusti sunt. Monet proverbium, ut potentes in auxilium vocemus.

٥ خُذِ ٱلْأَمْرَ بِقَوَابِلِهِ

5. Cape rem anteriores eius partes arripiens.

Perfice statim negotium, ne tempus perficiendi effugiat. Praepositio ب praepositionis في locum tenet, ut sit loco verborum فيما يستقبلك منه »In ea rei parte, quae tibi se obvertit«. Id est: initio, dum occasio non aufugit. Simili ratione dicitur: قبل الشي واقبل »Ante rem et accede!«

٦ خُذْ مَا طَفَّ لَكَ

6. Cape, quod attingere potes!

Vocabulo طف eandem significationem, quam verbo ارتفع et قل »elatus fuit, levis fuit«, Meidanius tribuit; sed

mihi significationem »latus obvertit« habere videtur. Simili modo dicitur: خذ ما دف et خذ ما استدف »Cape, quod paratum est!« Adhortatur proverbium, ut pauco contenti simus.

٧ خَشْ ذُؤَالَةَ بِٱلْحِبَالَةِ

7. Per laqueum iniice lupo terrorem!

In eum dicitur, cujus minae contemnuntur. Alii mineris, ego te novi.

٨ خَالِفْ تُذْكَرْ

8. Adversare et tu in memoriam revocaberis!

Almofadhdhelus retulit, verba ista poetam Alhothaiahum dixisse. Quum Cufam venisset, cuidam sibi obviam venienti viro dixit: Virum hujus urbis liberalitate clarissimum mihi indica! Alter dixit; Ohtaibahum ben-Alnahhas Alidjli adi! Ad eius igitur domum tendens viro ipsi in via occurrit. Interroganti autem, num Ahtibahus esset, non sum, alter respondit; aut Ahthabus; idem responsum dedit. Tum Alhothaiahus; sed illis simile nomen geris, dixit. Alter, se Ohtaibahum esse, concedens, quis autem ipse esset, interrogavit. Ego sum Djerwalus, dixit. Tum alter; quis autem est Djerwalus? rursus interogavit, et quum alter respondisset, Abu-Molaicahus, se eum non noscere dixit. At vero, quum, Ego Alhothaiahus sum, dixisset, alter virum cognoscens et bene venisti dicens, eum salutavit. Quum autem Ohtaibahus, Hothaiahum praestantissimum esse poetam dixisset, hic rem negans, et verba illa, quæ postea in proverbii consuetudinem venerunt, loquens, illum se praestantiorem poetam esse, qui hosce versus fecisset, dixit:

وَمَنْ يَجْعَلِ ٱلْمَعْرُوفَ مِنْ دُونِ عِرْضِهِ يَفِرْهُ وَمَنْ لَا يَتَّقِى ٱلشَّتْمَ يُشْتَمِ

وَمَنْ يَكُ ذَا فَضْلٍ فَيَبْخَلْ بِفَضْلِهِ عَلَى قَوْمِهِ يُسْتَغْنَ عَنْهُ وَيُذْمَمِ

»Qui beneficia defert, ut honorem suum defendat, is eum integrum facit, sed qui contumelias non timet, is contumelias patitur. Et qui abundantia bonorum gaudet, sed avarus hanc abundantiam cum gente sua non communicat, is, ex quo utilitatem non percipiant, vituperatur.«

Ohtaibaihus, verborum sensum intelligens poetam, quaenam ei res necessariae essent, interrogavit. Poeta, vestes tuae mihi multum placent, dixit. Exutas igitur vestes tradidit et quid porro desideraret, ex eo quaesivit. Tum poeta, se genti suae commeatum, frumentum scilicet, et dactylos et vestes desiderare. Haec quum ex poetae votis adferri praecepisset, Alhothaiahus dixit: اَلْعَوْدُ أَحْمَدُ »Repetitio majorem laudem meretur« conf. C. XVIII, 159 et abiens hunc versum dixit:

سُئِلْتَ فَلَمْ تَبْخَلْ وَلَمْ تُعْطِ طَايِلًا فَسَيَّانِ لَا ذَمٌّ عَلَيْكَ وَلَا حَمْدُ

»Rogatus fueras et neque avarus fuisti, neque multum donasti; sunt igitur duo aequalia, neque vituperandus es, neque laudandus.«

٩ خَطْبٌ يَسِيرٌ فِى خَطْبٍ كَبِيرٍ

9. Res parva in re magna.

Verba haec Kazirus ben-Sahd Lachmita Djadsimaho ben-Malic ben-Nazr, qui et Djadsimahus Alabrasch (leprosus) et Alawadhdhah (leprosus[1]) cognominatus erat, dixit. Dsadsimahus[2]) in Euphratis ripa regnum possidebat,

1) Scharaf-Aldinus ad proverbium أثار من قصير „Vindictae cupidior quam Kazirus" adnotavit, lepram a quibusdam inter Arabes laudatam esse, et poetarum versus ad hanc rem probandam adnotavit.

2) Reiskius in margine codicis Lugdunensis de aetate Djasimahi ex Aldjusio haec adnotavit: Dissentiunt de aetate Djasimahi. Alii eum sexaginta annos, alii autem, centum et viginti octo annos regnasse dicunt. Tempore regum regionum per nonaginta quinque annos, et tempore Ardeschiri ben-Babec regni Sassanidarum auctoris per viginti et tres annos regnum tenebat.

tempore, quo Sabba in Mesopotamia regnabat. Sabba patris sui, a Djasimaho occisi necis, ulciscendae causa, se ei in matrimonium ultro offerens, ut in Mesopotamiam veniret, Dsasimahum invitaverat[1]). Omnes, quos in oppidum Bakkam ad Euphratis ripam situm[2]) in consilium convocaverat, ut precibus reginae satisfaceret, suadebant excepto Kaziro, qui رأى فاتر وغدر حاضر »Infirmum consilium et praesens perfidia«, dixit, quae verba in proverbium venerunt. Litteras ad reginam mittendi consilium dedit; nam, si talis reginae animus erga ipsum re vera esset, qualem ostendisset, eam venturam esse; sin aliter, regem se eius perfidiae non exposuisse. Quod vero consilium quum rex non probaret, Kazirus dixit: انى امرو لا يميل العجز ترويتى »Ego sum vir, cuius cogitationem debilitas non (a recto) declinat« etc.[3]); At rex, لا ولكنك امرو رايك فى الكن لا فى الضح »Immo vero tu es vir, cuius consilium in tegumento, non in sole est«, dixit, quae verba in proverbium venerunt; et sororis filium Ahmruum ben-Ohdajj consuluit. Qui quum regi itineris faciendi gratum consilium dedisset, et rex iter pararet, Kazirus لا يطاع لقصير امر »Nulla in re Kaziro (seu impotenti) mos geritur« (C. XXIII, 420) dixit, quae verba postea hominibus proverbio erant. Ahmruo ben-Ohdajj regni cura commissa, et Ahmruo ben-Ahbd-Aldjinn simul cum eo equitatus imperio tradito Djadsimahus cum proceribus regni iter ingressus in Euphratis ripa occidentali processit. Castris ibi positis denuo Kazirum consilium rogavit. At

---

1) Scharaf-Aldinus rem sic narravit: Djadsimahus regionibus ad ripam Euphratis a Persarum rege Ardeschiro ben-Babec praepositus Sabbaam filiam Ahmrui ben-Tharif, quae sub Graeci imperatoris tutela in Syria et Mesopotamia regnabat, in matrimonium sibi petiit.

2) Locum hunc inter locum Alhit et Alanbar situm esse, Scharaf-Aldinus adnotavit.

3) Alterum versus metri Basith hemistichium in codicibus corruptum est.

Kazirus: ببقة خلفت الراى »In loco Bakka consilium reliquisti«, (C. II, 4) dixit, quae verba in proverbium cesserunt [1]). Tum, quid de Sabba regina cogitaret, interrogatus respondit: القول رداف والحزم عثراته تخاف »Verbum est pone sequens et consilii firmi caespitationes metuuntur«; id quod in proverbii consuetudinem venit. Quum interim reginae legati cum donis advenissent, quid tibi videtur, rex Kaziro dixit. Respondit: خطب يسير فى خطب كبير »Res parva in re magna.« Iam tibi obviam venient copiae, quae si te praecedent, regina fidelis est, sin vero ad latera tua incedent, et te circumdabunt te sequentes, perfida est. Tum conscende equum tuum Alahza appellatum, nam eius pulvis non diffinditur« (i. e. cursu non superatur), quae verba in proverbii consuetudinem venerunt, et ego in isto equo tecum vehar. Factum est, quemadmodum Kazirus praedixerat. Equites eum circumdabant, ut ab equo illo suo separaretur [2]). Djadsimahus autem, quum Kazirum in equo suo vehentem et revertentem conspexisset, in haec verba erupit: ويلمه حزما على متن العصا »Vaeh illi! o consilium firmum super dorso equi Alahza appellati« quae postea proverbii locum obtinuerunt. Equus usque ad solis occasum currens magno viae spatio emenso mortuus procidit. Kazi-

1) In Scharaf-Aldini opere sic legitur: تركت الراى بثنى بقة „Reliquisti consilium in flexu Bakkae."

2) Paulo aliter Scharaf-Aldinus rem retulit. Quum Kazirus dixisset: „Reliquisti consilium in flexu Bakkae", et Djasimahus iterum consilium petiisset, Kazirus respondit: Si res, quemadmodum cupis, procedit, bene erit, sin aliter; ego equum Alahza offeram. Hunc conscende et fuga salutem pete! Quum igitur equitatus eum circumdedisset, equum illum ei obtulit. Djasmimahus consilium reiecit. Kazirus eum interiturum esse videns, dixit: ببقة صرم الامر „Bakkae res abrupta fuit", quæ verba in proverbii consuetudinem venerunt, et equo illo conscenso fugæ se dedit. Quod videns Djasimahus, haec protulit verba, quae in proverbium venerunt: يا ضل ما تجرى به العصا „O rem amissam! quam celeriter eum aufert equus Alahza!"

rus autem in eo loco turrem exstruxit, quae equi nomine turris Alahzae appellabatur. Arabes dixerunt: حين ما بلغت به العصا »Quando eum equus Alahza appellatus adduxit [1]),« quae verba eis postea proverbio erant. Regina, quum Djadsimahum introductum conspexisset, corpore nudato eum his verbis allocuta est: اداب عروس ترى »Num mos sponsae vides?« (sed C. XIII, 46. et in opere Scharaf-Aldini اشوار »num ornatum« legitur), quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt. Djadsimahus respondit: بلغ المدى وجف الثرى وامر غدر ارى »Ad terminum pervenit, et sicca evasit humida terra, et perfidiae rem video.« Quae verba in proverbium cesserunt. Tum ebrius factus incisis in externa manu venis occisus est, non enim moris erat isto tempore, ut rex collo amputato occideretur. Regis sanguinem in aureum vas excipiebant. Gutta sanguinis in terram decidente regina dixit: »Ne regis sanguinem perdite!« At rex ista verba audiens dixit: دعوا دما ضيعه اهله »Sinite sanguinem, quem gens sua perdidit.« Quæ quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt. Kazirus autem tribum relinquens ubi equus prociderat, ad Ahmruum ben-Ohdajj, qui Hirae erat, accessit dicens: »Num vindictam sumes?« ad quae verba Ahmruus respondit: بل ثاير ساير »Minime vindicans est proficiscens« Kazirus autem pace composita inter Ahmruum ben-Ohdajj et Ahmruum ben-Ahbd-Aldjinn ea conditione, ut hic illi obsequium praestaret, ad vindictam sumendam regem incitavit. Ille se excusans dixit: هي امنع من عقاب الجو »Magis inaccessa est, quam aquila aurae«, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Sabba vindictam metuens latibulum sibi paravit, per quod in arcem in oppido sitam aufugere posset. Pictorem quoque suae artis

---

1) In codicibus duobus loco vocis حين aut خبر aut خير legitur, ut sensus sit „Nuntius quem equus Alahza adtulit aut Optimum, quod equus Alahza attulit.“

peritissimum ad Ahmruum misit, qui eius effigies plures, varios vitae status describens, conficeret. Kazirus interim ab Ahmruo rege petiit, ut ipsi nasum amputaret, et tergum percuteret. Quam rem quum Ahmruus facere nollet, Kazirus dixit: حل عنى اذن وخلاك ذم »Dimitte me tunc et tu vituperio liber eris!« (quae verba in proverbium cesserunt), et nasum suum amputavit, et tergum suum vulneravit. Fugam autem simulans ad Sabbam tetendit, et se tam crudelem poenam Ahmruo dedisse, quod occisi fratris culpam in ipsum contulisset, finxit. conf. C. XXIII, 143. Post Kazirus, quum regina in eo magnam fiduciam collocaret, rogavit, ut sibi in Iracam iter suscipere permitteretur, se inde ad reginam opes, quas possideret, pannos pretiosos aliasque res adducturum esse, promittens. Regina itineris veniam dedit et quum quae promisisset, reportaret, iterum atque iterum proficiscendi veniam concessit. Tertia autem vice quum ad Ahmruum secreto venisset, eum commovit, ut viros fiducia omnino dignos in saccos inclusos cum ipso mitteret et se iis itineris comitem adiungeret; se enim viris in oppido e saccis emissis, et in incolas irruptione facta, ipsi illud latibulum, quo regina confugeret, indicaturum esse, promittens. Itinere suscepto quum ad portas oppidi advenissent, Kazirus reginae felicem adventum adnuntians dixit: اخر البز على القلوص »Postremae vestes sericae (sunt) super camela iuvenca«, quae verba in proverbium venerunt. Tum rogavit, ut ante portas regina prodiret et res inspiceret, dicens: جئت بما صاء وصمت »Adportavi, quod pipivit et quod silet«, quae verba in proverbium cesserunt. Camelis in oppidum intromissis, res, quemadmodum Kazirus praedixerat, agebatur. Regina in latibulum introitura, personam Djadsimahi ad portam stantis cognovit, et ex annulo suo venenum absconditum esuxit, ut sibi mortem afferret, dicens: بيدى لا بيدى ابن عدى »Per manum meam (moriar), non per manum Ebn-Ohdajji«, quae verba proverbii locum obtinuerunt. Djadsimahus gladio eam confodit. Ahdius ben-Said Ihbadita rem carmine descripsit.

١٠ خَرْقَاءُ وَجَدَتْ صُوفًا

10. Stupida lanam invenit.

Legitur quoque وجدت ثلة, quod idem significat. Proverbium in eum quadrat, qui opes, quas invenit, perdit. Comparatur cum femina stupida, quae lanae, quam invenit usum nescit. Conf. prov. 115.

١١ خُذِى وَلَا تَنَاثَرِى

11. Cape et ne disperge!

Verba haec Doghae adscribuntur. Conf. VI, 163. Quum femina ista ad gentem Banu-l'Ahnbar matrimonii causa duceretur, mater ei dixit: Fieri potest, ut ad nos visitatum redeas duos pueros ulnis amplectens. Postquam igitur unum puerum enixa erat, veniam rogavit ad gentem suam proficiscendi. Venia data, quum non multum a sua gente abesset, filium suum in duas partes dissecuit et matri, quae de filio ipsam interrogasset, filium ostendens verba ista dixit. Proverbio, cui metrum Redjes est (conf. l. m. p. 232), in celandis rei vitiis utuntur.

١٢ خَرْقَاءُ ذَاتُ نِيقَةٍ

12. Stupida solertiam in re tractanda habens.

Proverbium, cui metrum Redjes est (conf. l. m. p. 232), in eum dicitur, qui, quamquam rei omnino ignarus est, tamen rei notitiam sibi arrogat. Conf. Djeuh.

١٣ خَرْقَاءُ عَيَّابَةٌ

13. Stupida multum alios vituperans.

In virum stupidum, qui alios multum vituperat, dicitur.

١٤ أَخْبِرْهَا بِعَابِهَا تَخْفِرْ

14. Vitia, quae habet, ei indica, ut erubeat.

In mulierem audacem dicitur.

١٥ اِخْتَلَفَتْ رُؤُوسُهَا فَرَتَعَتْ

15. Capita eorum (camelorum) diversa erant; libere enim pascebantur.

Suffixum هَا ad camelos referendum est. Quum libere pascuntur, camelorum capita diversa sunt sc. directione. Proverbium homines in re dissentire designat. Scharaf-Aldin.

١٦ خَرَجَ نَازِعًا يَدَهُ

16. Exiit extrahens manum suam.

In eum quadrat, qui principi obsequium praestandum recusat. Samachscharius خرج نازع يد adnotavit.

١٧ أَخْبَرْتُهُ بِعُجَرِي وَبُجَرِي

17. Certiorem eum feci de nodis meis in corpore, et venis in ventre nodosis.

Tam vitia mea externa quam interna ob maximam in ipso fiduciam ei patefeci. Conf. Kam.

١٨ اَلْخَيْلُ تَجْرِي عَلَى مَسَاوِيهَا

18. Equi non impedientibus eorum vitiis currunt.

Ut equi, qui vitiis laborant, propter generosam eorum indolem currunt, sic vir generosus, etsi debilis est, tamen generose agit. Conf. Dj.

١٩ اَلْخَيْلُ أَعْلَمُ بِفُرْسَانِهَا

19. Equi optime noscunt equites suos.

Proverbium docet, ab eo auxilium petendum esse, qui optime rem noscat; aliis autem proverbium de rei scientia adhibetur. Scharaf-Aldin.

٢٠ اَلْخَيْلُ أَعْلَمُ مِنْ فُرْسَانِهَا

20. Equi magis gnari sunt, quam equites in iis vehentes.

In eum dicitur, de quo opinionem habes, tum eum talem invenis, qualem esse putaveras aut diversum.

٢١ أَخْتَلَطَ الْمَرْعِىُّ بِٱلْهَمَلِ

21. Permixtus fuit a pastore ductus cum libere pastum dimisso (camelo).

De gente dicitur, quæ in turbas incidit, ut, quod agendum sit, nesciat.

٢٢ خَيْرَ حَالِبَيْكِ تَنْطَحِينَ

22. Optimum duorum te mulgentium cornibus petis.

Narrant, ovem aut vaccam habuisse duos mulgentes, quorum alter leniter alter dure eam tractaret. Lenem cornibus illa percussit. Proverbium in hominem dicunt, qui beneficia male rependit. Proverbium quoque sic legunt: هيل هيل خير حالبيك تنطحين „Vocabulum هيل autem nomen proprium caprae abjecta littera ة pro هيلة esse contendunt.“ Samachschar. Conf. Kamus.

٢٣ الْخَرُوفُ يَتَقَلَّبُ عَلَى ٱلصُّوفِ

23. Agnus robustus super lana se volutat.

In virum dicitur, qui victus copia abundat.

٢٤ خَامِرِى أُمَّ عَامِرٍ

24. Absconde te, o hyaena!

Hyaena ام عامر, ام عمرو et ام عويمر cognomen habet. Hyaenae magnam stultitiam tribuunt, et cum ea stupidus comparatur. Conf. C. VI, 179. Eam venaturi lapidem in latibulum iniiciunt. Hyaena rem putans esse, quam capiat, prodit et capitur. Vir quoque in eius latibulum irrepere solet, et verba semper dicens: ابشرى بجراد

عظال وكمر رجال »Laeteris locustis cohaerentibus et penibus virorum« eam constringit et protrahit. Fusius Scharaf-Aldinus ad proverbium C. VI, 176. modum capiendae hyaenae explicavit. Venator in hyaenae latibulum intrans dicit: اطرقى ام طريق خامرى ام عامر »Noctu veni, o hyaena, absconde te, o hyaena!« Hyaena se contrahit. Tum dicit: ام عامر ليست فى وجارها »Hyaena in latibulo suo non est.« Hyaena pedes anteriores et posteriores protendit. Denique dicit: ام عامر ابشرى بكمر الرجال »O Hyaena! laeteris ob penes virorum« et ابشرى ام عامر بشاء هزلى وجراد عظلى »Laeteris, o hyaena! ob oves emaciatas et locustas cohaerentes« et sic loquens eius pedes, ipsa se non movente, constringit.

٢٥ خَامِرِى حَضَاجِرْ أَتَاكِ مَا تُحَاذِرْ

25. Absconde te, o hyaena, venit ad te quod metuis!

Hoc et praecedens proverbium in eum adhibetur, qui omnes res ob timiditatem suam timet. Aliis autem aliud videtur significare. Homines scilicet describit, qui quamvis ignari non sint vicissitudinum huius mundi, tamen propter incuriam a mundo decipiuntur, quemadmodum hyæna verbis. »Absconde te, o hyaena« se decipi patitur. Conf. VI. 179.

٢٦ خَفَّتْ نَعَامَتُهُمْ

26. Struthiocamela eorum discessit.

Stationem suam relinquentes dispersi sunt. Simili ratione dicitur: شالت نعامتهم. Conf. Schultens. histor. Joctan. ex Abulfed. p. 14. v. 1. Harir. p. 372. text. Ar. et lexic. meum s. شول

٢٧ خَلَا لَكِ الْجَوُّ فَبِيضِى وَٱصْفِرِى

27. Vacuus (liber) tibi est campus, ova igitur fac, et pipi!

Verba haec poeta Tharafahus ben-Alahbd jam puer dixit. Iter cum patruele faciens quum ad aquam consedissent, rete parvum ad capiendas alaudas posuerat. Toto illo die nil cepit. Abstulit igitur laqueos et ad patruelem rediit. Inde tum proficiscens conspexit alaudas grana, quae apud laqueos sparserat, colligentes. Dixit igitur hosce versus:

يَا لَكِ مِنْ قُنْبُرَةٍ بِمَعْمَرِ   خَلَا لَكِ ٱلْجَوُّ فَبِيضِي وَٱصْفِرِي

وَنَقِّرِي مَا شِئْتِ أَنْ تُنَقِّرِي   قَدْ رَحَلَ ٱلصَّيَّادُ عَنْكِ فَٱبْشِرِي

وَرُفِعَ ٱلْفَخُّ فَمَا تَحَذَّرِي   لَا بُدَّ مِنْ صَيْدِكِ يَوْمًا فَٱصْبِرِي

„O alauda! in loco pabulo abundante et habitato, vacuus tibi est campus [1])! ova igitur fac et pipi, et rostro carpe, quae carpere vis! iam profectus est venator te relinquens; sis igitur laeta, et sublatus est laqueus; quid times? Necessario aliquando capieris; patientia igitur utere!« Proverbium autem significat, hominem res sibi necessarias assequi posse.

٢٨ خَيْرُ لَيْلَةٍ بِٱلْأَبَدِ بَيْنَ ٱلزُّبَانَى وَٱلْأَسَدِ

28. Optima nox per totum temporis spatium est inter duo scorpionis brachia et leonem.

Tempus ortus est stellarum Alscheratain et occasus stellarum Algafr appellatarum, quo tempore vernae pluviae sunt. Quod si vero in iis lunae statio est, noctibus felicibus eas adnumerant. Vox الزبانى loco الزبانين

---

1) Vocabulum جو, cui alii aeris significationem tribuerunt, hoc in loco non dubito, quin campi significationem habeat, quippe quae verbis: فبيضى etc. „ova fac.“ magis conveniat, alaudae enim in terra nidum struunt. Vox تحذرى est pro تحذرين „Versuum metrum est رجز. Cf. l. m. p. 231. et cl. *Vullers* Tharaf. p. 2.

scripta est. Samachschar. Conf. cl. Jdeler »Unters. über die Sternnam. p. 132, 134, 287, et Harir. p. 186, 187. schol. edit. de Sacy.

٢٩ أَخْلَفَ رُوَيْعِيًا مَظِنَّةٌ

29. Pastorem fefellit spes prati.

Proverbii hujus originem talem fuisse narrant. Pastor in loco quodam pascere solebat. Quum per aliquod tempus eo non venisset, ibi leonem invenit, ut eo uti non posset. Proverbium significat, hominem a re necessaria retineri. Vocabulum رويعى est diminutivum vocis راع pastor Scharaf-Aldin. Samachschar.

٣٠ خَلْعُ ٱلدِّرْعِ بِيَدِ ٱلزَّوْجِ

30. Exuitur indusium per manum mariti.

Proverbium Rikaschae filiae Ahmrui ben-Tsahlab ben-Wajel adscribitur. In re, quae non decet et alieno est loco adhibetur. Conf. C. III, 71.

٣١ خَلِّ سَبِيلَ مَنْ وَهَى سِقَاوُهُ وَمَنْ هُرِيقَ بِٱلْفَلَاةِ مَاوُهُ

31. Missum fac eum, cuius uter ruptus est, et cuius aqua in deserto effusa est.

Metrum versuum Redjes appellatum est. Cf. l. m. p. 231. Monet proverbium, ut hominem, cuius erga nos amicitia sincera non sit, fugiamus. Comparatur cum homine in deserto, cuius aqua, utre rupto, effusa est, ut alteri auxilium praestare non possit. Dixit poeta:

صَادِقْ خَلِيلَكَ مَا بَدَا لَكَ نُصْحُهُ فَإِذَا بَدَا لَكَ غِشُّهُ فَتَبَدَّلِ

»Sis amicus amico tuo, quamdiu sincerus est, et quum eius odium tibi apparet, eum permuta!«

٣٢ أَخْتَلَطَ ٱلْخَاثِرُ بِٱلزُّبَادِ

32. Lac coagulatum cum spuma mixtum fuit.

Scharaf-Aldinus diversam vocis الزباد, quæ sine Teschdido enunciatur, intelligendæ rationem adnotavit. Sunt, qui voci eandem quam voci الزبد significationem sc. cremoris tribuant, ut sensus proverbii sit: cremor cum lacte crasso ita mixtum est, ut butyrum elici non possit. Aliis lac tenue est, alii denique putant, eam cum Teschdido enunciandam significare herbam, quae si incidat in lac coagulatum, butyrum difficile secerni. Adhibetur proverbium ad significandum, gentis res omnino confusas et perturbatas esse, ut verum cum falso permixtum sit. Scharaf-Aldin. Hoc ad metrum Sarih referri potest. conf. l. m. p. 246. Alazmäihus alterum proverbium adtulit paene idem significans: اختلط الليل بالتراب „Nox cum terra permixta fuit.“ Scharaf-Aldinus dixit proverbium significare, hominibus res obscuras et dubias esse, ut quid agendum esset, nescirent.

٣٣ خَيْرَ إِنَائِكَ تَكْفَأْنِ

33. Optimum vas tuum invertis.

Proverbium adhibent significaturi, nos frustrari eos, qui in clientela nostra sint, et nos aliis dona dare.

٣٤ خَيْرُ مَالِكَ مَا نَفَعَكَ

34. Optima opum tuarum pars est, quæ tibi profuit.

Abu-Ohbaidus dixit, homines intelligere proverbium de opibus, quae in vita erogentur et haeredibus non relinquantur. Abu-Ohbaidahus autem opes eas esse, quibus erogatis prudentiam sibi comparaverit vir, qua in conservandis opibus utendum sit. Sensum hunc verum esse, proverbialis locutio illi simillima indicat: لم يضع من مالك ما وعظك »Opes, quae te monuerunt, perditae non sunt.« Conf. Harir. p. 381. ed. de Sacy.

٣٥ خَيْرَ مَا رُدَّ فِي أَهْلٍ وَمَالٍ

35. Optime te Deus reducat cum familia et opibus!

Verba haec ex itinere redeunti dicuntur. Vocabulum خير aut accusativi aut nominativi casum obtinere potest. Si accusativi casum admittis, sic explicandus est: جعل الله ردك خير رد فى اهل ومال „Faciat Deus reditum tuum optimum reditum cum familia et opibus,“ sin autem nominativi casum esse statuis, talis est explicandi ratio: ردك خير رد „Reditus tuus (sit) optimus reditus etc.“ Samachscharius autem proverbium sic explicavit: رجعت جعل الله ما رجعت به خير ما رجع به قادم „Rediisti: Efficiat Deus, ut id quod reportasti optimum eius sit, quod adveniens reportavit.“

٣٦ اَلْخَلَّةُ تَدْعُو اِلَى ٱلسَّلَّةِ

36. Paupertas ad furtum impellit.

Vocabulum السلة derivari potest a verbo سل eduxit gladium. Tum hic proverbii erit sensus »Paupertas ad vim inferendam et latrocinium impellit.«

٣٧ خَيْرُ ٱلْفِقْهِ مَا حَاضَرْتَ بِهِ

37. Optima iurisprudentia est, quæ tibi præsto est.

Optima scientia est, quae praesto est tempore, quo tibi opus est. In Samachscharii libro sic legitur: خير الفقه ما حضرت به. Idem adnotavit, alterum esse legendi modum خير الراى »optimum consilium.«

٣٨ خَلَاوُكَ أَقْنَى بِحَيَآئِكَ

38. Solitudo tua pudorem tuum optime conservat.

Quod si in domo tua solus es, magis convenit ad pudorem tuum conservandum, nam tibi non opus est, ut caveas. Proverbium vituperat hominem, qui aliis se immiscet. Interpretes, ut causam praepositionis ب proferrent, dixerunt, hoc in proverbio voci اقنى sensum vocis الزم esse tribuendum. In Kamusi opere لحياءك legitur.

٣٩ خَيْرٌ قَلِيلٌ وفَضَحْتُ نَفْسِى

39. Bonum parvum et me ignominia affeci.

Verba haec, quibus metrum Sarih est, (Conf. l. m. p. 246) Fakiram uxorem Morrae Alasaditae ferunt dixisse poenitentem, quod absente marito servo corporis sui potestatem concessisset.

٤٠ اَلْخَنِقُ يُخْرِجُ ٱلْوَرِقَ

40. Strangulatio pecuniam elicit.

In creditorem, cui, quod debitorem urget, debitum solvitur, proverbio utuntur.

٤١ خَيْرُ ٱلْخِلَالِ حِفْظُ ٱللِّسَانِ

41. Optima hominis indoles est, linguam custodire.

Proverbio hoc silentium commendatur.

٤٢ خَلِّهِ دَرَجَ ٱلضَّبِّ

42. Sine eum, abeat modo lacertae.

In virum dicitur, in quo alienationis signa conspiciuntur. Suffixum ه referunt ad virum. i. e. Sine eum, abeat in latibulum suum. Alii aliter proverbium explicant. Lacerta autem gradatim effossum sibi instruere solet latibulum, una eius parte sub altera posita. Quod si intrat, non attingitur. Si hoc admittis, littera ه otiosa est, ut خله sit pro خل درج الضب. »Sine viam, qua gradatim intrat in latibulum lacerta« i. e. Ne eam frustra quaeras. Ut lacertam, quae in latibulum suum ingressa est, non invenies, sic illius viri amoris particeps non eris. Alii in his verbis perpetuitatis significationem esse dicunt, ut sic explicandum sit: خله ما درج الضب »sine eum, quamdiu lacerta graditur« i. e. semper. i. e. Viam ei patefacias, nec ante pedes tuos incedat et se inflet. Ut malum fugiamus, proverbium hortatur.

٤٣ خبأة صدق خير من يفعة سوء

43. Puella domi se continens proba melior est, quam puer pravus.

In virum dicitur, cujus fama obscura est. Vir obscurus ei praeferendus est, qui ob malefacta in hominum ore est.

٤٤ خيّر بين جدع وخصاء

44. Elige inter amputationem et castrationem.

In eum dicitur, qui in duas res ingratas incidit.

٤٥ خذ حظّ عبد أباه

45. Cape portionem servi, quam is recusavit.

Quod si servus portionem ei distributam capere recusat, tu eam capias.

٤٦ الخمر تعطى من البخيل

46. Vinum causa est, cur avarus dona det.

Vinum hominum naturam permutat, ut avarus dona det, prudens stultus fiat.

٤٧ أخنى عليها الذى اخنى على لبد

47. Perdidit eam idem, qui Lobadum perdidit.

Proverbio metrum Basith est. cf. l. m. p. 190. Quum Lokmanus a gente Ahditarum cum aliis Meccam missus esset, ut aquam peteret suis, et ista gens siti periisset, Lokmano, sic fabula narrat, a Deo concessa erat vitae diuturnitas, ut sibi eligeret aut temporis spatium, per quod septem dorcades fuscae in monte inaccesso, quas pluviae gutta non adficeret, aut septem vultures continua serie viventes duraturi essent. Septem vultures praehabuit. Postremus Lokmani vultur nomen Lobad habuisse dicitur. Eius mentio a poetis saepius facta est. Cecinit Lebidus:

وَلَقَدْ جَرَى لُبَدٌ فَأَدْرَكَ رَكْضَهُ رَيْبُ ٱلزَّمَانِ وَكَانَ غَيْرَ مُثَقَّلِ

لَمَّا رَأَى لُبَدُ ٱلنُّسُورَ تَطَايَرَتْ رَفَعَ ٱلْقَوَادِمَ كَٱلْفَقِيرِ ٱلْأَعْزَلِ

»Et vultur Lobad cucurrit; sed fatum eius cursum, quamvis non erat onere gravatus, assecutum est. Et quum vultur Lobad vultures volatu certantes vidisset, pennas anteriores sustulit tanquam armis destitutus pauper.« i. e. viribus carebat [1]).

Proverbium autem hemistichium versus Nabeghahi est:

أَضْحَتْ خَلَآءً وَأَضْحَى أَهْلُهَا ٱحْتَمَلُوا أَخْنَى عَلَيْهَا ٱلَّذِى أَخْنَى عَلَى لُبَدِ

»Vacuae factae sunt (domus) et earum incolae abierunt; perdidit eos fatum, quod vulturem Lobad perdidit.«

Conf. Djeuh. s. لبد. Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

۴۸ خَيْرُ ٱلْعَفْوِ مَا كَانَ عَلَى ٱلْمَقْدُرَةِ

48. Optima venia est, quae in puniendi potestate datur.

In codicibus B. et P. عن القدرة eodem sensu legitur. Proverbii sensum poeta expressit hoc versu:

أُعْفُ عَنِّى فَقَدْ قَدَرْتَ وَخَيْرُ ٱلْعَفْوِ عَفْوٌ يَكُونُ بَعْدَ ٱقْتِدَارِ

»Condona mihi (peccatum) et tibi potestas (puniendi) est, nam optima venia est, quae datur, postquam puniendi potestas erat.«

Versus metrum Chafif appellatum est. cf. l. m. p. 262.

۴۹ خَاصِمِ ٱلْمَرْءَ فِى تُرَاثِ أَبِيهِ أَوْ لَمْ تَنَلْهُ

49. Litiga cum viro de haereditate patris eius, licet eam non capies!

---

1) Metrum versuum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212.

Meidanius proverbium sic exposuit: si quid accipis, voluntati tuae satisfactum erit; sin minus, debitum tibi non imponitur. In codicibus L. B. P. legitur: او لم تبكه »etsi eum non defleveris« quod Pocockius, auctoritatem docti cuiusdam Arabis secutus sic intelligendum esse censuit: Nihil nocet, petere ab eo rem, licet nulla ad eum relatione coniunctus fueris. Ita scil. forsan erit, ut aliquid lucreris. Non male quidem; sed perpensis iis, quæ Meidanius ad explicandum proverbium adnotavit, vix dubito, quin nostri codicis unica lectio praeferenda sit; ellipsis enim in proverbio admittenda est, ut sic explicetur: خاصم المرء فى تراث ابيه. وان اخذته كان ما شئت او لم تنله لم تغرم شيا »Litiga cum viro de haereditate patris eius et si ea potitus eris, erit quod voluisti; sin vero eam non assecutus eris, nil perdidisti.«

٥٠ خَفْ رُمَاةَ ٱلْغِيَلِ وَٱلْكِفَفِ

50. Metue iaculatores impetuum inopinatorum et retia venatoris.

Proverbium prudentiam et cautionem commendat.

٥١ خَالِطُوا ٱلنَّاسَ وَزَايِلُوهُمْ

51. Permiscite vos cum hominibus et ab iis vos separate!

In factis probis societatem inite cum hominibus; in rebus vituperandis vos separate. Conf. C. XXII, 126

٥٢ خَيْرُ ٱلْأُمُورِ أَوْسَاطُهَا

52. Optima res est media.

Moderatio in rebus commendatur.

٥٣ خَيْرُ ٱلْأُمُورِ أَحْمَدُهَا مَغَبَّةً

53. Optima res est, cuius exitus maxime laudatur.

Huic simile est illud: الاعمال بخواتيمها »Facta exitu suo cognoscuntur.«

٥٤ خَيْرُ حَظِّكَ مِنْ دُنْيَاكَ مَا لَمْ تَنَلْ

54. Portio optima tua rerum mundanarum tuarum est ea, quam non assecutus es.

Sic dicitur, quia res mundanae mala nobis afferunt et vanae sunt habendae.

٥٥ خَيْرُ ٱلْغِنَى ٱلْقُنُوعُ وَشَرُّ ٱلْفَقْرِ ٱلْخُضُوعُ

55. Optimae divitiae sunt contentus animus, et pessima paupertas est humilitas.

Verba haec Ausus ben-Haritsah filio suo Malico dixit. Voci قنوع alii significationem contentum esse tribuerunt, alii humiliter rogare, mendicari. Conf. Erpen. prov. Ar. Cent. I, 64. Conf. Djeuh.

٥٦ خَبِّرْهُ بِأَمْرِهِ بَلًّا بَلًّا

56. Nuntia ei rem suam madefaciendo.

Id est: sensim sensimque nil omittens.

٥٧ الْخَطَاءُ زَادُ الْعَجُولِ

57. Error est commeatus festini.

Raro fit, ut, qui festinet in re peragenda, a via recta non aberret.

٥٨ الْخُطَبُ مِشْوَارٌ كَثِيرُ ٱلْعِثَارِ

58. Orationes sunt locus, ubi iumenta vaenum offeruntur et ubi multum caespitatur.

Proverbium monet nos, ne multa verba faciamus. Sic proverbium in Kamuso Turcico sub شور explicatur ubi incipit اياك والخطب. In Scharaf-Aldini opere الخطبة legitur.

Orationes cum illo loco, ubi multum caespitatur, comparatae sunt.

٥٩ خَيْرُ الغَدَاءِ بَوَاكِرُهُ وخَيْرُ العَشَاءِ بَوَاصِرُهُ

59. Optimus cibus matutinus est, qui diluculo fit et optimus cibus vespertinus, qui sumitur die iam claro.

Vocabulum بواصره »videntes eius« scholion his verbis explicat: يعنى ما يبصر فيه الطعام قبل هجوم الليل sc. id, in quo conspicitur cibus ante noctem irruentem.

٦٠ خَيْرُ ٱلْمَالِ عَيْنٌ سَاهِرَةٌ لِعَيْنٍ نَايِمَةٍ

60. Optimae opes sunt oculus vigilans oculo dormienti.

Similis huic proverbio ratio inesse potest, quam alteri خير المال عين خرارة فى ارض خوارة »Optimae opes sunt fons murmurans in terra depressa.« Conf. prov. 86. Alii hunc proverbio sensum inesse putant. »Oculus eorum qui pro nobis, dum somno nos damus, opus faciunt ex. gr. servorum, ancillarum, tributariorum.

٦١ خَيْرُ ٱلنَّاسِ هٰذَا ٱلنَّمَطُ الأَوْسَطُ

61. Optimi homines sunt hic coetus medius.

Id est: viam rectam, in medio positam tenentes.

٦٢ خَلِّ مَنْ قَلَّ خَيْرُهُ فِي ٱلنَّاسِ غَيْرِهِ

62. Sine eum, cuius bonum in alios homines praeter ipsum non redundat.

Id est: Qui suo tantum commodo inserviens aliorum in agendo rationem non habet.

٦٣ أَخْلَى ٱلْبَيْتَ ذِيبٌ أَزَلُّ

63. Solus rem tuam age! hic est lupus clunibus macris præditus.

Videntur vocabulum اخل duplici modo enunciare, ut imperativus aut primae aut quartae formae sit. Ad explicandam vocem اليك supplent ضاما شانك »Rem tuam ad te attrahens.« Ut cautionem in rebus nostris adhibeamus et nonnisi in nobis ipsis fiduciam ponamus, proverbium monet. Lupus autem clunibus macris celeriter incedentem significat. Ut hic cavendus est, sic nobis in rebus nostris a malis cavendum est.

٦٤ أَخْبَرْتُهُ خُبُورِى وَشُقُورِى وَفُقُورِى

64. Narravi ei res meas, et res meas necessarias et sollicitudines meas.

Grammaticus Alferra omnes tres voces vocali Dhamma, Abu-l'Djarrahus vocali Fatha, affecit. Abu-l'Haitsamus شقورى cum Fatha scripsit. Proverbii sensus est: De statu meo omnino eum certiorem feci.

٦٥ خَيْرُ سِلَاحِ ٱلْمَرْءِ ما وَقَاهُ

65. Optima viri arma sunt, quæ eum custodierunt.

In filios viri, qui ei adjumento sunt et quae ei opus sunt, suppeditant, transfertur. Proverbii verbis metrum Sarih est. C. l. m. p. 246.

٦٦ الخُنْفَسَاءُ إِذَا مُسَّتْ نَتَّنَتْ

66. Scarabaeus, quando tangitur, multum foetet.

Proverbium, viri turpis societatem et communionem fugiendam esse, docet.

٦٧ خُذْ أَخَاكَ بِحَمِّ ٱسْتِهِ

67. Cape (puni) fratrem tuum propter liquatam partem caudae podicis ipsius.

Verba haec sic interpretati sunt: خذه باول ما سقط به من الكلام »Cape vel puni eum ob primum errorem, quem sermone commisit.

٦٨ خَوَاطِئًا كَأَنَّهَا نَوَاقِرُ

68. Aberrantes (sagittas iecit), quasi eae essent scopum attingentes.

In eum dicitur, cujus falsum propius ad verum accedit, quam alius rectum. Accusativus ex omisso verbo رمى pendet; adjectivo خواطيا addendum est nomen سهاما »sagittas.« Cum sagittis verba comparata sunt.

٦٩ أَخْطَأَتْ أَسْتُهُ الْحُفْرَةَ

69. Podex eius a fossa aberravit.

In eum dicitur, qui rem, quam petit, non assequitur. Conf. Harir. 454, 461. Hamas. p. 67. l. 9.

٧٠ خَضْلَةٌ تَعِيبُهَا الرَّصُوفُ

70. Femina pulchra et delicata, quam mulier nimis angusto meatu praedita vituperat.

In eum dicitur, qui, quamquam in ipso vitia sunt, tamen alios vituperat. Proverbio metrum Sarih est. C. l. m. p. 246.

٧١ خُوقٌ مِنَ ٱلسَّامِ بِجِيدٍ أَوْقَصَ

71. Annulus ex auro confectus in collo brevi.

Vocabulum سام venas auri in fodina significat. In eum dicitur, qui parentibus nobilissimis oriundus natura vilis est.

٧٢ خَمْرُ أَبِى الرَّوْقَاءِ لَيْسَتْ تُسْكِرُ

72. Vinum Abu-l'Raukäi non inebriat.

Abu-l'Rauka nomen viri fuisse videtur, qui multum, quod possidebat, vinum aliis bibendum non dedit. Verba àd metrum Redjes referri possunt. C. l. m. p. 230. In divitem igitur dicitur, qui in alios beneficia non confert. In meo autem codice et Lugdunense تشكر »gratiam meretur« legitur.

أَخْلَفَكَ الوَزْنُ وسُهَيْلٌ لا يُرَى ٧٣

73. Stella Alwasn appellata te fefellit et stella Sohail non apparet.

الوزن Alwasn nomen stellæ est, quæ stellæ Canopi et ortus loco et luce simillima, ipsa Canopi stella esse saepissime putatur. Eadem quoque ratio stellae حضار Hadhari appellatæ est, ut dicatur: حضار والوزن مُخلفان »Stellæ Hadhari et Alwasn fallunt« i. e. Spes, quam in iis posuisti, quum eas stellam Sohail esse putares, fallitur. Hoc in duos viros transfertur, qui spem aliorum irritam reddunt. Proverbii verbis metrum Redjes est. C. l. m. p. 230.

خَبْرَاءُ وَادٍ لَيْسَ فِيهِ مَهْلَكٌ ٧٤

74. Lotos proferens campus vallis est, in quo interitus non est.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Vocabulum خبراء locum designat lotos arbores proferentem. In isto quoque loco fontes sunt aestatis tempore non evanescentes. In generosum dicitur, qui vicinis securitatem dat et a malis defendit.

خَطِيطَةٌ فِيهَا كِلَابٌ شُغَّرٌ ٧٥

75. Terra pluvia carens, in qua canes sunt pedem tollentes, ut mingant.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Vocabulum خطيطة terrae tractum significat inter duos, quos

pluvia affecit, situm. In gentem dicitur, quae calamitate adflicta erga alios superbe se gerit.

٧٦ خُلَّةُ أَعْرَابٍ وَدَيْنٌ فَادِحٌ

76. Amicitia Arabum et aes alienum grave.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Arabes campestres nominavit, quod saepius maximis calamitatibus adfliguntur et amicis onera imponunt non ferenda. In eum dicitur, cui res ingrata et difficilis, quae evitari non potest, peragenda est.

٧٧ خِرْبَانُ أَرْضٍ صَقْرُهَا مُلِثٌّ

77. Mares avis tardae in terra, cuius accipiter in plumis abscondidit caput.

Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. In gentem dicitur, quae in regione grassans a principe illius regionis non punitur.

٧٨ خَابَرْتُ سَعْدًا فِي مَلِيطٍ مُخْدَجِ

78. Socius Sahdi fui in abortivo cameli foetu imperfecto.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In duos viros dicitur, qui inter se de re inutili litigant.

٧٩ أَخْلِفْ بِقَوْمٍ سَادَهُمْ حِقَابٌ

79. Quam prava et corrupta est gentis conditio, cuius principatum mulier tenet!

Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. Vocabulum حقاب »zonam monilibus ornatam«, qua mulieres medium corpus cingunt, significat. Hoc in proverbio autem حقاب est pro ذات حقاب »Ornata zonâ.« In vilem dicitur, qui nobilem regnat.

٨٠ أَخْطَأَ نَوْءُكَ

80. Sidus tuum fefellit.

Vocabulo نوء illud sidus designatur, in cuius ortu aut occasu pluvia decidere solet. Dicere solent: مطرنا بنوء كذا »Per istud (sidus) pluvia affecti sumus.« Contrario sensu proverbii dicitur: قد صدق النوء »Iam verax fuit sidus« i. e. Pluviae, quas sidus promisit, deciderunt. conf. Harir. p. 186. Harethi Moall. ed. cl. Vullers p. 58 ad carmen Abu-Ohlae et Hamas. p. 713. In eum dicitur proverbium, qui rem necessariam petens ea potiri nequit.

٨١ الخَيْلُ مَيَامِينُ

81. Equi fortunati sunt.

Narrant Djerirum ben-Ahbd-Allah poetam, quum Kodhäita cum eo de gloria certaret, equum adductum a latere dextero conscendisse. Quod quum videret Kodhäita, dixit: است لم تعود المجمر »Podex, qui thuribulo adsuefactus non fuit[1]); at Djerirus verbis istis respondit, quae postea in proverbium venerunt. Vocabulo autem ميمون ad latus dexterum respicere videtur. Proverbii sensus esse videtur: quum equi felices sint, ab utroque latere eos conscendere licet. In rem quovis modo laudem merentem transfertur. Scharaf-Aldinus proverbii verba viro ad gentem Badjilah pertinenti, alius viro e gente Alfarafizah ben-Alahwaz Alcalbi tribuit.

٨٢ خُذْهَا مِنْ ذِى قِبَلٍ وَمِنْ ذِى عَوَضٍ

82. Cape illud tempore futuro.

Suffixum ها ad vocem omissam خطة res, negotium referendum est. Duae sunt proverbiales locutiones: خذها

1) Proverbium est conf. prov. است المراة احق بالجمر.

خذها من ذى عوض et من ذى قبل. In minis adhibetur. Sic scholion habet. Sensus est, ut mihi videtur: ne differas illud usque ad tempus futurum.

٨٣ ٱلْخَيْرُ عَادَةٌ وَٱلشَّرُّ لَجَاجَةٌ

83. Bonum est consuetudo et malum est pertinacia.

Scholion hoc modo proverbium explicat: جعل الخير عادة لعود النفس اليه وحرصها عليه اذا الفته لطيب ثمره وحسن اثره وجعل الشر لجاجة لما فيه من الاعوجاج ولاحتواء العقل اياه „Bonum dixit esse consuetudinem, quia anima ad id adsuescitur et eius avida est, quippe quæ ei adsuescitur propter fructus, quos fert bonos et pulchra, quae relinquit, vestigia; malum autem dixit esse pertinaciam propter distortionem, quæ in eo est, et quod mens id amplectitur.“

٨٤ أَخْمِعِى وَتِيبِسى

84. Claudica (o hyaena) et Tisi!

Conf. C. III, 93. In virum delirantem dicitur. Id est: Quae dicis falsa sunt et ad nos non attinent.

٨٥ ٱلْخَازِبَازِ أَخْصَبُ

85. Muscae veris pabuli copia abundant.

Vocabulo خازباز muscæ, quæ veris tempore apparent, designantur et quae pabuli copiosi optimum indicium sunt. Conf. Abulf. An. T. I. p. 386.

٨٦ خَيْرُ ٱلْمَالِ عَيْنٌ خَرَّارَةٌ فِى أَرْضٍ خَوَّارَةٍ

86. Optimae opes sunt fons murmurans in terra aequabili et depressa.

Agriculturam omnibus artibus praeferendam esse, proverbium dicit. Conf. prov. 60.

٨٧ خَيْرُ ٱلرِّزْقِ مَا يَكْفِى وَخَيْرُ ٱلذِّكْرِ ٱلْخَفِى

87. Optimum alimentum est id, quod sufficit et optima laus est occulta.

٨٨ خُذْ حَقَّكَ فِي عَفَافٍ وَافِيًا أَوْ غَيْرَ وَافٍ

88. Cape id, quod tibi debetur cum abstinentia sive totum datur, sive non datur.

Ut pauco contenti simus, proverbium hortatur.

٨٩ خَالِصِ المُؤْمِنَ وخَالِقِ الفَاجِرَ

89. Sincerum praesta amorem Mohammedano, bonam naturam improbo commonstra!

Conf. C. I, 384.

٩٠ خَبَرُهُ فِي جَوْفِهِ

90. Vera eius conditio in interiore eius est.

Tu eum despicis externae ejus conditionis rationem habens; sed alius est, quam tibi esse videtur. In eum dicitur, qui alium haud spernendum parvi habet.

٩١ خَشْيَةٌ خَيْرٌ مِنْ وادٍ حُبًّا

91. Timor praeferendus est valli amore plenae.

Vox حبا explicandi gratia voci واد apposita est. Proverbii sensus est: »Quod te metuunt, melius est, quam quod te amant.“ Similis est ratio verborum. رهباك خير من رغباك „Timor tui melior est, quam desiderium tui.“ Conf. C. XX, 35.

٩٢ خِيَارُكُمْ خَيْرُكُمْ لِأَهْلِهِ

92. Optimus inter vos est is, qui optimus est erga familiam suam.

Verba Mohammedis sunt a Mohammedis socio adlata.

٩٣ خُذْ مِنْ فُلَانٍ الْعَفْوَ

93. Cape a quodam condonationem.

Id quod sine molestia consequi potes, accipe; quod tibi difficile est, relinque! In codice B. post العفو additum est وامر بالعرف „et impera beneficium!"

Forma comparativi.

٩٤ أَخْطَبُ مِنْ سَحْبَانِ وَايِلٍ

94. Melior orator quam Sahbanus Wajel.

Viri nomen erat Sahban ben-Sofar ben-Ijas ben-Ahbd-Schams ben-Alahabb. Ad gentem Bahilah pertinebat. Tantam autem huius oratoris auctoritatem fuisse narrant, ut, quum ad Moahwijjahum [1]) venisset, omnes ibidem praesentes oratores, se ei imparem esse sentientes abierint. Se esse oratorem celebrem ipse hoc versu dixit:

لَقَدْ عَلِمَ الْحَيُّ الْيَمَانُونَ أَنَّنِي إِذَا قُلْتُ أَمَّا بَعْدُ أَنِّي خَطِيبُهَا

»Iam sciunt gentes Jemanenses, me esse, quando dixi, his praemissis, ipsorum oratorem [2]).«

Nec non poeta hos versus Thalhaho ben-Ahbd-Allah ben-Chalf Chosäihtae dixit:

يَا طَلْحَ أَكْرَمُ مَنْ بِهَا   حَسَبًا وَأَعْطَاهُمْ لِتَالِدْ

1) Moahwijjahus anno sexagesimo post Hedjram octoginta annos natus diem supremum obiit. Ab anno quadragesimo chalifatus imperium tenebat.

2) Voces أما بعد i. e. „post laudes Dei eiusque prophetae praemissas" apud Arabes usitatum orationis initium erant. Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. III. p. 161.

مِنْكَ ٱلْعَطَاءُ فَأَعْطِنِي وَعَلَيَّ مَدْحُكَ فِي ٱلْمَشَاهِدِ

»O Thalhahe! nobilissimus omnium genere et liberalissimus omnium opibus haereditate acceptis! a te donum prodit; dona igitur mihi da, meumque erit, te laudare in hominum consessibus [1]).«

Thalhahus ista verba audiens dixit: Quid velis, indica! Tum alter: equum tuum rufum et servum tuum pistorem et palatium tuum Sernedji et decem millia (drachmarum). Thalhahus haec ei dono dans dixit: Tu tui gentisque Bahilah, non mei rationem habens petiisti, eamque ob causam multum vituperandus es, nam si omnia mea palatia, servos et iumenta, ut dono tibi darem, petiisses, tu ea accepisses. Narrant, hunc oratorem de pace inter duas gentes componenda per sex fere horas orationem habuisse, in qua idem verbum non repeteret. Conf. Harir. p. 42.

٩٥ أَخْنَثُ مِنْ هِيتٍ

95. Imbecillior in Venere quam Hitus.

Proverbium hoc inter Medinae incolas tempore Mohammedis Arabum prophetae usitatum erat. Tres in oppido Medina viri erant in Venere imbecilles Hitus, Harimus et Matihus, e quibus Hiti conditio in proverbium venit. His feminas visitandi venia erat, ut illae velo faciem non tegerent. Hitus Mohammedis feminas adire solebat. Quodam die quum verba, quae fratri Omm-Salamae Ahbd-Allaho ben-Abi-Omajjah dixisset, eum suspectum Mohammedi reddidissent, Chachum in exilium ab eo missus est. Ibi usque ad Ohtsmani tempus manebat. Sunt autem, qui verum viri nomen هنب Hinb esse dicant.

٩٦ أَخْنَثُ مِنْ دَلَّالٍ

66. Imbecillior in Venere, quam Dallalus.

1) Metrum est Camil appellatum. Conf. libr. m. p. 215.

Nomen huius viri Nafids, cognomen Abu-Said erat. Hunc cum aliis in oppido Medina in Venere imbecillibus castrandum curaverat Medinae praefectus Ebn-Hasanus Alanzari tempore Solaimani ben-Ahbd-Almalic. Miserat enim Solaimanus ad Medinæ praefectum litteras cum mandato, ut numeraret viros in oppido Medinae in Venere imbecilles. Quum vero in verbo احص numera! scribae incuria littera ح puncto affecta esset, factum est, ut اخص castra! legeretur. Qui scribendi error in causa erat, cur sex in oppido Medina viri castrarentur.

٩٧ أَخْنَثُ مِنْ مُصَفِّرِ أَسْتِهِ

97. Imbecillior in Venere, quam is, qui podicem suum croco inficit.

Proverbium hoc apud Medinenses Mohammedis adiutores Anzar appellatos frequens erat. Eo utebantur contra viros e gente Banu-Machsum, qui cum Mohammede e Mecca Medinam fugerant. Proverbio autem Abu-Djahlum ben-Hescham designari narrarunt. Vir enim hic, quum lepra laboraret, clunes croco tinxisse dicitur. Medinenses autem id eum fecisse ea de causa, ut illam corporis partem pulchriorem redderet, quippe quum Veneri praeposterae addictus esset, contendunt. Gens autem Banu-Machsum hanc opinionem refellere studebat.

٩٨ أَخْسَرُ صَفْقَةً مِنْ شَيْخِ مَهْوٍ

98. Maiorem iacturam passus mercatura quam senex familiae Mahw appellatae.

In opere Scharaf-Aldini sic legitur: أَخْسَرُ مِن شَيْخِ مَهْوٍ "Maiorem iacturam faciens quam senex gentis Mahw." Huius autem proverbii origo talis fuisse narratur. Gens Ijad pediti dedecore contaminata erat. Quodam anno in nundinis Ocatsi vir quidam ad istam gentem pertinens in

publicum prodiit et alta voce clamavit. Ego Ijadita sum; quis autem a me pediti dedecus datis his duobus pannis striatis Arabiae felicis emit? Accessit senex, cui nomen Ahbd-Allah ben-Baidarah erat, ad familiam Mahw appellatam pertinens, quae pars tribus Ahbd-Alkaisi erat, et coram testibus istos duos pannos accepit, ut in eius tribum dedecus transferretur. Hanc ob causam Ijadita quidam in gentem Ahbd-Alkais hos versus dixit:

يَالَ لُكَيْزٍ دَعْوَةٌ تُبْدِيهَا   تُعْلِنُهَا ثُمَّتَ لَا تُخْفِيهَا

كُرُّوا إِلَى ٱلرِّجَالِ فَٱفْسُوا فِيهَا

»O gentem Locais! quae istam praedicationem primum de te ibi divulgas et non occultas; redite ad viros et ibi pedite [1])!«

Gens autem Ahbd-Alkais hoc iis regesserunt:

إِنَّ ٱلْفَسَاةَ قَبْلَنَا إِيَادُ   وَنَحْنُ لَا نَفْسُو وَلَا نَكَادُ

»Gens Ijad ante nos pepedit, et nos non pedimus et non id facimus.«

Illius autem facti poeta quidam in hisce versibus mentionem fecit:

يَا مَنْ رَأَى كَصَفْقَةِ ٱبْنِ بَيْدَرَهْ   مِنْ صَفْقَةٍ خَاسِرَةٍ مُخَسِّرَهْ

ٱلْمُشْتَرِي ٱلْعَارَ بِبُرْدَيْ حِبَرَهْ   شَلَّتْ يَمِينُ صَافِقٍ مَا أَخْسَرَهْ

»O quis vidit talem mercaturam, qualem fecit Ebn-Baidarahus, inutilem, iacturâ adfligentem, qui emit dedecus pretio duarum vestium Jemanensium. Arida fiat manus complodentis! Quam magnam iacturam fecit!«

---

1) Locaisus erat unus filius Afzae ben-Ahbd-Alkais. Alterius nomen Schann erat. Locais igitur his in versibus gentem Ahbd-Alkais designat. Praedicatione, eos pepedisse, dicere vult, quam ille Arabs in nundinis divulgaverat. Metrum versuum Sarih est. Cf. libr. m. p. 246.

٩٩ أَخْيَلُ مِنْ وَاشِمَةِ آسْتِهَا

99. Superbior, quam mulier, quae anum pinxit.

Legitur quoque من المتشمة. Hanc rem mulierem fecisse, et hanc ob causam superbia elatam fuisse dicunt. Alii autem Doghae istam rem adscribunt. Conf. VI, 163.

١٠٠ أَخْلَفُ مِنْ وَلَدِ ٱلْحِمَارِ

100. Magis diversam a patre et matre formam habens, quam pullus asini.

Mulum volunt, quod neque patrem neque matrem referat.

١٠١ أَخْلَفُ مِنْ نَارِ ٱلْحُبَاحِبِ

101. Magis spem fallens, quam ignis Alhobahibi.

Diverso proverbium modo efferunt: اخلف من نار ابى حباحب »Magis spem fallens, quam ignis Abu-Hobahibi« aut اخلف من وقود ابى حباحب »Magis spem fallens, quam fomentum ignis Abu-Hobahibi.« Ebn-Alcalbius narravit, virum istum tempore antiquo avaritia inter Arabes notum fuisse, quae talis fuisset, ut ignem non accenderet, metuens, ne alius quis sibi inde ignem sumeret. Alii autem putant, vocabulo لحباحب scintillas significari, quæ ex lapidibus equorum ungulis percussis prodeant, alii لحباحب nomen insecti esse, quod noctu volans scintillae simile sit.

١٠٢ أَخْلَفُ مِنْ صَقْرٍ

102. Foetidius os habens quam accipiter.

Proverbium hoc in meo codice non legitur.

١٠٣ أَخْلَفُ مِنْ عُرْقُوبٍ

103. Minus promissa perficiens, quam Obrkubus.

Ohrkub viri ad gentem Aus vel Chesredj pertinentis nomen fuisse dicitur, qui oppidum Jetsreb (Medinam) incoleret. Alii eum Chaibari incolam, Iudaeum fuisse dicunt, alii denique eum fuisse Ohrkubum ben-Mahbed ben-Asad ex Amalekitis (conf. Kam. s. v. عرقب), qui fructus palmae patrueli suo promisisset. Eum igitur venisse narrant, ut palmam acciperet tempore, quo flores emisisset. Illum rem distulisse, donec immaturos fructus arbor haberet, et quum venisset alter constituto tempore, iterum rem distulisse, donec dactyli molles fierent, et tertio illum rem distulisse, donec omnino maturi essent. Isto autem tempore illum fructus omnes collegisse alterique nil dedisse. Sunt denique, qui dicant, locum illum Jetreb يترب appellatum non multo distare a loco Hodjr in regione Jemamah sito. Pluries autem istius viri mentionem fecerunt poetae. Dixit Alahscha:

وَعَدْتَ وَكَانَ ٱلْخُلْفُ مِنْكَ سَجِيَّةً مَوَاعِيدَ عُرْقُوبٍ أَخَاهُ بِيَتْرَبِ

»Promisisti, dum promissa non perficere naturae tuae conveniebat, modo quo Ohrkubus fratri suo in oppido Jetsreb promissa dedit[1]).«

Conf. librum meum: Caabi ben-Sohair carmen vers. XI et adnott. p. 8 sq. Bonn 1822. Conf. C. XXIV, 300.

١٠٤ أَخْلَفُ مِن شَرْبِ ٱلْكَمُّونِ

104. Fallacior, quam potus cumini.

Cumino aquam desideranti dicere solent: Cras rigaberis; sed promissum non servant. Quapropter dixit poeta:

فَأَصْبَحْتُ كَٱلْكَمُّونِ مَاتَتْ عُرُوقُهُ وَأَغْصَانُهُ مِمَّا يَمُنُّونَهُ خُضْرُ

»Similis fui cumino, cuius radices mortui sunt et rami virides ob promissa ei facta[2]).«

1) Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

2) Metrum Thawil appellatum est. Conf. libr. meum p. 161. Verti

Bascharus cecinit:

إِذَا جِئْتَهُ يَوْمًا أَحَالَ عَلَى غَدٍ كَمَا يَعِدُ ٱلْكَمُّونَ مَنْ لَيْسَ يَصْدُقُ

»Quum die ad eum venis, in crastinum diem differt, quemadmodum cumino promittit, qui verax non est.«

Metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٠٥ أَخْلَفُ مِنْ بَوْلِ ٱلْجَمَلِ

105. Contrarior, quam cameli urina.

Vocabulum اخلف significationem a voce خلاف accepit, camelus enim et leo versus posteriorem partem (الى خلف) urinam emittit modo caeterorum animalium contrario. Sam.

١٠٦ أَخْلَفُ مِنْ ثِيلِ ٱلْجَمَلِ

106. Diversior, quam saccus, in quo cameli veretrum est.

Diversum in latus, quam in caeteris animalibus inclinatur. Samachschar.

١٠٧ أَخَفُّ مِن فَرَاشَةٍ

107. Levior, quam papilio noctu ad candelas accensas advolitans.

Speciem magnae muscae habet; sed manibus contritus farinae pulveri similis est. Tinea significatur.

١٠٨ أَخَفُّ رَأْسًا مِنَ ٱلذِّئْبِ

108. Levior capite, quam lupus.

Lupus leviter tantum dormit, et quae est hominum opinio, uno tantum oculo clauso. Hamidus in versu sic lupum descripsit:

---

quoque potest: Similis cras. Quid rectum sit, quum vocales absint, diiudicari non potest.

يَنَامُ بِإِحْدَى مُقْلَتَيْهِ وَيَتَّقِى بِأُخْرَى ٱلْمَنَايَا فَهْوَ يَقْظَانُ هَاجِعُ

„Uno tantum oculo dormit et altero mortem cavet, ut simul vigilet et dormiat.“

Metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Cf. C. VI, 186.

١٠٩ أَخَفُّ رَأْسًا مِنَ ٱلطَّائِرِ

109. Levior capite, quam avis.

Quia leviter dormit, non somno profundo. Dixit poeta:

يَبِيتُ ٱللَّيْلَ يَقْظَانًا خَفِيفَ ٱلرَّأْسِ كَٱلطَّائِرْ

„Pernoctat vigilans levi capite, sicut avis.“

Metrum versus Hesedj appellatum est. Conf. l. m. p. 226.

١١٠ أَخَفُّ حِلْمًا مِنْ عُصْفُورٍ

110. Levior intellectu, quam passer.

Arabes stultorum intelligentiam cum passeris comparare solent; sic enim dixit poeta:

لَا بَأْسَ بِٱلْقَوْمِ مِنْ طُولٍ وَمِنْ عِظَمٍ جِسْمُ ٱلْبِغَالِ وَأَحْلَامُ ٱلْعَصَافِيرِ

„Non est virtus bellica in gente, quum sint longi magnique; est mulorum corpus, at prudentia passerum.“

١١١ أَخَفُّ حِلْمًا من بَعِيرٍ

111. Levior prudentiâ, quam camelus.

Sic cecinit poeta:

لَقَدْ عَظُمَ ٱلْبَعِيرُ بِغَيْرِ لُبٍّ فَلَمْ يَسْتَغْنِ بِٱلْعِظَمِ ٱلْبَعِيرُ

يُصَرِّفُهُ ٱلصَّبِىُّ لِكُلِّ وَجْهٍ وَيَحْبِسُهُ عَلَى ٱلْخَسْفِ ٱلْجَرِيرُ

وَتَضْرِبُهُ ٱلْوَلِيدَةُ بِٱلْهَرَاوِى فَلَا غِيَرٌ لَدَيْهِ وَلَا نَكِيرُ

„Magnus est camelus; sed animo caret, et nullam ex magnitudine utilitatem camelus cepit. Quo vult, eo convertit eum puer, et funis tenuis loco pabulo carente eum

retinet. Fustibus cum serva percutit et neque iracundia neque detrectatio in eo est."

Versuum metrum Wafir appellatum est. Cf. l. m. p. 204.

١١٢ أَخَفُّ مِنَ ٱلْجُمَّاحِ

112. Levior, quam sagitta lusoria sine cuspide, qua pueri utuntur.

١١٣ أَخَفُّ مِنْ يَرَاعَةٍ

113. Levior, quam arundo.

Duplex voci يراعة inesse potest significatio, una arundinis, altera papilionis, qui et فراشة appellatur. Conf. 107.

١١٤ أَخْفَى مِنَ ٱلْمَآءِ تَحْتَ ٱلرُّفَةِ

114. Occultior, quam aqua sub palea.

Palea enim aquae innatat. Meidanius eos vituperavit, qui رفّة (cum signo duplicationis) scripserunt.

١١٥ أَخْفَى مِمَّا يُخْفِى ٱللَّيْلُ

115. Occultior, quam id, quod nox tegit.

Nox omnes res tegit et occultat. Sunt autem alia proverbia cum hoc cohaerentia ex. gr. الليل اخفى للويل »Nox infortunium occultat« et الليل اخفى والنهار افضى »Nox est occultans, dies est clare ostendens.«

١١٦ أَخْرَقُ مِنْ حَمَامَةٍ

116. Stupidior, quam columba.

Proverbium inde originem duxisse dicunt, quod columba haud firmiter struat nidum. Rem versus poetae Obaidi ben-Alabraz explicant:

عَيُّوا بِأَمْرِهِمِ كَمَا عَيَّتْ لِبَيْضَتِهَا الحَمَامَةْ
جَعَلَتْ لَهَا عُودَيْنِ مِنْ نَشَمٍ وآخَرَ مِنْ ثُمَامَةْ

»Rei suae perficiendae impares erant, quemadmodum columba ovo suo curam non habet sufficientem; disponit ei duo ligna arboris Nascham appellatae, tertium arboris Tsomamah.«

Versus ad metrum Camil pertinet. Conf. libr. m. p. 215.

١١٧ أَخْرَقُ من نَاكِثَةِ غَزْلِهَا

117. Stupidior, quam femina fila sua dissolvens.

Legitur quoque من ناقضة غزلها, quod idem est. Hanc rem fecisse narrant feminam in gente Koraisch, Omm-Raitham filiam Cahbi ben-Sahd ben-Taim ben-Morrah appellatam. Plura sunt in eam proverbia dicta ex. gr. خرقاء وجدت صوفا »Stupida invenit lanam.« (conf. pr. 10). Eiusque in Corano C. XVI, 94. mentio facta est hisce verbis: لا تكونوا كالتى نقضت غزلها من بعد قوة انكاثا »Ne ei similes sitis, quae fila sua, postquam ea contorserat, dissolvit.«

١١٨ أَخْسَرُ مِن حَمَّالَةِ الحَطَبِ

118. Magis frustratus, quam femina lignum portans.

Proverbio hoc feminam e Koraischitarum gente, Omm-Djamil appellatam, sororem Abu-Sofijani ben-Harb et uxorem Abu-Lahabi designari dixerunt. cf. Sur. CXI, 4. Eam spinas portasse et in via Mohammedis, ut pedes vulneraret, proiecisse narrant. Alii autem, eam inimicitias inter homines excitasse calumniis, et inde proverbium ortum esse, quod calumniae حطب (lignum) appellarentur, contendunt. Dicitur quoque: فلان يحطب على فلان »Quidam alterum calumniatur.« Proverbium poeta in hunc versum inseruit:

جَمَعْتَ شَتَّى وَقَدْ وَفَّرْتَهَا جُمَلاً لَأَنْتَ أَخْسَرُ مِنْ حَمَّالَةِ الحُطَبِ

„Ex diversis regionibus congregasti et effecisti, ut multa agmina essent; profecto tu es magis frustratus, quam ligna portans.“

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

١١٩ أَخْسَرُ مِنْ مَغْبُونٍ

119. Maiorem iacturam faciens, quam fraudatus.

Vox مغبون proprie eum significat, qui tempore, quo annona cara est, parvo pretio vendit, ut iacturam patiatur. Hoc proverbium apud Arabes campestres, seriore tempore ortum usitatum non fuit. Huic simile proverbium est: فى است المغبون عود „In podice fraudati lignum est.“ Conf. XX, 57.

١٢٠ أَخْيَبُ مِنَ ٱلْقَابِضِ عَلَى ٱلْمَاءِ

120. Magis frustratus, quam is, qui manu aquam capit.

Proverbii sensum versus poetae explicat:

وَأَصْبَحْتُ مِنْ لَيْلَى ٱلْغَدَاةَ كَقَابِضٍ عَلَى ٱلْمَاءِ لَمْ تَرْجِعْ بِشَيْءٍ أَنَامِلُهْ

„Tempore matutino Lailae potiundae spes me fefellerat, ut ei similis essem, qui manu aquam capiens, nil digitis suis reportat.“

Metrum est Thawil. Conf. l. m. p. 161. In Corano quoque (Sur. XIII, v. 15.) legitur: والذين يدعون من دونه لا يستجيبون لهم بشى الا كباسط كفيه الى الماء ليبلغ فاه وما هو ببالغه „Qui invocant alium quam ipsum (Deum verum), nil consequentur ei simillimi, qui manus suas versus aquam extendit, ut os attingat (aqua); sed non attingit.“

Meidanius autem proverbium ex hoc poetae versu derivatum esse contendit:

فَأَصْبَحْتُ مِمَّا كَانَ بَيْنِي وَبَيْنَهَا سِوَى ذِكْرِهَا كَٱلْقَابِضِ ٱلْمَاءَ بِٱلْيَدِ

„Mea autem huiusque (puellae) conditio talis erat, ut præ-

ter recordationem eius nihil obtinuissem, similis ei qui aquam manu capit.“

Versus metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161.

١٢١ أَخْيَبُ مِنْ حُنَيْنٍ

121. Magis frustratus, quam Honainus.

De hoc viro genealogiae periti non consentiunt. Alscharkijjus ben-Alkathami dixit, virum fuisse Koraischitam et hanc fuisse proverbii originem. Haschimus ben-Ahbd-Manaf multa mercaturæ causa itinera inter gentes faciebat et in his itineribus multa matrimonia inibat. Familiae autem abiens mandatum dederat, ut, si quis filium cum signo, quod indicaverat, adferret, eum acciperent, vestibus et ocreis induerent. Factum autem est, ut, quum Haschimus in Arabia felici matrimonio inito puerum natum ad suos misisset, et adferens signum indicare non posset, puer remitteretur. Quum igitur puer ad suos reductus esset, dixerunt: جاء بخف حنين „Adportavit ocreas Honaini“ i. e. suas; Honaini enim nomen puero imposuerant; i. e. frustratus est; nam si acceptus fuisset, patris sui ocreas reportasset. Alius hanc proverbii originem esse narravit: Honainus viri nomen erat, in loco Nadjaf, qui ad regionem Dumat-Cufae pertinet, sedem habentis Ihbaditae. Quidam ex incolis Cufæ eum, ut ipsis caneret, invitaverant. Quum autem cum iis in campum exiisset, vestibus eum spoliatum cum solis ocreis dimiserunt. Ad suos reverso dixerunt: جاء حنين بخفيه „Venit Honainus cum ocreis suis“, quæ verba in omnem spe deiectum dicunt. Huic sequentes versus adscribunt:

أَنَا حُنَيْنٌ وَدَارِى ٱلنَّجَفْ   وَمَا نَدِيمِى إِلَّا ٱلْفَتَى ٱلْقَصِفْ

لَيْسَ نَدِيمِى ٱلْمُبَخَّلُ ٱلصَّلِفْ

„Ego sum Honainus et Alnadjaf habitaculum meum

est. Et compotor meus est vir luxuriose vivens, non est compotor meus vir avarus et falso glorians.“

Metrum versuum Monsarih appellatum est. Cf. l. m. p. 255. Aliud proverbium cum hoc cohaerens est: اصحب للياس من خفى حنين „Cum spe frustrata magis consociatus, quam ocreae duae Honaini“, quo proverbio in omni homine spe deiecto et desperante utuntur. Sed conf. X, 44.

١٢٢ أَخْلَى مِنْ جَوْفِ حِمَارٍ وَأَخْرَبُ مِنْ جَوْفِ حِمَارٍ

122. Vacuior, quam vallis Himari; et magis desolatus, quam vallis Himari.

Himarum ben-Mowailih nomen Ahditae[1]) cuiusdam fuisse tradunt, qui vallem Djauf appellatam, aqua et arboribus abundantem incoleret. Cuius decem filii quum venatum exiissent, fulmine percussos occidisse et patrem, qui filiorum interitum doleret, Dei cultum reliquisse et gentem ipsum imitari coegisse. Quae res causae fuisse dicitur, cur Deus eum perderet et vallem omnino vastaret. Apud Arabes autem res in proverbii consuetudinem venit eiusque apud poetas frequens mentio facta est. Cecinit poeta:

وَبِشُومِ ٱلْبَغْيِ وَٱلْغَشْمِ قَدِيمًا مَا خَلَا جَوْفٌ وَلَمْ يَبْقَ حِمَارْ

„Et propter infelicitatem insolentiae et iniustitiae vacua facta est vallis et Himarus non remansit.“

Versus metrum Raml appellatum est. Fortasse syllaba ما delenda est, ut primae metri speciei conveniat. Cf. l. m. p. 237. At vero et in Meidanii et Scharaf-Aldini opere sic legitur. Alii autem vocabulo حمار asinum silvestrem significari contendunt, quippe quum dicatur: اخلا من جوف العير „Vacuior, quam asini silvestris venter“, et in ventre occisi asini silvestris nil reperiatur, quod commodo esse possit.

---

1) Ahd عاد nomen gentis antiquae erat.

١٢٣ أَخْزَى مِنْ ذَاتِ ٱلنِّحْيَيْنِ

123. Maiori ignominia affectus, quam illa, quae duos utres tenebat.

Conf. de hac femina C. XIII, 117.

١٢٤ أَخْنَثُ مِنْ طُوَيْسٍ

124. In Venere imbecillior, quam Thowaisus.

Dicitur quoque اشام من طويس „Infelicior quam Thowaisus.“ C. XIII, 155. Thowaisus (parvus pavo) viri nomen in oppido Medinae degentis erat. Antequam in Venere imbecillis erat, Thausus (pavo) appellabatur et Ahbd-Alnäihmus cognomen habebat. Primus erat, qui tempore post Mohammedem in oppido Medina caneret, et tympanum quadratum (دف مربع) pulsaret; a captivis enim Persis modos didicerat. Inter eos erat, qui Medinae castrabantur. Scurrilis erat non curans, quid diceret. Sic enim Medinae incolas allocutus est: Quamdiu inter vos versor, exspectate adventum Antichristi et bestiae (Conf. lex. meum s. voce دابة الارض); sed si mortuus ero, securi esse potestis. Cogitate de verbis meis, siquidem mater mea inter Mohammedis adiutores (Anzar) calumnias circumferebat, me peperit eadem nocte, qua Mohammedes mortuus est, ablactavit me die, quo Ohmarus occisus est, uxorem in matrimonium duxi die, quo Ohtsmanus occisus est, et die, quo Ahlius occisus est, filius mihi natus est. Versus, quibus vir ad suam infaustam conditionem alludit, leguntur in libro meo „Darstellung der Arab. Verskunst.“ Bonn 1830. p. 384.

١٢٥ أَخْبَثُ مِنْ ذِئْبِ ٱلْخَمَرِ وَأَخْبَثُ مِنْ ذِئْبِ ٱلْغَضَا

125. Malignior, quam lupus loci occulti; et malignior, quam lupus inter arbores Ghadha degens.

Duo sunt proverbia. Hamsahus dicit, Arabes a locis, ubi degant, et alimentis, quibus fruantur, animalibus nomina indere. ex. gr. ارنب الخلة „Lepus plantæ Cholla appellatæ" ضب السحا „Lacerta plantae Siha appellatae" ظبى الحلب „Dorcas plantae Hollab appellatae" تيس الربلة „Hircus arboris Rablah appellatae" قنفذ برقة „Herinaceus loci duri" شيطان الحماطة „Dæmon plantae Homath appellatæ." Lupus autem inter arbores Ghadha degens omnium pessimus habetur.

١٢٦ أَخْوَنُ مِنْ ذِئْبٍ

126. Perfidior, quam lupus.

Duo sunt alia proverbia a lupi perfidia deducta, unum مستودع الذيب اظلم „Is, qui rem lupo servandam tradit, multum iniustus est", alterum من استرعى الذئب ظلم „Qui lupum pastorem constituit, iniustus est." Conf. C. XXIV, 257. In Scharaf-Aldini opere in proverbio legitur: من الذئب. Cecinit poeta:

أَخْوَنُ مِنْ ذِئْبٍ بِصَحْرَاء هَجَرْ

„Perfidior quam lupus in deserto Hadjari."

Metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230.

١٢٧ أَخَبُّ مِنْ ضَبٍّ

127. Magis decipiens, quam lacerta.

Cum hoc proverbio cohaeret loquendi modus: فلان خب ضب „Quidam est vafer astutus." Conf. prov. 131.

١٢٨ أَخْيَلُ مِنْ غُرَابٍ

128. Superbior, quam corvus.

Corvus in incessu superbiam ostendere Arabibus videtur.

١٢٩ أَخْيَلُ مِنْ مُذَالَةٍ

129. Superbior, quam serva.

Serva, quae ab aliis despicitur, tamen superba est. In virum superbum, qui ab aliis parvi habetur, proverbium quadrat. Conf. Reisk. adnott. ad Taraph. p. 92.

١٣٠ أَخْيَلُ مِنْ تَعْلَبٍ فِي آسْتِهِ عِهْنَةٌ

130. Superbior, quam vulpes, in cuius podice lana varii coloris erat.

Huiusce proverbii, quod Mohammedes ben-Habib adtulit, causam ignorant.

١٣١ أَخْدَعُ مِنْ ضَبٍّ

131. Magis se occultans, quam lacerta.

Lacerta e latibulo suo rarissime prodit. Alii autem proverbii verbis alium sensum tribuerunt sc. »magis decipiens, quam lacerta« sicut اخب من ضب dicitur. conf. 127. Proverbii originem hanc fuisse tradunt. Venator manum super latibulo lacertae movet, ut illa putans serpentem esse caudam erigat ad feriendum. Quod si totam caudam emittit, arrepta ea a venatore capitur. At dimidium tantum caudae erigere solet, ut videns venatorem celeriter in latibulum recedere possit. In latibulum autem ipsum venator manum immittere non audet, nam in latibulo lacertae scorpio latere solet, a quo, si non cavet, vulneratur. Hic autem est lacertae decipiendi modus. Cecinit poeta:

وَأَخْدَعُ مِنْ ضَبٍّ إِذَا جَاءَ حَارِشٌ أُعِدَّ لَهُ عِنْدَ ٱلذُّنَابَةِ عَقْرَبُ

„Magis decipiens quam lacerta. Quum venator venit, apud (latibuli) extremum scorpionem ei paravit.“

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Meidanius dixit, proverbium in eum dici, qui, dum rem ab eo petas, furtim ad aliam rem deflectat. Conf. Abulf. Ann. T. I, p. 212. In fine additur حرشته.

١٣٢ أَخْطَأُ مِنْ ذُبَابٍ

132. Magis errans, quam musca.

Musca enim incidit in rem ardentem aut glutinosam.

١٣٣ أَخْطَأُ مِنْ فَرَاشَةٍ

133. Magis errans, quam papilio.

Qui in flammam volat. Conf. 107.

١٣٤ أَخْبَطُ مِنْ حَاطِبِ لَيْلٍ

134. Magis offendens pede, quam is, qui noctu ligna colligit.

١٣٥ أَخْبَطُ مِنْ عَشْوَاءَ

135. Magis offendens, quam camela, quae noctu non cernit.

Conf. Abulf. Ann. II, 608. Aliud est proverbium cum isto comparandum: ان اخلى الخلاط اعشى بالليل „Qui camelos suos in loco secreto cum aliis miscet, ut decimas non det, noctu lusciosi modo agit." C. I, 378. Proverbium Sohairus versu innuit:

رَأَيْتُ ٱلْمَنَايَا خَبْطَ عَشْوَاءَ مَنْ تُصِبْ تُمِتْهُ وَمَنْ تُخْطِئْ يُعَمَّرْ فَيَهْرَمِ

„Vidi mortem pede offendentem sicut noctu non cernens camela (pede offendit). Quem attingit, eum occidit ea, quem non ferit, is vivens decrepitus fit."

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

١٣٦ أَخْطَفُ مِنْ قِرِلَّى

136. Magis abripiens, quam avis Kirilla appellata.

Piscem quem in aqua conspicit, submergens se summa cum celeritate abripit. Sunt autem, qui Kirilla nomen viri fuisse dicant cibi cupidissimi, ut eius aviditas in proverbium venerit. Dicitur: اطمع من قرلى „Avidior, quam Kirilla." Hamsahus autem virum propter naturæ similitudinem ab ave illa cognomen accepisse opinatur. Conf. C. VI, 203. XVI, 74.

١٣٧ أَخْشَنُ مِنَ الْجُذَيْلِ

137. Asperior, quam truncus arboris.

Vocabulum جذيل diminutivum vocis جذل est, quo truncus designatur, qui in terram defigitur, ut cameli scabiosi ad eum corpus fricent.

١٣٨ أَخْطَبُ مِنْ قُسّ

138. Disertior, quam Kassus.

Conf. Cap. II, 139.

١٣٩ أَخْجَلُ مِنْ مَقْمُورٍ

139. Magis pudore confusus, quam alearum ludo victus.

١٤٠ أَخْصَبُ مِنْ صَبِيحَةِ لَيْلَةِ الظُّلْمَةِ

140. Proventu abundantior, quam matutinum tempus post noctem tenebrosam.

Tempore chalifae Almohdii nocte quadam vehementissima tempestas orta erat, ut incolae Bagdadi multo in terrore essent. Mane, quum tempestas quiesceret, chalifa Almohdius decies centena millia drachmarum inter pauperes distribuit, centum servos manumisit et alia pia opera peregit. Et quum regni proceres, et amici et ipsa eius amata uxor Alchaiserana principis exemplum imitarentur, illud tempus in proverbium cessit.

Proverbia recentiora.

١٤١ خَلِيفَة زُحَل

141. Vicarius Saturni planetae.

In gravem, morosum (ثقيل) dicitur, quod proverbium inde originem duxisse videtur, quia Saturnum tanquam senem morosum describunt.

١٤٢ خَاطَ عَلَيْنَا كِيسًا

142. Consuit contra nos crumenam.

١٤٣ خُذِ ٱللِّصَّ قَبْلَ أَنْ يَأْخُذَكَ

143. Cape furem, antequam te capit!

١٤٤ خُذْ بِيَدِى ٱلْيَوْمَ آخُذْ بِرِجْلِكَ غَدًا

144. Cape manum meam hodie, capiam cras pedem tuum.

Quod si nunc mihi parum prodes, postea magnam tibi utilitatem afferam.

١٤٥ خُذْهُ بِٱلْمَوْتِ حَتَّى يَرْضَى بِٱلْحُمَّى

145. Puni eum morte, ut febri contentus sit.

١٤٦ خُذْ مِنْ غَرِيمِ ٱلسُّوءِ آجُرَّة

146. Cape laterem a debitore malo.

١٤٧ خَاطَرَ مَن ٱسْتَغْنَى بِرَأْيِهِ

147. Discrimen subit is, qui prudentia sua contentus est.

١٤٨ خَفِيفُ الشَّفَةِ

148. Tenuis labiis.

De eo, qui parum rogat, dicitur. Conf. C. I, 52.

١٤٩ خَفِيفٌ عَلَى القَلْبِ

149. Levis super corde.

De viro gravi, moroso (ثقيل) dicitur.

١٥٠ خَصِيٌّ يَسْخَرُ مِنْ زُبِّ مَوْلَاهُ

150. Castratus penem domini sui irridet.

١٥١ خَلَّيْتُ عَنِ الجَاوَرْسِ لِئَلَّا أَحْتَاجَ إِلَى خُصُومَةِ ٱلْعَصَافِيرِ

151. Milium reliqui, ne cum passeribus litigare mihi opus esset.

١٥٢ خُذِ ٱلْقَلِيلَ مِنْ ٱللَّئِيمِ وذُمَّهُ

152. Accipe parum a vili et eum vitupera!

١٥٣ خَلِيلَيَّ إِنَّ ٱلْعُسْرَ سَوْفَ يُفِيقُ

153. Amici mei duo! Tempus nobis adversum foecundum iam fiet.

Versus est, cuius metrum Thawil. Cf. l. m. p. 161.

١٥٤ خَصِيمُ ٱللَّيَالِي وَٱلْغَوَانِي مُظَلَّمُ

154. Qui cum noctibus et feminis pudicis litigat, iniuriae accusandus est.

والغـواني in duobus codicibus legitur; in meo codice والعواني mulieres; in uno codice B. في التوافي »de eo, quod pleno numero veniunt« sc. noctes. Versus autem est metrum Thawil habens. Conf. l. m. p. 161.

١٥٥ خُذْ فِيمَا تَكُون

155. Incipe in eo, ubi es!

١٥٦ خَيْرُ الْبُيُوعِ نَاجِزٌ بِنَاجِزٍ

156. Optima venditio est, quae promte et expedite fit.

١٥٧ خَيْرُ ٱلْمَالِ مَا وَجَّهْتَ وَجْهَهُ

157. Optimæ opes sunt eæ, quibus uteris modo ipsis conveniente.

١٥٨ خَيْرُ الْأَعْمَالِ مَا كَانَ دِيمَةً

158. Optima opera sunt, quae diu durant.

١٥٩ خُذْهُ قَبْلَ أَنْ يُفْرِطَ عَلَيْكَ

159. Cape id, priusquam nimium fit, et te ultra vires onerat.

١٦٠ خَيْرُ ٱلنَّاسِ لِلنَّاسِ خَيْرُهُمْ لِنَفْسِهِ

160. Optimus hominum hominibus est is, qui sibi optimus est.

١٦١ خَيْرُ ٱلنَّاسِ مَنْ فَرِحَ لِلنَّاسِ بِٱلْخَيْرِ

161. Optimus hominum est is, qui de salute hominum laetatur.

١٦٢ خَالِفْ هَوَاكَ تَرْشُدْ

162. Cupiditati tuae adversare et tu in rectam viam dirigeris.

١٦٣ الْخُطُوبُ تَارَاتٌ

163. Negotia sunt vices.

١٦٤ الخَرْقُ بِالرِّفْقِ يُلْجَمُ

164. Fissura cum lenitate consuitur.

١٦٥ الخِرْقَةُ مِنَ الشُّقَّةِ

165. Pannus lacerus est pars segmenti longioris panni.

١٦٦ الخَلُّ حَيْثُ لَا مَاءَ حَامِضٌ

166. Acetum, ubi aqua non est, acidum est.

١٦٧ الخَيْرَةُ فِيمَا يَصْنَعُ ٱللهُ

167. Bonum in eo est, quod Deus facit.

١٦٨ الخُضُوعُ عِنْدَ الحَاجَةِ رُجُولِيَّةٌ

168. Se submittere, quum necessitas postulat, res viro conveniens est.

١٦٩ الخَضِرُ مَعَهُ وَتِدٌ

169. Pinehas, quocum paxillus est.

In virum vagum, et multum oberrantem dicitur.

١٧٠ الخَوْخُ أَسْفَلُ

170. Malum persicum inferius est.

١٧١ الخَصِيُّ ٱبْنُ مِايَةِ سَنَةٍ وَٱسْتُهُ بِنْتُ عِشْرِينَ

171. Castratus centum annos habet, et podex eius viginti annos.

١٧٢ اِخْتِمْ بِالطِّينِ مَا دَامَ رَطْبًا

172. In lutum sigillum imprime, dum molle est.

١٧٣ الحِلْمُ رَيْحَانَةٌ وَلَيْسَتْ بِقَهْرَمَانَةٍ

173. Amicus est herbarum odoratarum manipulus, et non est leo.

Ut videtur قهرمانة homoioteleuti causa vel, ut vis formae addatur, loco vocis قهرمان positum est. In codice Pocock. proverbium hoc omissum est, in Berolin. pro بقهرمانة legitur بها رمانة in eo (manipulo) malum Punicum. Horum verborum, quae grammatices rationi magis conveniunt, sensus clarus non est. In priore legendi modo verbum ليست, quod vocem الخِلم, cui in codice Berol. vocalis Kesre subscripta est, spectat, grammatices regulis contrarium est. Proverbii autem sensus talis esse videtur: Amicum decet similem esse herbis odoratis, quae odore suo voluptatem parant amico, non heroi invicto, qui amicum opprimit.

١٧٤ أَخْرِجِ ٱلطَّمَعَ مِنْ قَلْبِكَ تَحُلَّ الْقَيْدَ مِنْ رِجْلِكَ

174. Cupiditatem ex animo tuo remove, ut pedis tui vinculum solvas!

Caput VIII.

Littera Dal.

١ دَرَدَبَ لَمَّا عَضَّهُ ٱلثِّقَافُ

1. Se submisit (hasta), quum instrumentum, quo hastae rectae redduntur, eam momordisset.

Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. Hasta quae, postquam curva fuerat, ope instrumenti recta fit, in hominem transfertur, qui, postquam rem facere recusaverat, obedientiam praestat. Cf. Cap. V, 145. XVIII, 127.

٢ دُونَهُ بَيْضُ ٱلْأَنُوقِ

2. Remotius est, quam ovum avis Anuk appellatæ.

Avis Anuk, quae etiam Rachma appellatur, in locis ab hominum sedibus remotissimis et aditu difficillimis ova ponit, ut proverbium de re rara et magna cum difficultate comparanda, adhibeatur. Conf. C. VI, 183. et librum meum: Selecta ex histor. Halebi pg. 86. adnott.

٣ دُونَهُ ٱلنَّجْمُ

3. Remotius est, quam sidus.

Vocabulum النجم aut omnia sidera aut Plejades hoc in proverbio designare potest. Sensus proverbii idem est, quam praecedentis.

٤ دُونَهُ ٱلْعَيُّوقُ

4. Remotius est, quam Capellae stella.

De hac stella cf. cl. »Ideleri Untersuch. über d. Sternnamen« etc. p. 90. 92. Proverbium idem, quod praecedens significat.

٥ دَهَنْتَ وَأَحْفَفْتَ

5. Oleo unxisti et tum per multum tempus caput unctum neglexisti.

In eum dicitur, qui te verbis adulatur, absens autem te contemnit. Meid. Samachscharius dicit, in eum adhiberi proverbium, qui ab una parte lenem ab altera parte durum se praebeat.

٦ أَدْنَى حِمَارَيْكِ فَٱزْجُرِى

6. Propiorem asinorum tuorum amborum, o mulier, increpa!

Proverbium nos hortatur, ut primum rerum propinquorum curam geramus, tum remotiora aggrediamur.

٧ أَدْرِكِى ٱلْقُوَيْمَةَ لَا تَأْكُلْهَا ٱلْهُوَيْمَةُ

7. Perveni (o femina) ad puellam parvam omnes res edentem, ne eam reptile edat!

Vox قويمة deminutivi forma est a قامة »omnes res edens, quas invenit« (puella). Fit autem interdum, ut talis rem noxiam aut reptile venenatum sibi in os ingerat. Utuntur autem proverbio ad significandam curam et diligentiam, quae in custodiendo puero alioque adhibenda est; tum in virum ignorantem transfertur proverbium.

٨ أَدْرَكَ أَرْبَابُ ٱلنَّعَمِ

8. Attigerunt pecorum domini (camelos).

Proverbii sensus est: Cameli, quorum cura aliis commissa erat, quum non bene se haberent, post a dominis pastum ducti sunt, ut ad eos res delata sit, qui curam diligentiamque in ea curanda adhibent.

٩ دُونَ ذَا وَيَنْفُقُ الحِمَارُ

9. Infra hoc, et asinus vendibilis redditur.

Quidam asinum vendere in animo habens parario, se ei donum daturum esse, si asinum vendibilem reddidisset, promisit. Pararius igitur asini dominum in foro his verbis allocutus est. »Num hic asinus est, in quo feras venari solebas? ad quae dominus proverbii verbis respondit.« Ne tantis asinum laudibus efferat, vetat. Alii in proverbio copulam و omittunt. In nimia laude proverbium adhibetur Conf. C. XIII, 3.

١٠ دُرِّى دُبَسُ

10. Large effunde, o Dobasa!

Ibn-Alahrabius dicit, Arabes, quando coelum pluviam portendat, proverbii verbis uti: »Large pluviam effunde, o coelum!« Aliis autem دبس nomen ovis est: »Large lac emitte; o ovis!« Proverbii verba in hominem loquacem dicunt.

١١ دَمِّثْ لِنَفْسِكَ قَبْلَ النَّوْمِ مُضْطَجَعًا

11. Ante somnum mollem tibi cubandi locum para!

Proverbio metrum Basith est. conf. l. m. p. 190. Loco vocis لنفسك »animae tuae« لجنبك »lateri tuo« legitur. Haririus (p. 582.) omissa voce النوم sic mutavit: دمث لجنبك قبل المضطجع »Para tibi (locum) antequam procumbis.« Proverbii sensus: Para tibi ante usum res necessarias et contra calamitates, antequam irruunt, te arma! Proverbium ex versibus Lakithi derivatum esse dicunt:

كَمَالِكِ بْنِ قَنَانٍ أَوْ كَصَاحِبِهِ زَيْدِ ٱلْقَنَا يَوْمَ لَاقَى ٱلْحَارِثَيْنِ مَعَا

إِذْ عَابَهُ عَايِبٌ يَوْمًا فَقَالَ لَهُ دَمِّثْ لِجَنْبِكَ قَبْلَ ٱلنَّوْمِ مُضْطَجَعَا

»Ut Malicus ben-Kenan vel eius socius Said-Alkana die, quo duobus viris Alharits appellatis simul occurrit; quum eum aliquando quidam vituperaret, dixit: para lateri tuo ante somnum locum cubandi!«

Legitur quoque قبل الليل »ante noctem« loco verborum قبل النوم »ante somnum.« Metrum versuum Basith est.

١٢ دَقَّكَ بِٱلْمِنْحَازِ حَبَّ ٱلْقِلْقِلِ

12. Contudis pistillo grana plantae Kilkil.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230. Planta قلقل viridis et in caule surgens grana profert phaseolis similia, dulcia, edulia, quae pecus avide vorat. Grana durissima sunt; quapropter proverbium de avaro urgendo adhibetur, nec non contemtum designat et ad contemtum instigat. Aliis القلقل, aliis الفلفل magis placet. Cf. Kam. Djeuh.

١٣ دُونَ ذَلِكَ خَرْطُ ٱلْقَتَادِ

13. Ante hoc est tragacanthae decorticatio.

Istam rem nonnisi cum maxima difficultate assequeris, ut quasi decorticanda sit tragacantha, quod difficillimum est. Conf. prov. 35. Djeuharius dixit, duas esse arboris species, maiorem et minorem. Maiorem esse intelligendam. Cecinit Ahmruus ben-Celtsum:

وَمِنْ دُونِ ذَلِكَ خَرْطُ ٱلْقَتَادِ وَضَرْبٌ وَطَعْنٌ يُقِرُّ ٱلْعُيُونَا

»Ante illud est decorticatio tragacanthæ; tum ictus et confossio, qui gaudio afficiunt homines.«

Versus metrum Motakarib appellatum est. cf. l. m. p. 281 sq.

١٤ أَدْرِكْنِي وَلَوْ بِأَحَدِ ٱلْمَغْرُوَّيْنِ

14. Assequere me, et si fit per unam sagittarum alatarum.

Narrant fuisse fratres duos ex incolis regionis **Hodjr**, quos Arabes stupiditatis accusant. Quodem die, quum ambo in itinere essent, unus a camelo, in quo vehebatur, celeri cursu abreptus est. Quum camelum retinere non valeret, fratri suo Honaino appellato verba ista acclamavit. Frater igitur sagitta eum prostravit. Proverbium autem adhibent in summa necessitate, quae hominem ut remedio gravi utatur, cogit, ut si tota res perfici non possit, partem eius absolvamus. Samachschar. Scharaf-Aldin.

١٥ اَلدَّمَ اَلدَّمَ وَالْهَدَمَ اَلْهَدَمَ

15. Sanguinem, sanguinem et ruinam, ruinam!

Id est: Obedientiam tibi praesto ea conditione, ut sanguis meus in tuo sanguine sit, et destructio mea in destructione tua. In voce الهدم vocalis Fatha litterae Dal data est, ut similis voci الدم sonus esset. Verba haec Aththa ben-Muzihb dixit et casus accusativi e verbo احذر »cave« pendet. Hunc enim verbis sensum tribuunt: احذر سفك دمى فان دمى دمك وكذلك هدمى هدمك »Cave, ne sanguinem meum effundas, nam sanguis meus est sanguis tuus et ruina mea est ruina tua.« Proverbium significare, hominem consensu et coniunctione utilitatem parare, nonnisi in codice B. legimus.

١٦ دَرَّتْ حَلُوبَةُ الْمُسْلِمِينَ

16. Large lac emisit camela Mohammedanorum mulgenda.

Reditus Mohammedanorum magni erant.

١٧ أَدَرَّهَا وَإِنْ أَبَتْ

17. Effecit, ut large lac emitteret, et si noluit.

Proverbio metrum Redjes est. conf. l. m. p. 232. A camela in avarum transfertur et in eum dicitur, qui precibus urget avarum, ut invitus rem faciat.

١٨ دَهْ دُرَّيْنِ سَعْدُ ٱلْقَيْنِ

18. Decem margaritae, Sahdus faber.

In proverbio explicando, quod in mendacio et futili sermone adhibent, grammatici multum dissentiunt. Originem a Persis duxisse narrant. Persae ad Arabes in margaritis mercaturæ faciendae causa veniebant, et quum linguam Arabicam non bene callerent, ad numerum decem significandum vocabulo ده, ad numerum duo vocabulo دو utebantur. Accidit autem, ut vir margaritas albas et nigras haberet, rem autem Arabes celaret. Illi autem dixerunt دو درين »duæ margaritæ« i. e. duæ margaritarum species sunt. Aut Persa iis decem margaritas pretium mercis statuens offerebat et Arabes margaritas accuratius inspicientes, Persæ sermonem falsum esse cognoverunt et proverbii verba dixerunt. i. e. quod ad decem margaritas attinet, quas tu nobis offers, tu Sahdo fabro similis es, qui in itineris die constituendo falsum et mendacem se semper ostendit. Proverbii verbis aut accusativi aut nominativi casum tribuunt. Quod si accusativi casum admittis, ex omisso verbo أعني significat aliove pendet, sin autem nominativi casum esse statuis, est subiecti et praedicati phrasis modo, quem Arabum grammatici ابتداء appellant, ita ut pronomen انت tu suppleatur. Vocabulo درين autem Dualis numerum dedisse dicunt, ut mendacii significationem duplicarent et vim augerent. Mihi potius Persae vitiosum sermonem imitaturi aut duplicem margaritarum speciem indicaturi id fecisse videntur. Sunt autem, qui ده درى falsum significaturi, abiecta littera ن, dicant. Sijadus Cilabita ده دريه (doh dorraih) dixit. Vario autem modo hae voces mutatae, ut دهدن, دهدر et دهدار, »falsum, mendacium« designant.

١٩ إِدْفَعِ الشَّرَّ عَنْكَ بِعُودٍ أَوْ عَمُودٍ

19. Malum depelle a te ope ligni aut columnae!

Quod si mendicus ad te venit, ne eum repellas nisi dono parvo aut magno dato, metuens, ne ille frustratus te vituperio laedat. Scharaf-Aldin. Samachschar. Alii autem proverbii sensum hunc esse contendunt: Depelle a te malum quocunque modo potes. Meid.

٢٠ دَعْ عَنْكَ نَهْبًا صِيحَ فِي حَجَرَاتِهِ

20. Sine rem raptam, in cuius lateribus clamatum fuit (cuius latera periere)!

In eum dicitur, qui primum opum aliquam partem amisit, tum maiore parte privatur. Dimidium versus est Amru-l'Kaisi, cuius camelos tempore, quo apud Chaledum ben-Sadus ben-Azmah Alnabhani in hospitio degebat, Baihtsus ben-Howaiz incursione facta rapuerat. Chaledus igitur Amru-l'Kaiso dixit: Da mihi graciles tuos camelos et iumenta tua, ut opes tibi raptas quaeram. Quod quum fecisset, ille cum iis aufugit. Alii rem sic narrant: Quum Chalidus gentem illam assecutus esset, dixit: O gens Banu-Djadilah, num vos vicinum meum praedamini? At illi: Non est vicinus tuus. Tum ille, ut rem ipsis probaret, dixit: Nonne cameli, quibus vehor, camelis similes sunt, quos rapuistis? Illi rem videntes eum a camelis descendere iusserunt et illos quoque abduxerunt. Quae res in causa erant, cur Amru-l'Kaisus versibus eum perstringeret, dicens:

دَعْ عَنْكَ نَهْبًا صِيحَ فِي حَجَرَاتِهِ   وَلٰكِنْ حَدِيثًا مَا حَدِيثُ ٱلرَّوَاحِلِ

»Sine rem raptam, quae periit; sed novum factum est, quod iumentis recenter accidit.«

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161.

٢١ دَبَّ قَمْلُهُ

21. Repserunt eius pediculi.

A camelo desumtum in hominem pinguem, cuius conditio bona est, dicitur.

٢٢ الدَّالُّ عَلَى الْخَيْرِ كَفَاعِلِهِ

22. Qui bonum indicat, ei similis est, qui id peragit.

Verba haec primum dixit Allodjaidjus ben-Schonaif Jarbuihta.

٢٣ أَدْرَكَ أَمْرًا بِجِنِّهِ

22. Rem initio tractavit.

In virum dicitur, qui ante alias iusto tempore rem aggressus eam bene perfecit. Scharaf-Aldin. Samachschar.

٢٤ دَعِ امْرَأً وَمَا اخْتَارَ

23. Sine virum et id quod elegit.

In eum dicitur, qui adhortationem tuam non admittit. Eandem adhortationem poeta Albohtari versibus hisce expressit:

إِذَا الْمَرْءُ لَمْ يَدْرِ مَا أَمْكَنَهْ   وَلَمْ يَأْتِ مِنْ أَمْرِهِ أَزْيَنَهْ
وَأَعْجَبَهُ الْعُجْبُ فَاقْتَادَهُ   وَتَاهَ بِهِ التِّيهُ فَاسْتَحْسَنَهْ
فَدَعْهُ فَقَدْ سَاءَ تَدْبِيرُهُ   سَيَضْحَكُ يَوْمًا وَيَبْكِي سَنَهْ

»Si vir quod peragere potest nescit et meliorem rei suæ partem non aggreditur, et amor sui eum occupat, ut suum consilium sequatur, tum superbia eum in errorem coniicit, ut hunc pulchrum esse censeat; sine eum, nam eius agendi ratio prava est. Diem ridebit, et annum plorabit.«

Metrum versuum Motakarib appellatum est. Conf. libr. m. p. 281. Samachscharius proverbii verba Kozairum Ahmruo ben-Ahdi, quum hic eius nasum amputare nollet eumque a consilio suo removere cuperet, dixisse narravit.

٢٥ دَرِدْبَهْ دَرْدَبَةَ ٱلْعَلُوقِ

25. Ad eum adsuefactus est, quemadmodum camela, quae ad pullum, quem sugere non sinit, adsuefit.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest conf. l. m. p. 246. et significare videtur, cuiusdam amicitiam et amorem sincerum non esse.

٢٦ دُرِّى عُقَابُ بِلَبَنٍ وَأَشْخَابِ

26. Lac large emitte et radiatim, o camela Ohkab!

Proverbium est, quo in Venere impotentes utebantur. conf. C. VII, p. 173.

٢٧ أُدْعُ الَى طِعَانِكَ مَنْ تَدْعُو إِلَى جِفَانِكَ

27. Ad pugnam tuam voca eum, quem ad scutellas tuas vocas!

Qui beneficiorum tuorum particeps est, eum in rebus tuis necessariis adhibe! Loco vocis ادع legitur اندب. Scharaf-Aldin.

٢٨ اَلدَّلْوُ تَأْتِى ٱلْغَرَبَ ٱلْمُزِلَّهْ

28. Situla pervenit ad locum, e quo aqua e receptaculo exit, qui lubricus est.

Verba haec Bisthamus ben-Kais in somnio nocte ante diem, quo occidebatur, audivisse narrant. Hac vero in re, quum situlam loco contrario e puteo prodiisse verba significarent, malum sibi omen vidit. De hoc viro conf. Hamas. p. 282, 457. Quae verba quum audiret Nokaidsus

hariolus, dixit, cur non dixisti: ثمّ تعود باديا مبتلة »Tum redit statim madefactus« ut vis mali ominis contra te infringeretur? Proverbii verba metrum Sarih habent. conf. libr. m. p. 246. Paulo aliter Scharaf-Aldinus rem retulit. Unum e gente Banu-Lohab, qui somniorum interpretandorum gnarus esset et cui verba narrasset, ei consilium dedisse, ut si iterum ista verba somnians audiret, modo dicta verba responderet, ut mali ominis vis infringeretur. Quod vero quum respondere non potuisset, iterum in somniando verbis auditis, virum istum e gente Banu-Lohab propinquam ei mortem praedixisse. Proverbii autem verba adhiberi dixit Scharaf-Aldinus ad metum ob instantem calamitatem ciendum.

٢٩ دَرِّبِ ٱلْبَهْمَ بِٱلرِّمِّ

29. Assuefac agnos herbis in terra dispersis.

Proverbium hoc adhibent significaturi, puerum educandum esse. Duplex est proverbii legendi modus. Codex meus et B. habet: بالذم, quod nomen plantae est, duo codices L. et P. بالرم »plantae in terra dispersae« habent. Hoc rectius videtur.

٣٠ دَعْنِي رَأْسًا بِرَأْسٍ

30. Sine me caput pro capite.

In eum dicitur, qui, dum ab eo rem petis, rem similem a te petit. Abulf. Ann. II, 334. Versui poeta proverbium inseruit:

أَنَا ٱلرَّجُلُ ٱلَّذِى قَدْ عِبْتُمُوهُ   وَمَا فِيهِ لِعَيَّابٍ مُعَابُ

دَعُونِى عَنْكُمْ رَأْسًا بِرَأْسٍ   قَنِعْتُ مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ بِٱلْإِيَابِ

»Ego sum vir, quem vituperastis, et in eo vituperatori non est vituperandi locus. Sinite me, ut vos relinquam, caput pro capite. Reditus mihi praedae loco erit!«

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٣١ أَدْنَى ٱلْجَرْيِ ٱلْخَبَبُ

31. Levissimus cursus est modus qui خبب appellatur.

Scholion sic proverbium explicavit: اى اذا خببت فى الخير فقد جريت فيه »Id est: quod si in bono celeri gressu uteris, iam in eo cucurristi.« Mandatum benefaciendi proverbio continetur.

٣٢ دَعْ عَنْكَ بُنَيَّاتِ ٱلطَّرِيقِ

32. Neglige vias minores a magna via deductas!

Aggredere rei praecipuam partem, et ad res minus graviores ne deflecte!

٣٣ أَدْخَلُوا سَوَادًا فِى بَيَاضٍ

33. Immiserunt nigrum in album.

Res omnino perturbarunt, ut quasi noctem cum die permiscerent. Id est: Animum celarunt rem aliam facientes quam volebant.

٣٤ دَعَا ٱلْقَوْمُ ٱلنَّقَرَى

34. Invitavit gens peculiari modo (eligendo).

Vocabulum النقرى a verbo نقر derivatum est, quod in ave adhibetur, quae grana e terra rostro eligit. Verbum انتقر in virum res eligentem transfertur. Vocabulum igitur النقرى electionem designat, ut non omnes invitentur, sed nonnulli eligantur. In eum proverbium dicitur, qui praecipuum beneficium in virum, hunc aliis praeferens confert.

٣٥ دَافِعِ ٱلْأَيَّامَ بِٱلْقُرُوضِ

35. Procrastinando age cum diebus in debitis!

Proverbium monet, ut homo diebus vitae, quos tan-

quam debitum acceperit, modice utatur et in reddendis iis procrastinando agat tanquam debitor, qui non statim reddit totum aes alienum. In duobus codicibus B. L. legimus, proverbium significare, opes conservandas esse.

٣٦ دُونَ غُلَيَّانَ خَرْطُ ٱلْقَتَادِ

36. Ante Gholajjanum est decorticatio tragacanthæ.

Cf. prov. 13. Gholajjan nomen admissarii est; sed in carmine Abu-l'Ahlae nomen cum ع scriptum reperitur. Admissarius Colaibo Wajel fuisse dicitur. Quum Colaibus camelae, quae vicinae Djassasi erat, tendines incidisset, Djassasus dixerat: »Occidetur admissarius, qui camelae tuae praestat.« Colaibus ista verba audiens et suum admissarium significatum esse putans ista verba protulit, quibus rem perfectu esse difficillimam significaturus erat. Djassasus autem Colaibi personam voluit.

٣٧ دَعِ ٱلشَّرَّ يَعْبُرُ

37. Sine malum transire.

Verba haec Almamunus chalifa viro dixit, qui absenti obtrectabat:

٣٨ دَمْعَةٌ مِنْ عَوْرَاء غَنِيمَةٌ بَارِدَةٌ

38. Lacryma una ex oculo caeco est praeda grata.

Addas vocem عين oculus vocabulo عوراء. Proververbium in avarum dicitur, qui parvum donum tibi dat.

٣٩ دَعِ ٱلْقَطَا يَنَمْ

39. Sine aves Kathae dormiant.

Proverbium nos monet, ut rem decretam omittamus.

٤٠ أَدْبَرَ غُرَيْرُهُ وَأَقْبَلَ هُرَيْرُهُ

40. Retrocessit indoles egregia et advenit indoles prava.

In senem dicitur, qui antea omnibus gratus, iam morosus et ingratus factus est. In Haririi libro p. 531. proverbium transpositum est. conf. ibid. schol.

٤١ دُونَ كُلِّ قُرَيْبَى قُرْبَى

41. Ante omnem cognationem remotiorem est cognatio propior.

Vocabulum قريبى deminutivum vocabuli قربى est, quo hoc in proverbio cognatio remotior designatur. In eum dicitur, qui a te rem petit, quam eandem alter tibi cognatione propinquior a te quoque petivit.

٤٢ دِيكُهُ يَلْقُطُ الْحَبَّ

42. Gallus eius grana colligit.

Alter proverbii legendi modus est: ديكه يلتقط الحصى »Gallus eius glaream colligit.« In obtrectatorem proverbium dicitur.

٤٣ دَلَّ عَلَيْهِ إِرْبُهُ

43. Indicavit eum ipsius prudentia.

I. e. Quis sit, ex eius prudentia cognoscitur. In virum despectum, qui primo adspectu contemnitur et a quo nullum in malis auxilium exspectatur, dicitur proverbium, quod ad metrum Redjes referri potest. conf. l. m. p. 232.

٤٤ دَعِ الْعَوْرَاءَ تَخَطَّأْكَ

44. Sine transeat ad te turpe dictum (vel indoles prava).

Id est: te non attingat, afficiat; dicitur enim: اردتكم فخطئتكم »Volui vos; sed vos non assecutus sum.«

٤٥ دَعِ الْمَعَاجِيلَ لِطِمْلِ أَرْجَلَ

45. Relinque vias breviores latroni duros pedes habenti.

Viae breviores, quibus quis citius ad locum aut aquam pervenit, molestiores sunt. Proverbium, quod ad metrum Redjes (conf. l. m. p. 237.) referri posse videtur, monet, ut loca aliis suspecta evitemus.

٤٦ دَأْمَاءُ لَا تُقْطَعُ بِالْأَرْمَاثِ

46. Mare est, quod ratibus non transitur.

In re magna et gravi dicitur, quam perficere non potest nisi is, qui apparatu et adiutoribus bene instructus est. Proverbium ad metrum Sarih referre licet. cf. l. m. p. 246.

٤٧ دَهْوَرَ نَجًا وَٱسْتُهُ مُبْتَلَّةٌ

47. Latrat (canis) ob timorem leonis, dum podex eius madidus est.

Dum latrat, simul cacat. In eum dicitur, qui potentiori minatur. Proverbium ad metrum Sarih, si Mobtallah enuncias; sin vero mobtallaton, ad metrum Redjes appellatum referendum est. conf. l. m. p. 245 et 231.

٤٨ دَمُ سَلَّاعٍ جُبَارٌ

48. Sanguis Sallahi vindicta caret.

Proverbium Hamsahus adferens nil addidit eius explicandi causa. Vir autem Sallahus appellatus ad gentem Ahbd-Alkais pertinebat. Proverbii sensus mihi esse videtur: Impune res fit vel impune vir iniuria afficitur; quemadmodum ille vir sine vindicta occidebatur.

٤٩ دَعِ ٱلْكَذِبَ حَيْثُ تَرَى أَنَّهُ يَنْفَعُكَ فَإِنَّهُ
يَضُرُّكَ وَعَلَيْكَ بِالصِّدْقِ حَيْثُ تَرَى أَنَّهُ
يَضُرُّكَ فَإِنَّهُ يَنْفَعُكَ

49. Omitte mendacium, quum tibi utile esse videtur, nam tibi nocebit; et ad veritatem confuge, quum tibi nocere videtur, nam tibi utilitatem adferet.

Proverbium monet, ut veritati semper operam demus. Conf. Erpenii prov. II, 48.

٥٠ دَارٌ مِنْ رُهَا

50. Domus ad Roham pertinens.

Roha nomen gentis et nomen oppidi (Edessae) est. In eum dicitur, qui a te rogatus, ut nuntium adferat, res tibi notas narrat.

٥١ الدِّينُ ٱلنَّصِيحَةُ

51. Religio est sincerum monitum.

Vocabulum نصيحة derivant a verbo نصح consuere, ut sit coniunctio hominum inter se. Proverbium ex Mohammedis traditione desumtum esse, Meidanius adnotavit hisce verbis utens: وهذا من حديث يروى من النبى عليه السلام وتمامه قالوا لمن يا رسول الله قال لله ورسوله ولايمة المسلمين قالت العلماء النصيحة لله ان يخلص العبد العمل لله والنصيحة للرسول ان يصفو قلبه فى قبول دعوى النبوة ولا يضمر خلافها والنصيحة للمسلمين[1] ان لا يتميزوا عنهم فى حال من الاحوال وقيل النصيحة لايمة المسلمين ان لا يشق عصاهم ولا يعق فتواهم »Proverbii verba sermonis pars sunt, quem Mohammedes propheta habuisse traditur. Completus autem sermo hic est. Dixerunt (audientes): cuinam? o legate Dei! Respondit: »Deo, legato eius et doctoribus Mohammedanorum.« Viri docti verba sic interpretati sunt: Verba النصيحة لله significare, servum Dei totam agendi rationem Deo consecrare, verba النصيحة للرسول, legati

1) Sic quidem in omnibus codicibus legitur, nec vero dubito, quin لايمة المسلمين legendum sit.

animum omnino occupatum esse prophetiae munere satisfaciendo, neque huic contrariam cogitationem animo fovere, verba النصيحة للمسلمين, nullo modo eos (doctrina) ab iis (Mohammedanis) distinctos esse. Sunt autem, qui dicant, verba النصيحة لايمة المسلمين significare, discordiam inter eos non esse debere, eorumque responsa Deo non repugnantia.« Vario autem modo ista Mohammedis verba citantur. In Kamuso Turcico ad vocem النصيحة sic legitur: الدين النصيحة لله ولرسوله ولكتابه ولايمة المسلمين وعامتهم »Religio est sincerum monitum Deo, legato eius, scribis eius, Mohammedanorum doctoribus et vulgo.«

٥٢ دَغْرَى لَا صَفَّى

52. Cum impetu tumultuario, non structo ordine (irruite)!

Proverbium quoque دغرًا لا صفًّا legitur. Prior vocis دغرى enunciandae modus genti Asad appellatae proprius est, posterior aliis gentibus. Proverbium, ut occasione subito data utantur, hortatur.

٥٣ دِمَآءُ ٱلْمُلُوكِ أَشْفَى مِنَ ٱلْكَلَبِ

53. Regum sanguis rabiei caninae medetur.

Alter proverbii legendi modus est: دماء الملوك شفاء الكلب »Sanguis regum est contra rabiem caninam remedium.« Nonnulli a verborum sensu recedentes proverbii sensum hunc esse statuunt: Nobilis viri sanguis est vindicta, quae iram sedat.

٥٤ الدَّهْرُ أَبْلَغُ فِي ٱلتَّكْبِيرِ

54. Tempus efficacius est in rerum permutatione.

٥٥ الدَّهْرُ أَطْرَقُ مُسْتَتِبٌّ

55. Tempus silet et bene dispositum est.

Huiusce proverbii explicationem, qualis et in Meidanii et in Scharaf-Aldini opere legitur, ex scholiis addere placet. Meidanius habet: اى مطرق مغض منقاد i. e. silens, palpebras contrahens, obsequens:« Scharaf-Aldinus autem sic verba explicavit: اى ساكن ياتيك من حيث لا تدرى جار على ما تريد i. e. »quiescens, venit ad te unde nescis, currens modo quo vis.« Samachscharius habet: جار على ما يريد »Currens modo quo ipse vult.« Tum addunt Scharaf-Aldinus et Samachscharius, Abu-Moslimum [1]) haec proverbii verba Rubaho ad ipsum venienti inter alia dixisse: انك يا ابا الجحاف اتيتنا والاموال مشفوهة بالرجال ونوايب تعروا وان الدهر اطرق مستتب وان لك علينا عودا فلا تجعلن بجنبك الاسدة »Tu o Abu-l'Djahhaf ad nos venisti et opes propter viros erogatae sunt, et calamitates irruunt; et tempus est silens et bene dispositum et tibi ad nos reditus erit et ne angustum reddas pectus tuum, ita ut respondere non possis ei similis, qui vitio caecitatis vel surditatis laborat.« Sic in Kamusi opere postrema verba explicata sunt. Proverbii verba, quae mihi non omnino clara esse confiteor, temporis vituperium continent.

٥٦ الدَّهْرُ أَرْوَدُ مُسْتَبِدٌّ

56. Tempus lente procedit et solum res perficit.

Tempus quamquam leniter agit, tamen omnes res vincit. Pro voce ارود in Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus ازور legitur et verbis منحرف الى جانب »Ad latus declinans« explicatur.

٥٧ الدَّهْرُ أَنْكَبُ لَا يَلِبُّ

57. Tempus inclinans est, non subsistit loco.

Proverbium quoque sic legitur: الدهر انكث لا يلث

---

1) Chorasanæ præfectus a chalifa Almansuro anno 137 interfectus est.

Duplex est vocabuli انكب explicandi modus, aut derivandum est a voce نكبة »calamitas« i. e. abundans calamitatibus aut a نكب »inclinatio«, quem rectiorem derivandi modum censuit esse Meidanius, ut tempus a recto modo declinet, neque in una eademque ratione persistat. Quod si vero انكث legendi modum admittis, voci »multum dissolventis« significatio tribuenda est. Congruunt autem sinificatione الب et الث.

Forma comparativi.

٥٨ أَدَقُّ مِنْ خَيْطٍ بَاطِلٍ

58. Tenuior, quam filum vanum.

Duplex est verborum خيط باطل »filum vanum« explicandorum modus. Aut in aere conspicuos atomos sole lucente aut araneae fila in campis conspicua esse dicunt, quae pueri مخاط الشيطان »Mucum nasi diaboli« appellant. Merwanus ben-Alhacem chalifa [1]) ob corporis longitudinem خيط باطل cognomen accepit. Eandem ob causam et cognomen umbrae struthionis ظل النعامة viro dare solent.

٥٩ أَدَقُّ مِنَ الشُّخْبِ

59. Tenuior, quam tenuis lactis radius.

Meidanio vocabulum شخب tenuem lactis radium, qui prodit ex ovis mammis initio mulgendi, significat.

٦٠ أَدَقُّ مِنَ الطَّحِينِ

60. Magis contritus, quam res molita.

1) Anno 64. imperio potitus post septem mensium spatium Damasci obiit.

Hoc in proverbio ادق a vocabulo مدقوق contritus derivata est. Poeta Alhothaiah appellatus proverbium in versu, quo matrem suum alloquitur, adhibuit:

وَقَدْ مُلِّكْتِ أَمْرَ بَنِيكِ حَتَّى   تَرَكْتِيهِمْ أَدَقَّ مِنَ ٱلطَّحِينِ

»Tu filiorum tuorum rebus ita potita es, ut eos magis contritos, quam rem molitam relinqueres.«

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٦١ أَدَبُّ من ضَيْوَن

61. Magis repens, quam felis mas.

Dixit poeta:

أَدَبُّ بِٱللَّيْلِ لِجَارَاتِهِ مِنْ ضَيْوَنٍ دَبَّ إِلَى قَرْنَبِ

»Magis repens noctu ad vicinas suas, quam felis mas ad murem.«

Versus metrum Sarih appellatum est. Conf. l. m. p. 243.

٦٢ أَدَبُّ مِنْ قَرَنْبَى

62. Magis repens, quam animalculum Karanba appellatum.

Vocabulum قرنبى insecti, similis scarabaeo nomen est. Vir, qui mulierem in matrimonium petens ob paupertatem repulsum tulerat, quod illa divitem, sed vilem praeferret, hos versus se vindicandi causa dixit:

أَلَا يَا عِبَادَ ٱللّٰهِ قَلْبِي مُتَيَّمٌ بِأَحْسَنِ مَنْ يَمْشِي وَأَقْبَحِهِمْ فِعْلَا

تَدِبُّ عَلَى أَحْشَائِهَا كُلَّ لَيْلَةٍ دَبِيبَ ٱلْقَرَنْبَى بَاتَ يَعْلُو نَقًا سَهْلَا

»Eheu! o servi Dei! cor meum vinctum est a pulcherrima eorum, qui incedunt, sed turpissima omnium in agendo; repit super visceribus suis tota nocte, quemadmodum scarabaeus nocte rependo adscendit collem arenae aequabilem.«

Metrum versuum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Scharaf-Aldin.

٦٣ أَدْنَى مِنَ ٱلشِّسْعِ

63. Propinquior (viro), quam lorum soleae.

Vocabulum ادنى duplicem accepit in hoc proverbio significationem, aut propinquioris aut vilioris, ut ادنا (rad. دنا) scribendum sit. Dixit poeta:

وَأَدْنَى إِلَى ٱلْمَرْءِ مِنْ شِسْعِهِ وَأَبْعَدُ بُعْدًا مِنَ ٱلْكَوْكَبِ

»Propinquior viro quam lorum soleae et remotior quam stella.«

Versus metrum Motakarib appellatum est. Conf. l. m. p. 281. Scharaf-Aldin. Samachschar.

٦٤ أَدَلُّ مِنْ حُنَيْفِ ٱلْحَنَاتِمِ

64. Melior viae dux, quam Honaifus Alhanatim.

Vir hic ad gentem Banu-Taim-Allat ben-Tsahlebah pertinebat. In regione Wabar a daemonibus abreptum, quum caecus esset, odore terrae ad suos reversum esse, fabulantur. Idem vir camelos tractandi modum optime novit. Conf. C. I, 408.

٦٥ أَدَلُّ مِنْ دُعَيْمِصِ ٱلرَّمْلِ

65. Melior viae dux, quam Doaihmizus arenarum.

Servi cuiusdam nigri, qui viae per arenas deserti ducentis maxime gnarus esset, cognomen fuisse tradunt. Narrant quoque, eum ex terrae odore viam cognovisse. Conf. lex. meum s. v. دعيميص.

٦٦ أَدْهَى مِنْ قَيْسِ بْنِ زُهَيْرٍ

66. Maiori intelligentia praeditus, quam Kaisus ben-Sohair.

Kaisus ben-Sohair, gentis Ahbs appellatae princeps erat. Multa, quae eius intelligentiam probant, a scriptoribus narrantur. Inter alia narrant, eum, qui in Ghathfanidarum regione iter faciens, et multam opulentiam et incolarum frequentiam videns, rem sibi non placere dixisset, Alrabiaho ben-Sijad Ahbsitae, qui huius rei causa admiratione adfectus esset, respondisse: nescisne, cum opulentia et molli vita coniuncta esse plura haud laudanda, quia homines se invicem deserunt, se invicem odio persequuntur, sibi invicem invident, dum pauperes et pauci se invicem adiuvant et sibi mutuum auxilium præstant?

٦٧ أَدْنَفُ مِنَ ٱلْمُتَمَنِّى

67. Vehementiore morbo laborans, quam optatus.

Proverbio hoc in oppido Bazra utebantur. Scharaf-Aldin. De hoc adolescente, qui cognomen optati accepit, et quem amor totum occupavit, ut in gravem morbum incideret, conferas Cap. XIV, 102.

٦٨ أَذَمُّ مِنْ بَعْرَةٍ وَأَذَمُّ مِنْ وِبَارَةٍ

68. Vilior, quam globulus stercoris; et vilior, quam animalia Wabr appellata.

Descriptio animalis, quod ab Arabibus وبر (Wabr) appellatur, cuniculi descriptioni similis est.

Proverbia recentiora.

---

٦٩ دِعَامَةُ ٱلْعَقْلِ ٱلْحِلْمُ

69. Columna prudentiae est lenitas et animi tranquillitas.

Vocabulo حلم animi tranquillitas, quae irae resistit,

significatur. Ea autem tranquillitas tanquam prudentiae columna describitur, quippe quum irae vehementia prudentissimum quemque abripiat, ut imprudenter agat.

٧٠ دُنْيَاكَ مَا أَنْتَ فِيهِ

70. Mundus tuus est id, in quo es

٧١ دَخَلَ فُضُولِيٌّ النَّارَ فَقَالَ الْحَطَبُ رَطْبٌ

71. Intravit vir rebus ipsum non spectantibus occupatus in ignem (infernum) et dixit: lignum est virens.

٧٢ دَلَّ عَلَى عَاقِلٍ ٱخْتِيَارُهُ

72. Id quod elegit, virum prudentem esse, ostendit.

٧٣ دَعِ اللُّؤْمَ إِنَّ اللُّؤْمَ عَوْنُ ٱلنَّوَائِبِ

73. Omitte vilitatem, nam vilitas infortuniorum auxilium est.

In codice Pocockiano proverbium hoc desideratur.

٧٤ دَوَاءُ الدَّهْرِ الصَّبْرُ عَلَيْهِ

74. Remedium temporis est patientia.

٧٥ دَعِ ٱلْمِرَاءَ وَإِنْ كُنْتَ مُحِقًّا

75. Omitte contentionem in disputando, et si iure vincis.

٧٦ دَعُوا قَذْفَ الْمُحْصَنَاتِ تَسْلَمْ لَكُمُ الْأُمَّهَاتُ

76. Abstinete a conviciis feminarum pudicarum, ut matres vestrae salvae sint!

٧٧ الدَّرَاهِمُ أَرْوَاحٌ تَسِيلُ

7. Nummi sunt animae, quae fluunt.

٧٨ ٱلدَّابَّةُ تُسَاوِى مِقْرَعَةً

3. Iumentum aequale est flagello.

٧٩ ٱلدُّنْيَا قَنْطَرَةٌ

). Mundus pons est.

In codice Lugd. additur الاخرة. »Alterius mundi.« Sed ec vox explicandi gratia addita videtur.

٨٠ ٱلدَّرَاهِمُ مَرَاهِمُ

). Nummi emplastra sunt.

In meo codice الدنيا مراهم »Mundus emplastra;« id od vitiosum videtur. Pocockius alterum proverbium ad-lit: الدراهم كالمراهم تجبر العظم الكسير »Nummi nplastris similes sunt, quae os fractum sanant.« Sed ec quoque verba explicandi gratia addita esse videntur.

٨١ ٱلدُّنْيَا قُرُوضٌ وَمُكَافَاةٌ

. Mundus est aes alienum et pensatio.

٨٢ ٱلدَّرَجَةُ أَوْثَقُ مِنَ ٱلسُّلَّمِ

2. Gradus firmior est, quam scala.

Proverbium hortatur, ut res haud periculosae eligantur.

٨٣ ٱلدِّينَارُ ٱلْقَصِيرُ يُسْوَى دَرَاهِمَ كَثِيرَةً

3. Nummus aureus parvus multos nummos argenteos aequat.

In rem, quae, quamquam utilitatem magnam affert, lipenditur, quadrat proverbium.

٨٤ ٱلدَّرَاهِمُ بِٱلدَّرَاهِمِ تُكْسَبُ

4. Nummi nummis acquiruntur.

Caput IX.

Littera Dsal.

١ ذَهَبَ أَمْسِ بِمَا فِيهِ

1. Hesternus dies abiit cum eo, quod in eo erat.

Dhamdhamus ben-Ahmru Jarbuita, omni amore puellam prosequebatur semper ab illa reiectus. Quum igitur quodam die, quo ipse repudiatus erat, Ghorrahum ben-Tsahlebah Jarbuitam ad illam accedentem videret, eius vestigia secutus in propinquo iis loco se abscondidit, et virum hunc versum puellae recitantem audivit:

قَدِيمًا تُوَاتِينِي وَتَأْبَى بِنَفْسِهَا   عَلَى ٱلْمَرْءِ جَوَّابِ ٱلتَّنُوفَةِ ضَمْضَمِ

»Iam olim mecum consensit repudians virum, qui frequenter peragrat deserta, Dhamdhamum.«

Dhamdamus autem ob haec verba iratus impetu facto eum occidit et hunc versum dixit:

سَتَعْلَمُ أَنِّي لَسْتُ آمَنَ مُبْغَضًا وَأَنَّكَ عَنْهَا إِنْ نَأَيْتُ بِمَعْزِلِ

»Tu iam scies, me non esse multum fidum, quum ira exardesco et te esse ab ea remotum, si ego reiectus sum[1]).

Quum interrogaretur: Quanam de causa patruelem tuum occidisti? proverbii verbis respondit significaturus, conditionem inter ipsos mutatam et amicitiam in inimicitiam conversam esse.

---

1) Versuum metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

٢ ذَرِّی بِمَا عِنْدَكِ يا لَبْغاءُ

Patefac id, quod cogitas, o indistincte loquens (femina)!

Scholion vocem sic explicat: ای ابينی ذروا من کلامک استدل به علی مراد i. e. claram fac partem sermonis tui a, quae sit voluntas tua, mihi indicetur.« Haec autem rba in causa fuisse videntur, cur Reiskius in Golii sui emplari radici ذرا F. o adscripserit »clare et distincte utus mentem exposuit;« quam significationem in lexicon um recepi. Scholii auctor vocem ذری a radice ذرا deavit. At vero Samachscharius adnotavit esse, qui vom a radice ذر sparsit derivandam esse censeant. Prorbium ad metrum Sarih appellatum referri potest. Conf. r. m. p. 246.

٣ ذَكَّرَنِی فُوكِ حِمَارَیْ أَهْلِی

In mentem mihi revocavit os tuum asinos duos familiae meae.

Vir quidam asinos duos amissos quaerens feminam lo tectam conspexit et amore eius omnino captus asinom oblitus est. Non autem rogare destitit, donec velum facie removeret. Magnos autem illa e labiis prostantes um haberet dentes, asinorum recordatus verba dixit, quæ proverbium venerunt. Proverbio metrum Sarih est. onf. libr. l. m. p. 246.

٤ ذَهَبُوا أَيْدِی سَبَا وتَفَرَّقُوا أَيْدِی سَبَا

Abierunt tanquam agmina Sabaeorum; et dispersi sunt tanquam agmina Sabaeorum.

Duo haec proverbia significant, homines ita dispersos se, ut nunquam congregentur. Sabaeorum enim gentes ptis aggeribus et aquis in eorum regionem irrumpentibus,

in diversas regiones, ut nunquam congregarentur, emigrare coactæ sunt. Quatuor gentes Ahmilah, Ghassan, Lachm, Djodsam in regiones septentrionales; Asd, Cendah, Medsdjeh, Alaschar, Anmar cum Badjilah in regiones australes se contulerunt. Conf. hac de re »Reiskii libr. De Arabum epocha vetustissima Sail Ol Arem i. e. ruptura catarrhactæ Marrebensis p. 8 sq. cf. Kam. et Djeuh. s. v. سبى. Vox autem ايدى vario modo explicatur. Sunt, qui dicant vocem ايدى manus animas (انفس) significare, ut modo, quem Arabum grammatici statum حال appellent, posita sit; quæ vox licet determinata (معرفة) sit, eam tamen status حال locum tenere, quum voci indeterminatae nempe voci متفرقين explicandae inserviat. Alii autem vocem مثل omissam esse dicunt, ut sit pro ذهبوا مثل ايدى السبا »Abierunt sicut animae Sabaeorum,« ut accusativus modo, quem Arabum grammatici ظرف (accusativum loci) appellaverint, positus sit. Samachschar.

٥ اِذْهَبِى فَلَا أَنْدَهُ سَرْبَكِ

5. Abi, o femina, et pecus tuum pascens non abigam.

Id est: Abi, quo vis cum camelis tuis. Verbis hisce ante Mohammedis tempus Arabum uxores repudio dimittebantur. Cf. Djeuh. Samachschar. Scharaf-Aldin.

٦ اَلذَّوْدُ اِلَى الذَّوْدِ اِبِلٌ

6. Parvum camelorum agmen ad parvum (accedens) magnum fit.

Vox ذود parvum camelorum agmen designat. De numero camelorum, quos isto nomine appellatum agmen continet, non consentiunt. Kamusi autem auctori in proverbio duorum camelorum significationem habere videtur. Conf. lexicon meum sub voce ذود. Proverbium significat, paucos coniunctos multos fieri.

٧ الذِّئْبُ يَأْدُو لِلْغَزَالِ

7. Lupus dorcadibus insidiatur.

Hoc proverbio in deceptione et fraude utuntur. Nil autem obstat, quominus voci يادو significatio vocis يعدو (currit) tribuatur; litterae enim Hamza et Ain inter se permutantur.

٨ ذِئْبُ الْخَمَرِ

8. Lupus loci occultantis.

Vocabulum خمر locum designat, quo si quis se recepit, absconditus est. Eodem modo dicitur ذئب غضا »lupus inter arbores Ghadha degens.« Vocibus autem his lupum esse rapacem, significant, qui loquendi modus in hominem transfertur.

٩ الذِّئْبُ يُكَنَّى أَبَا جَعْدَةَ

9. Lupus cognominatur Abu-Djahdah.

De vocabuli جعدة significatione interpretes non consentiunt. Sunt, qui agnae nomen esse dicant, a qua cognomen lupus acceperit, quod iis insidietur. Alii autem جعدة herbae odoriferae nomen esse contendunt, quae vere nascens mox arescat. Eandem lupi rationem esse, qui pulchrum cognomen habens perfidus sit et uno eodemque statu non permaneat, aut quod lupus cognomen pulchrum gerens turpiter agat. Aliis cognomen ob avaritiam a verbi جعد significatione lupo datum est. Verba autem Ohbaido ben-Alabraz adscribuntur, qui ea dixisse fertur, quum Alnohmanus ben-Almondsir eum occidere vellet. In eum adhibetur proverbium, qui se virum honore adficere, de se palam faciens, eundem perdere vult.

١٠ ذَهَبُوا إِسْرَاءَ قُنْفُذٍ

10. Abierunt nocturno erinacei itinere.

Erinaceus nonnisi noctu in terra incedit. In Samachscharii codice huius proverbii explicandi gratia legitur: تفرقوا »dispersi sunt,« id quod scribae vitium esse videtur.

١١ اَلذِّيبُ خَالِيًا أَسَدٌ

11. Lupus, si solus est, leo.

Vocem خاليا tanquam obiectum explicant, ut sensum habeat اذا وجدك خاليا وحدك »quando te solum invenit.« Aliis autem explicandi ratio praeferenda videtur, qua vox خاليا ad subiectum sc. lupum referatur, ut sensus sit: Quando solus est, et in se solo fiduciam ponit. Tum ita explicanda sunt verba: الذيب يشبه الاسد اذا كان خاليا »Lupus leoni similis est, quum solus est.« Legitur quoque sic proverbium: الذيب خاليا اشد »Lupus, quando te solum invenit, audacior est.« Accusativum ex verbo omisso يشتد pendere dicunt. Proverbium, quod in rebus religionis et mundi adhibetur, monet, ne nos ab aliis separemus et soli simus. Traditione ad nos delata verba sunt: عليك بالجماعة فان الذيب انما يصيب من الغنم الشاذة القاصية »Agmini te adiungas, nam lupus ovem separatam et remotam lacerat.« Scharaf-Aldin. Samachschar. Conf. prov. 43.

١٢ ذَهَبَ فِي ٱلْأَخْيَبِ ٱلْأَذْهَبِ وَذَهَبَ فِي ٱلْخَيْبَةِ

12. Abiit in (via) frustrante, abducente; et abiit in frustratione.

Frustra rem quæsivit, neque eam obtinuit. De proverbio priore paullum dubito. Ante vocabulum الاخيب supplendum puto vocabulum طريق via. Voci الاذهب significationem multum abeuntis vel abducentis, ut a quarta coniugatione derivanda sit, tribui.

١٣ اَلذِّيبُ مَغْبُوطٌ بِذِى بَطْنِهِ

13. Lupus in invidiam venit ob id, quod ventrem implet.

Diversa proverbii lectio est: الذيب يغبط بغير بطنة »Lupus in invidiam venit, dum venter impletus non est.« Scholion sic explicat proverbium: وذو بطنه ما فى بطنه ويقال ذو البطن اسم للغايط يقال القى ذا بطنه اذا احدث قال ابو عبيد وذلك انه ليس يظن به ابدا الجوع انما يظن به البطنة لانه يعدو على الناس والماشية قال الشاعر

ومن يَسْكُنِ البَحْرَيْنِ يَعْظُمْ طِحَالُهُ ويُغْبَطْ بِمَا فِي بَطْنِهِ وَهْوَ جَايِعُ

وقال غيره انما قيل ذلك لانه عظيم الجفرة ابدا لا يبين عليه الضمور وان جهده الجوع قال الشاعر

لَكَالذِّيبِ مَغْبُوطُ الْحَشَا وَهْوَ جَايِعُ

»Vocibus ذو بطنه »id, quod in ventre eius est,« significant. Et dicitur: ذو البطن nomen excrementi est. Dicitur القى ذا بطنه »Excrementa reddidit.« Dixit Abu-Ohbaidus, huius rei causam esse, quod nunquam ei famem (satietatem?) esse putent, nil nisi ventris impletionem, quod tam homines, quam bestias invadat. Dixit poeta:

»Is, qui Albahrainum incolit, magnos habet lienes, felix habetur propter id, quod in ventre est, dum esurit.«

Alius quidam dixit; huiusce rei causam esse, quod lupus capacem habeat ventrem, ut nunquam, etsi fame affectus sit, gracilis ventre videatur. Dixit poeta:

»Lupo similis, visceribus felix habitus, dum famelicus est[1]).«

Tertius legendi modus est: الذئب يغبط بذى بطنه »Lupus in invidiam venit ob id, quod in ventre ipsius est.« Quartus denique legendi modus est: الذئب مغبوط جايعا »Lupus in invidiam venit, dum famelicus est.« Lupus

1) Hemistichii huius nec non versus praecedentis metrum Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161 sq.

autem satiatus habetur, quod multum currit et multum audax est, quamvis huiusce rei causa saepissime in fame posita sit. Proverbium autem in homine adhibetur, qui, licet pauper sit, dives esse putatur, aut satiatus habetur, dum famelicus est. Scharaf-Aldin. Samachschar.

١٤ الذِّيبُ أَدْغَمُ

14. Lupus nigro naso praeditus est.

Ebn-Doraidus talem proverbii explicationem adtulit: Lupi sunt دغم i. e. naso nigro praediti, sive inserta in vas lingua bibit sive non bibit, nam illa nasi nigredo naturalis est. Interdum quoque de lupo dicunt ولغ »inserta in vas lingua bibit,« dum famelicus est (quod nigro naso praeditus est). Proverbium autem de eo dicitur, cui res, quam non accepit, invidetur. Scharaf-Aldin, Samachschar.

١٥ ذَهَبُوا شَغَرَ بَغَرَ وشَذَرَ مَذَرَ وشِذَرَ مِذَرَ وجِذَعَ مِذَعَ

15. Quoquo versus abierunt.

In omnes regiones dispersi sunt. Sunt autem quatuor proverbialiter loquendi modi; dicitur enim: ذهبوا شذر مذر et ذهبوا جذع مذع etc.

١٦ ذَهَبَ دَمُهُ دَرَجَ الرِّيَاحِ

16. Abiit sanguis eius in viam ventorum.

Legitur quoque ادراج الرياح »in vias ventorum.« In eum dicitur, cuius mors non vindicatur.

١٧ ذَهَبَتْ هَيْفُ لِأَدْيَانِهَا

17. Abiit ventus fervidus (Haif) secundum consuetudinem suam.

Haif nomen venti fervidi est, e regione Arabiae felicis aestatis tempore flantis, qui omnes res aridas reddit. Proverbio utuntur ad significandum, omnes homines dispersos

esse, ut quilibet suo negotio incumberet. Alii autem proverbium in eum adhiberi contendunt, qui consueto mori suo semper adhaereat. conf. Kam. v. هيف.

١٨ ذَلِيلٌ عَاذَ بِقَرْمَلَةٍ

18. Contemtus confugit ad arborem Karmalah appellatam.

Nomen قرملة arborem tenuem, foliis carentem, ut umbram non faciat, designat. Poeta Djerirus contra poetam Ferasdakum in versu satyrico hoc usus est proverbio:

كَانَ ٱلفَرَزْدَقُ حِينَ عَاذَ بِخَالِهِ مِثْلَ ٱلذَّلِيلِ يَعُوذُ وَسْطَ ٱلقَرْمَلِ

»Ferasdakus, quum ad avunculum suum confugeret, vili similis erat, qui ad arbores Karmal appellatas confugit.« Conf. prov. 58. De vili adhibetur, qui ad vilem confugit. Samachschar.

١٩ ذَكَّرْتَنِي ٱلطَّعْنَ وَكُنْتُ نَاسِيًا

19. Confossionem in memoriam meam revocasti et eius oblitus eram.

Metrum proverbii Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 230. Narrant, quendam in virum, ut eum occideret, impetum fecisse, et dixisse: Abiice hastam! quam alter manu teneret; sed cuius subito impetu attonitus oblitus erat. Tum alterum verba, quae postea in proverbium venerint, dicentem hastam sumsisse, et impetum facientem hostem aut confodisse aut in fugam coniecisse. Utuntur proverbio, quum una res, cuius obliti eramus, alterâ in memoriam revocatur. Ille impetum faciens Zachrus ben-Moahwijjah Alsolami, hic, in quem impetus factus erat, Jasidus ben-Alzahk fuisse fertur. Almofadhdhelus narravit, Rohaimum ben-Hasm Helalitam primum ista verba dixisse. Cum opibus et familia e sua regione in aliam migranti ei occur-

1) Versus metrum Camil appellatum est. Conf. libr. m. p. 212.

rebant quidam ad gentem Thaghleb pertinentes, qui opes praedaturi dicebant: Sine, quae tecum ducis et fuga salutem pete! Ille primo momento attonitus dixit: Capite opes; sed ne familiae vim inferte!« Tum unus eorum: erat enim illis notus, dixit: quod si hoc vis, abiice hastam! Dixit igitur istis verbis admonitus: hastam habeo et tum unum eorum post alterum occidens, versus hos cecinit:

رُدُّوا عَلَى أَقْرَبِهَا ٱلْأَقَاصِيَا   إِنَّ لَهَا بِالْمَشْرَفِيِّ حَادِيَا

ذَكَّرْتَنِي ٱلطَّعْنَ وَكُنْتُ نَاسِيَا

»Repellite remotissimos (camelos) super maxime propinquum eorum, nam iis per gladium est propellens. Tu confossionem in memoriam revocasti, cuius ego oblitus eram.«

Sunt, qui اذكرتنى legant. Samachschar. Metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Erpen. prov. Cent. II, prov. 61.

٢٠ ذُقْهُ تَغْتَبِطْ

20. Gusta id et laetus eris.

Quum inter plures vino bibendo occupatos et hilares unus esset, qui vino abstinens se non moveret, cæteri eum his verbis ad bibendum excitarunt.

٢١ ذَهَبَ أَهْلُ ٱلدُّثُورِ بِالْأَجْرِ

21. Magnos opes possidentes mercedem abstulerunt.

Proverbium hoc inter traditiones est, quae de Mohammede ad nos delatae sunt.

٢٢ ذَهَبَ فِي ٱلسُّمَّهَى

22. Abiit in aerem.

Abu-Ahmruus dixit, hoc significare in vanum. Vox سمهى aerem significat, tum quoque سمهى et سميهى mendacium et falsum, vanum designat. Conf. lex. m. s. سمه

٢٣ أُذْكُرْ غَايِبًا يَقْتَرِبْ

23. Absentis mentionem fac et propinquus erit.

Alter proverbii legendi modus est: اذكر غايبا تره »Absentis mentionem fac et eum videbis.« Proverbium Ahbd-Allaho ben-Sobair adscribitur, qui die quodam Almochtarum, quem Meccae versantem putaret, cuiusque mentionem fecisset, advenientem conspexit. Verbis proverbii uti solet is, qui subito personam conspicit, cuius tanquam absentis mentionem fecerat, eamque ob causam admiratione adficitur. Scharaf-Aldin.

٢٤ ذُلٌّ لَوْ أَجِدُ نَاصِرًا

24. Vilitas; si invenirem adiutorem.

Id est: Haec vilitas est; si adiutorem invenirem, eam patienter non ferrem. Quum Alharitsus ben-Abi-Schamir Ghassanida (conf. Hamas. p. 402), qui Inso ben-Abi l'Hodjair ob responsum datum colaphum induxisset, primum percussus haec verba et iterum percussus: لو نهيت الاولى لانتهيت الاخرى »Si tibi prior (colaphus) interdictus fuisset, a posteriore abstinuisses« dixit. cf. XXIII, 3. Proverbii verbis is uti solet, qui iniuria adflictus ulciscendi potestatem non habet. Samachschar.

٢٥ ذَهَبَ كَاسِبًا فَلَجَّ بِهِ

25. Abiit victum quaerens, et eum ursit (infortunium).

Ad voces لج به supplendum est الشر حتى اهلكه واوقعه فى شر »Calamitas, ut eum perderet et in malum iniiceret.«

٢٦ ذَهَبَ مَالُهُ شَعَاعِ

26. Abierunt eius opes quoquo versus.

Omnino dispersae perierunt.

٢٧ ذَآنِينُ لَا رِمْثَ لَهَا

27. Sunt plantae Dsunun, inter quas planta Rimts non est.

Planta Dsunun appellata inter plantas رمث appellatas, quae camelis pabulo sunt, crescere solet. Proverbium igitur in hominem, cum planta Rimts comparatum, dicitur, cui dignitas non est, et a quo bonum sperari non potest.

٢٨ ذَهَبَ تَخَلَّقْ فِي بَنَاتِ طَمَارِ

28. Abiit in aerem se attollens in summas regiones.

In Kamusi lexico بنات طمار vocabulo الداهية »infortunium« explicatum est; sed طمار proprie »locum elatum«, ut etiam de tecto alto adhibeatur, designat. Vocabula igitur composita بنات طمار »Regiones coeli altissimas« significare possunt, quæ significatio in proverbio nostro admittenda videtur, quippe cuius sensus sit, res modo inani, frustra, sine utilitate (باطلا) abiit. Proverbium ad metrum Camil referendum est. Conf. l. m. p. 212.

٢٩ ذَهَبَ فِي ضُلِّ ٱبْنِ أُلِّ

29. Abiit in vanum (errorem).

Vana re, errore omnino captus est. ضل ابن ال proprie est »error filius erroris.« Eodem modo dicitur: ضلال ابن الال. Est quoque usitatus loquendi modus: ذهب فى الضلال, ذهب فى الالال et ذهب فى التلال »In vanum, errorem abiit.« Errori omnino deditus erat, ut consilium non admitteret.

٣٠ ذَلِيلٌ مَنْ يُذَلِّلُهُ خِذَامُ

30. Vilis est, quem Chidsamus sibi subiecit.

Proverbium hemistichium metri Wafir appellati est. Conf. l. m. p. 204. Chidsamus viri vilis et despecti no-

men erat. In eum proverbium dicitur, qui a viro viliore subiicitur.

٣١ الذَّلِيلُ مَنْ تَأْكُلُهُ ٱلْوَبْرَآءُ

31. Vilis est is, quem avis Rachma vorat.

الوبراء »pilis« i. e. »plumis tecta« hoc in proverbio cognomen avis Rachmae esse dicitur. Avis autem Rachma cadaveribus vescitur, ut proverbii sensus esse videatur; vilis est is, cuius cadaver avi Rachmae cibo inservit. Sed nescio, quo iure cognomen الوبرا »pilis tecta« isti avi tributum sit; eodem iure feris tribui posse videtur.

٣٢ ذَهَبَ مِنْهُ ٱلْأَطْيَبَانِ

32. Eum reliquerunt duae res gratae.

Vocabulo الاطيبان »duo optima«, cibum et coitum designari dicunt, quapropter proverbium, virum esse senem, indicat.

٣٣ ذِكْرٌ وَلَا حَسَاسِ

33. Memoratus (us); sed non est Hesasi.

Varius est vocabuli حساس et scribendi et enunciandi modus. Enunciatur حساس Hesasi, Hesasa et Hesason; tum حسيس aut Hasisa aut Hasison effertur. In eum dicitur, qui rem, quam promisit, non bene perficit.

٣٤ ذَلَّ بَعْدَ شِمَاسِهِ ٱلْيَعْفُورُ

34. Se submisit, postquam difficilis fuerat equus Jahfur appellatus.

De eo dicitur, qui, postquam inobsequens fuerat, obsequium praestat.

٣٥ أَذَلُّ ٱلنَّاسِ مُعْتَذِرٌ إِلَى لَئِيمٍ

35. Hominum vilissimus est, qui se apud vilem excusat.

Apud generosum enim excusatio haud necessaria est, et vilis excusationem fortasse non admittit.

٣٦ الذِّئبُ لِلضَّبُعِ

36. Lupus hyaenae est.

Id est: Lupus hyaenae socius est. In duos pravos, qui societate coniuncti sunt, proverbium adhibetur.

٣٧ ذَهَبْتَ طُولًا وعَدِمْتَ مَعْقُولًا

37. Abiisti in longum et destitutus es ingenio.

In virum longo corpore præditum, qui aliis utilis non est, dicitur.

٣٨ ذَهَبُوا تَحْتَ كُلِّ كَوْكَبٍ

38. Abierunt sub omni sidere.

De gente, quæ dispersa est, dicitur. Cf. Kam. s. كوكب.

٣٩ ذَهَبْتَ فِي ٱلْيَهْيَرَّى

39. Abiisti in vanum.

In explicando vocabulo يهير non consentiunt interpretes. A radice هير derivandum esse censent, ut forma فعيل (fahjallon) sit. Est gummi species; Alahmarus autem duri significationem vocabulo tribuit, ut حجر يهير "lapis durus" sit. Tum nomen est vaporis meridiei tempore in deserto apparentis, qui aquae speciem habet, ut in verbis اكذب من اليهير "Mendacior, quam vapor meridiei tempore in desertis", quod aqua esse videtur. Ibn-Alsarradjus dixit, interdum vocabulo litteram ى addi, quod nomen vano, falso tribuatur.

٤٠ ذَاكَ أَحَدُ ٱلْأَحَدِينَ

40. Ille est unus unicorum.

Virum summa laude ornandum esse propter summum ingenium, proverbium significat. Vario autem modo dicitur: واحد الاحدين , واحد الاحاد , احدى الاحد.

٤١ ذَهَبْتَ فِي وَادِي تِيهٍ

41. Abiisti in vallem erroris

In eum dicitur, qui vani et erroris via incedit.

٤٢ ذِيبَةُ قُفٍّ مَا لَهَا غَمِيس

42. Lupa terrae asperae, cui non est vallis arboribus densis consita.

In eum dicitur, qui inimicitiam palam exercet. Proverbium ad metrum Sarih referendum est. Conf. l. m. p. 246.

٤٣ الذِّيخُ فِي خَلْوَتِهِ مِثْلُ الْأَسَدِ

43. Hyaenae mas in recessu, ubi solus est, leoni similis est.

Simile proverbium de lupo (prov. 11.) erat. Lexicographi vocabulo ذيخ lupi quoque significationem tribuunt, in scholiis autem ذكر الضباع »mas hyaenae« legitur. In eum dicitur proverbium, qui solus sibi rem arrogavit, quam, si in coetu, ut perficiat, rogatur, perficere non valet. Simili modo dicitur: كل مجر فى الخلاء يسر »Omnis qui in loco secreto equum in cursum emittit, laetitia adficitur«, putat enim, equum suum in certamine victoriam reportaturum esse.

٤٤ ذُبَابُ سَيْفٍ لَحْمُهُ الْوَقَايِصُ

43. Musca gladius est, cuius caro sunt iumenta, quae collum fractum habent.

In eum dicitur, qui opibus abundans erga familiam avarus est; et in eum, qui potentia et robore gaudens nonnisi debilibus et vilibus adversatur.

٤٥ ذِيبَةٌ مِعْزَى وَظَلِيمٌ فِي ٱلْخَبَرِ

45. Lupa est in capras irrumpens et struthiocamelus, si probatur!

Ille turpitudine lupae similis est in capras irrumpenti; sed si in eius veram conditionem inquiritur, struthiocamelo similis, cui si dicitur, vola, dicit: Ego camelus sum; sin autem dicitur, onus porta, dicit excusandi causa: Ego avis sum. In perfidum et fraudulentum proverbium adhibetur. Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230.

Forma comparativi.

٤٦ أَذَلُّ مِنْ قَيْسِيٍّ بِحِمْصَ

46. Vilior, quam Kaisita in oppido Emessa.

Totum oppidum quum Jemanenses tenerent, una familia Kaisitarum inter eos degens despecta erat.

٤٧ أَذَلُّ مِنْ يَدٍ فِي رَحِمٍ

47. Vilior, quam manus in utero.

Debilitas hoc proverbio significatur; alii manum foetus significari dicunt, alii manum viri, qui, ne in utero rem lædat, timeat Plura sunt proverbia a manu in utero desumta. C. VI, 209, XV, 46. XVIII, 210.

٤٨ أَذَلُّ مِنْ بَعِيرٍ سَانِيَةٍ

48. Vilior, quam camelus aquam e puteo hauriens.

Operi isti faciendo pessimos camelos adhibent Arabes. Poeta Thirimmahus proverbium versui inseruit:

قَبِيلَةٌ أَذَلُّ مِنَ ٱلسَّوَانِي ‎ ‎ ‎ ‎ وَأَعْرَفُ لِلْهَوَانِ مِنَ ٱلْخِصَافِ

»Parva gens vilior, quam cameli aquam haurientes et contemtior, quam soleae.«

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٤٩ أَذَلُّ مِنْ حِمَارِ قَبَّانٍ

49. Vilior, quam millepeda.

٥٠ أَذَلُّ مِنْ قُرَادٍ بِمَنْسِمٍ

50. Vilior, quam ricinus in cameli planta.

Vocabulum منسم infimum in camelo locum et ungulae extremam partem designat. Ricini haec species est, quae camelos infestat. Poeta Ferasdakus proverbio usus est:

هُنَالِكَ لَوْ تَبْغِي كُلَيْبًا وَجَدْتَهَا أَذَلَّ مِنَ ٱلْقِرْدَانِ تَحْتَ ٱلْمَنَاسِمِ

»Hic si gentem Colaib peteres, eam invenires viliorem quam ricini sunt sub camelorum pedibus.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

٥١ أَذَلُّ مِنْ وَتِدٍ بِقَاعٍ

51. Vilior, quam palus in campo.

Quia semper percutitur, dum terrae infigitur. Dixit poeta:

وَكُنْتَ أَذَلَّ مِنْ وَتِدٍ بِقَاعٍ يُشَجِّجُ رَأْسَهُ بِٱلْفِهْرِ وَاجِى

»Et vilior eras quam palus in campo, cuius caput lapide percutiens frangit.«

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٥٢ أَذَلُّ مِنْ حِمَارٍ مُقَيَّدٍ

52. Vilior, quam asinus compedibus vinctus.

Vilitatis asini paxillique poeta, qui Motalammesus fuisse dicitur, in versibus sequentibus mentionem fecit:

إِنَّ ٱلْهَوَانَ حِمَارُ ٱلْأَهْلِ يَعْرِفُهُ وَٱلْحُرُّ يُنْكِرُهُ وَٱلْجَسْرَةُ ٱلْأُجُدُ

وَلَا يُقِيمُ بِدَارِ ٱلذُّلِّ يَعْرِفُهَا إِلَّا ٱلْأَذَلَّانِ عَيْرُ ٱلْأَهْلِ وَٱلْوَتِدُ

هٰذَا عَلَى ٱلْخَسْفِ مَعْكُوسٌ بِرُمَّتِهِ وَذَا يُشَجُّ فَلَا يَأْوِي لَهُ أَحَدُ

»Vilitatem agnoscit asinus gentis et ingenuus eam abnegat, et camela magna, robusta; et non permanent in domo vilitatis, quam noscunt, nisi duo viles, asinus gentis et paxillus; hic fune suo adligatus est detrimento adflictus, ille vulneratur, dum nemo eius miseretur.«

Versuum, in quibus varii sunt legendi modi, metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190. et librum a me editum Fakihat-Alcholafa p. 19. infr.

٥٣ أَذَلُّ مِنْ فَقْعٍ بِقَرْقَرَةٍ

53. Vilior, quam tuber terræ album in terra molli.

Aliis sic dicitur, quia ipsum colligentem non impedit, aliis, quia pedibus calcatur. Vir vilis cum tubere terrae saepius comparatur. Dicitur هو فقع قرقر »Is tuber in terra molli est.« Dicitur quoque فلان فقعة القاع »Quidam tuber terrae in campo est.« A recentioribus autem dicitur: هو كشوث الشجر »Is planta parasiti arborum est.« Legitur quoque sic proverbium: اذل من فقع بقرقر. Dixit poeta Abu-Djondabus Hodsailita:

فَلَا تَحْسِبُوا جَارِي لَدَى ظِلِّ مَرْخَةٍ وَلَا تَحْسِبُوهُ فَقْعَ قَاعٍ بِقَرْقَرِ

»Ne putate, vicinum meum esse apud umbram arboris Marchah appellatae, et ne putate, eum esse tuber campi in solo molli!«

Versus metrum Thawil appellatum est. Cf. l. m. p. 161 sq.

Et vilem describens cecinit poeta:

هُوَ ٱلْكَشُوثُ فَلَا أَصْلٌ وَلَا وَرَقٌ وَلَا نَسِيمٌ وَلَا ظِلٌّ وَلَا ثَمَرٌ

„Is planta parasiti est, cui neque radix, neque ronum, neque odor, neque umbra, neque fructus est.“
Metrum versus Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٥٤ أَذَلُّ مِنَ ٱلسُّقْبَانِ بَيْنَ ٱلْحَلَايِبِ

54. Vilior, quam pulli camelorum mares inter lacte abundantes.

Proverbium hoc desumtum est e versu Kaisi ben-Alchathim:

ظَأَرْنَاكُمْ بِٱلْبِيضِ حَتَّى لَأَنْتُمْ أَذَلُّ مِنَ ٱلسُّقْبَانِ بَيْنَ ٱلْحَلَايِبِ

„Propensos vos reddidimus gladiorum ope, ut viliores vos quam pulli camelorum mares inter lacte abundantes essetis.“
Metrum versus Thawil appellatum est. Cf. l. m. p. 61. sq.

٥٥ أَذَلُّ مِنَ ٱلْبَعْرِ

55. Vilior, quam hœdus, (aut capella) qui in fovea adligatus est, ut in ea leo capiatur.

Conf. Kam.

٥٦ أَذَلُّ مِنَ ٱلنَّقَدِ

56. Vilior, quam ovium parvarum species.

Ovium species parvos pedes habens et fœda adspectu, quae Arabica lingua نقد Nakad appellatur, in regione Bahrain frequens erat. Alazmäihus bonam earum esse lanam dixit. Dixit poeta:

فُقَيْمُ يَا شَرَّ تَمِيمٍ مُحْتَدَا   لَوْ كُنْتُمْ ضَأْنًا لَكُنْتُمْ نَقَدَا

أَوْ كُنْتُمْ مَاءً لَكُنْتُمْ زَبَدَا   أَوْ كُنْتُمْ صُوفًا لَكُنْتُمْ قَرَدَا

„O Fokaime, pessima Tamimitarum gens origine! Si fuissetis oves, pessimae, si aqua fuissetis, spuma, aut si lana fuissetis, partes eius reiiciendae fuissetis.“

Versuum metrum Redjes appellatum est. Cf. l. m. p. 253.

٥٧ أَذَلُّ مِمَّنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ

57. Vilior, quam is, super quem vulpes urinam egesserunt.

De re vili et despecta dicitur. Dixit Abu-Dsarrus Alghafari:

أَرَبٌّ يَبُولُ ٱلثُّعْلُبَانُ بِرَأْسِهِ لَقَدْ ذَلَّ مَنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ

„Num dominus est, in cuius capite vulpes minxit? Profecto vilis est is, super quem vulpes minxerunt.“

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Conferas quoque de hoc versu lex. meum s. v. ثعلب.

٥٨ أَذَلُّ مِنْ قَرْمَلَةٍ

58. Vilior, quam arbor Karmal appellata.

Arbor est, quae nec umbram neque refugium praebet. Conf. prov. 18.

٥٩ أَذَلُّ مِنَ ٱلنَّعْلِ

59. Vilior, quam solea.

Proverbium hoc ex versu Albäihtsi desumtum est:

وَكُلُّ كُلَيْبِيٍّ صَفِيحَةُ وَجْهِهِ أَذَلُّ عَلَى مَسِّ ٱلْهَوَانِ مِنَ ٱلنَّعْلِ

„Et omnis ad gentem Colaib pertinentis facies vilior est contemtu, quo adficitur, quam solea.“

Alter legendi modus est: اذل لاقدام الرجال من النعل „Vilior per pedes virorum, quam solea.“ Cecinit Ghassanus ben-Hodsail:

صُبُرٌ عَلَى طُولِ ٱلْهَوَانِ أَذَلُّ مِنْ نَعْلٍ عَلَى ٱلتَّوْطَاءِ لِلْأَقْدَامِ

„Patientes in contemtu longo, viliores quam solea, quae pedibus conculcatur.“

Versus metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212.

٦٠ أَذَلُّ مِنَ ٱلْبَذَجِ

60. Vilior, quam agnus ovis.

Verba traditione ad nos delata haec sunt: يوتى بابن ادم يوم القيمة كانه بذج من الذل „Adducitur filius Adami (homo) die resurrectionis mortuorum, agno vilitate similis."

٦١ أَذَلُّ مِنْ بَيْضَةِ ٱلْبَلَدِ

61. Vilior, quam ovum struthiocameli.

Ovum, quod struthiocamelus in deserto reliquit. Alii, vocibus بيضة البلد tuber terrae album significari putant. Conf. prov. 53. Cecinit poeta Alräih appellatus:

تَأْبَى قُضَاعَةُ لَا تَعْرِفْ لَكُمْ نَسَبًا وَٱبْنَا نَزَارٍ فَأَنْتُمْ بَيْضَةُ ٱلْبَلَدِ

„Aversatur gens Kodhaah vestram originem non noscens et duo Nesari filii; nam vos ovum struthiocameli relictum estis."

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٦٢ أَذْكَى مِنَ ٱلْوَرْدِ وَمِنَ الْمِسْكِ الأَصْهَبِ وَٱلْعَنْبَرِ ٱلْأَشْهَبِ

62. Fragrantior, quam rosa; et quam muscus rufus; et quam ambarum cinereum.

٦٣ أَذَلُّ مِنْ أُمَوِيٍّ بِٱلْكُوفَةِ يَوْمَ عَاشُورَا

63. Vilior, quam unus ad gentem Omajjah pertinens in oppido Cufa die Abschura.

يوم عاشورا est dies nonus vel decimus mensis Almoharremi.

٦٤ أَذَلُّ مِنْ قَمَعٍ

64. Vilior, quam petiolus dactyli.

Abiicitur enim et pedibus calcatur.

٦٥ أَذَلُّ مِنْ عَيْرٍ

65. Vilior, quam paxillus.

Quod in superiore parte semper percutitur; alii asinum vocabulo عيـر hoc in proverbio significari posse putant. Conf. prov. 51.

٦٦ أَذَلُّ مِنْ حَوَارٍ

66. Vilior, quam cameli pullus nondum ablactatus.

٦٧ أَذَلُّ مِنْ الحِذَاء

67. Vilior, quam calceus.

Conf. prov. 59. Calceus ingressu inquinatur. Dicitur quoque اذل من الرداء „Vilior, quam pallium.“

٦٨ أَذَلُّ مِنَ الشِّسْع

68. Vilior, quam corrigia soleae.

٦٩ أَذَلُّ مِنْ ٱلْبِسَاط

69. Vilior, quam stragula, quae humi sternitur. Quod pedibus calcatur.

Proverbia recentiora.

—

٧٠ ذِيبٌ فِى مَسْكِ سَخْلَةٍ

70. Lupus in cute agni.

٧١ ذِئْبٌ ٱسْتَنْعَجَ

71. Lupus, qui ovis haberi vult.

٧٢ ذُلُّ ٱلْعَزْلِ يُضْحِكُ مِنْ تِيهِ الوِلَايَةِ

72. Vilitas propter ademtam provinciam de superbia in praefectura risum movet.

Conf. Burkhardtium (Arabic proverbs) p. 77.

٧٣ ذَنَبُ ٱلْكَلْبِ يَكْسِبُهُ ٱلطُّعْمَ وفَمُهُ يَكْسِبُهُ ٱلضَّرْبَ

73. Cauda cani cibum acquirit et os ei ictus acquirit.

٧٤ ذَلَّ مَنْ لا سَفِيهَ لَهُ

74. Vilis est, cui stultus non est.

Burkhardtius (Arabic prov. p. 78) dicit, vocabulum سفيه »insolentis, impudentis« significationem habere et in Aegypto personas designare, qui patronos vel amicos suos impudenter et audacter defendant.

٧٥ ذُدْتُ ٱلسِّبَاعَ ثُمَّ تَفْتَرِسُنِي ٱلضِّبَاعُ

75. Repuli leones, tum me hyaenae lacerant.

٧٦ ذَهَبَ ٱلْحِمَارُ يَطْلُبُ قَرْنَيْنِ فَعَادَ مَصْلُومَ ٱلأُذُنَيْنِ

76. Abiit asinus quaerens duo cornua et rediit auribus mutilatis.

٧٧ ذَهَبَ ٱلنَّاسُ وَبَقِيَ ٱلنَّسْنَاسُ

77. Abierunt homines (Nas) et remanserunt monstra Nasnas appellata.

De vocabulo نسناس Nasnas interpretes dissentiunt vid. lex. meum. conf. Burkhardtium p: 78.

٧٨ ذَهَبَ عَصِيرِي وَبَقِيَ تَجِيرِي

78. Abiit succus meus expressus et crassamentum meum remansit.

In rebus adhibetur, quarum utilitas evanuit et molestia remansit.

٧٩ ذَكَرَ ٱلْفِيلُ بِلَادَهُ

79. Elephas terrae suae recordatus est.

٨٠ ذَمَمْتَنِي بِٱلْإِسَآءَةِ فَلِمَ رَضِيتَ عَنْ نَفْسِكَ بِٱلْمُكَافَأَةِ

80. Vituperasti me ob malam agendi rationem et cur, quod tu ipse erga me eodem modo agis, gratum habes?

٨١ ذَرْ مُشْكِلَ ٱلْقَوْلِ وَإِنْ كَانَ حَقًّا

81. Omitte obscurum sermonem, et si verus est!

٨٢ ٱلذُّلُّ فِي أَذْنَابِ ٱلْبَقَرِ

82. Vilitas in boum caudis est.

Caput X.

Littera Ra.

١ رعى فقصب

1. Pavit et tum a potu retinuit.

Cameli aut quod venter vacuus est, aut quod plenus est, a potu retinentur. Uterque autem pastoris agendi modus pravus est, quapropter proverbium in eum dicitur, qui curam atque diligentiam in re, cui praefectus est, non adhibens, rem corrumpit.

٢ رمتني بدائها وانسلت

2. Mihi morbum suum obiecit et abiit.

Rohma filia Alchesredji Sahdo ben-Said nupta erat. Quam quuum reliquae mariti uxores ignominia afficerent, mater suasit, ut illas primum illo ignominiae nomine (sc. Ahfali) conf. Cap. II, 78. appellaret. Quod quum fecisset, una earum verba dixit, quæ postea in proverbium cesserunt.

٣ رماه بأقحاف رأسه

3. Iaciat eum cranio capitis!

Id est: Occidat eum vel maxima calamitate ad silentium eum redigat. In Samachscharii enim opere legitur:

رماه الله باقحاف راسه »Iaciat eum Deus cranio capitis« ut in nostro proverbio رماه optativi significationem habeat. Pluralis autem forma اقحاف usus est, ut significaret, eum repetitis vicibus iecisse vel pluralis cranii partes designat.

٤ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِدَاءِ ٱلذِّئْبِ

4. Lupi morbo Deus eum petat!

Id est: perdat eum Deus, lupum enim Arabes putant, nonnisi mortis morbo laborare. Aliis autem est: Deus eum fame afficiat, quod lupus semper famelicus sit; id quod omnino aliorum sententiae repugnat. Conf. C. IX, 13.

٥ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِثَالِثَةِ ٱلْأَثَافِي

5. Petat eum Deus tertio ollae sustentaculo!

Duo lapides iuxta petram ponebantur, ut in iis olla staret. Tertium igitur ollae sustentaculum petra est, quae in proverbio magnam calamitatem designat, ut proverbii sensus sit: Magna eum Deus calamitate adfligat. In codicibus B. L. P. vox الله Deus deest; sed in Samachscharii opere ea legitur. Cecinit Chaffahus ben-Nadabah:

فَلَمْ يَكُ طِبُّهُمْ جُبْنًا وَلٰكِنْ رَمَيْنَاهُمْ بِثَالِثَةِ ٱلْأَثَافِي

»Consuetudo eorum non erat timiditas; sed tertio ollae sustentaculo eos iecimus.«

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. et Harir p. 73. At vero sunt, qui tertio sustentaculo postremum malum, ut nil supersit, significari dicant.

٦ رُمِيَ فُلَانٌ بِحَجَرِهِ

6. Petatur quidam lapide suo!

Id est: Ab adversario aequali ipsi robore. Lapis pro compari ponitur; lapides enim variant, quemadmodum res petitae variae sunt, ut lapides parvi rebus parvis, lapides

magni rebus magnis adhibeantur. Quum Moahwijjahus Ahmruum ben-Alahz tanquam arbitrum cum Abu-Musa Alaschahri misisset, Alahnafus Ebn-Kais ad Ahlium venit dicens: انك قد رميت بحجر الارض فاجعل معه ابن عباس فانه لا يشد عقدة الا حلها »Tu petitus es lapide terrae; pone igitur cum eo Ebn-Ahbbasum; nam hic omnes nodos ligatos solvit.« Quod quum Ahlius facere vellet, Iemanenses repugnabant, e suis unum esse mittendum dicentes. Vocibus حجر الارض »lapide terrae« unicum eum esse significare vult. In Samachscharii opere legitur: رماه الله بحجره »Iaciat eum Deus lapide suo! Idem Samachscharius et hunc legendi modum adnotavit: لز بحجره »Adhaereat lapidi suo!«

٧ رُمِىَ فُلَانٌ مِنْ فُلَانٍ فِى ٱلرَّأْسِ

7. Cuiusdam iactu quidam in capite laesus est.

Id est: se ab eo avertit, eum non adspiciens, ut male de eo cogitaret. Proverbii verba sic explicant: رمى فى راسه منه شى اى القى فى دماغه منه وسوسة حتى ساء رايه فيه »Incidit in caput eius de eo res i. e. incidit in cerebrum quaedam cogitatio, ut pravam de eo opinionem haberet.« In Kamusi opere legitur: رميت منك فى الراس »Malam de me opinionem concepisti.« Sijadus ben-Hadir, quum Ohmarus imperator ipsi salutem dicenti salutem non reddidisset, haec verba dixisse narratur: لقد رميت من امير المومنين فى الراس »Princeps fidelium pravam de me opinionem concepit.«

٨ رَهَبُوتٌ خَيْرٌ مِنْ رَحَمُوتٍ

8. Metus melior est, quam misericordia.

Quod te metuunt homines, melius est, quam quod tibi misericordiam impertiunt. Almobarredus proverbium sic adnotavit: رهبوتى خير من رحموتى conf. Kam. Dj.

٩ رُوَيْدَ ٱلْغَزْوِ يَنْمَرِقُ

9. Differte incursionem hostilem! prodibit (infans).

In mora et exitus exspectatione proverbium adhibetur. Verba haec feminae Rikasch appellatae, quae ad gentem Cenanah pertinebat, adscribuntur. Femina ista, quae cum gente sua in terram hostilem incursionem facere solebat, ex captivo gravida facta tempore excursionis cum gente proficisci non poterat. Dixit igitur ista verba. Almofadhdhelus autem feminam istam e gente Thai oriundam fatidicam fuisse narravit, quae e captivo, quo contra gentem Ajad ben-Nesar ben-Maähdd incursionem faciens potita erat, gravida facta erat.

١٠ رُوَيْدَ ٱلشِّعْرَ يَغِبُّ

10. Sine carmen, pernoctet!

Sine carmen, donec aliquot dies transierunt, et vide, quomodo eius finis sit, utrum laudetur an vituperetur. Sed tribui quoque potest voci يغب significatio: uno die intermisso tertio rediit (de febri) i. e. Non unum post alterum continua serie carmina tua hominibus dic, ne fastidium capiant; sed spatio intermisso. In Hamasae opere sic legitur رويدك الشعر يغب.

١١ رُوَيْدًا يَعْلُونَ ٱلْجَدَدَ

11. Lente! currit in terra dura.

Verbis hisce Kaisus die certaminis inter equos Dahes et Ghabra respondit Hodsaifaho dicenti: te vici, o Kaise! significaturus, suum equum iam victurum esse, si ad terram mollem equi pervenissent; equae enim in terra molli fatigantur. Hodsaifaho erat equa Ghabra appellata. Legitur autem huius certaminis narratio ad C. XXI, 102. Altera proverbii lectio est: يعدون الخبار. Vocabulum الخبار »terram mollem« significat. Quod si lectionem يعدون

praefers, ante sequens nomen فى in supplendum est, sin autem يعلون admittis, sequenti nomini accusativi casus tribuendus est. In Samachscharii opere, يعدون الجدد »Currit in terra dura« legi, adnotatum est. In cum dicitur, qui morbo laborans impeditus est.

١٢ رُوَيْدًا يَلْحَقُ ٱلدَّارِيُّونَ

12. Sine, adveniunt pecoris domini!

Pecoris dominus nomine دارى »domi manens« appellatur, quod domi remanet, quum pecus pastum educitur. Proverbio autem utuntur, ad magnam diligentiam, quae in re ponitur, describendam, domini enim cura et diligentia in pecore administrando maior est, quam pastoris. Cecinit poeta:

تَبَّثْ قَلِيلًا يَلْحَقِ ٱلدَّارِيُّونْ

»Cunctare paululum, advenient pecoris domini!« Metrum versus Sarih appellatum est. Conf. libr. m. p. 246.

١٣ رُوغِى جَعَارِ وَٱنظُرِى أَيْنَ ٱلْمَفَرّ

13 Versute age, o hyæna et vide, ubi effugium sit!

Conf. doct. Bertheau proverb. Abu-l'Obaid etc. p. 14. text. In codice B. et P., nec non in opere Samachscharii et Kamusi روعى time! legitur. In codice meo, codice L. et Djeuharii opere sub radice روغ legitur روغى. Explicandi proverbii causa Meidanius addidit: يضرب للجبان الذى لا مفر له مما يخاف „De timido dicitur, cui non est locus quo ab eo, quod timet, fugiat.“ In codice L. legitur للجبان الذى لا يفر مما يخاف „De timido qui non fugit ab eo, quod timet.“ Paulo aliter in opere Samachscharii et Kamusi legitur: يضرب فى فرار الجبان وخضوعه „Dicitur de fuga timidi eiusque humilitate.“ Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. m. p. 230.

١٤ رِيحُ حَزَاءٍ فَٱلنَّجَآءَ

14. Odor plantae Hasa; fuge igitur!

Hasa nomen plantae est, cuius suffitu daemones pelli posse putant Arabes; ubi igitur plantae istius odor est, ibi daemones sunt. In re adhibetur, cuius malum timetur. Jasido ben-Almohallab in carcerem incluso Ahmruus ben-Hacim Alnahdi, qui visitatum venisset, dixisse narratur:

رِيحُ حَزَاءٍ فَٱلنَّجَا لَا تَكُنْ   فَرِيسَةً لِلْأَسَدِ ٱللَّابِدِ

„Odor plantae Hasa appellatae! Fugias igitur; ne sis praeda leoni!"

Versus metrum Sarih appellatum est. Conf. lib. m. p. 243.

١٥ رِيحُهُمَا جَنُوبٌ

15. Ventus horum duorum est australis.

Amici sunt. Quod si vero amicitia in inimicitiam permutatur, dicitur: شملت ريحهما »Septentrionalis fuit eorum ventus«. Cecinit poeta:

لَعَمْرِى لَئِنْ رِيحُ ٱلْمَوَدَّةِ أَصْبَحَتْ شَمَالًا لَقَدْ بُدِّلْتَ وَهْىَ جَنُوبُ

„Per vitam meam! Si ventus amoris septentrionalis factus est, tu iam mutatus es, nam australis erat."

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 163. Voci بدلت tertiae personae mutatus est (ventus) vocales non dedi, quod hic enunciandi modus metri rationi contrarius est.

١٦ إِرْعَى فَزَارَةُ لَا هُنَاكَ ٱلْمَرْتَعُ

16. Pasce, o gens Fesarah! non est hic pratum!

Proverbii metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212. In eum dicitur, qui rem invenit, quae ei ab aliis invidetur.

١٧ رَمَى فِيهِ بِأَرْوَاقِهِ

17. Se in id coniecit.

Dubium est de voce ارواق. Mihi autem corpus vel corporis membra significare videtur, dicitur enim: رمى بارواقه على الدابة »In iumento vectus est.« Grammaticus Allaitsus hoc in proverbio curae et animae significationem voci tribuit. Proverbii sensus est: se in rem coniecit, omnino se rei dedidit. Cecinit poeta:

لَمَّا رَأَى ٱلْمَوْتَ حُمْرًا جَوَانِبُهُ   رَمَى بِأَرْوَاقِهِ فِي ٱلْمَوْتِ سِرْبَالُ

»Quum vidisset mortem rubra habentem latera, se in mortem coniecit Sirbalus.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

١٨ رَأْسٌ بِرَأْسٍ وَزِيَادَةُ خَمْسِمَايَةٍ

18. Caput pro capite et additamentum quingentarum drachmarum.

Verba haec poeta Farasdakus dixisse fertur. In bello dux ei, qui caput occisi hostis adferret, quingentas drachmas promiserat. Unus, qui prodiit in hostem, reportavit caput et pretium accepit; alter autem ab hoste occisus est. Quum igitur gens occisum deploraret, solatium adlaturus Ferasdakus ista verba consolandi causa dixit.

١٩ رُبَّ قَوْلٍ أَشَدُّ مِنْ صَوْلٍ

19. Interdum verbum durius est, quam vehemens impetus.

De verbis proverbium adhibetur, quæ hominum animos adficiunt. Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium adhibitum esse in hominem, qui dedecus caveret. Sed in alio codice legimus proverbium adhiberi in dedecore, quod remanet: فيما يبقى من العار. Grammaticus Abu-l'Haitsamus voci

اشد genitivi casum tribuendum esse putavit, quia antecedentis vocis قول adiectivum esset.

٢٠ رُبَّ حَامٍ لِأَنْفِهِ وَهُوَ جَادِعُهُ

20. Interdum is, qui nasum tuetur, eum amputat.

In eum dicitur, qui re abstinens in rem graviorem incidit.

٢١ أَرَاكَ بَشَرٌ مَا أَحَارَ مِشْفَرٌ

21. Ostendit tibi cutis id, quod labium in ventrem demisit.

Ex externa rei conditione videre poteras, qualis res esset. Ab animali in virum transfertur ex cuius externo habitu cognoscere licet, qualis eius conditio sit.

٢٢ أَرَادَ أَنْ يَأْكُلَ بِيَدَيْنِ

22. Duabus manibus edere volebat.

In eum dicitur, qui quaestum ex negotio faciens, ad aliud se convertit et priore quaestu privatur. Pro بيدين legitur بشدقين »duobus oris angulis.« Scharaf-Aldin.

٢٣ رَدَدْتُ يَدَيْهِ فِي فِيهِ

23. Manus eius in eius os intrudi.

Ira eum implevi. Conf. Alcor. Sur. XIV. 10.

٢٤ رَمَاهُ فَأَشْوَاهُ

24. Petivit eum; sed ad mortem eum non vulneravit.

Vocabulo شوى locus corporis designatur, quo vulnerato animal non occiditur, inde verbum اشوى »locum talem in animali vulneravit« significat. In eum dicitur, qui e periculo, in quo versabatur, ereptus est.

٢٥ أَرْجُلُكُمْ وَٱلعَرْفُطْ

25. Pedes vestri et planta Ohrfoth appellata.

Sensus esse videtur: pedes vestri plantae Ohrfoth appellatae similes sunt. Ahmirus ben-Dsol ben-Tsahlebah suo tempore omnes corporis robore superabat. Hic, senex factus, quum camelum conscenderet et a gentis iuvenibus derideretur, dixit: Sane debilis sum, portate igitur me, ut camelum conscendam! Quod quum illi fecissent, pedes aliorum inter axillas, aliorum inter lumbos compressit suos et tum verba ista dicens incitato camelo, celeri cursu abiit, ut illi paene vitam exspirarent. Proverbii verba in eum dicunt, qui alterum robore aut opibus aut aliis rebus ipso praestantiorem deridet.

٢٦ أُرِيهَا ٱسْتَهَا وتُرِينِى ٱلقَمَرَ

26. Ostendo ei podicem ipsius et lunam mihi ea ostendit.

Proverbium, quod ad metrum Motakarib referri potest (conf. l. m. p. 281.), Meidanius sic explicavit: قال الشرقى بن القطامى كانت فى الجاهلية امراة اكملت خلقا وجمالا وكانت تزعم ان احدا لا يقدر على جماعها لقوتها وكانت بكرا فخاطرها ابن الغز الايادى وكان واثقا بما عنده على انه ان غلبها اعطتهماية من الابل فلما واقعها رات نمحا باصرا ورهزا شديدا وامرا لم تر مثله قط فقال لها كيف ترين قالت طعنا بالركبة يا بن الغز قال انظرى اليه فيك قالت القمر هذا فقال اريها استها وتريني القمر فارسلها مثلا وظفر فاخذ ماية من الابل وبعضهم يروى اريها السهى وتريني القمر يضرب لمن يغالط فيما لا يخفى »Dixit Alscharkius ben-Alkathami: Erat tempore ante Mohammedem femina perfecta corporis forma et pulchritudine praedita, quae ob roborem suum sibi confidebat, posse se viri impetum in concubitu repellere, erat enim virgo. Cum hac Ebn-Alghassus Ajadita, qui victoriam se reportaturum esse robori suo confideret, cer-

tamen inivit ab utraque parte centum camelis pignori positis, quos victor acciperet. Quum autem vir cum ea rem haberet, vidit ea rem manifestam [1]), et expertus est motum vehementem et rem, quam nunquam ante viderat. Tum vir ei dixit: Quomodo vides? Respondit: Confessionem genu factam, o Ebn-Alghasse! Dixit vir: Adspice eum in te! Illa dixit: Luna hæc est. At vir dixit: Ostendo ei podicem ipsius et lunam mihi ea ostendit, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Vir autem hac in re victor centum camelos accepit. Sunt qui legant: اريها السهى وتريني القمر »Ostendo ei stellam obscuram in ursae maioris sidere et mihi lunam ea ostendit.« De eo adhibetur, qui in re non occulta errat.«

Scharaf-Aldinus, qui posteriorem legendi modum adtulit, explicandi causa haec addidit verba: المثل لابن الغز وكان عظيم الذكر فاذا واقع امراة ذهب عقلها فانكرت امراة ذلك وقلت ساجرب فلما واقعها قال لها ترين السها وهوكوكب صغير فى بنات نعش قالت ها هو ذا واشارت الى القمر فضحك وقال اريها السها وتريني القمر فلما كان ايام الحجاج شكى اليه خراب السواد فحرم لحوم البقر ليكثر الحرث فقال بعض الشعراء

شَكَوْنَا إِلَيْهِ خَرَابَ ٱلسَّوَادِ فَحَرَّمَ فِينَا لُحُومَ ٱلْبَقَرْ

وَكَانَ كَمَا قِيلَ فِي بَعْدِهِ أُرِيهَا ٱلسُّهَا وَتُرِينِي ٱلْقَمَرْ

وروى كما قيل من قبلنا ويتمثل به فى الخطاء »Proverbii auctor Ebn-Alghassus est, qui tanto membro praeditus erat, ut mulieris, quacum rem haberet, mens pertubaretur. Mulier quaedam dictis fidem non habens rem se experturam esse dixit. Quum igitur cum illa rem haberet, ei dixit vir: Vides stellam Soha, quae est parva stella in sidere ursæ maioris. Dixit illa: Ecce ea est, dum lunam ostendebat. Tum vir ridens dixit: اريها السها وتريني القمر »Ostendo ei stellam Soha; et ea lunam mihi ostendit.« Tempore autem

---

1) Et hic est proverbialis loquendi modus. Conf. lex. m

Alhadjdjadji regionis Alsewad dictae vastationem quum quis questus esset, ille boum carnem interdixit, ut arva augerentur. Poeta igitur dixit:

»De regionis Alsewad dictae vastatione apud eum questi sumus; boum igitur carnes nobis interdixit. Et erat, quemadmodum dictum est tempore post eum: ostendo ei stellam Alsoha et lunam mihi ostendit.«

Legitur autem (in versu) كما قيل من قبلنا »quemadmodum dictum est, ante nostrum tempus.« Proverbium de errore adhibetur.«

٢٧ رُبَّ أَخٍ لَكَ لَمْ تَلِدْهُ أُمُّكَ

27. Interdum frater tibi est, quem mater tua non peperit.

Proverbium hoc Lokmano ben-Ahd adscribitur. Quodam die iter faciens quum siti laboraret, in tabernaculum intrans in vestibulo mulierem cum viro iocantem invenit. Rogavit, ut sibi potus daretur. Mulier, num lac an aquam vis? dixit. Respondit: ايهما كان ولا عداء »Aut unum aut alterum des, non erit iniquitas" quae verba in proverbium venerunt. Mulier dixit: „Lac pone te, aqua ante te est;" tum Lokmanus respondit: المنع كان اوجز „Recusatio fuisset brevior." Haec dum gerebantur, puerum conspexit Lokmanus in domo plorantem, cuius nemo curam habebat et cui roganti potus non porrigebatur." Quod quum videret, dixit. Quod si vobis puer iste molestiam creat, mihi eum date, ut eum educem. Dixit mulier: ille Hanii est (Hanius enim mulieris mariti nomen erat). Dixit Lokmanus وهانى من العدد „Et Hanius ex numero est," quae verba in proverbium cesserunt. Tum mulieri dixit: quis autem iuvenis ad latus tuum? nam eum non esse maritum tuum scio. Mulier respondit: Frater meus est. Lokmanus dixit: Interdum frater tibi est, quem mater tua non peperit, quæ verba in proverbii consuetudinem venerunt. Quum autem Lokmanus ex modo, quo camelorum pili in funibus con-

torsi essent, intelligeret, maritum ad plectendum et contorquendum manu sinistra potissimum usum esse, dixit:

ثكلت الأُعَيْسِرِ امّه لو يعلم العلم لطال غَمُّه

„Utinam mater orbata esset viro manu sinistra utente: si rei notitiam haberet, profecto moeror eius longus esset," quae verba in proverbium venerunt. Quae autem verba quum mulier audivisset, magno metu perculsa tam potum quam cibum Lokmano offerebat. At ille accipere recusans dixit: المبيت على الطوى حتى تنال به كريم المثوى خير من اتيان ما لا تهوى „Quod pernoctamus esurientes, ut hospitio nobili potiamur, melius est, quam quod aggredimur rem, quam non amamus," quae verba postea in proverbio erant. Tum abiit et quum vespera esset, virum vidit camelos domum repellentem, qui hos metro Redjes (conf. libr. m. p. 230. et metrum Sarih p. 246.) appellato caneret versus:

رُوحِى إِلَى الْحَيِّ فَإِنَّ نَفْسِى رَهِينَةٌ فِيهِمْ بِخَيْرِ عِرْسِ

حَسَّانَةُ الْمُقْلَةِ ذَاتُ انْسٍ لا يُشْتَرَى الْيَوْمُ لَهَا بِأَمْسِ

„Cor meum ad tribum propensum est; nam anima mea per coniugem optimam in ea retinetur; pulchris oculis praeditam, cuius consortium tale est, ut hodiernus dies cum hesterno non permutetur."

Lokmanus quamquam virum non videbat, tamen vocem audiens, clamabat!" O Hani, o Hani! Tum ille, quid vis? interrogavit. Lokmanus dixit:

يَا ذَا الْبِجَادِ الْحَلَكَهْ وَالزَّوْجَةِ الْمُشْتَرِكَهْ

عِشْ رُوَيْدًا أَبَلَكَهْ لَسْتَ لِمَنْ لَيْسَتْ لَكَهْ

„O tentorii nigri domine et uxoris amicum praeter te habentis! lente reduc domum vespera camelos tuos, tu ei non es, quae tibi non est[1]." quae quoque verba in pro-

---

1) Versuum metrum Redjes appellatum est, conf. p. 232.

verbium cesserunt. Hanius autem dixit: Dic clare, dic clare! Tum Lokmanus dixit: على التنوير وعليك التغيير ان كان عندك نكير كل امرء فى بيته امير „Meum est clare dicere, tuum est permutare. Si apud te res ingrata est; quilibet vir in domo sua princeps est.“ Quae verba hominibus postea in proverbio erant. Alter autem, quum Lokmanus ei rem narrasset, quomodo scis, domum fuisse meam et uxorem meam, interrogavit. Lokmanus dixit, se ex camelorum pilis et modo, quo funes plexi essent aliisque rebus rem cognovisse. Quum igitur Alhanius rem veram esse cognovisset, Lokmanum consilium rogavit. Lokmanus interrogavit: Num tibi scientia est? Certe, rei meæ, respondit Hanius. Lokmanus autem: كل امرء بشانه عليم „Cuilibet viro rei suae notitia est“ dixit, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt.

Tum autem Hanius dixit: Num consilium mihi dandum tibi restat? Certe, respondit Lokmanus. Ut te defendas et uxorem custodias: „Dixit Hanius: faciam. Lokmanus autem dixit: من يفعل الخير يجد الخير „Qui bonum facit, bonum invenit,“ quae verba postea in proverbium cesserunt. Consilium autem, quod tibi dandum puto, est: ان تقلب الظهر بطنا والبطن ظهرا حتى يستبين لك الامر „Ut tergum in ventrem et ventrem in tergum vertas[1]), donec tibi res appareat.“ At Hanius dixit: افلا اعالجها بكية توردها المنية „Nonne ei potius medendum est ustione, qua occiditur?“ ad quae denique Lokmanus dixit: اخر الدواء الكى „Postrema medela est ustio.“ Hanius domum redux factus uxori rem narravit et gladio ducto eam, donec animam exspiraret, percussit. Samachscharius, qui brevius proverbium explicavit, suspicionem id indicare adnotavit. Conf. Harir. 484. Abu-Ohbaidus dixit, proprium verborum sensum esse: fieri potest, ut qui frater tuus non

1) Id est: ut res diligentissime perquiras.

est, is tanquam frater auxilium tibi praestet, a quo tamen sensu usu homines recessissent. Conf. libri proverb. Abi-Ohbaid etc. (ed. Ern. Bertheau. Götting. 1836). p. 3. sq. text. Ar.

رَأْىُ الشَّيْخِ خَيْرٌ مِنْ مَشْهَدِ ٱلْغُلَامِ ٢٨

28. Senis consilium melius est, quam praesentia iuvenis.

Verba haec Ahlius in quodam bello dixisse fertur. Senis, qui pugnae adesse non potest, consilium iuvenis in bello praesentis et pugnantis auxilio praeferendum est. Samachschar.

أَرْغُوا لَهَا حُوَارَهَا تَقِرُّ ٢٩

29. Adigite ad vociferandum eius (camelae) pullum, et tranquilla erit!

Proverbium ad metrum Sarih referri potest. c. l. m. p. 246. Camela, quando pulli sui vocem audit, tranquilla est. In hominem igitur translatum proverbium significat: Da homini dolenti rem ipsi necessariam, et tranquillus erit. Meid. Scharaf-Aldinus alium proverbii legendi modum adnotavit: حرك لها حوارها تحن „Move ei pullum ipsius, desiderio afficietur," eiusque auctorem Moahwijjahum esse, causam vero talem dixit. Moahwijjahus ea conditione, ut ipsi Ohtsmani occisores traderentur, obsequium se Ahlio præstiturum esse scripserat. Quum Ahlius litteras ab Abu-Moslimo Chaulanita traditas legisset, praesentes dixerunt: „Nos omnes Ohtsmani occisores sumus." His auditis Abu-Moslimus Ahlio dixit: Homines vides, quibuscum tibi nulla res est, nam si eos nobis traditurus esses, te, quominus faceres, impedirent. Ad Moahwijjahum rediens, dixit: se patruelem tuum occidisse confessi sunt; necem igitur vindica. Moahwijjahus tum suggestum conscendens Ohtsmani vestem (cruentam) expandit, ut in lacrymas homines effunderentur. Tum dixit Moahwijjahus: حرك لها حوارها تحن

„Move ei pullum suum; desiderio adficietur.“ Homines autem partes cædis Ohtsmani ulciscendæ sibi deposcebant. Ahlius tum in Syriam profectus est. Ad locum Siffin pugnabatur.

٣٠ رَئِمَتْ لَهُ بَوَّ ضَيْمٍ

30. Propensus sum eius causa ad cutem pulli iniuriae.

Vocabulo بو mactati aut mortui pulli camelini cutis significatur, quae herbis farta et sanguine pulli illita ad camelam adducitur, ut pullum esse putet et largius lac emittat. Hoc in proverbio iniustitia tali cuti tributa est, ut haec proverbii pars verbo رئمت consentanea esset. In eum dicitur proverbium, qui iniustitiae et ignominiae se submittit, ut aliis placeat.

٣١ أَرَخَتْ مَشَافِرَهَا لِلْعُسِّ وَالْحَلَبِ

31. Laxe dependere sivit (camela) labia sua desiderio scyphi ampli et mulctus.

De eo hisce verbis utuntur, qui a viro rem necessariam petit et repulsam ferens, iterum petit, ut ei rei desiderium magnum esse, significetur.

٣٢ رَمَّدَتِ ٱلضَّأْنُ فَرَبِّقْ رَبِّقْ

32. Magna habet ubera ovis, para igitur funes, para funes laqueis instructos!

Si magna ubera habet ovis, pariendi tempus propinquum est. Tempus igitur est parandorum funium laqueis instructorum, quibus agni adligantur. De eo dicitur, cui res haud diu exspectanda imminet.

٣٣ رَمَّدَتِ ٱلْمِعْزَى فَرَنِّقْ رَنِّقْ

33. Magna ubera habet capra, exspecta igitur, exspecta!

Quum magna habet ubera capra, pariendi tempus propinquum non est; sed diu exspectandum est. Contrarium igitur antecedenti sensum proverbium praebet.

٣٤ أَرْقَ عَلَى ظَلْعِكَ

34. Adscende secundum claudicationem tuam.

Id est: Suscipe rem, quam perficere potes, neque ultra vires rem aggredere; claudicans enim, qui in scalam aut montem adscendit, conditionis suae rationem habere solet. Placuit autem ex Meidanio scholion integrum addere, quod ad verbum fere reddidi, ut proverbii intelligendi ratio Arabibus propria melius intelligeretur.“ Dicitur ظلع البعير i. e. in unum latus inter eundum inclinatus fuit camelus (claudicavit). Proverbii sensus est: Suscipe quod perficere potes; adscendens enim in scalam aut montem, quum claudicat, lenis erga se est. Et dicitur: ق على ظلعك „cave in claudicatione tua“ a verbo وقى i. e. ابق عليه „fac, ut ea superstes sit. De eo adhibetur, qui minatur. Eique dicitur: اقصد بذرعك وارق على ظلعك »Pete secundum vires tuas et adscende secundum claudicationem tuam« i. e. Ne fines tuos transgrediaris in minis tuis et defectus tui et debilitatis tuæ rationem habeas. Et dicitur: ارقا على ظلعك cum littera Hamza i. e. Primum rem tuam repara! aliis autem sensus est: retine te, a رقا الدمع »sedata fuit lacryma.« Dixit grammaticus Alcesäi appellatus, omnium illorum proverbiorum sensum esse: Tace propter vitia, quae in te sunt!

Scharaf-Aldinus cum hoc proverbium alterum: اقدر بذرعك »Defini per manum tuam extensam« adnotavit. In Kamusi opere praeter nonnulla eorum, quae praemisimus, haec quoque leguntur.« Et dicitur: ق على ظلعك »Cave in claudicatione tua.« quum in viro vitium est, et tu eum monere vis, ne hoc de se palam faciat. Dicitur quoque: ارق على ظلعك, ut cum vocali Kesre enuncietur

et imperativus verbi رقى fascinavit sit, quasi dixisset: non est in me claudicatio, cui fascinando mederer. Alio tum modo dicitur: ارق على ظلعك ان يهاضا »Fascinio claudicandi vitio tuo medelam fac, ut parvi faciatur.«

٣٥ رُبَّ صَلَفٍ تَحْتَ ٱلرَّاعِدَةِ

35. Saepe parum boni sub nube tonante est.

Id est: Nubes tonans saepe parum pluviæ emittit. In Har. opere p. 495 صلف zalaf (parum pluviae) legitur; non male quidem. In avarum dicitur, qui multas opes possidens parum boni aliis dat. Sic Abu-Ohbaidus. Sed conf. lex. m. sub صلف. In Kamuso autem, nec non de minante, qui minas non exsequatur, et de glorioso, proverbium adhiberi legimus.

٣٦ رُبَّ عَجَلَةٍ تَهَبُ رَيْثًا

36. Saepe festinatio dat cunctationem.

In codice est, ويروى تهب ريثا »et legitur: تهب ريثا,« dum voci تهب Teschdidi signum impositum est; sed quum vocalibus destituta sint verba, dubium est, quomodo enuncientur. Abu-Saidus dixit: quod si hunc legendi modum admittis, accusativus vocis ريثا est id, quod grammatici حال (statum) appellarunt; i. e. تهب رايثة (dat dum est cunctans); nam nomine actionis isto modo utuntur. In priore autem proverbii legendi modo accusativus est verbi obiectum. Mihi autem passivi forma esse videtur تُهَبُ; »Saepe festinatio datur tanquam cunctans.« Djeuharius adnotavit proverbium: رب عجلة وهبت ريثا »Saepe festinatio dedit cunctationem,« addens, alium legendi modum تهب esse, sensu non diverso, et utrumque a وهب derivandum esse. Num enunciandi modus a duobus codicibus adnotatus, ut vox a هب derivetur, rectus sit, valde dubium videtur.

Almofadhdhelus narravit, primum, qui ista dixerit verba, fuisse Malicum ben-Auhf ben-Abi-Ahmru ben-Auhf ben-Muhallem Schaibanitam. Sinanus ben-Auhf, dissuadente Malico, cum uxore sua, filia Auhfi ben-Abu-Ahmru, ut pabulum quaereret, profectus erat. In via Merwanus Alkarathus ben-Dsenbah ben-Hodsaifah Ahbsita, ei obviam venit et celeriter, dum pugnabatur, eius uxorem abduxit et inter filias et sorores suas occultavit. Quum igitur Malicus redeuntem Sinanum interrogaret. Quid soror mea fecit? respondit; hastas ipsum ab ea abduxisse. Dixit tum Malicus: رب عجلة تهب ريثا ورب فروقة تدعى ليثا ورب غيث لم يكن غيثا „Saepe festinatio dat cunctationem et saepe meticulosus appellatur leo et sæpe pluvia non erat pluvia“, quae omnia verba in proverbii consuetudinem venerunt. Proverbium autem illud in virum dicitur, qui rei necessariæ magna cupiditate ardens in ea permanet, donec tota abiit.

٣٧ أَرِنِيهَا نَمِرَةً أُرِكَهَا قَطِرَةً

37. Ostende mihi (nubem) pardi colorem habentem, ostendam tibi eam guttas singulas emittentem!

Suffixum ها in voce ارنيها ad vocem سحابة omissam referendum est. Proverbii sensus est: Si rei indicia vides, quae rem sequuntur, res scis, quemadmodum ex talis nubis colore, eam nonnisi paucas guttas emissuram esse, cognoscere licet. Conf. Kam. s. v. نمر.

٣٨ رَأَى ٱلْكَوَاكِبَ ظُهْرًا

38. Vidit stellas meridie.

Dies tenebris omnino obscuratus erat, ut meridiei tempore stellas videret. Adhibetur ad magnam calamitatem designandam. Conf. prov. 79. Cecinit Tharafahus:

إِنْ تُنَوِّلْهُ فَقَدْ تَمْنَعُهُ وَتُرِيهِ ٱلنَّجْمَ يَجْرِى بِٱلظُّهْرِ

»Si tu ei das; tum eum prohibes et stellas meridie currentes ei ostendis.«

Versus metrum Chafif appellatum est. Conf. l. m. p. 262.

٣٩ رَجَعْتُ أَدْرَاجِى

39. Redii in viis meis.

Vocabulum ادراجى est pro فى ادراجى »Id est: Eodem modo, quo abii, redii. Dicitur quoque رجع ادراجه »Via, qua abiit, rediit.«

٤٠ أَرْقُبُ لَكَ صُبْحًا

40. Exspecto tibi auroram.

Id est: mane videbis, te minas tuas, quibus terrere me vis, perficere non posse. Eadem quoque verba res incredibiles, falsas narranti dicuntur i. e. Mox mendacium tuum manifestum mihi erit.

٤١ رَضِيتُ مِنَ الغَنِيمَةِ بِالْإِيَابِ

41. Reditus mihi praeda est, qua contentus sum.

Verba haec in versu sunt, quem Ahmru-l'Kaisus ben-Hodjr dixit:

وَقَدْ طَوَّفْتُ فِى الآفَاقِ حَتَّى رَضِيتُ مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ بِٱلْإِيَابِ

„In regionibus multum circumerravi, ut praeda reditus contentus essem.«

Versus hemistichium repetivit Ohbaidus ben-Alabraz. Proverbium igitur hemistichium metri Wafir est. Conf. l. m. p. 204. Significat, virum, si salvus sine praeda redierit, contentum esse. Conf. Harir. p. 288.

٤٢ أَرْخِ يَدَيْكَ وَٱسْتَرْخِ إِنَّ ٱلزِّنَادَ مِن مَرْخ

42. Laxas demitte manus tuas, et laxus esto, nam ignitabulum e ligno March confectum est!

Id est: Ne tantam tibi molestiam crea, neque te fatiga; ista enim opera haud necessaria est, quum ignitabulum ex optimo ligno confectum sit. In petentem transfertur, qui generoso multis precibus molestus est.

٤٣ رَجَعَ بِأَفْوَقَ نَاصِلٍ

43. Rediit cum sagitta, cuius cuspis rupta est et excidit.

In eum dicitur, qui omnino frustratus est, vel rem sibi inutilem accepit.

٤٤ رَمَوْهُ عَنْ شِرْيَانَةٍ

44. Petiverunt eum uno arcu.

Proverbium ad metrum Redjes revocari potest. Conf. l. m. p. 232. Sensus est: Se contra eum coniunxerunt et coniunctis viribus eum invaserunt. الشريان (Scharjan) autem arboris nomen est, e cuius ligno arcus conficiuntur. Samachscharius habet بشريانة.

٤٥ رَمَاهُ بِنَبْلِهِ ٱلصَّايِبِ

45. Petivit eum sagitta sua scopum feriente.

Quum vir litiganti adversario verbis ad rem aptatis respondet, ut alter ad silentium redigatur, proverbii verbis utuntur.

٤٦ اِرْجِعْ إِنْ شِئْتَ فِي فُوقِي

46. Redi, si vis in crenam meam sagittae.

Redi ad eam conditionem, qua inter nos mutua amicitia erat. Cecinit poeta:

هَلْ أَنْتِ قَائِلَةٌ خَيْرًا وَتَارِكَةٌ شَرًّا وَرَاجِعَةٌ إِنْ شِئْتِ فِي فُوقِي

»Num tu bonum dicis et malum relinquis, et redis, si vis, in crenam meam sagittae?«

Metrum versus Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٤٧ رَكِبَ ٱلْمُغْمِضَةَ

47. Vectus est camela, quae ab aqua repulsa contractis palpebris in propellentem irruit.

A camela in hominem translatum est, qui tanquam caecus in rem ruit, ut sit pro ركب ركوب المغمضة راسها, »Praeceps quemadmodum camela talis irruit.« Sunt autem, qui sic proverbium explicent: ركب الخطة المغمضة »Rem difficilem, quae causa est, ut aggrediens palpebras contrahat, suscepit, et quam non clare videt et novit. Dixit quidam: اياك ومغمضات الامور »Cave res difficiles et non claras!«

٤٨ أَرِطِّى إِنَّ خَيْرَكِ بِٱلرَّطِيطِ

48. Clamorem tolle (o femina), nam bonum tuum in clamore est.

In eum dicitur, qui non nisi mendicitate et molestia bonum assequitur. Hemistichium metri Wafir est. Conf. libr. m. p. 204.

٤٩ رَجَعَ بِخُفَّىْ حُنَيْنٍ

49. Rediit cum ocreis duabus Honaini.

Abu-Ohbaidus Honainum sutorem, Hirae habitantem fuisse narravit Ad hunc Arabs quidam campester duas ocreas emturus venit, sed orta inter utrumque de ocrearum pretio dissensione, sutor in Arabem ocreas non ementem ira exarsit. Quum igitur Arabs abiisset, Honainus, insidias ei struere statuens, ocreas in via, unam et alteram diversis locis, proiecit, ut in transeuntis Arabis oculos inciderent. Arabs quum unam videret, hanc Honaini ocreae similem esse in animo cogitavit; sed secum ferre neglexit. At vero quum alteram diverso in loco iacentem conspexisset, poenitentia ductus, ut relictam sumeret, rediit. Interim Honainus, qui occulto loco se absconditerat, cum camelo et

impedimentis Arabis aufugit. Arabs autem quum ad gentem suam redux factus interrcgatus esset, quid ex itinere reportasset, respondit: Ocreas duas Honaini reportavi. Proverbium igitur adhibent, quum vir re necessaria destitutus et frustratus rediit. Ibn-Alsiccitus autem narravit, virum, cui Honain nomen esset, se ab Asado ben-Haschim ben-Ahbd-Manaf originem ducere prae se ferentem Ahbd-Almothallebum accessisse et ita eum allocutum esse: O patrue mi; ego filius Asadi ben-Haschim sum. Ahbd-Almothallebus, quum rubras eius ocreas conspexisset, eum reiecit. Quum igitur ad suos rediret rubris ocreis indutus, dixerunt: Rediit Honainus cum ocreis suis. Dixit poeta:

إِذَا مَا جِئْتُ عَنْبَسَةَ بْنَ يَحْيَى   رَجَعْتُ مُقَلَّدًا خُفَّيْ حُنَيْنِ

»Quotiescunque veni ad Ahnbasahum ben-Jahja, redii duabus ocreis Honaini indutus.«

Varium proverbii intelligendi modum ad C. VII, 121 adnotavi.

٥٠ رُبَّ نَعْلٍ شَرٌّ مِنَ الْحَفَا

50. Interdum solea peior est quam pedis nuditas.

De re, quae summopere corrupta est, adhibetur. Samachschar.

٥١ رُبَّ أَكْلَةٍ مَنَعَتْ أَكَلَاتٍ

51. Saepe una edendi actio plures impedit.

Proverbio hoc cibi aviditas vituperatur. Almofadhdhelus verba Ahmiro ben-Aldsarib Alahdwani adscripsit. Dixit poeta:

وَرُبَّةَ أَكْلَةٍ مَنَعَتْ أَخَاهَا   بِلَذَّةِ سَاعَةٍ أَكَلَاتِ دَهْرِ

»Saepe una edendi actio auctorem suum per momenti voluptatem esu aetatis prohibuit.«

Versus metrum Wafir est. Conf. libr. m. p. 204. Samachscharius, proverbium cautionem commendare dixit.

٥٢ رَبْضُكَ مِنْكَ وَإِنْ كَانَ سَمَارًا

52. Victus est tuus, etsi lac aqua mixtum est.

Victus homini sufficiens lactis ab Arabibus ربض, appellatur. Putant proverbio hunc inesse sensum: Tua est gens, tui sunt ministri, etsi minus faciunt, quam debent. Conf. Kamus. s. ربض. Huic simile est alterum Cap. I, 51.

٥٣ رُبَّ مُكْثِرٍ مُسْتَقِلٌّ لِمَا فِي يَدَيْهِ

53. Saepe multum habens quod possidet, paucum esse putat.

In avarum, avidum dicitur, qui rebus, quas accepit, contentus non est.

٥٤ أَرِنِي غَيًّا أَزِدْ فِيهِ

54. Ostende mihi errorem, pergam in eo.

De pravo adhibetur, qui consulto res pravas aggreditur.

٥٥ رَأَيْتُهُ بِأَخِي الْخَيْرِ

55. Vidi eum cum fratre boni.

I. e. cum malo. E contrario dicitur: رايته باخى الشر „Vidi eum cum fratre mali i. e. cum bono.“

٥٦ رُبَّ سَامِعٍ عِذْرَتِي لَمْ يَسْمَعْ قَفْوَتِي

56. Saepe is, qui excusationem meam audit, crimen meum non audivit.

Verbis hisce vir utitur, qui apud homines in re se excusat, quam, si tacuisset, illi non audivissent. Alter proverbii legendi modus est: رب سامع قفوتى ولم يسمع عذرتى „Saepe is, qui crimen meum audit, excusationem meam non audivit:“ quibus verbis Alazmäihus hunc tribuit sensum: Saepe is, qui crimen, quod in me defertur, audit, id non audivit, quod, me innocentem esse, probat. Cf. pr. 61.

٥٧ رُهْبَاكَ خَيْرٌ مِنْ رُغْبَاكَ

57. Timor tuus melior est, quam amor tuus.

Conf. prov. 8. Samachscharius dixit, proverbium de avaro adhiberi, qui metu commotus dona det, non amore. Proverbii igitur sensus est: Quod tu dona das petentem metuens, melius est quam quod dare recusas, dum petentem amas. Duplex autem est vocis رغبا et رهبا enunciandi modus, aut cum Dhamma aut cum Fatha littera ر enunciatur. Ille cum Dhamma enunciandi modus praeferendus est, quum formis cum Fatha Medda in fine addatur. Conf. نعمى et نعماء.

٥٨ رَآهُ ٱلصَّادِرُ وَٱلْوَارِدُ

58. Vidit eam (rem) exiens et rediens.

De omni re manifesta, omnibus cognita adhibetur. Vocabulum وارد ad aquam accedentem; صادر ab aqua recedentem, significat.

٥٩ اسْتَرَاحَ مَنْ لا عَقْلَ لَهُ

59. Cui non est prudentia, is quietem invenit.

Proverbii sensus es: Qui prudens non est, ei curæ et sollicitudines quietem non rapiunt. Ahmruo ben-Alahz ista verba adscribuntur. Hortatus enim est filium suum dicens: يا بنى وال عادل، خير من مطر وابل، واسد حطوم، خير من وال ظلوم، ووال ظلوم خير من فتنة تدوم، يا بنى عثرة الرجل عظم يجبر، وعثرة اللسان لا تبقى ولا تذر، وقد استراح من لا عقل له ,,O filiole mi! praefectus iustus melior est, quam pluvia abundans et leo ossa frangens melior est, quam praefectus iniustus, et praefectus iniustus melior est, quam bellum civile durans.'' O filiole mi! Pedis lapsus est os, quod reparatur et linguae lapsus non remanet et non dimittitur et quietem invenit is, cui prudentia non est.

Poeta Alraih appellatus sic cecinit:

لِفُ ٱلْهُمُومُ وِسَادَهُ وَتَجَنَّبَتْ   كَسْلَانَ يُصْبِحُ فِى ٱلْمَنَامِ ثَقِيلَا

„Curae eius lectum frequentarunt, dum recesserunt ab ignavo, qui mane somno oppressus est."

Versus metrum Camil est. Conf. libr. m. p. 212. Proverbii sensum poeta alius expressit versu:

لَوْ كُنْتُ أَجْهَلُ مَا عَلِمْتُ لَسَرَّنِى جَهْلِى كَمَا قَدْ سَاءَنِى مَا أَعْلَمُ

„Si, quod sciebam, mihi ignotum fuisset, ignorantia mea me laetitià adfecisset, quemadmodum ea, quae sciebam, mihi ingrata fuerunt."

Metrum Camil est. Conf. libr. m. p. 212.

Alhasanum quum interrogavissent, quid est, quod tetricum te videamus? respondit: غمى مكتسب من علمى ولو كنت جاهلا لكنت فى دعة من عيشى „Moeror meus ex scientia mea oritur et si ignorans fuissem, commoda vita usus fuissem." Dicunt quoque: هم الدنيا على العاقل „Mundus prudentem sollicitum tenet." Sunt autem, qui proverbium pueri tranquillum animum, de rebus futuris haud solliciti describere dicant. Quidam seriore tempore vivens dixit: مستراح من لا عقل له „Quietus est is, cui non est prudentia."

٦٠ رُبَّ لَائِمٍ مُلِيمٌ

60. Saepe vituperans vituperatione dignus est.

Proverbium, quod Alactsamo ben-Zaifi adscribitur, hisce verbis in scholio explicatum est: اى الذى يلوم الممسك هو الذى قد الامر فى فعله لا الحافظ له „Id est: qui se cohibentem vituperat, eius factum vituperatione dignum est, non is, qui se custodit."

٦١ رُبَّ سَامِعٍ بِخَبَرِى لَمْ يَسْمَعْ عُذْرِى

61. Saepe is, qui nuntium de me audit, meam excusationem non audivit.

Publicare rem non possum, propterea quod publicare mihi ingratum est. Conf. pr. 56.

٦٢ رُبَّ رَمْيَةٍ مِنْ غَيْرِ رَامٍ

62. Saepe iactus sine iaculatore.

Id est: Saepe iactus, qui scopum attingit, a iaculatore artis iaculandi ignaro proficiscitur. Verba haec Alhacamus ben-Ahbd-Jaghuts Almenkeri dixit. Vir hic tempore suo iaculandi arte clarus, se in idoli Alahbahbi sacro vaccam silvestrem albam mactaturum esse, iuraverat. Die, quum frustra venatum exiisset, summa tristitia affectus, rediit et postero mane, si hoc ipso die eam non mactasset, se mortem subiturum esse, suis dixit. Frater eius Alhozainus, ut loco vaccae decem camelos mactaret, suasit. At ille se non facturum iuravit. Tum abiit venatum secum filium suum, qui ipsum enixe rogaverat, ducens. Accidit autem, ut, quum pater bis occurrentem vaccam sagitta non feriisset, filius arrepto arcu eam occideret. Quae res proverbii causa erat. Conf. Harir. p. 146.

٦٣ رَكِبَ جَنَاحَيْ نَعَامَةٍ

63. Vectus est alis struthiocameli.

In eum dicitur, qui diligentiam in re adhibet, sive fuga haec sit sive alia res.

٦٤ رُبَّ سَاعٍ لِقَاعِدٍ آكِلٍ غَيْرِ حَامِدٍ

64. Saepe quidam it pro sedente et saepe edens non laudat.

Proverbii metrum Chafif est. Conf. libr. meum p. 263. Posterior pars non ab omnibus cum praecedente coniungitur. Sic quoque Samachscharius. Proverbium ab aliis Alnabeghaho ab aliis Moahwijjaho adscribitur. Illi rem sic narrant: Ad Alnohmanum ben-Almondsir Ara-

bum agmen venerat, inter quos Ahbsita nomine Schakik appellatus erat. Hic diem ibi supremum obiit. Alnohmanus inter illos Arabes dona distribuens et mortui rationem habens, familiae eius dona misit. Poeta Alnabeghahus illius rei certior factus, ista verba dixit et regem hisce versibus laudavit:

أَبْقَيْتَ لِلْعَبْسِيِّ فَضْلاً وَنِعْمَةً   وَمَحْمَدَةً مِنْ بَاقِيَاتِ ٱلْمَحَامِدِ

حِبَاءُ شَقِيقٍ فَوْقَ أَعْظُمِ قَبْرِهِ   وَمَا كَانَ يُحْبَى قَبْلَهُ قَبْرُ وَافِدِ

أَتَى أَهْلَهُ مِنْهُ حِبَاءٌ وَنِعْمَةٌ   وَرُبَّ ٱمْرِءٍ يَسْعَى لِآخَرَ قَاعِدِ

»Ahbsitae ut donum et gratia post mortem remaneret, effecisti, et opus praeclarum ex eorum numero, quae remanent. Donum Schakiko datum est super sepulchri eius maiori parte et ante eum sepulchro advenientis dona non dabantur. Eius familiae ipsi data dona et beneficium reportata sunt; et saepe vir incedit pro altero sedente[1]).« Proverbium autem et sic legitur:

إِسْلَمِى أُمَّ خَالِدِ   رُبَّ سَاعٍ لِقَاعِدِ

»Salva sis o mater Chalidi; sæpe (vir) incedit pro sedente[2]).«

Alii, quemadmodum supra dixi, Moahwijjahum proverbia usum esse narrant. Moahwijjahus ben-Abi-Sofijan quum homines, ut filio suo Jasido obsequii iuramentum praestarent, commovisset, filium interrogavit, num desiderium in animo reconditum, quod explendum esset, haberet. Filius respondit, se nullam rem optare, nisi, ut ipsi femina Om.-Chaled (mater Chaledi) uxor Ahbd-Allahi ben-Ahmir ben-Corais nuberetur. Litteris igitur missis Moahwijjahus Ahbd-Allahum advenire iussit. Advenienti rem exposuit, et ut uxorem repudio dimitteret, rogavit. Fecit rem Ahbd-Allahus ea conditione, ut sibi per quinque annorum spatium Persidis provinciae reditus darentur. Re concessa Moah-

---

1) Versuum metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

2) Proverbii metrum Chafif appellatum est. Conf. l. m. p. 264.

wijjahus oppidi Medinae praefecto Alwalido ben-Alkabah, ut Om.-Chalidam de re certiorem faceret et ut illa tempus post repudium (عدة appellatum) ingrederetur, imperavit. Tempore autem post repudium ex legibus finito Abu-Horairahum, cui sexaginta millia aureorum tradiderat, Medinam misit, ut pro Jasido Om-Chalidam expeteret et viginti millia aureorum loco dotis, viginti millia in honorem (كرامة) et viginti millia dono ei offerret. Noctu autem quum Abu-Horairahus Medinam pervenisset, postero mane ad prophetae sepulcrum tendens pluribus viris, ex quorum numero Alhasanus et Alhosainus Ahlii filii erant, occurrit, qui de itineris causa certiores facti omnes eum rogarunt, ut apud Om-Chalidam honorificam ipsorum mentionem faceret. Quum igitur Abu-Horairahus mulieri adventus causam exposuisset et aliorum quoque ipsi occurrentium nominatim mentionem fecisset, mulier dixit. Quod si tua sententia non omnino differt a mea, nil cupio, nisi, ut Meccam proficiscens in templi vicinitate habitans vitae finem exspectem. Tum Abu-Horairahus: Huic tuo consilio adsentiri non possum. Elige igitur inter viros mihi coniugem, dixit mulier. At Abu-Horairahus; tibi ipsi maritum eligas! Minime, inquit mulier, faciam; tibi pro me eligendum est. Sic coactus dixit, quod ad me attinet, tibi dominum meum, paradisi incolarum iuvenem, eligo. Mulier se isto, scilicet Alhasano ben-Ahli contentam esse, declaravit. Quae erat causa, ut Alhasanus eam ab Abu-Horairaho in matrimonium acciperet. Abu-Horairahus ex itinere redux his verbis ab Almoahwijjaho receptus est. Misi te, ut pro filio meo eam in matrimonium expeteres, non ut tanquam rei vendendae praefectus esses.« Tum Abu-Horairahus respondit: »Illa me consuluit, qui autem consulitur, fidus esse debet.« Ad quæ Moahwijjahus dixit:

اسلمى امر خالد   رب ساع لقاعد
اكل غير حامد

»Salva sis Om-Chalida, saepe quidam it pro sedente, et saepe edens non laudat.«

٦٥ رِضَى ٱلنَّاسِ غَايَةٌ لَا تُدْرَكُ

65. Hominum benevolentia scopus est, qui non attingitur.

Proverbium hoc Actsamo ben-Zaifi adscribitnr.

٦٦ ٱلرَّبَاحُ مَعَ ٱلسَّمَاحِ

66. Lucrum est cum beneficentia.

Beneficiis, quae in alios referimus, laudem acquirimus.

٦٧ أَرِهَا أَجْلَى أَنَّى شَاءَتْ

67. Ostende iis (camelis) locum Adjla appellatum ubi volunt!

Adjla nomen boni prati est. Honaifus Alhanatim suo tempore omnium rerum, quae camelos spectabant, peritissimus (conf. C. I, 403.), quum de optimo prato interrogatus esset, plura loca enumeravit, et in fine sermonis proverbii verba addidit. In scholiis legimus, eum dixisse انى شئت ubi vis. Legitur loco vocis ارها vox ارعها »Pastum educ eos.« Proverbium autem significat, viri desiderium omnino impleri. Samachsch. Scharaf-Aldin.

٦٨ إِرْكَبْ لِكُلِّ حَالٍ سَيْسَاءَهَا

68. Conscende dorsum, quod omni situi convenit.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere proverbium sic legitur: اركب لكل حالة سيساء »Conscende cuilibet statui dorsum.« Proverbii sensus hic esse dicitur: In omni vitae situ constantem et patientem te ostende. Meid. Sed Samachscharius et Scharaf-Aldinus dixerunt, sensum proverbii esse: sequere agendi rationem, quae cuilibet situi convenit. Hoc mihi magis placet.

٦٩ إِرْضَ مِن ٱلْمَرْكَبِ بِٱلتَّعْلِيقِ

69. Contentus esto eo quod, si equitandi potestas

tibi non est, (utensilia ad iumentum) appendere licet.

Proverbium, quod ad metrum Sarih referri potest, (cf. l. m. p. 246.) nos hortatur, si omnibus rebus, quibus egemus, potiri non possumus, ut parte earum contenti simus. Duplici autem modo vox المركب explicari potest, ut significationem vocis ركوب, equitatio habeat, aut iumentum significet. Quod si posteriorem significationem in proverbio admittis, proverbii sensus erit« contentus esto eo, quod ad iumentum vice tua appendere te poteris.

٧٠ أَرِقْ عَلَى خَمْرِكَ أَوْ تَبَيَّنْ

70. Vino tuo aquam affunde, aut clarum esto!

Proverbio aut metrum Redjes, si Tabajjani enunciatur aut metrum Sarih est, si Tabajjan enuncias. conf. libr. m. p. 230 et p. 246. Sensus est: Vinum tuum aqua misce, ne animum tuum occupet, aut, si facere omiseris, apparebit, quid agas. In Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus: او تبين »aut clarum erit« omissum est. Uterque proverbii sensum esse dicit: minas tuas leni, quemadmodum vini fervor aqua admixta lenitur. Citavit versus Rubahi hosce:

يَا أَيُّهَا ٱلْكَاسِرُ عَيْنَ ٱلْأَغْضَنِ وَٱلْقَائِلُ ٱلْأَقْوَالَ مَا لَمْ يَلْقَنِي

أَرِقْ عَلَى خَمْرِكَ أَوْ تَبَيَّنِ بِأَيِّ دَلْوٍ إِنْ غَرَفْنَا نَسْتَقِي

»O tu, qui me adspicis oculo irati, et dicis verba, quae me non spectant; vino tuo aquam adfunde aut clarum erit, quanam situla, quando haurimus, utimur.«

Versuum metrum Redjes est. cf. l. m. p. 230. Pro voce خمرك »vinum tuum« in proverbio جمرك »prunas tuas« legitur.

٧١ رُبَّ رَمْيَةٍ مِنَ ٱلرَّامِي ٱلنَّعَافِ

71. Saepe (iactus) vanus a iaculatore occidente (proficiscitur).

Proverbii sensus non differt a proverbio, quod Cap. I, 17. legitur i. e. Optimus quisque errare potest.

٧٢ رُبَّ شَدٍّ فِي ٱلْكُرْزِ

72. Saepe cursus in sacco est.

Eques ab hoste fugiens, foetum, quem in via enixa erat equa, qua vehebatur, in sacco secum portavit. Quum hostis prope insequens ei diceret: equuleum mihi transmitte, eques istis proverbii verbis respondit significaturus, equuleum generosum esse. Proverbium autem in eum dicitur, cuius naturae indoles laudem meretur.

٧٣ رُبَّ عَجَلَةٍ تَهَبُ رَيْثًا

73. Saepe festinans in cunctationem incidit.

Festinaturo cui ipsa festinatio causa cunctandi est, haec verba dicuntur.

٧٤ رِجْلَا مُسْتَعِيرٍ أَسْرَعُ مِنْ رِجْلَيْ مُعِيرٍ

74. Pedes duo mutuum rogantis celeriores sunt, quam pedes solventis.

In eum dicitur, qui festinanter mutuum rogat, sed in solvendo tardus est.

٧٥ رُبَّ شَانِئَةٍ أَحْفَى مِنْ أُمٍّ

75. Saepe ea, quae odit, tibi molestior est, quam mater.

Dum ea, quae te odit, summam curam et diligentiam ad detegenda vitia tua adhibet et in causa est, cur corrigaris, mater, ut vitia tua tegat, operam dat.

٧٦ رُبَّ أَخٍ لَكَ لَمْ تَلِدْهُ أُمُّكَ

76. Saepe frater tibi est, quem mater tua non peperit.

Fieri potest, ut vir cognatione tecum non coniunctus sinceriorem amorem tibi manifestet, quam frater uterinus. Conf. prov. 22.

٧٧ رُبَّ رَيْثٍ يُعْقِبُ فَوْتًا

77. Saepe cunctatio causa est, ut res transeat.

Saepe, dum moram interponimus, perficiendi tempus nobis aufugit.

٧٨ رُبَّ طَلْبٍ جَرَّ الى حَرَبٍ

78. Saepe desiderium ad interitum ducit.

Saepe vir rem petit, quae causa est, ut opes perdat suas et ipse in interitum irruat. Cf. pr. 123 et 230. Dixit poeta Tsabetus ben-Kothnah:

لَا خَيْرَ فِى طَمَعٍ يُبْدِى اِلَى طَبَعٍ   وغُفَّةٌ مِنْ قَوَامِ ٱلْعَيْشِ تَكْفِينِى

„Non est bonum in desiderio, quod ducit ad interitum et portio victus, qua vita sustentatur, mihi sufficit.“

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٧٩ رُبَّ أُمْنِيَةٍ جَلَبَتْ مَنِيَّةً

79. Saepe optatum mortem adduxit.

Loco vocis جلبت legitur نتجت peperit. Sic Samachscharius.

٨٠ رُبَّ طَمَعٍ أَدَّى إِلَى عَطَبٍ

80. Saepe cupiditas ad interitum adduxit.

Sed in Samachscharii opere legitur: رب طمع ادى الى طبع „Saepe cupiditas ad dedecus duxit“ id quod mihi placet, inest enim proverbio homoioteleuton.

٨١ رُبَّ نارِ كَيٍّ خُيِّلَتْ نارَ شَيٍّ

81. Saepe ignis, quo uritur, putatur ignis, quo assatur.

Dixit poeta:

لَا تَتْبَعَنْ كُلَّ دُخَانٍ تَرَى فَٱلنَّارُ قَدْ تُوقَدُ لِلْكَيِّ

»Ne sequaris omnem fumum, quem vides, nam ignis iam accenditur urendi causa.«

Versus metrum Sarih appellatum est. Conf. lib. m. p. 243.

٨٢ رُبَّمَا كَانَ ٱلسُّكُوتُ جَوَابًا

82. Saepe silentium responsum est.

Huic similis est loquendi modus: ترك الجواب جواب »Responsi intermissio responsum est.« Abu-Ohbaidus dixit: verba haec in virum dicuntur, cuius peccatum maius est, quam quod verbis se defendat aut id neget. Silentio igitur confitetur. Conf. Samachscharium, in cuius codice vitium est.

٨٣ رُبَّمَا أَعْلَمُ فَأَذَرُ

83. Saepe scio (rem) et relinquo (eam).

Cuius finem malum esse scio, eam rem relinquo.

٨٤ رَأَى ٱلْكَوَاكِبَ مُظْهِرًا

84. Vidit stellas meridiei tempore.

Conf. 33. In eum dicitur, qui astutia ab alio vincitur, ut dies ei tanquam nox sit.

٨٥ رَضِىَ مِنَ ٱلْوَفَاءِ بِٱللَّفَاءِ

85. Contentus est dare paucum, si promissis stare non potest.

Voces وفاء et لفاء in proverbio significationem verborum توفية »omnino promissis satisfacere« et تلفية minus facere vel dare, quam debuit, habent. Haririus pg. 36. proverbium in usum suum adhibuit.

٨٦ أَرْسِلْ حَكِيمًا وَأَوْصِهِ

86. Mitte prudentem legatum, et mandata ei da!

Legatus etsi prudens est, tamen mittentis voluntatem sciat, oportet. Proverbium cautionem et utilitatem notitiæ designat. Scharaf-Aldin, Samachsch. Dixit poeta:

إِذَا أَرْسَلْتَ فِي أَمْرٍ رَسُولًا فَأَفْهِمْهُ وَأَرْسِلْهُ حَكِيمًا

„Quum in re legatum mittis, instrue eum rerum notitia et mitte eum sapientem.“

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٨٧ أَرْسِلْ حَكِيمًا وَلَا تُوصِهِ

87. Mitte prudentem legatum, et ne mandata ei da!

Haud necesse est, si prudentem legatum mittis, ei mandata dare, quum prudentia, quid agendum sit, eum doceat. Proverbium Alsobairo ben-Ahbd-Allah tribuitur, quod hisce versibus expressit:

إِذَا كُنْتَ فِي حَاجَةٍ مُرْسِلًا فَأَرْسِلْ حَكِيمًا وَلَا تُوصِهِ

وَإِنْ بَابُ أَمْرٍ عَلَيْكَ ٱلْتَوَى فَشَاوِرْ لَبِيبًا وَلَا تَعْصِهِ

„Quum in negotio legatum mittis, sapientem mitte mandata non dans: et si res tibi dubia est, prudentem consule et eius consilio obsequium praesta!“

Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281.

٨٨ اَلرَّشْفُ أَنْقَعُ

88. Paulatim sorbendo bibere sitim magis exstinguit.

Loco vocis انقع, quae in codice Lugdun. et Berol. reperitur, in nostro codice legitur: انفع utilior, quod reiiciendum est. Sed alius legendi modus est: اشرب plus bibens. Proverbium ne in re perficienda festinationem adhibeamus monet. Conf. C. V, 58. et Scharaf-Aldin.

٨٩ اَلرُّغْبُ شُؤْمٌ

89. Cupiditas infelicitas est.

Cupiditas ad interitum ducit. Proverbium, quod voracitatem potissimum vituperat, Mohammedi adscribitur. Conf. Scharaf-Aldin. Arabibus moderatio in cibo potuque laudi est. Poeta Ahscha dixit:

تَكْفِيهِ حُزَّةُ فِلْذٍ إِنْ أَلَمَّ بِهَا مِنَ ٱلشِّوَاءِ وَيُرْوِى شُرْبَهُ ٱلْغُمَرُ

»Sufficit ei oblongum segmentum iecoris, si id accipit, loco carnis assatae, et sitim explet potus poculi parvi.«

Metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190.

٩٠ ٱلرَّفِيقَ قَبْلَ ٱلطَّرِيقِ

90. Socius ante viam.

Antequam iter ingredieris, socium tibi para et vide, num tecum consentiat, nam dum in via es, cum alio commutare socium vix potes.

٩١ ٱلرَّاوِيَةُ أَحَدُ ٱلشَّاتِمَيْنِ

91. Qui aliorum dicta tibi nuntiat, unus contumeliosorum duorum est.

Unus contumeliosus est is, qui contumelias dicit, alter qui ea nuntiat. Cum hoc proverbio alterum conferas, quod Cap. XII, 65. legitur. سبك من بلغك السباء »Verbis probrosis te laedit, qui aliorum verba probrosa tibi nunciat.«

٩٢ رَكِبْتُ هَجَاجِي فَرَكِبَ هَجَاجَهُ

92. Arbitrium meum secutus sum et arbitrium suum secutus est.

Duos viros designat, qui se mutuo in litigando repulerunt, ut unus alteri non cederet.

٩٣ ٱرْتَدَّتْ عَلَيْهِ أَرْعَاظُ ٱلنَّبْلِ

93. Retrusae sunt contra eum superiores sagittarum partes, ubi cuspidis radix infigitur.

Id est: Superior pars sagittae cuspidis radices non excepit, sed retrusa fuit. In eum dicitur, qui rem, quam petit, non assequitur.

٩۴ رُبَّ فَرَسٍ دُونَ ٱلسَّابِقَةِ

94. Saepe equus in certamine alios cursu non vincit.

Proverbium, ut rem, quae in votis esset, non omnino consecuti contenti simus, nos hortatur.

٩٥ رَكِبَتْ عَنْزٌ بِحِدْجٍ جَمَلًا

95. Vecta est Ahnsa in camelo cum pilento.

Ahnsa nomen mulieris est ad gentem Thesm pertinentis; quae quum captiva facta in pilento veheretur, ab aliis deridebatur. Conf. Cap. XIII, 9.

٩٦ أَرْخِ عِنَاجَهُ يُدَالِكَ

96. Laxa habenam, et lenis erga te erit.

In scholiis voci عناج eadem significatio, quam voci عنج tribuitur, ut sit nomen actionis. Verbum autem عنج »domuit camelum habena retracta« significat i. e. leniter retracta habena camelum durum duc. Sed propter significationem, quae verbo ارخى »laxavit, leniter dimisit« inest, dubitare licet, num nominis significatio sc. »funis, habena« voci عناج potius tribuenda sit. Meidanius autem censet, verbo دالى hoc in proverbio aut lenitatis aut leniter incedendi signicationem tribui posse, ut يدالك significet aut lenis erga te erit aut leniter tecum incedet. Proverbii autem sensus talis est: Ut camelus difficilis non vi aut vehementia, dum vehementer habenam retrahis: sed lenitate domatur, sic homini, ubi violentia nullam utilitatem habet, lenitas adhibenda est.

٩٧ أَرَوَغَانًا يَا ثُعَالُ وَقَدْ عَلِقْتَ بِٱلْحِبَالِ

97. Num astutiam (adhibes), o vulpis, dum laqueis irretitus es?

In eum dicitur, qui astutia utitur, ut rem evitet, quae ipsi necessario praestanda est.

٩٨ إِرْفَعْ بِٱسْتِ مُمْجِرٍ ذَاتِ وَلَدِ

98. Tolle nates ovis ita macie affectae, ut foetum eniti non possit!

In virum dicitur, qui rei perficiendae ob virium defectum impar est. Huic auxilium feras necesse est, quemadmodum oves omnino emaciatas in parturiendo adiuvant.

٩٩ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِٱلطُّلَاطِلَةِ وَٱلْحُمَّى ٱلْمُمَاطِلَةِ

99. Affligat eum Deus morbo insanabili et febri haud cessante!

Vocabulum طلاطلة morbum, qui sanari non potest, designat. Abu-Ahmruo significat morbum, quo carnis pars لهاة appellata decidit.

١٠٠ أَرَى خَالًا وَلَا مَطَرَ

100. Video nubem gravem; sed nulla est pluvia.

In divitem dicitur, qui beneficia in alios non confert.

١٠١ رَكُوضٌ فِي كُلِّ عَرُوضٍ

101. Celeriter currens in omnem regionem.

De eo dicitur, qui malum inter homines disseminat.

١٠٢ رَجَعَتْ خَسْأً وَذَمًّا

102. Rediit cum repulsa et vituperio.

In eum dicitur, qui rem petitam non assequitur et simul vituperatur. Casus accusativi in vocibus خسا et ذما e particula و, quae hoc in proverbio praepositionis مع significationem habet, pendet.

١٠٣ رُبَّ فَرْحَةٍ تَعُودُ تَرْحَةً

103. Saepe gaudium tristitia fit.

Vir, cui puer natus est, gaudium percipit; sed si crimen committit vel in perniciem irruit filius, pater tristitia afficitur.

١٠٤ رُبَّ جُوعٍ مَرِيٍّ

104. Saepe fames salutaris est.

Scholion dicit, proverbium de iniuria adhiberi. Neminem iniuria afficias, nam huius causa tanquam ex cibo noxio male te habebis. Sed mihi proverbium potius significare videtur, rem ingratam saepe homini utilem esse.

١٠٥ رَمَانِي مِنْ حُولِ الطَّوِيِّ

105. Petivit me ex lateribus internis putei.

Petivit me re, quae in ipsum recidit, tanquam in eum, qui ex inferiore putei parte alterum lapide petit, lapis recidit.

١٠٦ رَكِبَ عُودٌ عُودًا

106. Vectum est lignum in ligno.

I. e. Sagitta in arcu.

١٠٧ رُبَّ كَلِمَةٍ سَلَبَتْ نِعْمَةً

107. Saepe verbum gratiam eripit.

Proverbium silentium laudat, quod unum verbum sæpe causa est, cur gratiam viri amittamus.

رَتْوًا تَحْلُبُ ٱلْأَبْكَارَ ١٠٨

108. Leniter agas! mulges camelas iuvencas.

Vocabulo بكر camela iuvenca designatur, quæ primum foetum enixa est. Verbum رتا autem aliis significat »leniter situlam demisit« aliis attraxit. Accusativus autem nominis actionis ex omisso verbo ترتو pendet. Camelae iuvencae cum difficultate, quia adsuefactae non sunt, mulgentur. Leniter igitur in mulgendo agendum est. Proverbium nobis lenitatem commendat.

رُبَّ مَلُومٍ لَا ذَنْبَ لَهُ ١٠٩

109. Vituperatus saepius peccatum non commisit.

Verba haec Actsamus ben-Zaifi dixisse fertur, quum factum eius reprobassent homines, qui causam et excusationem rei ignorarent. Alii putant, quum vir quidam in consessu Alahnafi ben-Kais dixisset, sibi nullam rem maiori odio esse, quam dactylos et cremorem, illum verba ista dixisse, ut significaret, in dactylis et cremore odii causam non esse.

إِرْضَ مِنَ ٱلْعُشْبِ بِٱلْخُوصَةِ. ١١٠

110. Herbarum loco palmarum foliis contentus sis!

Conf. prov. 64. Proverbium monet, ut parvo contenti simus, si magnum assequi non possumus.

الرَّيْعُ مِنْ جَوْهَرِ الْبَذْرِ ١١١

111. Augmentum naturae seminum inest.

Vocabulum ريع significat, in subigendo et coquendo farinae massam augeri. Ramum cum radice congruere, proverbium docet.

الرِّفْقُ يُمْنٌ وَٱلْخُرْقُ شُومٌ ١١٢

112. Lenitas est felicitas, asperitas est infelicitas.

Proverbium monet, ut lenitate utamur et res leniter et recte tractemus. In Scharaf-Aldini opere nonnisi verba الرفق يمن »Lenitas est felicitas« leguntur et Actsamo tribuuntur.

١١٣ اَلرُّومُ إِذَا لَمْ تُغْزَ غَزَتْ

113. Graeci hostiles incursiones faciunt, si bellum iis non infertur.

Graeci erant Arabum hostes primis post Mohammedem temporibus, in quorum ditiones quotannis incursiones facere solebant.

١١٤ أُرِيدُ حِبَاءَهُ وَيُرِيدُ قَتْلِي

114. Donare eum volo, et me occidere vult.

Proverbium hemistichium metri Wafir est. Conf. libr. m. p. 204.

١١٥ رُبَّ طَرْفٍ أَفْصَحُ مِنْ لِسَانٍ

115. Saepe visus oculus disertior est, quam lingua.

Simile est proverbium: البغض تبديه لك العينان »Oculi odium tibi ostendunt.«

١١٦ رُبَّ كَلِمَةٍ تَقُولُ لِصَاحِبِهَا دَعْنِى

116. Saepe verbum dicit ei, qui id enunciat: sine me?

Monet proverbium, ne multa verba faciamus metuentes, ne futilia loquamur. Sunt autem interdum verba tam absurda, ut ipsum dicentem a loquendo quasi prohibere videantur.

١١٧ رُبَّ مَمْلُولٍ لَا يُسْتَطَاعُ فِرَاقُهُ

117. Saepe nos a re, quae fastidium adfert, separare non possumus.

١١٨ رُبَّ رَأْسٍ حَصِيدُ لِسَانٍ

118. Sæpe caput ob vitium linguæ amputatum est.
Silentium commendatur.

١١٩ رُبَّ ٱبْنِ عَمٍّ لَيْسَ بِٱبْنِ عَمٍّ

119. Saepe patruelis non est patruelis.
Proverbium duplicem admittit sensum. Aut de propinquorum perfidia, qui auxilium tibi non praestant, queritur. aut, saepe homines cognatione tecum non coniunctos tanquam patrueles erge te se gerere, dum in calamitatibus opem tibi ferant, docet. De hoc proverbio confer. pr. 76. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Cf. l. m. p. 246.

١٢٠ رَزَمَةً وَلَا دِرَّةً

120. Sonus camelae pullum amantis e gutture emissus et non est lactis abundantia.
Camela pullum amans abundanter lac emittere solet. Simile huic est proverbium, quod C. XXIII, 454. legitur. In eum dicitur, qui promittit; sed promissis non stat. Accusativus e verbis omissis اسمع audio et ارى video pendet. Sed in Kamusi opere proverbium sic legitur: لا خير فى رزمة لا درة فيها »Nil boni in sono camelae est, quocum lactis copia coniuncta non est.«

١٢١ رُدَّ ٱلْحَجَرَ مِنْ حَيْثُ جَاءَكَ

121. Lapidem ad locum remitte, unde venit!
Iniuriam tibi illatam ne patienter feras, sed qui lapide te petit, cum lapide petas!

١٢٢ رَكَضَ مَا وَجَدَ مَيْدَانًا

122. Cucurrit quamdiu campum invenit.
In eum dicitur, qui propositi fines transgressus est.

١٢٣ رُبَّ طَمَعٍ يَهْدِى إِلَى طَبَعٍ

123. Cupiditas saepe ad dedecus ducit.

Conf. prov. 78.

١٢٤ رَبَاعِى ٱلْإِبِلِ لَا تَرْتَاعُ مِنَ ٱلْجَرَسِ

124. Cameli annosi tintinnabuli sono non terrentur.

رباع animal est, cui dentes رباعية appellati exciderunt, id quod in camelis aetatis anno septimo fieri solet. In eum dicitur proverbium, qui forti animo periculum subit.

١٢٥ رُبَّمَا أَصَابَ ٱلْأَعْمَى رُشْدَهُ

125. Interdum caecus rectam viam invenit.

De eo dicitur, qui rem haud quaesitam invenit. Iam loco vocis ربما dicitur eodem sensu بما. Conf. prov. 142.

١٢٦ أُرَيْنِبٌ مُقْرَنْفِطَةٌ عَلَى سَوَاءِ عُرْفُطَةٍ

126. Lepus parvus se contrahens in medio arboris Ohrfoth appellatae.

Metrum proverbii Redjes est. Conf. libr. m. p. 232. Narrant leporem, quem canes persequerentur, in arborem Orfoth adscendisse, ut se ibi occultaret. In eum dicitur, qui in loco ad occultandum haud apto se abscondere vult.

١٢٧ رَمَاهُ ٱللّٰهُ بِأَحْجَى أَقْوَسَ

127. Petat eum Deus per virum in terram se inclinantem dorso incurvo.

Voces احجى اقوس epitheton venatoris sunt, tum infortunii cognomen. I. e. Infortunio eum Deus affligat! Legitur quoque رماه الله باحوى, quemadmodum dicitur: رماه الله باحوى انوى i. e. Petat eum Deus per colligentem

et impedientem (denegantem). Inde dicitur مَنْعُ الواجد ظلم »Denegatio invenientis iniustitia est.«

١٢٨ رُبَّ حَمْقَاءَ مُنْجِبَةٌ

128. Stulta saepe egregios filios parit.

١٢٩ رَمَى ٱلْكَلَامَ عَلَى عَوَاهِنِهِ

129. Iecit sermonem super venas uteri sui.

Id est: Non curavit, num recte an false diceret. Sed de voce عواهنه explicanda interpretes dubitant. Meidanius levitatem, facilitatem et parum diligentiae indicari dicit et cum hoc cohaerere putat significationem, quae voci عهن, »lana diversi coloris« et رجل عاهن »vir segnis, laxus« tribuatur. Sed quum vocabulo العواهن significatio »venae in utero camelae« sit, fieri posse putat, ut proverbium cum ista significatione cohaereat. Ut enim in utero quid sit, nescitur, sic qui inconsiderate loquitur, nescit, quis futurus sit verborum exitus.

١٣٠ رُبَّمَا أَرَادَ ٱلْأَحْمَقُ نَفْعَكَ فَضَرَّكَ

130. Saepe stultus, qui tibi prodesse vult, tibi nocet.

Monet proverbium, ne cum stulto societatem ineamus.

١٣١ رَكِبَ عُرْعُرَهُ

131. Vectus est in summo suo.

Id est: prava animi eius indoles erat, refractarius, inobsequens erat. Simili modo adhibetur proverbium ركب راسه. Vocabulum autem عرعرة est summa rei pars, ut cum voce راس significatione quodam modo conveniat. Conf. Kam.

١٣٢ رَجَعَ عَلَى حَافِرَتِهِ

132. Rediit in via sua.

In eum dicitur, qui ad pravam consuetudinem redit. Vocabulum حافرة viae significationem a iumentorum ungulis (حافر) duxisse videtur. Ungularum vestigia rediens sequitur.

١٣٣ رَفَعَ بِهِ رَأْسًا

133. Sustulit propter id caput.

Placuit ei, quod audivit et id auscultavit.

١٣٤ رَمَاهُ ٱللّٰهُ بِأَفْعَى حَارِيَةٍ

134. Petat eum Deus vipera senio extenuata!

Vipera senio confecta omnium deterrima est, quae morsu statim necat; proverbii igitur sensus est: Summa calamitate i. e. morte Deus eum mulctet!

١٣٥ رَمَاهُ ٱللّٰهُ بِٱلصُّدَامِ وَٱلْأَوْلَقِ وَٱلْجُذَامِ

135. Affligat eum Deus morbo Zodam, insania et elephantiasi!

Morbus ab Arabibus صدام (Zodam) appellatus periculosus in iumentorum capitibus sedem habet. Verba proverbii Catsajjiro ben-Almothalleb ben-Abi-Medaah adscribuntur, qui ista verba in versibus hisce dixit, quibus Heschamum perstrinxerat, praefecto Medinae imperantem, ut oppidi incolas ad exsecrandum Ahlium adigeret:

لَعَنَ ٱللّٰهُ مَنْ يَسُبُّ حُسَيْنًا وَأَخَاهُ مِنْ سُوقَةٍ وَإِمَامِ

وَرَمَى ٱللّٰهُ مَنْ يَسُبُّ عَلِيًّا بِصُدَامٍ وَأَوْلَقٍ وَجُذَامِ

„Maledicat Deus ei, qui Hosainum eiusque fratrem contumelia afficit sive plebeius sive praeses sit, et afficiat Deus eum, qui in Ahlijjum contumeliam dicit, morbo Zodam, insania et elephantiasi!"

Versuum metrum Chafif est. Conf. l. m. p. 262.

١٣٦ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِلَيْلَةٍ لَا أُخْتَ لَهَا

136. Petat eam Deus nocte, cui soror non est!

Id est, nocte qua moritur, eum affligat!

١٣٧ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِدَيْنِهِ

137. Petat eum Deus debito suo!

I. e. morte, nam mors debitum est cuivis homini solvendum.

١٣٨ رَمَاهُ ٱللَّهُ مِنْ كُلِّ أَكَمَةٍ بِحَجَرٍ

138. Petat eum Deus ex omni colle lapidibus!

Omnis generis calamitatibus Deus eum affligat.

١٣٩ ٱرْبِطْ حِمَارَكَ إِنَّهُ مُسْتَنْفِرٌ

139. Asinum tuum adliga, nam aufugit!

In eum dicitur, qui genti suae noxam infert. Proverbii sensum scholiastes sic explicavit. Abstine, nam, quemadmodum asinus a loco, ubi adligatur aufugit, sic tu in conviciis, quibus gentem tuam laedis, aufugisti. Proverbio metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

١٤٠ أَرِنِي حَسَنًا أُرِكَهُ سَمِينًا

140. Ostende mihi pulchrum, ostendam eum tibi pinguem.

Pulchritudo cum pinguedine coniuncta est. His igitur verbis eadem ratio est, quam illis: قيل للشحم اين تذهب قال اقوم المعوج »Adipi quum diceretur, quo abis? respondit: Curvum rectum facio.«

١٤١ رُبَّ كَلِمَةٍ أَفَادَتْ نِعْمَةً

141. Saepe verbum gratiam conciliat.

Conf. prov. 107.

١٤٢ رُبَّمَا أَصَابَ ٱلْغَبِيُّ رُشْدَهُ

142. Saepe socors rectam invenit viam suam.

In scholiis sic proverbium explicatum est: يضرب فى التسليم والرضى بالقدر »Adhibetur in eo, quod vir se deo omnino submittit atque in eo, quod divina providentia adfert, acquiescit; sed nescio, num recta sit interpretandi ratio. Conf. prov. 125.

١٤٣ رُبَّ بَعِيدٍ لَا يُفْقَدُ بِرُّهُ وَقَرِيبٍ لَا يُؤْمَنُ شَرُّهُ

143. Saepe longe remoti humanitas et benevolentia nobis non deest, dum a propinqui malitia securi non sumus.

١٤٤ الرَّقِيقُ جَمَالٌ وَلَيْسَ بِمَالٍ

144. Servus est pulchritudo et non est opum pars.

In codice meo حمال legitur, cui voci quae tribuatur significatio, nescio: جمال est codicis Pocokiani, Lugdunensis et Berolinensis legendi modus. Ad explicandum proverbium nil additum est, nisi وهذا كما قل اشتر الموتان ولا تشتر الحيوان »Et hoc est, quemadmodum dicitur: Eme bona inanimata et ne eme animata!« Loco vocis الحيوان in meo codice الحوتان legitur. Quod si hanc institutam comparationem recte intelligo, proverbii sensus est: Servi, quos possidet, domino decori esse possunt, sed eius divitias ob sumtus faciendos non augent.

١٤٥ رُبَّ عَالِمٍ مَرْغُوبٍ عَنْهُ وَجَاهِلٍ مُسْتَمَعٍ مِنْهُ

145. Saepe doctum non amamus, dum ignorantis verba adtente audimus.

١٤٦ رُبَّ عَزِيزٍ أَذَلَّهُ خُرْقُهُ وَذَلِيلٍ أَعَزَّهُ خُلْقُهُ

146. Saepe honoratum durities erga homines vilem reddidit, et vilem naturae suae indoles honoratum fecit.

١٤٧ رُبَّ مُؤْتَمَنٍ ظَنِينٍ وَمُتَّهَمٍ أَمِينٍ

147. Saepe fidus in suspicionem incidit, et suspectus pro fido habetur.

١٤٨ رُبَّ شَبْعَانٍ مِنَ ٱلنَّعَمِ غَرْثَانَ مِنَ ٱلْكَرَمِ

148. Saepe satiatus pecoribus famelicus est in generositate animi.

Id est: opibus abundans saepe generosus non est.

١٤٩ ٱرْتَجَنَتْ ٱلزُّبْدَةُ

149. Cremor cum lacte mixtus fuit.

Rem esse perdifficilem, ut ad bonum finem perduci non possit, quemadmodum lac a cremore separari non possit, proverbium indicat.

١٥٠ رَمَى بِسَهْمِهِ ٱلْأَسْوَدِ وَٱلْمُدَمَّى

150. Iaculatus est sagittam suam nigram et sanguine tinctam.

Proverbii originem talem fuisse narrant: Aldjamuhus frater gentis Banu-Thsafar nocturno impetu gentem Banu-Lihjan invaserat. Quum inde fugatis sociis ad uxorem rediret, haec ita eum allocuta est: اين النبل التى كنت ترمى بها „Ubi sunt sagittae, quas tu iaciebas?“ in pharetra enim nigro colore signatas sagittas habebat. Respondit hoc versu:

قَالَتْ خُلَيْدَةُ لَمَّا جِئْتُ زَائِرَهَا   هَلَّا رَمَيْتَ بِبَعْضِ ٱلْأَسْهُمِ ٱلسُّودِ

»Dixit Cholaida, quum ipsam visitans venissem: Nonne tu sagittas nigras coniecisti?«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Proverbium summam in re diligentiam describit.

١٥١ رَعْدًا وَبَرْقًا وَٱلْجَهَامُ جَافِرٌ

151. Tonat et fulminat; sed nubes vacua est, quae aquam suam effudit.

Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Supplendum est: يرعد et يبرق ante casus accusativi. In eum dicitur, qui formam induit alienam, dum facta cum verbis eius non consentiunt.

١٥٢ رَأَيْتُ أَرْضًا تَتَنَاطَحُ مِعْزَاهَا

152. Vidi terram, cuius caprae se invicem infestant.

Id est: se cornibus invicem petunt, quum pingues sint et terra pabulo abundet. Homines dum commode vivunt, et victu abundant, insolenter se gerere, proverbium docet.

١٥٣ أَرَانِي غَنِيًّا مَا كُنْتُ سَوِيًّا

153. Puto me divitem, dum sanus sum.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur.

١٥٤ الرِّفْقُ بُنَيُّ ٱلْحِلْمِ

154. Benignitas filiola prudentiae est.

Id est: Intime cum ea coniuncta est eique similis est.

١٥٥ رُبَّمَا دَلَّكَ عَلَى ٱلرَّأْيِ ٱلظَّنُونُ

155. Saepe indicat tibi consilium rectum astutiae expers.

الظنون vir est, in quo non invenitur bonum, quod in eo esse putatur.

١٥٦ أَرَادَ مَا يَحْظِينِى فَقَالَ مَا يَعْظِبِنى

156. Voluit (dicere), quod me honore afficeret, et dixit, quod me laedit.

Scholion proverbium sic explicavit: الاحظاء ان تجعله ذا حظوة ومنزلة والعظى الرمى يقال عظاه يعظيه عظيا ولقى فلان ما تجاه وما عظاه اذا لقى شدة ولقاه الله ما عظاه اى ما ساءه يضرب للرجل ينصح صاحبه فيتخطى فيقول ما يعظيه ويسوءه »Vocabulum احظاه significat: honore et dignitate eum ornavit et vocabulum عظا est: contumelia affecit. Dicitur عظا, futurum يعظى cum accusativo personae, nomine actionis عظى. Et dicitur لقى فلان ما تجاه وما عظاه »Cuidam accidit res, quae eum afflixit et contumelia affecit.« i. e. calamitas et لقاه الله ما عظاه »Affligat eum Deus re, quae eum malo afficiat eique displiceat.« De viro proverbium dicitur, qui socium suum monet; sed ita errat, ut ei res ipsum laedentes, quae ei displicent, dicat.« In Scharaf-Aldini opere sic proverbium legitur: اراد ما يحظيها فقال ما يعظيها »Voluit dicere quod eam honore afficeret, sed dixit id quod eam laedit.« Simili modo dicitur: اردت ما يلهينى فقلت ما يعظينى »Voluisti dicere quod me laetitia afficeret; sed dixisti id quod me laedit.« In Samachscharii codice scriba in hoc proverbio vehementer erravit. Proverbium in virum dicitur, qui alterum monere vult, sed dicit verba, quae ei displicent et eius iram conciunt.

١٥٧ أُرْوِيَّةٌ تَرْعَى بِقَاعٍ سَمْلَقٍ

157. Rupicapra in campo depresso pascens.

Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Rupicapra in regionibus montanis degit; proverbium igitur de eo adhibetur, qui aliter, quam more consueto, agit. Silentio praetermittendum non est, in meo codice vocem اروية

signum accusativi habere, ut verti possit: »Rupicapram in campo depresso pastum ducis.«

١٥٨ اِرْمِ فَقَدْ أَنْقَتَهُ مُرِيشًا

158. Mitte sagittam, nam eam alis irstructam arcui iam imposuisti.

Proverbii metrnm Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In eum dicitur, qui votorum compos est.

١٥٩ رَحْلٌ يَعَضُّ غارِبًا مَجْرُوحًا

159. Sella camelina, quae verticem gibbi vulnerati mordet.

Proverbii metrum Redjes aut Sarih est. Conf. l. m. p. 230. 246. De eo dicitur, cui etsi summopere adflicto, tamen ab alio onus portandum imponitur.

١٦٠ رَازَ لَكَ ٱلْقُنْفُذُ أُمَّ جابِرٍ

160. Herinaceus tibi noscit Omm-Djabiram.

Id est: ex herinaceo cognoscere licet, quæ Omm-Djabirae agendi ratio sit, nam ei similis est. Omm-Djabira autem nomen mulieris erat inter Arabes deformis et contemtae. Scholion autem sic proverbium explicat: يقول ان القنفذ اختبر لاجلك هذه المراة يعنى انها فى حركاتها ودمامتها مثل القنفذ فقد بين القنفذ لك صفتها »Dicit, herinaceum tua causa illam feminam expertum esse i. e. feminam istam motibus et deformitate herinaceo similem esse, et iam herinaceus tibi eam descripsit.« Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In eum dicitur, e cuius agendi ratione et motibus cognosci potest, quam in animo malevolentiam abscondat.

١٦١ رَأْسُ لِشَوْرٍ مَا يُطَارُ نُعَرُهُ

161. Caput Schauri cuius muscae non abiguntur.

Schaur nomen viri est. Vocabulum نعرة nomen muscae est, quae asinos aliaque iumenta persequitur in eorum nares intrans. In ignorantem dicitur, qui in ignorantia perseverat, neque a monitore increpante se corrigi sinit.

١٦٢ أَرْوَاحُ وَجْرَى كُلُّهَا دَبُورٌ

162. Venti Wadjrae omnes sunt occidentales.

Wadjrae nomen loci est ad Syriam pertinentis, Armeniae confinis, in quo frigus vehemens est. Vocabulum الدبور (Dabur) ventum occidentalem designat. Scholiastes autem dixit, esse ventum e regione flantem, versus quam preces faciens se convertit, quae Syris australis est. Hic est Arabibus turpissimus ventus, qui neque nubem adferre, neque arborem foecundare dicitur. De viro proverbium dicitur, qui omnino aliis contrarius est. Proverbii metrum Sarih est. Conf. lib. m. p. 246.

١٦٣ رَتَوْتُ بِٱلْغَرْبِ ٱلْعَظِيمِ ٱلْأَثْجَلِ

163. Incessi cum magna et ampla situla.

In scholiis legitur الرتو الخطو i. e. Verbum رتا significat passum posuit; ut verbo cum praepositione ب portandi significatio tributa esse videatur, quocum رتوة passus unus cohaeret. At in Kamusi lexico leniter (urnam) attraxit; in Djeuharii opere leniter (urnam) demisit legitur, quæ significatio non minus apta videtur. Proverbium autem hominem magnis molestiis ferendis parem esse et magnas res perficere, significat. Proverbii metrum Redjes est. Conf. lib. m. p. 230.

١٦٤ رَمَاهُ بِسُكَاتِهِ

164. Petivit eum re, qua ad silentium redactus est.

Infortunio magno eum adflixit. In Kamuso proverbium sic legitur: رماه بسكات et رماه بسكاتة.

١٦٥ رُبَّ قَوْلٍ يُبْقِي وَسْمًا

165. Saepe verbum relinquit signum ustionis.

Originem proverbii sic narrant: Arabi campestri vetustis et squalidis vestibus induto dixerat quidam: Non me laetitia afficit, quod apud te hospes tuus pernocto. Cui Arabs respondit, si apud me hospes meus pernoctasses, profecto tu postero mane ventrosior fuisses, quam mater hora ante quam te enixa est. Nos, quum fertilis est annus, multum edimus cibum cum obsonio, et inopia laboranti multa dona damus. Et saepe verbum relinquit ustionis signum, quod a nobis removit agendi ratio, quae vituperium resecat.

١٦٦ رُبَّ زَارِعٍ لِنَفْسِهِ حَاصِدٌ سِوَاهُ

166. Saepe sibi serit; at alius demetit.

Verba haec Ahmirus ben-Althsarb, quum Zahzaahhus ben-Moahwijjah filiam eius in matrimonio sibi petiisset, et accepisset, inter alia genti suae dixit.

١٦٧ أُرْقُبِ ٱلْبَيْتَ مِنْ رَاقِبِهِ

167. Custodi domum a custode suo!

Vir quidam domus custodiam servo tradiderat. Quum domum rediret, servus omnia secum portans aufugerat.

١٦٨ رُبَّ جَزَّةٍ عَلَى شَاةٍ سَوْءٍ

168. Saepe lana est super ove prava.

In avarum divitem dicitur.

١٦٩ رُبَّ مُسْتَغْزِرٍ مُسْتَبْكِئٍ

169. Saepe is, qui lacte abundantem camelam invenit, putat eam esse parum lactis habentem.

In eum dicitur, qui quamquam multa in eum beneficia contulisti, tamen pauca ea esse putat.

١٧٠ رَجَعَ عَلَى قَرْوَاهُ

170. Rediit ad consuetudinem suam.

In eum dicitur, qui ad naturam et consuetudinem pristinam redit. In Samachscharii opere legitur: رجع الامر الى قرواه »Rediit res ad statum, modumque pristinum suum.«

١٧١ رُبَّ عَيْنٍ أَنَمُّ مِنْ لِسَانٍ

171. Saepe oculus magis divulgat, quam lingua.

Hoc est quemadmodum dicitur: جلى محب نظره »Retexit amans visum suum« cf. proverbium شاهد اللحظ اصدق »Testis adspectus veracior est.«

١٧٢ رُبَّ حَالٍ أَفْصَحُ مِنْ لِسَانٍ

172. Saepe status facundior est, quam lingua.

Hoc est simile loquendi modo لسان الحال ابين من لسان المقال »Lingua status rem clarius explicat, quam lingua sermonis.

١٧٣ رَحِمَ ٱللّٰهُ مَنْ أَهْدَى إِلَيَّ عُيُوبِي

173. Deus propitius sit ei, qui ad me vitia me adduxit.

Verba haec Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis dixisse fertur.

١٧٤ رِزْقُ ٱللّٰهِ لَا كَدُّكَ

174. Dei beneficentia, non tuus labor.

Labor et molestia utilis tibi non est, si res a Deo tibi non est decreta. Easdem cogitationes poeta versibus hisce expressit:

هَوِّنْ عَلَيْكَ فَإِنَّ ٱلْأُمُورَ بِكَفِّ ٱلْإِلَاهِ مَقَادِيرُهَا
فَلَيْسَ بِآتِيكَ مَنْهِيُّهَا وَلَا قَاصِرٌ عَنْكَ مَأْمُورُهَا

»Ne tristitia afficiaris! nam in manu Dei res decretae sunt. Non ad te perveniet res ab eo interdicta, et rem ab eo iussam effugere non potes.«

Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281.

١٧٥ رُمِيَ فُلَانٌ بِرَسَنِهِ عَلَى غَارِبِهِ

175. Cuiusdam habena super eius collum coniecta fuit.

Id est: Habena eius laxata fuit, ut quo vellet, incederet, et nemo eius desiderio contrarius esset. Narrant Ahjischam Jasido ben-Alazam Helalitae filio sororis Maimunae, uxoris Mohammedis dixisse: ذهبت والله ميمونة ورمى برسنك على غاربك »Abiit (mortua est) per Deum! Maimuna et habena tua super collum tuum coniecta est.«

١٧٦ رَبٌّ يُؤَدِّبُ عَبْدَهُ

176. Dominus servum suum castigat.

Proverbium ad metrum Camil referri potest. c. l. m. p. 215. Eius causam hanc fuisse narrant: Sahdus ben-Malic Cenanita ad regem Alnohmanum ben-Almondsir venerat cum equitibus, quorum alios ducebat alios sellâ haud instructos incedere sivit. Interrogatus quamnam ob causam hoc fecisset, dixit: لم اقد هذه لابيعها ولم اعر هذه لاهبها »Non duxi hos, ut eos venderem et non sella haud instructos incedere sivi illos, ut dono eos darem.« Introductus ad regem et interrogatus, quaenam terræ suæ conditio esset? respondit: اما مطرها فغزير واما نبتها فبكير »Eius pluvia est abundans et eius herba est cito ad maturitatem perveniens.« Haec verba audiens rex dixit: tu profecto loquax es! sed, si tibi placet, quaestiones tibi

proponam, de quibus respondere non poteris. Illo ut quæstionem proponeret, postuslante, rex servum ei alapam ducere iussit, interrogans, quale est tuum responsum? Respondit alter: سفيه مامور »Stultus iussus.« Rex tum alapam repetere servum iussit dicens: Quod responsum habes? Alter dixit: لو اخذ بالاولى لم يعد للاخرى[1]. »Si prioris poena afflictus esset; ad alteram non rediisset.« Sed quia rex eum occidere in animo habebat, si in loquendo modum rectum transgrederetur, tertio servum alapam ei ducere iussit interrogans, quale responsum haberet. Quum ille proverbii verbis responderet, rex dixit: rectum invenisti, apud me mane!

١٧٧ رَأْيُهُ دُونَ ٱلْحِذَابِ بِحَصْرٍ

177. Consilium eius nimis infirmum est, quam ut regiones altas attingat.

In eum dicitur, cuius prudentia in rebus parvis eum deserit, ut in rebus magnis nihil valeat.

Forma comparativi.

١٧٨ أَرْوَى مِنَ ٱلنَّعَامَةِ

178. Magis potu satiatus, quam struthiocamelus.

Struthiocamelus ad aquam non accedit et nonnisi ludendo bibit. Dicunt, struthiocamelum non bibere, nisi aquam sub pedibus invenerit.

١٧٩ أَرْوَى مِنْ ضَبٍّ

179. Magis potu satiatus, quam lacerta.

---

1) Fortasse vertendum est: si prioris admonitionem admisisset, ad alteram non rediisset.

Lacerta nunquam aquam bibit, sed sitiens os vento aperire dicitur. Eam ob causam in re non assequenda Arabes dicunt: لا يكون ذا حتى يرد الضب »Non fiet id, donec lacerta ad aquam accedit« et ولا افعل ذلك حتى يحن الضب في اثر الابل الصادرة »Non faciam id, donec argutum sonum edit (ob amorem in pullum) lacerta sequens vestigia camelorum ab aqua recedentium.«

١٨٠ أَرْوَى مِنْ حَيَّةٍ

180. Magis potu satiatus, quam serpens

Sic dicitur, quod serpens in desertis aqua carentibus vivit.

١٨١ أَرْوَى مِنَ النَّمْلِ

181. Magis potu satiatus, quam formica.

Formica in desertis aqua carentibus vivit.

١٨٢ أَرْوَى مِنَ الْحُوتِ

182. Magis potu satiatus, quam piscis.

Et e contrario dicitur: »Magis sitiens, quam piscis.«

١٨٣ أَرْوَى مِنْ بَكْرِ ٱبْنِ هَبَنَّقَةَ

183. Magis potu satiatus, quam camelus iuvencus Ebn-Habannakahi.

Nomen viri est Jasidus ben-Tserwan. Stupidus erat. Camelus eius iuvencus potu satiatus rediit ab aqua cum recedentibus; tum iterum accessit ad aquam, priusquam pabulum gustaverat.

١٨٤ أَرْوَى مِنْ مُعَجِّلِ أَسْعَدَ

184. Magis potu satiatus, quam is, qui ad festinationem impulit Asahdum.

Vir quidam stultus quum in lacum incidisset, patrueli Asahdo appellato acclamavit, ut ipsi vas daret, cuius ope

bibere posset. Clamare autem non desiit, donec submergebatur. Alazmäihus in libro suo de proverbiis vocem مجل cum Teschdido scripsit. Vox autem eum designat, qui lactis partem emulsam ad aquae possessores præmittit, antequam cameli ad aquam accedunt. Quod si hunc legendi modum admittis, اسعد nomen gentis est putandum. Sed Alazmaihus nil ad explicandum proverbium addidit. Conf. proverb. اعجل من مجل اسعد.

١٨٥ أَرْجَلُ مِنْ خُفٍّ

185. Ad incessum aptior, quam cameli ungula.

١٨٦ أَرْمَى مِنِ ٱبْنِ تِقْنٍ

186. Melior iaculator, quam Ebn-Tiknus.

Ahmruus Ebn-Tikn ad gentem Ahd pertinens, suo tempore arte iaculandi clarus erat.

١٨٧ أَرْسَحُ مِنْ ضِفْدِعٍ

187. Maiore macie in natibus præditus, quam rana

Hoc dicitur, quia rana cauda omnino caret.

١٨٨ أَرْسَى مِنْ رَصَاصٍ

188. Gravior, quam plumbum.

١٨٩ أَرْسَبُ مِنْ حِجَارَةٍ

189. Magis residens in aquæ fundo, quam lapides.

١٩٠ أَرَقُّ مِنْ رَقْرَاقِ ٱلسَّرَابِ

190. Tenuior, quam splendor se movens vaporis meridiani.

Est ille vapor, qui in desertis e longinquo aquae speciem habet.

١٩١ أَرْجَلُ مِنْ حَافِرٍ

191. Ad incessum aptior, quam ungula.

١٩٢ أَرَقُّ مِنْ غِرْقِىءِ ٱلْبَيْضِ وَمِنْ سِحَاءِ ٱلْبَيْضِ

192. Tenuior quam ovi pellicula.

Idem sensus est verbis: ارق من سحاء البيض. Vocibus غرقى et سحاء interior ovi albumen tegens pellicula significatur, et nescio, num inter utramque vocem discrimen sit statuendum. Sed plura sunt proverbia, quibus rei magna tenuitas indicatur ex. gr. ارق من النسيم »Tenuior quam lenis ventus.« ارق من الهواء »Tenuior quam aer.« ارق من الماء »Tenuior, quam aqua.« ارق من دمع الغمام »Tenuior, quam lacrymæ amore mulieris capti.« ارق من دمعة شيعية »Tenuior, quam lacrymae mulieris sectae Schiichtarum addictae.« Proverbium hoc ex poetæ versu desumtum est:

أَرَقُّ مِنْ دَمْعَةِ شِيعِيَّةٍ تَبْكِى عَلِىَّ ابْنَ أَبِى طَالِبِ

»Tenuior, quam lacryma mulieris Schiihticae, quae Ahlium filium Abu-Thalebi deplorat.«

Versus metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 243.

١٩٣ أَرَقُّ مِنْ رِدَآءِ ٱلشُّجَاعِ

193. Tenuior, quam cutis serpentis Schodjah.

Vocabuli رداء significatio propria pallium est, tum in serpentis cutem translata est.

١٩٤ أَرَقُّ مِنْ رِيقِ ٱلنَّحْلِ وَمِنْ دِينِ ٱلْقَرَامِطَةِ

194. Tenuior, quam apum sputum et (commodior) quam religio Karamitharum.

Karamithae nomen sectae erat, de qua conf. Abulf.

Ann. T. II, 723. IV, 175. et Herbelot. nec non: l. m. Selecta ex hist. Halebi. In posteriore proverbio voci ارق diversa significatio tribuenda est; sed nescio, num recte verterim.

١٩٥ أَرْخَصُ مِنْ ٱلزِّبْلِ وَمِنْ ٱلتُّرَابِ وَمِنَ ٱلتَّمْرِ بِٱلْبَصْرَةِ وَمِنْ قَاضِى مِنًى

195. Vilior pretio quam stercus; quam terra; quam dactyli in oppido Bazra; quam iudex Minae.

Tertium horum proverbiorum inde originem duxit, quod in regione oppidi Bazrae multae sunt palmae, ut dactylorum pretium in isto oppido vilissimum sit. Quartum autem proverbium inde ortum esse narrant, quod iste iudex cum hominibus preces publicas faceret, iudicium exerceret et simul oleum in templo necessarium mutuum daret. Plura autem sunt loca, quibus nomen Mina est sc. nomen oppidi apud Meccam, nomen loci in provincia Nedjd siti et nomen aquae prope Dharijjam. Primum in proverbio intelligendum esse puto.

١٩٦ أَرْزَنُ مِنْ ٱلنُّضَارِ

196. Gravior pondere quam aurum.

١٩٧ أَرْمَى مِنْ آخِذٍ بِأَفْوَاقِ ٱلنَّبْلِ

197. Magis iaculans, quam is, qui sagittarum crenas capit.

١٩٨ أَرْفَعُ مِنَ ٱلسَّمَاءِ

198. Altior quam coelum.

١٩٩ أَرْوَغُ مِنْ ثُعَالَةَ وَمِنْ ذَنَبِ ثَعْلَبٍ

199. Astutior quam vulpes; et quam vulpis cauda.

Vulpis caudae astutia tribuitur, quod vulpes cauda, quam urina rigavit, canes repellit.

٢٠٠ أَرْوَحُ مِنَ ٱلْيَأْسِ

200. Quietior quam desperatio.

Simili ratione dicitur: اليأس احدى الراحتين »Desperatio est una duarum quietum. Una enim quies est homini, quum re potitus est; altera, quum de re potiunda desperavit. Desperationi igitur, quum quietis causa sit, quies ista tribui potest.

٢٠١ أَرْعَنُ مِنْ هَوَاءِ ٱلْبَصْرَةِ

201. Mutabilior, quam aer Bazræ.

Vocabulo رعن laxitatis et motus s. vacillationis significatio est. De aere Bazrae autem vox ارعن adhibita est, quod celeriter mutatur.

Proverbia recentiora.

---

٢٠٢ رَأْسُهُ فِي ٱلْقِبْلَةِ وَٱسْتُهُ فِي ٱلْخَرِبَةِ

202. Caput eius in Kiblah et podex eius in corruptione religionis.

القبلة (Kiblah) est regio antrorsum opposita. tum regio, ad quam inter precandum Muhammedani se convertunt i. e. regio Meccae; tum de ipso templo Meccae et Hierosolymarum adhibetur. In eum dicitur proverbium, qui bonum sibi arrogat, a quo remotus est.

٢٠٣ رَأْسٌ فِي ٱلسَّمَاءِ وَٱسْتٌ فِي ٱلْمَاءِ

203. Caput in coelo et podex in aqua.

٢٠٤ رَأْسُ كَلْبٍ أَحَبُّ إِلَيْهِ مِنْ ذَنَبِ أَسَدٍ

204. Caput canis ei iucundior est, quam cauda leonis.

٢٠٥ رَأْسُ ٱلْمَالِ أَحَدُ ٱلرِّبْحَيْنِ

205. Summa principalis lucro exposita (caput opum) est unum lucrorum duorum.

٢٠٦ رَأْسُ ٱلدِّينِ ٱلْمَعْرِفَةُ

206. Caput religionis est cognitio.

٢٠٧ رَأْسُ ٱلْخَطَايَا ٱلْحِرْصُ وَٱلْغَضَبُ

207. Caput peccatorum est aviditas et ira.

٢٠٨ رَأْسُ ٱلْجَهْلِ ٱلِاغْتِرَارُ

208. Caput ignorantiae est socordia.

٢٠٩ رُكُوبُ ٱلْخَنَافِسِ وَلَا ٱلْمَشْيُ عَلَى ٱلطَّنَافِسِ

209. Vehi in leone et non incedere super tapetis.

٢١٠ رَضِيَ ٱلْخَصْمَانِ وَأَبَى ٱلْقَاضِي

210. Adversarii ambo contenti erant, et aversatus fuit iudex.

٢١١ رُدَّ مِنْ طٰه إِلَى بِسْمِ ٱللّٰهِ

211. Repulsus est a Thah ad Bis millah.

طه (Thah) est initium capitis (Surae) vicesimi hac voce inscripti in Corano. Interpretes tum in enunciandis litteris, tum in explicandis multum inter se discrepant, ut, quid verum sit, dici non possit. Aut unam vocem aut

plures litteris illis significari censent. Corrigendus autem est error quidam in lexico nostro ad istam vocem commissus. Legendum ibi est: quod si طه vocalibus extensis effertur, litterae duae alphabeti طاء et هاء significantur. Proverbii sensus esse videtur: ab isto Corani capite ad initium totius libri, qui incipit verbis Bismillah »in nomine Dei« repulsus est. Proverbium autem de dignitate pollente dicitur, qui contemtus fit.

٢١٢ رِيحٌ وَلٰكِنَّهُ مَلِيحٌ

212. Ventus; sed pulcher est.

٢١٣ رِيحٌ فِي ٱلْقَفَصِ

213. Ventus in cavea.

De re inani, futili, adhibetur.

٢١٤ رَقِيقُ ٱلْحَافِرِ

214. Tenui ungula praeditus.

De suspicante adhibetur.

٢١٥ رَقَصَ فِي زَوْرَقِهِ

215. Saliit in eius cymba.

De eo dicitur, qui alterum haud animadvertentem ludibrio habet.

٢١٦ رِيقُ ٱلْعَذُولِ سَمٌّ قَاتِلٌ

216. Sputum reprehensoris est venenum necans.

٢١٧ رُبَّ مَزْحٍ فِي غَوْرِهِ جِدٌّ

217. Saepe in ioci fundo serium est.

٢١٨ رُبَّ صَدِيقٍ يُؤْتَى مِنْ جَهْلِهِ لَا مِنْ حُسْنِ نِيَّتِهِ

218. Saepe ob ignorantiam suam amicus adducitur, nec vero ob bonam intentionem.

٢١٩ رُبَّ صَبَابَةٍ غُرِسَتْ مِنْ لَحْظَةٍ

219. Saepe animi affectio ex uno oculorum intuitu provenit.

٢٢٠ رُبَّ حَرْبٍ شُبَّتْ مِنْ لَفْظَةٍ

220. Saepe bellum una voce accensum fuit.

٢٢١ رُبَّ وَاثِقٍ خَجِلَ

221. Saepe confidens pudore confusus.

٢٢٢ رُبَّ ضَنْكٍ أَفْضَى إِلَى سَاحَةٍ وَتَعَبٍ إِلَى رَاحَةٍ

222. Saepe angustia ad locum amplum, et fatigatio ad quietem ducit.

٢٢٣ رُبَّمَا شَرِقَ شَارِبُ ٱلْمَاءِ قَبْلَ رِيِّهِ

223. Saepe aquam bibens nondum rigatus in gutture praefocatus fuit.

٢٢٤ رُبَّمَا أَصْحَبَ ٱلْحَرُونُ

224. Saepe contumax equus mansuetus fit.

Vocabulum حرون »subito cursum inhibens« contumacem equum hoc in proverbio designat.

٢٢٥ رُبَّمَا غَلَا ٱلشَّيْءُ ٱلرَّخِيصُ

225. Saepe res vilis pretii cara est.

٢٢٦ رُبَّمَا ٱتَّسَعَ ٱلْأَمْرُ ٱلَّذِي ضَاقَ

226. Saepe res angusta fit ampla.

٢٢٧ رُبَّمَا صَحَّتِ ٱلْأَجْسَامُ بِٱلْعِلَلِ

227. Saepe corpora morbis sana fiunt.

٢٢٨ رُبَّ سُكُوتٍ أَبْلَغُ مِنْ كَلَامٍ

228. Saepe silentium disertius est, quam sermo.

٢٢٩ رُبَّ عَطَبٍ تَحْتَ طَلَبٍ

229. Saepe sub re petita exitium est.
Conf. prov. 75.

٢٣٠ رُبَّ مُسْتَعْجِلٍ لِأَذِيَّةٍ وَمُسْتَقْبِلٍ لِمَنِيَّةٍ

230. Saepe noxam celeriter inferre cupiens et morti obviam procedens.

٢٣١ رُبَّ صَبَاحٍ لِٱمْرِئٍ لَمْ يُمْسِهِ

231. Saepe matutinum tempus viro vesperam non adtulit.

٢٣٢ رَدُّ ٱلطَّرْفِ مِنَ ٱلظَّرْفِ

232. Aversio oculi est quaedam elegantia morum.

٢٣٣ رُبَّ كَلِمَةٍ لَبَسْتُ عَلَيْهَا أُذُنِي مَخَافَةَ أَنْ أَقْرَعَ لَهَا سِنِّي

233. Saepe contra verbum aurem meam texi timore, ne propter id dentem meum fricarem (ob poenitentiam).

٢٣٤ ٱلرَّأْسُ صَوْمَعَةُ ٱلْحَوَاسِّ

234. Caput est coenobium sensuum.

٢٣٥ اَلرَّدِىُّ لَا يُسَاوِى حَمُولَتَهُ

235. Pravus iumentum suum non aequat.

٢٣٦ ٱلرَّدِىُّ رَدِىٌ كُلَّمَا جَلَوْتَهُ صَدِىَ

236. Pravus pravus est; quotiescunque eum polivisti, rubigine inficitur.

٢٣٧ أَرْدَى ٱلدَّوَابِّ يَبْقَى عَلَى ٱلْآرِىِّ

237. Pessimum iumentum ad praesepe relinquitur.

Caput XI.

Littera Sa.

١ زَيْنَبُ سُتْرَةٌ

1. Sainaba est velum.

Narrant hanc Sainabam fuisse filiam Ahcramae Ebn-Ahbd-Alrahman Almachsumi grandaevam et habuisse puellas cantatrices, quarum unam Sohaimahus poeta Medinensis, cuius nomen Mohammedes, clieus Chaledi ben-Osaid amaret et versibus laudaret. Versibus autem semper Sainabae vetulae illius nomen adhibuisse videtur, ne illa rem cognosceret et ipsum ab aditu excluderet. Tandem vero, quum in eum suspicio cecidisset, a vetula remotus est. Dixit igitur hosce versus:

وَجَدَ ٱلْفُؤَادُ بِزَيْنَبَا   وَجْدًا شَدِيدًا مُتْعِبَا

أَمْسَيْتُ مِنْ كَلَفٍ بِهَا   أُدْعَى ٱلشَّقِىَّ ٱلْمُسْهَبَا

وَلَقَدْ كَنَيْتُ عَنِ ٱسْمِهَا   عَمْدًا لِكَى لَا تَغْضَبَا

وَجَعَلْتُ زَيْنَبَ سُتْرَةً   وَكَنَيْتُ أَمْرًا مُعْجِبَا

»Affectus est moerore per Sainabam vehementi affligente animus. Ob amorem in eam iam appellor infelix, multiloquus. Et loco nominis eius metonymia usus sum ea causa adductus, ne irasceretur; et Sainabam velum feci; metonymia admirabili usus sum.«

Metrum est Camil l. m. p. 216. Proverbio autem utuntur ad significandum, rem metonymice appellatam esse.

٢ زَمَانٌ أَرْبَتْ بِالْكِلَابِ ٱلثَّعَالِبُ

2. Tempus, quo vulpes cum canibus societatem colunt.

Tempus est, quo canes cadaveribus nutriti vulpibus non adversantur. In eum dicitur, qui cum inimico suo ob quandam causam amicitiam contrahit. Proverbio metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161.

٣ زُيِّنَ فِي عَيْنِ وَالِدٍ وَلَدُهُ

3. In oculo patris filius pulcher est.

Proverbium metrum Monsarih est. Conf. libr. m. p. 255. De amore viri in familiam adhibetur.

٤ زَنْدَانِ فِي مُرَقَّعَةٍ

4. Igniarium in loculo consarcinato.

Dualis زندان significat duo ligna, superius et inferius, quibus igniarium constat. Proverbium pauperem significat, qui nil prodest. Eodem modo ad res parvas describendas verbis: ليس فى جفيره غير زندين »In pharetra eius nil nisi igniarium est« utuntur. Conf. C. XXIII, 80.

٥ زَنْدَانِ فِي وِعَاءٍ

5. Igniarium in sacco.

Vilitatem designat, et duos debiles coniunctos esse describit. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. m. p. 232.

٦ إِزْلَأَمَّ ٱلْمَعْدِيُّ وَنَفَرَ

6. Altus fuit Maahdita et vicit.

Observandum est, in codice Lugd. et Scharaf-Aldini legi المعيدى quae est forma deminutivi; sed in margine codicis Lugd. est المعدى في الاصل »Lectio المعدى in codice originali existit.« Originem proverbii talem fuisse narrant. Majjadus ben-Honn ben-Rabiah ad gentem Kodhaah pertinens apud praefectum Ohcathsi cum viro Iemanensi de honore et gloria disceptabat. Majjadus in equo sedens et armatus eum accessit dicens: Ego sum Majjadus ben-Honn, ego sum filius eius, qui mulieres in camelis vehentes captivas abducebat; Iemanensis autem veste Iemanensi vestitus advenit. Praefectus Majjado maiorem gloriam tribuens ista verba, quae postea in proverbium venerunt, dixit. Adhibentur autem ad significandum, unum de altero litigando victoriam reportasse.

٧ زَاحِمْ بِعَوْدٍ أَوْ دَعْ

7. Comprime per annosum (camelum) aut omitte (comprimere)!

Verbum زاحم »camelos ad aquam accedentes ob nimiam loci angustiam se invicem comprimere« significat. Cameli annosi, quum robusti sint, reliquos reprimere possunt, cameli autem iuvenci aut cedere aliis coguntur aut noxam patiuntur. Proverbium autem monet nos, ut in rebus nonnisi experientia edoctos et fortes in auxilium adhibeamus. Post vocem دع suppleas المزاحمة

٨ زَفَّ رَأْلُهُ

8. Properavit incessu pullus struthiocameli sui.

De inconstante et eo dicitur, quem timor ad festinandum impellit.

٩ زَوْجٌ مِنْ عُودٍ خَيْرٌ مِنْ قُعُودٍ

9. Coniugem ex ligno factum habere melius est, quam coniuge carere.

Proverbium mulieri cuidam adscribitur. Almobarredus rem sic narravit: Dsu'l-Azbahus Alodwani vir zelotypus, quatuor filias suas ob zelotypiam in matrimonium non dedit. Quodam die quum filiae inter se sermones conferrent, et quaelibet earum, quid de marito futuro cogitaret, secundum aetatis ordinem proferret, natu minima primum loqui recusans, quum sorores urgerent, verba quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit.

١٠ زَلَّتْ بِهِ نَعْلُهُ

10. Solea eius cum eo lapsat.

In infortunium incidit. Dixit Sohairus ben-Abi-Solma Almorri:

تَدَارَكْتُمَا عَبْسًا وَقَدْ ثُلَّ عَرْشُهُ وَذُبْيَانَ إِذْ زَلَّتْ بِأَقْدَامِهَا ٱلنَّعْلُ

»Reparastis vos ambo gentem Ahbs, quum eius thronus fractus esset et gentem Dsobjan, quum soleae cum pedibus eius lapsarent.«

Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١١ زَادَكَ ٱللّٰهُ رَعَالَةً كُلَّمَا ٱزْدَدْتَ مَثَالَةً

11. Stupiditatem tuam augeat Deus, quotiescunque bona conditio tua augetur!

Proverbium, cuius metrum Raml est (conf. libr. m. p. 239), diram imprecationem continet, qua contra eum utuntur, cuius stultitia augetur divitiis auctis.

١٢ زُرْ غِبًّا تَزْدَدْ حُبًّا

12. Raro visita; amore cresces.

Maahdso ben-Zirm Chosäitae gentis Chosaah equiti haec verba tribuuntur. Proverbii autem causa haec erat. Mater eius, quum e gente Ahc oriunda esset, suos avunculos saepe visitabat. Quodam die quum mutuo ab illis acceptum equum ad gentem suam reportasset, vir inimicus

Djohaischus appellatus, ut cursus certamen ea conditione, ut, qui victoriam reportasset, alterius equum acciperet, cum ipso iniret, rogavit. Maahdsus consensit et quum cursu equi sui vicisset, victi equum sumsit. Alter autem Maahdsi iram excitare cupiens gladio equi hypochondrium percussit, ut procideret. Maahdsus haec videns dixit: Vaeh tibi! equum occidisti, qui te et tuis parentibus melior est, tum gladio eum occidit et ad avunculos confugit. Quum interim gens occisi de re certior facta esset, frater occisi et frater ex alia matre natus eum persecuti sunt. Sed uterque, unus hasta, alter gladio, ab eo occisus est. Post temporis spatium venatum cum ista gente, ad quam se contulerat, exiit. Factum autem est, ut quum Maahdsus onagrum persequeretur, vir quidam Alghadhbanus appellatus, ut a persequendo desisteret, postularet, et recusanti diceret. »Si quid boni in te esset, gentem tuam non reliquisses.« At Maahdsus respondens proverbii verba dixit. Rediens tum statim ad suos intercedente gente et caedis pretio soluto a vindicta liberatus est. Proverbii sensum poeta expressit:

إِذَا شِئْتَ أَنْ تُقْلَى فَزُرْ مُتَوَاتِرًا   وَإِنْ شِئْتَ أَنْ تَزْدَادَ حُبًّا فَزُرْ غِبًّا

»Si tu vis odio haberi, saepius visita, et si amore crescere vis, raro visita!«

Et alius quidam sic cecinit:

عَلَيْكَ بِإِغْبَابِ ٱلزِّيَارَةِ إِنَّهَا   إِذَا كَثُرَتْ كَانَتْ إِلَى ٱلْهَجْرِ مَسْلَكَا

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱلْقَطْرَ يُسْأَمُ دَائِبًا   وَيُسْأَلُ بِٱلْأَيْدِي إِذَا هُوَ أَمْسَكَا

»Raro visita!, nam visitatio saepius repetita ad alienationem via est.« Nonne vidisti, pluviam vehementem et continuam homines taedio afficere, dum manibus petitur, quum parca est.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٣ زَنْدٌ مِثْبَرٌ.

13. Igniarium ligni firmi.

Verbis hisce vir vituperatur, ita ut vocabulo زند viri angusti animi et vocabulo متين avari significatio tribuatur.

١٤ أَزُورُ أَحْمَائِى لِيَعْرِفُونِى

14. Visito cognatos meos, ut me noscant.

Mulier, quae cognatos suos visitabat, et multum hanc ob rem vituperabatur, verba ista dixit, quibus vituperatores aut deridere aut terrere voluisse videtur. De eo adhibetur proverbium, cui ut caveret, imperatur; sed qui cautionem non adhibet. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٥ أَرْدَدْتَ رَغْمًا وَلَمْ تُدْرِكْ وَغْمًا

15. Magna ira exarsisti; sed vindictam non sumsisti.

Vocabulo وغم hoc in proverbio vindictae significatio tribuenda est. In eum dicitur, quem spes fefellit.

١٦ زِدْهُمْ أَعْنُزًا

16. Adde iis capras!

Narrant, Caahbum ben-Rabiah fratri suo Cilabo ben-Rabiah vaccam quatuor capris emisse. Cilabus, sic refertur, vaccae emtae posticam partem habena instruxit eamque, facie sua in anum eius directa, conscendit et ad cursum adegit. Cursus autem vaccae quum equitanti mirifice placeret, ista proverbii verba fratri dixit. De stulto adhibetur, qui pretium rei venditae pactum augeri iubet.

١٧ زَعَمْتَ أَنَّ العَيْرَ لَا يُقَاتِلُ

17. Putasti, onagrum non dimicare.

De eo dicitur, qui fortem se esse ostendit, quem talem futurum esse alii non putaverant.

١٨ زِيلَ زَوِيلُهُ

18. Animus eius cessavit esse.

Id est: Re adfectus et inquietus factus est. Quod vocabulo زويل cordis, animi significationem tribui, eius rei in versu Dsu'l-Rommae quærenda est causa. Describit poeta struthionis ovum hisce verbis:

وَبَيْضَاءَ لَا تَنْحَاشُ مِنْهَا وَأُمُّهَا إِذَا مَا رَأَتْنَا زِيلَ مِنَّا زَوِيلُهَا

»Et album (ovum), non ex eo deterretur; et mater eius, quando nos vidit, eius animus propter nos esse cessavit[1]).« In scholiis legitur: اى زيل قلبها من الفزع i. e. »Cessavit animus eius ob timorem.« At vero in Kamusi opere sic legitur: وزال زويله وزواله اى جانبه ذعرا وفرقا »Et dicitur زال زويله et زال زواله id est: latus eius ob terrorem et metum.«

١٩ زِمَامُهَا لَدُودُهَا

19. Habena est eius medicamentum, quod in oris angulum infunditur.

Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. meum p. 232. Viro et feminae dicitur, quibus est, qui a rebus turpibus peragendis eos repellat. Sic Abu-Ahmruus proverbium explicavit.

٢٠ زِدْهَا عَلَى حَبَلٍ نَبِيكًا

20. Ini eam, quamvis gravida est!

De viro avido, concupiscente dicitur.

٢١ زَالَ سَرْجُهُمْ عَنِ الْمَعَدِّ

21. Recessit sella eorum a latere equi.

Status eorum mutatus et corruptus est.

1) Metrum versus Thawil est. Conf. libr. m. p. 161

٢٢ الزِّيَادَةُ فِي ٱلْحَدِّ نُقْصَانٌ مِنَ ٱلْمَحْدُود

22. Augmentum in termino rei terminatae detrimentum est.

Monet proverbium, ne in laude modum excedamus.

٢٣ الزَّيْتُ فِي ٱلْعَجِينِ لَا يَضِيعُ

23. Oleum in farinae massa non perit.

De eo dicitur, qui propinquis benefacit. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

٢٤ زَقَّهُ زَقَّ ٱلْحَمَامَةِ فَرْخَهَا

24. Aluit eum sicut rostro inserto pullum suum columba alit.

De eo, qui propinquum summa cum diligentia educat, adhibetur.

٢٥ الأَزْوَاجُ ثَلَاثَةٌ زَوْجُ بَهْرٍ وَزَوْجُ دَهْرٍ وَزَوْجُ مَهْرٍ

25. Coniuges tres sunt: coniux pulchritudinis, coniux temporis, coniux dotis.

Coniux pulchritudinis ea est, quae pulchritudine sua oculos vicit; coniux temporis contra temporis vicissitudines et calamitates solatium affert; e coniuge dotis nulla utilitas nisi dotis capitur.

٢٦ زَنْدُهُ كَبَا وَبَنَانُ أَجْذَمَ

26. Igniarium, quod ignem non emisit et digiti eius, cuius manus amputata est.

In eum dicitur, a quo bonum non speratur.

٢٧ زُلْنَا وَزَالَ ٱلدَّهْرُ فِي بِرَادٍ

27. Non cessavimus nos et tempus in infirmitate esse.

Vocabulum بَرَاد »debilitatem corporis, quae post morbum remanet,« designat. Dicit autem scholiastes negationem ما ante verba زلنا et زال supplendam esse, ad quam ellipsin probandam versum Hamasae p. 694. citavit. Verti quoque potest. »Periimus et periit tempus nostrum in vita angusta.« Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

٢٨ أَزْمُولَةٌ فِي ٱلْمَلَقِ ٱلْمُمْنِعِ

28. Vociferans caper montanus in petris glabris, inaccessis.

Proverbium, quod ad metrum Redjes (cf. l. m. p. 230) referri potest, debilem designat, qui in robusti tutela est.

٢٩ زَلَّةُ ٱلْعَالِمِ يُضْرَبُ بِهَا ٱلطَّبْلُ وَزَلَّةُ ٱلْجَاهِلِ يُخْفِيهَا ٱلْجَهْلُ

29. Lapsus docti tympano nunciatur, sed lapsum ignorantis ignorantia occultat.

٣٠ زِيَادَةُ ٱلْكَرِشِ

30. Augmentum ventriculi.

In eum dicitur, qui omni virtute destitutus in nulla re utilem se praebet.

٣١ زَوَائِدُ ٱلْأَدِيمِ

31. Additamenta cutis.

Pedes sunt, qui abiiciuntur. Virum inutilem designat.

٣٢ زَلَّةُ ٱلرَّأْيِ تُنْشِئُ زَلَّةَ ٱلْقَدَمِ

32. Lapsus consilii lapsum pedis producit.

Vitium designat, quod a prudente et cauto committitur. Loco vocis تنشى, quod in codicibus Lugd. Berol. et Poc. legitur, in meo تنسى est.

٣٣ أَزْهَدُ ٱلنَّاسِ فِى ٱلْعَالِمِ جِيرَانُهُ

33. Docti societatem vicini maxime fugiunt.
Conf. C. XXIV, 122.

Forma comparativi.

---

٣٤ أَزْكَنُ مِنْ إِيَاسٍ

34. Intelligentior, quam Ijasus.

Ijasus ben-Moahwijjah ben-Korrah Masenita per anni tempus ab imperatore Ohmaro ben-Ahbd-Alahsis praefectus in oppido Bazra iudicis muneri praeerat tum divinando tum ingenii acumine clarus. Multis autem rebus istam mentis virtutem probavit, ut Almadajenius istas libro inscripto كتاب زكن اياس »Liber divinationis Ijasi« descripserit. Nonnulla memorare placet. Audiens canis latratum dixit, canem ad puteî marginem adligatum esse. Res revera se ita habebat. Interrogatus, quomodo rem scire potuerit, respondit: Se sonum ex uno eodemque loco audivisse, et postea sonum repercussum. Videns vestigia cameli herbas depascentis dixit, camelum istum unum tantum oculum habere et interrogatus, quomodo sciret, respondit, quod in uno tantum latere camelus herba depaverit. Advenerant ad eum, ut iudicium faceret, duo viri, quorum unus ab altero ipsi traditam pecuniam reposcebat, alter autem se pecuniam accepisse, negabat. Unum quum interrogasset, quonam in loco alteri pecuniam tradidisti? et quum ille respondisset, se apud arborem pecuniam tradidisse, hunc ad istam ar-

borem ire iussit, ut rem accuratius sibi in mentem revocaret; alterum autem apud se retinuit. Tum tempore post remanentem interrogavit, putasne, socium tuum ad arborem iam pervenisse, et quum alter nil cogitans responderet, minime, non est inde multum remotus, eum deceptorem esse cognovit. Eum septuaginta sex annos natum diem supremum obiisse narrant. Poeta in versu ingenii acuminis, quo ille pollebat, mentionem fecit, dicens:

اقْدَامُ عَمْرٍو فِي سَمَاحَةِ حَاتِمٍ فِي حِلْمِ أَحْنَفَ فِي ذَكَاءِ إِيَاسِ

»Audacia Ahmrui cum liberalitate Hatimi, cum mansuetudine Ahnafi, cum ingenii acumine Ijasi.«

٣٥ أَزْنَى مِنْ هِرٍّ

35. Frequentius scortans, quam Hirra.

Hirra erat Iudaea, filia Iamini ex Hadramauto oriunda. Una earum erat, quae morte Mohammedis gavisae sunt. Almohadjirus ben-Abi-Omajjah praefectus Mohammedis eam cepit et manibus truncavit.

٣٦ أَزْنَى مِنْ قِرْدٍ

36. Frequentius scortans quam Kirdus.

Alhaitsamus Kirdum ben-Moahwijjah e gente Hudsail ortum fuisse virum tradidit. Virum istum ad Mohammedem cum suis venisse narrant, ut se Mohammedis sectatorem faceret, si ipsi scortum permitteretur. Quum Mohammedes rem ipsi non concessisset, re infecta rediit. Aliis autem قرد simii nomen in proverbio est.

٣٧ أَزْنَى مِنْ هِجْرِسٍ

37. Magis scortans quam simius.

In vocabuli هجرس significatione non consentiunt interpretes. Aliis simius est, aliis ursus, ut proverbii sensus sit: Magis scortans, quam ursus. Cum hoc Kamusi auctor consentit.

٣٨ أَزْنَى مِنْ سِجَاحِ

38. Magis scortans quam Sidjahi.

Sidjahi, sic enim in lingua Arabica vox enuncianda est, mulieris nomen erat e gente Tamim ben-Morrah oriundae, quae se prophetim esse dixit. Quae quum ad Mosailemam prophetam falsum adducta esset, se ei tradidit, quapropter et proverbio dicitur: اغلم من سجاح »Libidinosior, quam Sidjahi.«

٣٩ أَزْهَى مِنْ غُرَابِ

39. Superbior quam corvus.

Quia modo superbo, dum se adspicit, incedere solet. Cecinit poeta:

أَلَجُّ لَجَاجًا مِنَ الْخُنْفَسَاءِ وَأَزْهَى إِذَا مَا مَشَى مِنْ غُرَابِ

»Pertinacior quam scarabaeus et superbior, quando incedit, quam corvus.«

Versus metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281.

٤٠ أَزْهَى مِنْ وَعِلِ

40. Superbior quam caper montanus.

٤١ أَزْهَى مِنْ طَاوُس وَمِنْ دِيك وَمِنْ ذُبَاب وَمِنْ ثَوْرٍ وَمِنْ ثَعْلَب

41. Superbior quam pavo; quam gallus gallinaceus; quam musca; quam taurus; quam vulpes.

٤٢ أَزْنَى مِنْ ضَيْوَنٍ وَمِنْ قِطٍّ وَمِنْ حَمَامَة

42. Magis scortans, quam felis mas; quam felis mas; quam columba.

Proverbia recentiora.

---

٤٣ زَكَاةُ ٱلنِّعَمِ ٱلْمَعْرُوفُ

43. Beneficium est eleemosyna pro opulentia data.

٤٤ زَكَاةُ ٱلْبَدَنِ ٱلْعِلَلُ

44. Morbi sunt eleemosyna corporis.

Comparari videntur morbi cum parte opum, quae religionis causa ad reliquas purificandas dantur.

٤٥ زَلَّ حِمَارُكَ فِي ٱلطِّينِ

45. Lapsavit in luto asinus tuus.

٤٦ زَادَ فِي ٱلطُّنْبُورِ نَغْمَةً

46. Auctus est in cithara sono uno.

٤٧ زَادَ فِي ٱلشِّطْرَنْجِ بَغْلَةً

47. Auctus est in latrunculorum ludo mulo.

Haec duo proverbia, nisi fallor, significant, eum modum iustum excedere.

٤٨ زَلَقَ ٱلْحِمَارُ وَكَانَ مِنْ شَهْوَةِ ٱلْمُكَارِي

48. Lapsavit pede asinus et erat ob cupiditatem locatoris.

٤٩ زَامِلَةُ ٱلْأَكَاذِيبِ

49. Camelus onerarius mendaciorum.

Sic mendax cognominatur.

٥٠ زَكَاةُ ٱلْجَاهِ رِفْدُ ٱلْمُسْتَعِينِ

50. Eleemosyna dignitatis est beneficium, quod auxilium petenti datur.

٥١ زُجَاجَتُهُ لَا تَقْوَى لِصَخْرِي

51. Res vitrea eius petrae meae firma non est.

٥٢ زَلَّةُ ٱللِّسَانِ لَا تُقَالُ

52. Lapsus linguae non condonatur.

٥٣ زُمَّ لِسَانَكَ تَسْلَمْ جَوَارِحُكَ

53. Liga linguam tuam et membra tua sana erunt.

٥٤ زَيْنُ ٱلشَّرَفِ ٱلتَّغَافُلُ

54. Decus nobilitatis est se negligentem ostendere.

Quod si quis nobilis ita se gerit, ut suam nobilitatem negligere videatur, hoc ei decori est.

٥٥ ٱلزَّوَارِيقُ لَا تُشْتَرَى أَوْ تُدْفَعُ

55. Cymbae non emuntur aut propelluntur.

Cymbas emis, ut eas propellas.

٥٦ ٱلزَّرِيبَةُ ٱلْخَالِيَةُ خَيْرٌ مِنْ مَلْئِهَا ذِئْبًا

56. Caula gregis vacua melior est, quam lupo impleta.

٥٧ ٱلزَّمَانَةُ عَدَمُ ٱلْأَمَانَةِ

57. Pecoris interitus est securitatis defectus.

Quod si temporis calamitate pecora intereunt, nemo securus est.

٥٨ اَلزَّبُونُ يَفْرَحُ بِلَا شَىْءٍ

58. Stultus nulla re laetatur.

Id est: Laetatur, dum laetitiae causa non est. Sed in Haririi opere p. 66. legitur: الـزبـون يفـرح بادنـى شى »Stultus ob levissimam rem laetatur.« Sed in Haririi opere verbis hic quoque sensus inesse posse dicitur: »Mercaturam faciens ex minima re gaudium capit.«

Caput XII.

Littera Ssa.

١ سَبَقَ السَّيْفُ ٱلْعَذَلَ

1. Gladius reprehensionem praecessit.

Verba haec Dhabbahus ben-Odd dixit, quum vituperaretur, quod filii sui interfectorem mense sacro occidisset. Alii autem verba ista Hosaimo ben-Naufal Alhamdani adscribunt. Conf. C. VI, 29. Ad hoc proverbium Djerirus versu adludit:

تُكَلِّفُنِى رَدَّ الضَّرَايِبِ بَعْدَ مَا   سَبَقْنَ كَسَبْقِ السَّيْفِ مَا قَالَ عَاذِلُهْ

»Tu me iubes ictus repellere, postquam praecesserunt quemadmodum gladius verba vituperatoris praecessit.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٢ سَقَطَ العَشَاءُ بِهِ عَلَى سِرْحَانٍ

2. Cibus vespertinus eum lupo obiecit.

Vario modo proverbium ab interpretibus explicatur. Abu-Ohbaidus dixit, virum quendam exiisse quaerentem cibum vespertinum et a lupo laceratum esse. Alazmäihus iumento rem accidisse contendit. Conf. pr. 89. Ebn-Alahrabius dixit, virum e gente Ghani oriundum, cui nomen Sirhan (lupus) ben-Hasahah, hominibus multum terrorem iniecisse, quum strenuus et audax esset. Quod quum vir quidam audivisset, se Sirhanum non timere glorians in

vallem quandam camelos pastum deduxit et ibi a Sirhano occurrente occisus est. Sirhanus autem hos versus dixisse fertur:

أَبْلِغْ نُصَيْحَةَ أَنَّ رَاعِيَ إِبْلِهَا   سَقَطَ ٱلْعَشَاءُ بِهِ عَلَى سِرْحَانِ

سَقَطَ ٱلْعَشَاءُ بِهِ عَلَى مُتَقَمِّرٍ   طَلْقِ ٱلْيَدَيْنِ مُعَاوِدٍ لِطِعَانِ

»Perfer nuntium Nozaihae, eius camelorum pastorem vespera in Sirhanum incidisse, incidisse vespera in egredientem luna lucente, promtas manus habentem, confodiendo assuetum.«

Versuum metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212. Proverbium eius hemistichium est.

٣ سَرَتْ إِلَيْنَا شَبَادِعُهُمْ

3. Noctu ad nos pervenerunt scorpiones eorum.

Noctu vel clam contumeliis et malis nos adflixerunt. Lingua cum scorpione comparatur. Dixit poeta Aldjohdi:

يُخَبِّرُكُمْ أَنَّهُ نَاصِحٌ   وَفِي نُصْحِهِ ذَنَبُ ٱلْعَقْرَبِ

»Nunciat vobis, se esse sincerum; sed in eius sincero consilio cauda scorpionis est.«

Versus metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281.

٤ سَدَّ ٱبْنُ بَيْضٍ ٱلطَّرِيقَ

4. Ebn-Baidhus viam obstruxit.

Alii viri nomen Ebn-Bidh enunciant. Alazmäihus dixit, virum quendam tempore antiquo in faucibus pedum nervis incisis camelam prostravisse, ut, quominus ista via incederent, homines impediret. Almofadhdhelus autem narravit, Ebn-Bidhum fuisse mercatorem divitem, quem Lokmanus ben-Ahd, ea conditione ut ipsi auxilii pretium solveret, in mercatura defendisset. Illud autem constitutum pretium eum in faucibus deposuisse, e quibus id Lokma-

nus auferret. Die autem, quo illud ibi depositum vidisset, Lokmanum ista proverbii verba dixisse significaturum, mercatorem deposito pretio ipsum impedivisse, quominus in familiam et opes invaderet. Huiusce rei poeta in versu mentionem fecit:

سَدَدْنَا كَمَا سَدَّ ٱبْنُ بَيْضٍ طَرِيقَهُ فَلَمْ يَجِدُوا عِنْدَ ٱلثَّنِيَّةِ مَطْلَعَا

»Obstruximus viam, quemadmodum Ebn-Baidhus viam suam obstruxit et apud clivum locum adscendendi non invenerunt.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٥ سَعْدٌ أَمْ سُعَيْدٌ

5. Sahdus an Soaihdus?

Erant filii Dhabbae ben-Odd. cf. C. VI, 29. Proverbium designat, quendam de cognatis esse sollicitum, et interrogare, num bona an mala sit conditio. Tum verbis utuntur, ut bonum aut malum significent. Narrant, Alhadjdjadjum interrogasse Kotaibahum ben-Muslim, quum hic uxorem duxisset, his verbis: سعد أم سعيد »num pulchra an foeda (est)?« Abu-Tammamus autem hunc versum dixit:

غَنِيتُ بِهِ عَمَّنْ سِوَاهُ وَحُوِّلَتْ عِجَافُ رِكَابِي عَنْ سُعَيْدٍ إِلَى سَعْدِ

»Quum eum possideam reliquis carere possum et macilenti cameli mei ab inopia ad pabuli copiam translati sunt.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. In Kamusi opere proverbio signum interrogandi ا est.

٦ سَاوَاكَ عَبْدُ غَيْرِكَ

6. Aequalis et par tibi est servus alienus.

Proverbium alteri simile est: عبد غيرك حر مثلك »Servus alienus est liber, sicut tu.« Id est: Servus viri alius, quum mandatis et interdictis tuis obsequium præstare

non debeat, libertate ista tibi par est. De eo proverbium dicitur, qui se alio praestantiorem habet. cf. C. XVIII, 6.

٧ أَلسَّرَاحُ مِنَ النَّجَاحِ

7. Denegare rem est modus quidam perficiendi.

Quod si rem tibi necessariam a quodam petis, ille autem rem praestare non potest, convenit, ut statim spe te deiiciat, nam hoc tibi utile erit ad rem perficiendam. Conf. Djeuh. opus s. سرح.

٨ أَسْمَحَتْ قَرُونَتُهُ

8. Lenis et obsequens facta est eius anima.

Anima cum iumento refractario comparatur, quod tandem se submittit. Id est: Dubiis remotis consilium cepit. Conf. Kam. et Djeuh.

٩ سَوَاسِيَةٌ كَأَسْنَانِ ٱلْحِمَارِ

9. Omnino aequales sicut dentes asini.

Hemistichium metri Wafir est. Conf. libr. m. p. 204. Alii vocem سواسية esse pro سواسى, mutata una littera ى in ة, alii ex duabus سواء aequalis et سى aequalis compositam vocem esse contendunt. Compositis autem duobus significatione aequalibus vocabulis significationis vis aucta videtur. Rem aequalem et vilem designare videtur. Simili ratione dicitur: سواسية كاسنان المشط »Omnino æquales, ut dentes pectinis.« Cecinit Cotsajjirus:

سَوَاءٌ كَأَسْنَانِ ٱلْحِمَارِ فَلَا تَرَى لِذِى شَيْبَةٍ مِنْهُمْ عَلَى نَاشِىءٍ فَضْلَا

»Aequales ut dentes asini et non vides senem eorum adolescenti praestare.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

Simili modo in versu Alchansaae:

فَٱلْيَوْمَ نَحْنُ وَمَنْ سِوَانَا مِثْلَ أَسْنَانِ ٱلْقَوَارِحْ

»Hodie nos et caeteri similes sumus dentibus quinquennium equorum.«

Versus metrum Camil est. Conf. libr. m. p. 214. Proverbium autem hemistichium metri Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٠ سَكَتَ أَلْفًا وَنَطَقَ خَلْفًا

10. Millies tacuit, tum malum (verbum) protulit.

Ibn-Alahrabius proverbium sic explicavit. Arabs quidam campester quum pepedisset, praesentibus ista verba digitum ad podicem intendens dixit. Verba سكت الفا sunt pro سكت الف سكتة.

١١ أَسَاءَ سَمْعًا فَأَسَاءَ جَابَةً

11. Male audivit et male respondit.

Proverbium, quod metrum Redjes habet (cf. l. m. p. 230), de viro adhibetur, qui verba male audiens falso respondet. Legitur quoque: ساء سمعا فاساء جابة. In hoc ساء eodem modo, quo بئس intelligendum est, ut سمعا accusativus explicandi causa, id quod Arabum grammatici تمييز appellant, appositus sit. Cf. De Sacy Gram. Ar. T. II. pg. 224. ed. alt. Almofadhdhelus verba ista Sohailo ben-Ahmru fratri gentis Banu-Ahmir ben-Lawi (لوى) adscripsit[1]). In matrimonium duxerat Zafijjam filiam Abu-Sahl (al. Djahl جهل) ben-Hescham, e qua Insus ben-Sohail natus est. Die quodam quum pater cum filio, quem antea obiurgaverat, foras exiens in colliculo Meccæ staret, Alachnasus ben-Scharik Tsakefita accessit interrogans. Quis hic est? Pater respondit: Filius meus. Tum Alach-

1) Alii proverbii verba Dsu-l'Azbaho Alahdawani adscribunt. Scharaf-Aldin.

nasus dixit: حياك الله يا فتى Deus te conservet, filiole mi[1])! At filius dixit: Non, per Deum, mater mea domi non est, ad Omm-Hentselam abiit, ut moleret. Pater autem, filii verba excusaturus, ista verba dixit, quae postea in proverbium venerunt. Pater domum redux, filius tuus apud Alachnasum hodie contumelia me affecit, uxori dixit, verba repetens. Tum mater, filius meus puer iam est. Ad quæ Sohailus respondit: اشبه امرء بعض بزه »Similis est vir cuidam supellectili suo« quod dictum in proverbium cessit.

١٢ سُقِطَ فِي يَدِهِ

12. Cecidit in manum eius.

Grammatici de proverbio non consentiunt. Nonnulli سقط et اسقط cum vocalibus formae passivi admittunt, dum Alferräus prius praeferendum esse censet, Abu-Ahmruus autem اسقط dici posse negat. Hic autem loquendi modus, a poetis ante Mohammedem non adhibitus primum in Corani libro (Sur. VII. v. 148.) reperitur. Posteriores, ex. gr. Abu-Nowasus, eum haud recto modo adhibuerunt, quoniam سقطت في يدى »poenitentiam egi« dixerunt, qui passivi utendi modus in verbis intransitivis licitus non est. In Corani libro quidam verbo activi vocales tribuit. Loquendi autem modum diverso modo explicant. Sunt, qui dicant الندم (poenitentiam) esse verbi subiectum; sed hæc explicandi ratio nonnisi cum verbo activo admitti potest. Alii statuunt, يد manum esse pro poenitentia dictum, ut vir verbi subiectum habeatur. Maior denique interpretum pars proverbialem loquendi modum ab eo derivat, quod poenitentia ductus manum mordeat, ut viri poenitentiam agentis manus morsu laesa sit. Conf. Harir. pg. 418. et

---

1) In Scharaf-Aldini opere legimus, quendam, quum filium illum transeuntem videret, interrogasse: اين امك „Quo tendis? puerum autem audivisse: ubi mater tua est? et istis verbis respondisse.

Kam. v. سقط. De eo, qui rei poenitentiam agit, adhibetur.

١٣ سَقَطَ فِي أُمِّ أَدْرَاصٍ

13. Incidit in matrem murium.

ام ادراص »Mater murium« cognomen muris يربوع appellati est; quod calamitatem designat. Cecinit Thofailus:

وَمَا أُمُّ أَدْرَاصٍ بِلَيْلٍ مُضَلِّلٍ ‍ بِأَغْدَرَ مِنْ قَيْسٍ إِذَا ٱللَّيْلُ أَظْلَمَا

»Infortunium nocte in errorem ducente perfidior non est, quam Kaisus, quando nox tenebrosa est.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٤ سَحَابُ نَوْءٍ مَاؤُهُ حَمِيمٌ

14. Nubes sideris ad occasum vergentis, cuius aqua fervida est.

Nubes talis sideris pluviam Arabibus promittit. Vocabulum حميم tum fervidæ tum frigidæ aquæ significationem habet. De homine dicitur, cuius adspectus pulcher est, lingua dulcis; sed in quo nulla est utilitas. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٥ سَهْمُكَ يَا مَرْوَانُ لِي شَبِيعٌ

15. Sagitta tua, o Merwane, mihi lethifera.

Meidanius dixit, السهم الشبيع idem significare quod القاتل (occidens); se autem vocem hanc nonnisi in hoc proverbio invenisse et se nescire, quid revera esset. Proverbium autem reperiri inter proverbia Alazthachrii, qui explicandi causa addidisset: يضرب لسفيه يتبذى على حليم اى اعدل بسهمك الى ما يباذيك »Adhibetur in stultum, qui contra intelligentem obscoenis verbis utitur i. e. dirige sagittam tuam contra id, quod tibi obscoenis verbis opponitur.« Sed in codice Lugdun. legitur الى من »in eum, qui obscoenis

verbis te petit.« Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٦ اَلسِّرُّ أَمَانَةٌ

16. Secretum est depositum.

Quod si quis secretum nobiscum communicat, id a nobis depositi loco habendum est, ut nonnisi ei, qui dedit, reddatur. Poetae, ne animi secreta proferrentur, saepius monuerunt. Sic in hoc versu:

وَسِرُّكَ مَا كَانَ عِنْدَ ٱمْرِءٍ   وَسِرُّ ٱلثَّلَاثَةِ غَيْرُ ٱلْخَفِى

»Secretum tuum est, quamdiu apud unum virum est; et secretum trium non occultum est.«

Et in hoc versu:

وَلَا تُفْشِ سِرَّكَ إِلَّا عَلَيْكَ فَإِنَّ لِكُلِّ نَصِيحٍ نَصِيحَا

»Nonnisi tibi ipsi secretum tuum profer; nam cuilibet amico est amicus.«

Versuum metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281.

١٧ اِسْتُ ٱلْبَائِنِ أَعْلَمُ

17. Podex mulgentis magis gnarus est.

De significatione vocis باين non consentiunt. Dicunt eum esse, qui, dum mulgeatur, a cameli latere sinistro sit; virum a latere cameli dextro معلى aut مستعلى appellari, quod hic mulctrum teneat, alter autem mulgeat. Alii contrarium esse contendunt. Duo autem mulgendo camelo occupati sunt. Proverbio et alium sensum quam hoc in loco a Meidanio tributum esse, e scholiis proverbii alius colligere licet. Proverbii autem verba Alharitso ben-Thsalim adscribuntur. Aldjomaihus, cuius nomen Monkids ben-Althammach est, camelos amissos, quos quaesitum exierat, in gente Morrah invenit. Ut eos recuperaret, opem Alharitsi ben-Thsalim Morritae implo-

ravit. Misit hic praeconem, qui, ut redderentur, nuntiaret. Omnes reddebantur excepta una camela. Hanc autem invenit, dum duo viri ea mulgenda occupati erant. Utrumque ab ea recedere iussit gladio invadens. Quum interim is, qui a latere sinistro (البابين) esset, crepitum ventris emisisset, et a latere dextero stans dixisset: Camela, per Deum! tibi non est; Alharitsus proverbii verbis respondit. In eum dicitur proverbium, qui re occupatus eius meliorem notitiam habet, quam qui eam non tractavit. Scharaf-Aldinus dixit, proverbium adhiberi de viro, qui cognitione praeditus rem agat et cum studio et cura eam aggrediatur; aliis autem adhibetur de re, quae negatur, dum testis eius praesens est. Modo diverso res C. XX, 95. narrata est. conf. Samachschar. Illum autem explicandi modum Scharaf-Aldinus secutus rem prolixius narravit.

١٨ إِسْتٌ لَمْ تَعَوَّدِ ٱلْمِجْمَرَ

18. Podex thuribulo adsuefactus non est.

Proverbii originem sic narrant. Mawijjam filiam Ahfseri reginam, cui vellet, nupsisse narrant. Solebat autem satellites Hiram mittere, ut inde formosissimum adducerent. Hatimum ben-Ahbd-Allâh Thajjitam adduxerunt, cui regina, ut in lectum præcederet, imperavít. Is autem proverbii verba dixit significaturus, se esse Arabem campestrem odoribus non adsuetum. De viro proverbium adhibetur, qui molli vita, cui adsuefactus non est, utitur. Samachschar.

١٩ إِسْتُهُ أَضْيَقُ مِنْ ذٰلِكَ

19. Podex eius angustior est, quam illud.

Mohalhelus frater Colaibi verba ista dixit, quum Hammamus ben-Morrah ei nuntiasset, fratrem suum Djassasum ben-Morrah occidisse Colaibum. In Kamusi opere legitur: انتم اضيق استاها من ان تفعلوه »Podices vestri angustiores sunt, quam ut id faciatis.«

٢٠ سَاعِدَاىَ أَحرز لَهُمَا

20. Brachia mea eas (soleas) magis custodiunt.

Verba haec Malicus ben-Said Manat ben-Tamim dixit. Rem sic narrant. Virum hunc, qui stultus esset, frater Sahdus ben-Said cum Navara filia Halli (حل) ben-Ahdi matrimonio iungere volebat. Quum mulier in illius domum introducta esset, Sahdus eum quoque in domum intrare iussit. Malicus saepius facere recusavit; tandem intravit. Quum mulieri adpropinquasset, illa soleas, quas brachiis duobus appensas tenebat, ut deponeret, eum adhortata est. At rem non faciens proverbii verbis respondit. Tum ille, quum aromata in podicem inderet, a suis, quid faceret, interrogatus: استى اخبثى »Podex meus impurior mei pars est« dixit. Haec quoque verba in proverbium venerunt.

٢١ أَسْقِ أَخَاكَ ٱلنَّمرِىَّ

21. Potum praebe fratri tuo Nameritae!

Kamusi autem auctor يصطبح »ut potum matutinum bibat« addit. Abu-Ohbaidus rem sic narravit. Vir quidam e gente Alnamir ben-Kasith una cum Caahbo ben-Mama iter fecit. Tanta autem aquae inopia erat, ut glareis ad definiendas aquae portiones uterentur. Quum bibendi series ad Caahbum venisset, Namerita eum adspexit. Caahbus eius mutis precibus commotus suam aquae portionem Nameritae praebere distribuentem iussit. Sic Caahbus facere perrexit, donec aquae nil superesset et ipse siti periret. Proverbium autem in eum adhibetur, qui repetitis vicibus rem petit. Conf. prov. اجود من كعب. C. V. 156.

٢٢ أَسْقِ رَقَاشِ إِنَّهَا سَقَّايَةٌ

22. Potum praebe Rakaschiae, nam aliis potum ea dare solet.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230. Rakaschi (sic enim vox enuncianda est) feminae nomen est. Proverbium beneficia beneficiis pensanda esse docet.

٢٣ اِسْتَنَّتِ ٱلْفِصَالُ حَتَّى ٱلْقَرْعَى

23. Currunt cameli pulli ablactati et ipsi pustulis albis laborantes.

Proverbio metrum Sarih est. Conf. libr. meum p. 246. Legitur quoque حتى القريعى, quam vocem alterius deminutivi formam esse puto. Sic quoque in Samachscharii opere legitur. Quando cameli pulli, qui sani sunt, currunt, hoc videntes pulli, qui pustulis albis laborant, illos sanos imitantes currunt; sed viribus ad currendum necessariis destituti procidunt. De eo dicitur, qui cum eo sermonem confert, quocum summa dignitate praedito coram verba facere non decet. Meid. vel potius de eo, qui suae conditioni non convenientem rem agit. Scharaf-Aldin. conf. Harir. p. 40. schol. et 413. text.

٢٤ سِرْحَانُ ٱلْقَصِيمِ

24. Lupus loci arenosi, in quo arbores Gadha appellatae sunt.

Proverbio eadem ratio est, quam alteri ذيب الغضا Conf. C. IX, 8.

٢٥ سَمِّنْ كَلْبَكَ يَأْكُلْكَ

25. Pinguefac canem tuum, te vorabit.

Conf. C. III, 127. Legitur quoque اسمن; sensus idem. Hasimus ben-Ahbd-Almondsir Alhammani ad castra Hamdanidarum transiens in fasciis involutum invenit puerum, quem misericordia commotus secum in equo portavit et servae nutriendum dedit. Quum ille puer adultus esset, ei Hasimus camelos ovesque pascendos tradidit et Djohaischi nomen imposuit. Adolescens pulcher erat, hario-

landi scientiam possidebat et versus componebat. Hasimo autem filia erat Rauhm appellata, quæ adolescentem amabat, et ab eo amabatur. Die quodam pater, cui suspicio inciderat, invenit eos amplexu se tenentes. Quod quum vidisset, iratus verba dixit, quae postea in proverbium venerunt et gladio in eum irruit. Fuga adolescens evasit et ad gentem Hamdanidarum se recepit. Pater a persequendo rediens et filiam quaerens dixit: موت الحرة خير من العرة »Mors liberae melior est, quam crimen;« sed eam strangulatam invenit. Dixit autem: هان على الثكل لسوء الفعل »Orbitatem leviter fero ob pravum factum,« quae quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt. Alii dicunt, virum fuisse e gente Thesm, qui canem bene nutriret spe commotus fore, ut eum ad venandum adhiberet. Quodam autem die canis quum cibum non accepisset, dominum intrantem laceravit. Canis illius in versibus hisce Tharafahus mentionem fecit:

كَكَلْبِ طَسْمٍ وَقَدْ تَرَبَّبَهُ يَعُلُّهُ بِٱلْحَلِيبِ فِى ٱلْغَلَسِ

ظَلَّ عَلَيْهِ يَوْمًا يُفَرْفِرُهُ إِلَّا يَلَغْ فِى ٱلدِّمَاءِ يَنْتَهِسِ

»Ut canis Thesmi, quem educaverat nocte obscura lac bibendum iteratis vicibus porrigens, aliquando eum lacerabat; si sanguinem non lambit, dentibus eum mordet [1].«

Dixit Auhfus ben-Alahwaz:

فَإِنِّى وَقَيْسًا كَٱلْمُسَمِّنِ كَلْبَهُ فَخَدَّشَهُ أَنْيَابُهُ وَأَظَافِرُهُ

»Ego et Kaisus similes sumus viro, qui canem suum pinguefecit. Tum autem dentibus et unguibus eum (canis) laceravit.« Metrum versus Thawil est. Cf. l. m. p. 161.

٢٦ أَسَافَ حَتَّى مَا يَشْتَكِى ٱلسَّوَافَ

26. Pecora morte amisit, sed de calamitate non queritur.

---

1) Versuum metrum Monsarih est. Conf. l. m. p. 255.

De eo dicitur, qui fortunae vicissitudines patienter fert. Conf. Kam. s. v. سوف.

٢٧ سِرْ وَقَمَرٌ لَكَ

27. Iter fac, nam luna tibi est.

Hortatur nos proverbium, ut occasionem arripiamus. Altera est lectio اسر (a سرى) »iter fac nocturnum.« Sic quoque in Scharaf-Aldini et Samachscharii opere legitur.

٢٨ أَسَائِرَ ٱلْيَوْمِ وَقَدْ زَالَ ٱلظُّهْرُ

28. Num huiusce diei pars reliqua est et tempus postmeridianum praeteriit.

Vox سائر a radice سئر »reliquus, residuus est« derivatur. Iunusus proverbii originem sic narravit: Gens, in ipsam incursione hostili facta, ad patrueles suos auxilium rogans miserat. Cunctabantur autem auxilium ferentes, ut, quum advenirent, amici omnes in captivitatem abducti essent. Rogantibus ubi amici essent, proverbii responsum datum est. Proprie de viro dictum, qui proficiscendi tempus praetermisit, in eum transfertur, qui occasione attingendi praetermissa, rem cupit. Scharaf-Aldin.

٢٩ سَالَ ٱلْوَادِى فَذَرْهُ

29. Fluit (vallis) alveus; eum igitur relinque!

In eum dicitur, qui modum in re excedit. Eius agendi ratio cum valle vel alveo aqua omnino impleto comparatur.

٣٠ أَسَاءَ رَعْيًا فَسَقَى

30. Male pavit; tum bibendum pecori dedit.

Pastor, qui sine cura pecus paverat, ita ut satiatum non esset, potum ei praebuit, ut venter impleretur et res cognosci non posset. In eum dicitur, qui rem non bene tractavit, tum eam correcturus peiorem reddit.

٣١ سَلُّوا ٱلسُّيُوفَ وَسَلَلْتَ ٱلْمُنْتِنَ

31. Gladios destrinxerunt et tu gladium nullius pretii eduxisti.

Samachscharius in proverbio واستللت habet; sed noster legendi modus praeferendus videtur, quia in versu sic legitur:

سَلُّوا ٱلسُّيُوفَ وَقَدْ سَلَلْتَ الْمُنْتِنَا   فَضَرَبْتُ أُولِى ٱلْقَوْمِ ضَرْبًا مُثْخِنَا

»Strinxerunt gladios et iam gladium vilem strinxeras. Ego vero principes gentis ictu gravi confodi.«

Voci منتن gladii pravi significationem habere contendunt. Samachscharius in proverbio nec non المنتل, cui voci gladii pravi aut pugionis significationem tribuit, legi dixit. De viro, qui ipse nullius pretii viros praeclaros imitatur, ut iis adnumeretur, proverbii verba adhibent.

٣٢ سَوَآءٌ عَلَيْنَا قَاتِلَاهُ وَسَالِبُهُ

32. Nihil nobis differre videntur eius duo occisores et eius praedator.

Proverbium hemistichium posterius versus metri Thawil est, cuius prius fuisse dicitur:

فَمُرَّا عَلَى عُكْلٍ نُقَضِّ لُبَانَةً

»Transite vos ambo ad Ohclum, ut rem necessariam perficiamus!«

Proverbii sensus hic esse dicitur: Quum virum vides, qui virum praedatur, ex ista re cognosces, eum alterum antea occidisse. Proverbium de male facto adhibent, quod huic peius factum antecessisse indicat. Proverbio autem Moahwijjahus usus est, quum Ohtsmanus occisus esset.

٣٣ سَاجَلَ فُلَانٌ فُلَانًا

33. Aemulatus est unus alteri.

Verbum ساجل proprie in eo adhibetur, quod unus cum altero situlam ex puteo extrahit, ut, qui ante alterum facere abstineat, victus sit. Res in certamen de gloria translata est. Cecinit Alfadhlus ben-Alahbbas ben-Ahtabah ben-Abi-Lohab, qui tempore Ferasdaki vixit:

مَنْ يُسَاجِلْنِى يُسَاجِلْ مَاجِدًا   يَمْلَأُ ٱلدَّلْوَ اِلَى عُقْدِ ٱلْكَرَبْ

»Qui me aemulatur, is gloria conspicuum aemulatur, qui situlam usque ad nodum funis implet.«

٣٤ سَبَقَ دِرَّتُهُ غِرَارُهُ

34. Lac eius abundans lac eius paucum præcessit.

Malum eius ante bonum eius fuit. De eo adhibetur, qui malefecit, antequam benefecerat. Samachschar. Quum secundum grammatices regulas, ne ambiguitas oriatur, subiectum verbi obiecto praecedat, necesse sit, vix video, quomodo sensus, qui a Samachschario proverbio tribuitur, verbis inesse possit; lactis enim copia beneficium, parum lactis malefactum significare videtur. Grammatices autem nulla ratione habita si vertitur; »Lac paucum eius lac eius abundans praecessit,« ut lac paucum verbi subiectum sit, res verbis apta esse videtur.

٣٥ سَبَقَ مَطَرُهُ سَيْلَهُ

35. Praecessit pluvia eius torrentem eius.

In eum dicitur, cuius factum minae praecedunt.

٣٦ سَرْعَانَ ذَا إِهَالَةً

36. Celeriter illud, dum est adeps.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. meum p. 232. Vir quidam ovem emaciatam, ut mucor ob maciem e naribus efflueret, habebat. Viro, quid esset, interroganti, respondit, ovis adipem esse. Tum interrogans verba, quae postea in proverbium venerunt, protulit. Verba au-

tem sic explicant: سرع هذا الرعام حال كونه اهالة »Celer est hic mucor, dum est adeps liquatus.« De viro dicitur, qui rem ante tempus nuntiat. cf. Kam. s. سرع.

٣٧ سَمْنُكُمْ هُرِيقَ فِي أَدِيمِكُمْ

37. Butyrum vestrum effusum fuit in cutem vestram.

Sunt autem, qui voci اديم significationem vocis مادوم esse dicant. De eo dicitur, qui sibi commodo opes suas erogavit, et tum in alios beneficus haberi vult, ut aliis beneficia exprobret. Samachschar.

٣٨ سَمِنَ حَتَّى صَارَ كَأَنَّهُ الْخُرْسُ

38. Pinguis fuit, ut dolio magno similis factus esset.

٣٩ سُوءُ حَمْلِ ٱلْفَاقَةِ يَضَعُ الشَّرَفَ

39. Male paupertatem tolerare nobilitatem diminuit.

Loco vocis الشرف legitur الشريف nobilis. Nobilis ad paupertatem redactus si vili modo victum quærit, dignitatem suam perdit. Proverbii originem in verbis Actami ben-Zaifi vident: الدنيا دول فما كان منها لك اتاك على ضعفك وما كان منها عليك لم تدفعه بقوتك وسوء حمل الغنى يورث مرحا وسوء حمل الفاقة يضع الشرف والحاجة مع المحبة خير من البغضة مع الغنى واعادة املك بالادب »Mundus vicissitudinibus continetur. Pars eius bona tibi destinata, etsi debilis es, te attinget, partem eius malam robore tuo non repelles. Male ferre opulentiam, petulantiam gignit, male ferre paupertatem, nobilitatem diminuit. Penuria cum amore melior est, quam odium cum opulentia et consuetudo magis regnat per humanitatem.« Ausus ben-Haritsah filio suo dixit: خير الغنى القنوع وشر الفقر الخشوع »Optima opu-

lentia est contentum esse et pessima paupertas est se abiicere.«

٤٠ سَمِنَ كَلْبٌ بِبُوسِ أَهْلِهِ

40. Pinguefactus est Calbus ob gentis suae calamitatem.

Calbus quum, ut pignus daret, postulatum esset, gentem suam pignori concessit, et eorum, quibus oppigneratus erat, pecore potitus gentem suam reliquit. Proverbium poeta in versu sequente respicere videtur:

وَفِينَا إِذَا مَا أَنْكَرَ ٱلْكَلْبُ أَهْلَهُ غَدَاةَ ٱلصَّبَاحِ ٱلضَّارِبُونَ ٱلدَّوَابِرَا

»Inter nos, quando Calbus gentem suam abnegat, tempore matutino viri sunt loricas percutientes[1]).«

Samachscharius autem voci كلب canis significationem in proverbio tribuit, ut vertendum sit »canis pinguis est ob calamitatem gentis suae,« canis enim, qui iumentorum cadaveribus vescitur, pinguis fit. Mulier quaedam virum vituperans sic dixit:

فَأَنْتَ كَكَلْبِ ٱلسُّوءِ فِي جُوعِ أَهْلِهِ فَيَهْزِلُ أَهْلُ ٱلْبَيْتِ وَهُوَ سَمِينُ

»Tu es similis cani pravo tempore famis, qua gens eius adfligitur. Nam familia emaciatur, dum is pinguis est.«

٤١ اِسْتَكَّتْ مَسَامِعُهُ

41. Surdae sint eius aures!

Ne audiat res ipsum gaudio afficientes!

٤٢ اِسْمَحْ يُسْمَحْ لَكَ

42. Liberalis esto, et in te liberales erunt!

Voci اسمح et primae et quartae coniugationis vocales dantur. In consensu agendi rationis (فى المواتاة والموافقة)

1) Metrum versuum Thawil est. Conf. libr. meum p. 161.

adhibetur. Meid. Sed in Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus legitur في المساهلة »in lenitate, benignitate.«

٤٣ أَسَاءَ كَارِهٌ مَا عَمِلَ

43. Male fecit invitus id, quod fecit.

In eum dicitur, qui invitus rem aggreditur et hanc ob causam summam diligentiam non adhibet. Cecinit poeta:

وَلَا يَبْلُغُ الْحَاجَاتِ إِلَّا الْمُثَابِرُ

»Res sibi necessarias non assequitur nisi assiduus.«

Hemistichium metri Thawil est. Conf. l. meum p. 161.

٤٤ سِدَادٌ مِنْ عَوَزٍ

44. Gruma lactis in foramine uberis ex inopia.

Vocabulum سداد nomen esse dicunt a سد derivatum. Sunt autem, qui vocem cum vocali Fatha et Kesre enuncient. Alii vocalem Fatha omnino reiiciunt, alii vocalem Kesre praeferunt. Proprie rem designat, qua obturatur ex. gr. obturamentum ampullae; Meidanio autem est gruma lactis sicca, qua meatus mammae obturatur. Dicitur quoque: اصبت به سدادا من عيش »Per eum assecutus sum obturamentum victus« i. e. quo vitam tolerarem. Proverbium rem paucam designat, qua nos a paupertate et inopia defendimus. Conf. Kam. Dj. Samachschar. Harir. 373. Abulf. Ann. II, 136.

٤٥ سَبَّحَ لِيَسْرِقَ

45. Multum laudavit, ut furaretur.

Hypocrisin in agendo designat. Conf. prov. 68.

٤٦ سَلَأَتْ وَأَقْطَتْ

46. Coquendo butyrum purificat et caseum mollem siccat (femina).

De eo dicitur, qui post inopiam alimentis abundat.

٤٧ أُسْتُرْ عَوْرَةَ أَخِيكَ لِمَا يَعْلَمُهُ فِيكَ

47. Fratris tui pudendum tege, quoniam statum tuum noscit.

Quod si alius vitia detegere studes, tua deteget.

٤٨ سَفِيهٌ مَأْمُورٌ

48. Stultus cui mandatum datum est.

Saahdus ben-Malic Cenanita, quum ad Alnohmanum ben-Almondsir venisset, interrogatus, qualis eius terra esset, respondit: Pluvia eius abundans, plantae eius magnae. Tum ei rex dixit: Loquax tu es; sed si placet, quaestionem tibi proponam, cuius responsum non dabis. Saahdus, ut faceret, rogavit. Iussit igitur rex servum, ei colaphum ducere, interrogans, quid ad hanc quaestionem respondes? Saahdus dixit: Stultus cui mandatum datum est. Tum servum rex colaphum repetere iussit, interrogans: Quale est tuum responsum? Saahdus dixit: لو اخذ بالاولى لم يعد للاخرى »Quodsi prioris peccati poenam accepisset, iterum non fecisset.« Tertio denique colaphum infringere servum iussit, dicens, quid tandem responsi habes? Dixit »Dominus castigans« quibus verbis rex, qui eius occidendi voluntatem haberet, contentus eum socium sibi adiunxit. Conf. C. I, 146.

٤٩ سَوَآءٌ هُوَ وَٱلْعَدَمُ

49. Nullum discrimen est inter eum et defectum.

Legitur quoque سواء هو والقفر »Nullum discrimen inter hoc et desertum est.« Abu-Ohbaidus enim explicandi causa addidit verba: اذا نزلت به فكانك نازل بالقفار المحلة »Quum apud eum habitas, idem est, ac si in desertis sterilibus habites.« In Kamusi opere sic quoque legitur سوى والعدم, quod siwan et sowan enunciari potest et dicitur

مررت برجل سوى والعدم »Transivi ad virum, cuius existentia et defectus æquales sunt.« Talis est, ut eius existentia nullam utilitatem habeat. De avaro dicitur. Samachschar.

٥٠ سَمِنَ فَأَرِنَ

50. Pinguis est et tum alacer est.

In eum dicitur, qui limites suos transgreditur. In Samachscharii libro legitur: سمنوا فارنوا »Pingues sunt et tum alacres, insolentes sunt.«

٥١ . سَوَّاءٌ لَوَّاءٌ

51. Aequabilis, curvus.

In mulieres dicitur i. e. modo aequabiles, modo curvæ sunt, congregatae aut dispersae, ut semper statum mutent. Tum quoque in hominem mutabilem verba transferuntur.

٥٢ سَوَاهٍ لَوَاهٍ

52. Negligentes, ludentes.

Lusui deditae res conservandas negligunt. Proverbio hoc mulieres describuntur.

٥٣ سُرِقَ ٱلسَّارِقُ فَٱنْتَحَرَ

53. Fur furto re privatus erat et se iugulavit.

Fur quum rem, quam furatus erat, in foro, ut venderet, exposuisset, et alius quidam eandem furto abstulisset, tristitia se occidit. Proverbium autem de eo adhibetur, qui re, quae ipsius non erat, privatus summa tristitia afficitur.

٥٤ سَفِيهٌ لَمْ يَجِدْ مُسَافِهًا

54. Stultus non invenit virum, qui stultitia eum vincere studet.

Verba haec Hasanus Ahlii filius de Ahmruo ben-Alsobair dixit. In Samachscharii libro legitur: de Ahmiro ben-Ahbd-Allah ben-Alsobair.

٥٥ السَّلِيمُ لَا يَنَامُ وَلَا يُنِيمُ

55. Morsus a serpente non dormit et dormire non sinit.

Placet addere totum proverbii scholion; cognoscitur enim ex eo, quomodo hominibus nomina indita sint et eorum nomina explicentur. قال المفضل اول من قال ذلك اليـاس بن مضر وكان من حديث ذلك فيمـا ذكر الكلبى عن الشرقى بن القطامى ان ابل الياس ندت ليلا فنادى ولده وقال انى طالب الابل فى هذا الـوجه وامر عمرا ابـنه ان يطـلب فى وجه اخـر وترك عامرا ابنه لعلاج الطعام قال فتوجه الياس وعمرو وانقطع عمير ابنه فى البـيت مع النسـاء فقـالت لـيلى بنت حلـوان امراتـه لاحدى خـادميه اخـرجى فى طـلب اهلـك وخرجت ليلى فلقيهـا عامر محتقبـا صـيدا قد عـالجه فسـالها عن ابيه واخيه فقالت لا علم لى فاتى عامر المنزل وقل للجارية قصى اثر مولاك فلما ولت قال لهـا تقرصعى اى ائتدى وانقبضى فلم يلبثوا ان اتاهم الشيخ وعمرو ابنه قد ادرك الابل فوضع لهم الطعـام فقـال الياس السليم لا ينـام ولا ينيم فارسلها مثلا فقالت ليلى امراته والله ان زلت اخندف فى طلبكما والهة قال الشيخ فانت خندف قال عامر وانا والله كنت اداب فى صيد وطبخ قال فانت طابخة قال عمرو فما فعلت انا افضل ادركت الابل قال فانت مدركة وسمى عميرا قمعة لانقماعه فى البيت فغلبت هذه الالقاب على اسمائهم يضرب مثلا لمن لا يستريح ولا يريح غيره
»Dixit Almofadhdhelus: ista verba Aljasum (Elias) ben-Modhar primum protulisse Calbita, qui Alscharkijjum ben-Alkathami auctorem sequitur, sic tradidit: Quum cameli Aljasi noctu fugissent, filium suum Ahmruum advocavit dicens: »Camelos ego quaeram hoc latere« et filium suum Ahmruum in alia regione eos quaerere iussit, et filium suum Ahmirum, ut cibum pararet, reliquit. Aljaso et Ahmruo abeuntibus Ohmairus cum mulieribus domi remansit. Dixit autem Laila filia Holwani eius uxor uni ex

ministris, exi o femina, quaerens gentem tuam! Quum autem Laila foras prodiisset, obviam venit Ahmirus portans farinam, quam paraverat et de patre et fratre eam interrogavit. Dixit: nescio. Tum Ahmirus domum intrans puellæ, ut domini vestigia sequeretur, imperavit et quum illa tergum vertisset, dixit ei تقرصعى i. e. اتّدّى وانقبضى »Curva esto et contracta esto! Non multo autem post ad eos venerunt senex ipse eiusque filius Ahmruus, qui camelos invenerat. Ille cibum apposuit. Tum dixit Aljasus السليم لا ينام ولا ينيم »A serpente morsus neque ipse dormit, neque alios dormire sinit,« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Laila autem eius uxor dixit: per Deum! Ego tristitia adfecta semper properanter incedens vos quaesivi.« Dixit senex: Tu es Chandaf[1]). Tum Ahmirus dixit: Ego, per Deum! diligenter venabar et coquebam. Dixit (senex): »Et tu Thabichah (coquus) es.« Dixit Ahmruus: Quod ego feci, praestantius est, camelos assecutus sum. Dixit senex: et tu es Modricah (adsequens). Ohmairum autem Komah appellavit, quod is clam in domum ingressus erat. Haec vero cognomina nominum ipsorum locum postea tenebant. Proverbium de eo adhibetur, qui ipse non quiescit, et alios quietem capere non sinit.«

٥٦ اسْعَ بِجَدِّكَ لَا بِكَدِّكَ

56. I cum fortuna tua et non cum diligentia tua.

Verba haec Hatimus ben-Homairah Hamdanida dixisse fertur. Miserat filios suos Alhislum et Ahdjinahum ad mercaturam faciendam. Alhislus a quibusdam e gente Asad direptus et [in captivitatem abductus est; Ahdjinahus vero in via opes invenit, quibus potitus statim ad suos rediit. Ea re laeti reditum Alhisli exspectabant; sed quum tempore elapso non rediisset, ne ei quid mali in via acci-

1) A خندف „properanter incessit“ nomen deductum.

disset, timebant. Mittebatur igitur frater non ex eadem matre genitus, cui nomen Schacirus, ad eum quaerendum. Invenit eum et pretio quadraginta camelorum redemit. Hisllus ex avibus adventum fratris praevidens versus hosce dixit:

تُخَبِّرُنِى بِٱلنَّجَاةِ ٱلْقَطَاةُ　　وَقَوْلُ ٱلْغُرَابِ بِهَا شَاهِدُ
يَقُولُ أَلَا قَدْ دَنَا نَازِحٌ　　فِدَآءٌ لَهُ ٱلطُّرْفُ وَٱلتَّالِدُ
أَخٌ لَمْ يَكُنْ أُمُّنَا أُمَّهُ　　وَلٰكِنْ أَبُونَا أَبٌ وَاحِدٌ
تَدَارَكَنِى رَأْفَةٌ حَاتِمٌ　　فَنِعْمَ ٱلْمُرَبِّبُ وَٱلْوَالِدُ

»Avis Katha libertatem mihi nuntiat, et corvi verbum eam testificatur, dicens, eheu! longe remotus iam appropinquat, opes novas et veteres pro lytro adferens. Frater, cuius mater mea non est; sed pater unus nobis est. Maxime misericors, Hatimus meam conditionem reparavit et quam bonus est educator et parens[1])!«

Samachscharius autem et Scharaf-Aldinus diverse rem narrarunt. Hatimus filium suum Hanbal appellatum cum magnis opibus in Syriam mercaturae faciendae causa miserat. Hic in itinere direptus et occisus est. Alter autem filius Ahmir, quem, ut camelos amissos quæreret, miserat, hos cum multis mercibus, quibus a mercatoribus onusti erant, reduxit. Dixit igitur pater ista verba significaturus, Hanbalum calamitate adflictum, Ahmirum vero a fortuna adiutum desiderio potitum esse. Proverbium docet, fortunam in rebus consequendis viro maximum auxilium adferre.

٥٧　سِرْ عَنْكَ

57. Omitte hoc!

Verba haec Chidascho ben-Habis Tamimitae e gente

---

1) Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. meum p. 281.

Sahdus tribuunt, et causam talem fuisse narrant: Chidaschus mulierem Alrabah appellatam in matrimonium duxerat. Ob negotium quum per plures annos a domo abesset, uxor absentia mariti usa cum viro Salm appellato amoris vinculis se coniunxit. Accidit autem, ut Chidaschus ex itinere rediens Salmo occurreret camelos amissos quærenti. Chidaschus suum nomen celans sermone cum Salmo collato, ex versibus, quos ille cecinit, verum rerum statum cognovit et eum, ut rem ipsi narraret, rogavit. Salmus rem exposuit; at Chidaschus, ne suspicionem ei iniiceret, abrupto sermone سر عنك »omitte hoc« dixit. Ita factum, ut iterum atque iterum interrogando, et amantium conventus locum et signum, quod inter ipsos constitutum esset, cognosceret. Tum virum inopinato impetu truncavit et uxorem in eodem loco, quo cum amante convenire solebat, signum amantis imitans interfecit. De verbis سر عنك interpretes non consentiunt. Dicunt verborum sensum esse: دعنى واذهب عنى »Sine me et abi a me;« alii dicunt sensum esse: لا تربع على نفسك »Ne te contineas! nam si quis se ipsum non continet, a se abit.« Arabes autem vocabulum عن in sermone modo superfluo adhibuerunt ex. gr. in verbis: دع عنك الشك »Omitte dubitationem.« Sunt denique, qui voci سر عنك sensum tribuant, qui verbis لا ابا لك »patre careas!« est. Proverbium autem significat, rem negligi et non curari.

٥٨ اسْتُ ٱلْمَسْؤُولِ أَضْيَقُ

58. Podex rogati angustior est.

Asadus ben-Chosaimah filios morte appropinquante cohortans dixisse narratur: يا بنى اسألوا فان است المسؤل اضيق »O filii mei! rogate, nam podex rogati angustior est.« Sic dicitur, quia vitium ad rogatum redit. Samachschar. Scharaf-Aldin.

٥٩ سُوءُ ٱلْاِسْتِمْسَاكِ خَيْرٌ مِنْ حُسْنِ ٱلصَّرْعَةِ

59. Pravo modo se in equo continere melius est, quam pulchro modo decidere.

Meidanius dixit, quandam desideratae rei partem, dum cavemus, consequi melius esse, quam totam rem consequi, dum per incuriam (على التهور) in eam incidimus. Sed quum Samachscharius et prolixius et accuratius proverbium explicaverit, eius verba ipsa addere placet: اى لان يزل الانسان وهو عامل بطريق الاحسان ووجه العمل خير من ان يصيب وهو عامل بالاساءة والخرق واصله الرجل الردى الركبة الذى يستمسك فهو خير ممن يصرع صرعة لا تضره يضرب فى الامر بلزوم الطريقة المثلى »Id est: Hominis labentis, dum bonam agendi rationem sequitur, agendi modus melior est, quam eius, qui, dum prave et perverse agit, desiderio potitur. Loquendi autem modus inde desumtus est, quod, si vir artis equestris imperitus in equo se tenet, melius hoc est, quam si ex equo decidit modo ipsi non nocente. Proverbium autem nos hortatur, ut viam vero proximam et praestantissimam in agendo semper sequamur.« In Kamusi opere legimus, vocem الصرعة aut cum vocali Kesre, ut sit modus decidendi aut cum vocali Fatha, ut sit una decidendi actio, enunciari.

٦٠ سَدِكَ بِٱمْرِئٍ جُعَلُهُ

60. Assidue sequitur virum ipsius scarabaeus.

Id est: Deditus est, quemadmodum scarabaeus rei, cui deditus est, adhaeret. In eum dicitur, qui rem corrumpit. Abu-Saidus dixit: Quidam rem sibi necessariam ab altero petiturus si ab alio superveniente impeditur, quominus rei petendae mentionem faciat, hic impediens eius scarabaeus est. Cecinit poeta:

اذا أَتَيْتُ سُلَيْمَى شُبَّ لِى جُعَلٌ إِنَّ ٱلشَّقِىَّ ٱلَّذِى يَلْقَى بِهِ جُعَلُ

»Quum ad Solaimam venio, scarabaeus mihi adest; infelix est is, cui scarabaeus addictus est.«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190; conferas quoque Harir. p. 72, ubi in scholiis contra metrum سلمى legitur. Samachscharius adnotavit, loco vocis سدك legi quoque عسق; sed in codice, quo usus suum, سدك in proverbio legitur.

٦١ سُقُوا بِكَأْسِ حَلَاقِ

61. Rigati sunt poculo mortis.

Omnes deleti sunt.

٦٢ سُلِّى هٰذَا مِنِ ٱسْتِكِ أَوَّلًا

62. Prius extrahe, o femina, hoc e podice tuo!

In eum dicitur, qui ipse vituperatione dignus alium vituperat.

٦٣ سُبَّنِى وَٱصْدُقْ

63. Convicium mihi fac, et verax esto!

Monet proverbium, ut veraces in verbis simus.

٦٤ سَيْرُ ٱلسَّوَانِى سَفَرٌ لَا يَنْقَطِعُ

64. Incessus camelorum, qui ad terram rigandam adhibentur, est iter non finiens.

Cameli isti operi adhibiti in orbem incedunt, quam ob causam, ni fallor, de opere perpetuo, cui finis non est, adhibetur.

٦٥ سَلَكُوا وَادِى تُضُلِّلَ

65. Incesserunt in valle Todhollila.

Vocabulum تضلل Todhollila proprie passivum formae quintae verbi esse videtur, tum nomen proprium »erroris, vanitatis« factum est. Etiam Todhallila enunciatur. Kam.

٦٦ سَقَطَتْ بِهِ ٱلنَّصِيحَةُ عَلَى ٱلظِّنَّةِ

66. Sincerum monitum ei suspicionem adtulit.

Quum in monitis modum excederet, suspectus factus est.

٦٧ سَبَّكَ مَنْ بَلَّغَكَ ٱلسَّبَّا

67. Convicium tibi fecit is, qui convicii certiorem te fecit.

Est dimidium versus metri سريع. Littera ا in fine vocis السبا metri causa apposita est. Conf. l. m. p. **244**.

٦٨ سَبِّحْ يَغْتَرُّوا

68. Multum lauda; socordes erunt.

Laude multa socors fit homo, ut facile decipiatur. In eum dicitur, qui se alium nobis ostendit, quam animo est, ut nos decipiat.

٦٩ سِيلَ بِهِ وَهْوَ لَا يَدْرِى

69. A fluvio abreptus est, et nescit.

De socorde adhibetur. Dixit poeta:

يَا مَنْ تَمَادَى فِي مُجُونِ ٱلْهَوَى   سَالَ بِكِ ٱلسَّيْلُ وَلَا تَدْرِى

»O tu, qui in amoris socordia permanes, te fluvius abripuit et tu nescis.«

Versus metrum Sarih est. Conf. l. m. p. **244**.

٧٠ سِرُّكَ مِنْ دَمِكَ

70. Secretum tuum pertinet ad sanguinem tuum.

Saepe secretum nostrum divulgatum in causa est, cur vita privemur.

٧١ سُوءُ ٱلِٱكْتِسَابِ يَمْنَعُ مِنَ ٱلِٱنْتِسَابِ

71. Pravitas quaestus impedit, quominus hominibus, qui simus, aperiamus.

Quod si quis turpem agendi rationem in victu quaerendo sequitur, originem suam aliis occultare debet. In Samachscharii opere legitur من حسن الانتساب »quominus a parentibus claris originem deducamus.«

٧٢ سَيْرَيْنِ فِي خَرْزَةٍ

72. Duo lora in uno foramine suturae.

De eo dicitur, qui in uno negotio duo negotia coniungit vel per unum negotium duo conficit, quemadmodum ex hoc versu cognoscitur:

سَأَجْمَعُ سَيْرَيْنِ فِي خَرْزَةٍ أُمَجِّدُ قَوْمِي وَأَحْمِي ٱلنَّعَمْ

»Coniungam lora duo in uno suturæ foramine; gloria extollam gentem meam et pecora defendam.« (met. Motakarib).

Dixit Abu-Ohbaidahus, legi خرزتين فى سير »suturae duae in loro. Hoc esse vitium; Abu-Ohbaidus vero dixit, legi خرزتين فى خرزة »Suturæ duæ in sutura.« Hunc legendi modum Samachscharius habet. De eo adhiberi dixit, qui unam rem cum altera coniungens duas perdiderit, alios autem imperativi sensum proverbio tribuere: Quod si duo negotia in uno coniungere potes, fac! Legi quoque فى غرزة, quod eandem significationem habeat. In proverbio autem accusativus سيرين e verbo omisso جمع collegit pendet.

٧٣ سَأَكْفِيكَ مَا كَانَ قَوَالًا

73. Quod ad sermonem attinet, non metuo.

Alnamirus ben-Taulab Ohclita provecta aetate Hamsam filiam Naufeli e gente Banu-Asad natam in matrimonium duxerat. Iuvenes e fratris Alnamiri filiis quum uxorem a fide erga maritum removere studerent, ea de insidiis iuvenum apud Alnamirum quaesta est. Maritus ei dixit:

talia et talia eis verba dic! Respondit femina: ساكفيك ما يرجع الى القول والجاملة »Tibi sufficiam quod redit ad verbum et iocum licitum.« i. e. Verba verbis refutare res facilis est, quam perficere possum; sed quod praeter verba accidit, repellere difficile est.

٧٤ أَسْرَعَ فِي نَقْصِ آمْرِىءٍ تَمَامُهُ

74. Perfectio viri ad imminutionem celeriter ducit.

Quod si vir perfectus est, eius imminutio incipit. Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Silentio praetermittendum non est, in Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus legi اسرع فى نقص امرٍ تمامه »Quando res perfecta est, celeriter diminui incipit.«

٧٥ إِسْتَوَى بِهِ ٱلْأَرْضُ

75. Aequalis ei terra est.

Id est: Non est inter eum et terram, in qua sepultus est, discrimen i. e. mortuus est. In Scharaf-Aldini, Samachscharii et Kamusi operibus استوت legitur. Eodem sensu تسوت به الارض et سُوِّيت عليه الارض dicitur. Kam.

٧٦ أَسْوَءُ ٱلْقَوْلِ ٱلْإِفْرَاطُ

76. Pessimus sermo est, qui modum excedit.

Modum excedere in omni re ad corruptionem ducit. Narrant Malicum ben-Hajj et Haritsahum ben-Ahbd-Alahsis e gente Ahmir ad Ahlkamahum ben-Ghalatsah litigantes venisse. Qui quum timuisset, ne litigantes modum excederent, eum dixisse: اول العى الاختلاط واسوا القول الافراط فلتكن منازعتكما فى رسل ومشاناتكما فى مهل »Initium haesitationis in sermone est confusio, et pessimus sermo est, qui modum excedit; sit igitur disputatio vestra moderata et odium mutuum vestrum lene!« Samachsch. Scharaf-Aldin.

٧٧ السَّعِيدُ مَنْ وُعِظَ بِغَيْرِهِ

77. Felix est, qui alius exemplo admonitus est.

Qui ex alius calamitate discit, quemadmodum calamitatem effugiat, is felix habendus est. Narrant, Mertsadum ben-Sahd, qui inter Ahditas esset, qui Meccam missi pluviam Deum rogarent, haec verba dixisse. Quum enim in nube se ex mare attollente ipsis poenam esse cognovisset, ad Islamismum se convertisse et sociis dum rem celaret hæc verba locutum esse: ما لكم حيارى كانكم سكارى ان السعيد من وعظ بغيره ومن لم يعتبر الذى بنفسه يلقى نكال غيره „Quid vobis est? stupefacti estis tanquam ebrii. Felix est, qui alius exemplo admonitus est; at qui admonitionem non admisit, is aliorum poenas luit;“ ex quibus verbis proverbia orta sunt.

٧٨ سِيَّانِ أَنْتَ وَالْعُزْلُ

78. Pares estis tu et inermes.

In eum dicitur, cui commodum in re sua non est.

٧٩ سَفِهَ بِٱلنَّابِ ٱلرُّغَاءِ

79. Stultus est in annosa camela vociferatus.

In sene grandaevo iuvenilis amor et animi perturbatio stultus est.

٨٠ سَوْفَ تَرَى وَيَنْجَلِي الْغُبَارُ أَفَرَسٌ تَحْتَكَ أَمْ حِمَارُ

80. Iam videbis et pulvis recedet, utrum equus sub te sit an asinus.

In eum dicitur, cui res interdicitur, et qui obedire nolit. Sunt duo versus metri Sarih appellati. Conf. libr. meum. p. 246.

٨١ أَسْمَعُ صَوْتًا وَأَرَى فَوْتًا

81. Audio sonum, et video interstitium.

In eum dicitur, qui res promittit, sed non perficit. Cf. C. V, 5. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Cf. l. m. p. 244 sq.

٨٢ أَسْرِعْ فَقْدَانًا تُسْرِعْ وُجْدَانًا

82. Celeriter quaere, celeriter invenies.

٨٣ سَلَّطَ ٱللّٰهُ عَلَيْهِ ٱلْأَيْهَمَيْنِ

83. Deus te in protestatem duorum insipientium det!

الايهمان »Duo insipientes« Arabibus campestribus sunt: »Torrens aquae et camelus libidine furens;« oppidanis vero »torrens aquae et incendium.« Altera lectio est الاعميان »Duo caeci« id quod aliis »torrens et incendium,« aliis »initum appetens camelus et nox« est. Proverbii sensus est: Perdat te Deus! Proverbium ad metrum Raml referri potest. Conf. l. m. p. 237.

٨٤ سُورِى سَوَارِ

84. Irrue o impetus! (o calamitas).

Eodem modo dicitur صمى صمام »Magna sis o calamitas!« Proverbialem locutionem nostram Alasadita in versu adhibuit:

فَقَامَ مُؤَذِّنٌ مِنَّا وَمِنْهُمْ يُنَادِى بِٱلضُّحَى سُورِى سَوَارِ

»Stetit convocans ex nostro et eorum numero, qui exclamabat pleno die: Irrue impetus!

Versus metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

٨٥ سَبَهْلَلٌ يَعْلُو ٱلْأَكَمَ

85. Nullam rem secum ducens colles adscendit.

In eum dicitur, qui curis liber et hilari animo in colles adscendit.

٨٦ سَايِلُ ٱللَّهِ لا يُخَيَّبُ

86. Deum rogans non fallitur.

Monet nos proverbium, ne in hominum, sed in Dei auxilio spem ponamus.

٨٧ سَحَابَةُ صَيْفٍ عَنْ قَلِيلٍ تَقَشَّعُ

87. Nubes aestatis brevi abit.

Proverbium finem rei celerem designat. Hemistichium metri Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٨٨ ٱلسَّفَرُ قِطْعَةٌ مِنَ ٱلْعَذَابِ

88. Iter pars poenae est.

Sc. poenae inferni. Sic dicitur ob multas in itinere molestias ferendas.

٨٩ ٱلسَّفَرُ مِيزَانُ ٱلسَّفْرِ

89. Iter trutina iter facientium est.

Hominum naturae in itinere se ostendunt.

٩٠ سُوءُ ٱلظَّنِّ فِى شِدَّةِ ٱلضَّنِّ

90. Pravitas opinionis in vehementia est, quacum rei animus adhaeret.

Proverbium hoc ei, quod C. I, 18. legitur, simile est. Quo enim magis rei dediti sumus, eo magis eam amittere timemus.

٩١ سَقَطَ ٱلْعَشَاءُ بِهِ عَلَى مُتَقَمِّرٍ

91. Coena eum in egredientem luna lucente immisit.

Vocabulum متقمر cum designat, qui luna lucente egreditur, tum in leonem, qui luna lucente venatum exit, transfertur; العشاء autem est pro طلب العشاء »Quaerere cibum vespertinum.« Simile proverbium est. C. XII, 2.

٩٢ سَمْعًا لَا بَلْغًا

92. Audiatur, ne perficiatur!

In nuntio ingrato verbis istis utuntur; i. e. res audiatur; at ne perficiatur! Legitur quoque utraque vox cum vocali Kesre. Grammaticus Alcesai appellatus dixit: quum vir nuntium sibi ingratum audit, dicere solet: اللهم سمع لا بلغ, ita ut utrumque vocabulum aut cum vocali Fatha aut cum vocali Kesre efferatur. Quod si vocibus vocalem Fatham tribuis, infinitivi formae sunt, sin vero vocali Kesre eas adficis, nomina sunt, passivam quæ habent significationem; auditus scilicet. Accusativi autem casus ex omisso verbo اجعله fac id! pendet. Qui nominativi casum admittunt, pronomen subiecti locum tenens supplent هذا سمع etc. Conf. Kam. et Djeuh. s. سمع et بلغ.

٩٣ سَهْمُ ٱلْحَقِّ مَرِيشٌ يُشْكُّ غَرَضَ ٱلْحُجَّةِ

93. Sagitta veritatis alata est, scopum argumenti transfigit.

٩٤ سَلِمَ أَدِيمُهُ مِنَ ٱلْحَلَمِ

94. Pellis eius a vermibus libera est.

In eum dicitur, qui virtute praestans a vitiis liber est.

٩٥ سَبَنْتَاةٌ فِي جِلْدِ خَجَنْتَاةٍ

95. Leopardus in pelle puellae perfecto corpore praeditae.

In lexicis scribitur خجاة et sic in codice Lugdun. et Berol. In nostro codice خجنتاة; quæ nescio an recta sit lectio

aut mutata, ut sonus voci praecedenti magis consentaneus sit. Nec non سبندأة pro سبنتاة dicitur.

٩٦ إِسْمَعْ مِمَّنْ لا بُدَّ لَهُ مِنْكَ بُدًّا

96. Audi eius verba, qui tecum necessario loqui debet!

Adhortationes et monita parentum aut eorum, qui tibi prodesse cupiunt, admitte!

٩٧ سَالَ بِهِمِ السَّيْلُ وَجَاشَ بِنَا ٱلْبَحْرُ

97. Abripuit eos torrens; sed nobiscum mare aestuavit.

In infortunium inciderunt: sed nos in maius mari simile infortunium irruimus.

٩٨ سَحَابَةٌ خَالَتْ وَلَيْسَ شَايِمُ

98. Nubes pluviam annuntiavit; sed non est, qui fulmen observet.

Proverbium, cui metrum Redjes est (c. l. m. p. 230), de eo dicitur, cui opes sunt; sed edentes desunt. Vocabulum شايم hominem designat, qui nubes observat, ut videat, ubi pluvia decidat.

٩٩ إِسْأَلْ عَنِ ٱلنَّقِيِّ ٱلنَّشُولَ الْمُصْطَلِبَ

99. Interroga de medulla eum, qui carnem e lebete eximit eumque qui pinguedinem aufert!

De eo dicitur, qui aliorum opes ad se trahit.

١٠٠ سِلْقَةٌ ضَبَّ وَآمَتْ مَكُونًا

100. Lacerta, quae ova deposuit, contra eam, cuius venter ovis impletus est, gloriatur.

In debilem dicitur, qui cum robusto certat.

١٠١ أَسْرِعْ بِذَاكُمْ صَابَةً نِقَابَا

101. Quam celeriter hoc vobis subito inveni!

Narrant, mulierem exeuntem quum rediret, domum non invenisse, ut per quinque dierum spatium inter gentem suam oberraverit. Tum subito domum ad latus suum conspexisse et verba, quae postea in proverbium venerint, dixisse. Est formula admirandi; vox صابة vocis اصابة significationem habet. In eum adhibent proverbium, qui summopere cunctanter operam faciens, festinantis speciem prae se fert.

١٠٢ سَيْلٌ بِدِمْنٍ دَبَّ فِي ظَلَامِ

102. Torrens in fimo repit in tenebris.

Aquae fluxus sub fimo innatante non conspicitur, praesertim noctu. In eum igitur adhibetur, qui amorem ostendit et in animo inimicitiam occultat. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٠٣ سَمَّيْتُكَ ٱلْفَشْفَاشَ إِنْ لَمْ تَقْطَعْ

103. Te appello gladium obtusum, nisi amputas.

In eum dicitur, qui ante quam res ad finem perduxit, ab agendo desistere videtur, ut gladio obtuso similis sit. Ad metrum Sarih referendum est. Cf. l. m. p. 246.

١٠٤ سِيرِى عَلَى غَيْرِ شَجْرٍ فَإِنِّى غَيْرُ مُتَعَنِّتٍ لَهُ

104. Liga, o femina, ubi lignum transversum non est, nam ego in eo neque ingenium neque solertiam mihi arrogo.

Almowarridjus dixit, se virum e gente Hodsail dicentem audivisse: اذا روى بعيرك فسره بهذه الصاخرة „Quando camelus tuus potu satiatus est, cum ad hanc petram ad-

liga!« Videtur igitur verbum سير ligandi significationem nonnisi in gente Hodsail habere. Vocabulum شجر pluralis est a شجار derivandus et »ligni transversi, cui vestimenta imponuntur« significationem habet. Vocabulum denique تعتة in scholiis vocibus تنوق et تحذلق explicatur. Verbum autem تنوق »solertiam in re tractanda sibi arrogavit« (conf. نوقة) et تحذلق »ostendit ingenium, sibi arrogavit« significat. Tum additur وذلك لان العود اذا عرض فربط عليه القد كان اثبت له »Et illud, quoniam lignum, quum impositum loro ligatur, firmius est.« Proverbii sensus est: ne mihi rem imponas, cui ego perficiendae impar sum.

Forma comparativi.

١٠٥ أَسْرَقُ مِنْ شِظَاظ

105. Furacior, quam Schithsathsus.

Schithsathsus vir erat e gente Banu-Dhabbah oriundus, qui cum Malico ben-Alraits Masinita latrocinia faciebat. Conf. Kamus.

١٠٦ أَسْأَلُ مِنْ فَلْحَس

106. Magis petens, quam Felhasus.

Alter proverbii legendi modus est: اعظم في نفسه من فلحس »Maior apud se quam Felhasus.« Vir iste ad gentem Schaiban pertinens tanta dignitate pollebat, ut si praedae portionem, quum ipse domi remansisset, peteret, eam acciperet. Sed ista minime contentus et uxori suae et camelo suo portionem petere solebat. Hanc proverbii causam fuisse Kamusi auctor adnotavit. Narravit Aldja-

hithsus, Felhasum habuisse filium, Sahir cui nomen esset. Ad quem quum expeditionem bellicam suscepturi transiissent, eum petiisse, ut sibi praedae portionem adsignarent, et quum illi se facturos esse polliciti essent, et uxori et camelo praedae portionem eum petiisse. Uxori se portionem daturos esse, illos promisisse, denegasse autem camelo. Qua de causa iratum eum dixisse, sub tutela sua omnes res esse, super quas sol oriretur, et hanc fuisse causam, cur isto anno ab expeditione destitissent. Abu-Ohbaidus vero dixit, Felhasum tempore, quo alii cibum sumere solerent, ad homines accessisse, ut cibi particeps fieret. Ab eius nomine verbum تفلحس derivatum esse, quemadmodum تطفل »haud invitatus ad cibum venit« diceretur. Conf. XVI, 72. Conf. Samachschar. Scharaf-Aldin.

١٠٧ أَسْأَلُ مِنْ قُرْثَع

107. Magis petens, quam Kartsahus.

Vir iste e gente Banu-Aus ben-Tsahlebah oriundus tempore Moahwijjae vixit. Dixit Ahscha Thaghlebita:

اذا مَا ٱلْقُرْثُعُ ٱلْاوسِىُّ وَافَى عَطَاءَ ٱلنَّاسِ اَوْسَعَهُمْ سُؤَالا

»Quotiescunque Alkartsahus Ausita dona hominum prorsus accipit, multa ab iis petit.«

Metrum versus Waflr est. Conf. l. m. p. 204.

١٠٨ أَسْرَعُ مِنْ حُدَاجَة

108. Celerior, quam Hodadjahus.

Vir iste ad gentem Banu-Ahbs pertinens celeritate omnes superabat. Gens Banu-Ahbs quum Ahmruum ben-Ohdos occidissent, virum illum ad Alrahbium ben-Sijad et Merwanum ben-Sinbah miserunt, ut eos de re certiores faceret et moneret, priusquam ad gentem Tamim caedis nuntius pervenisset. Quia summa cum celeritate iter illud absolverat, eius celeritas in proverbium cessit.

١٠٩ أَسْرَعُ مِنْ نِكَاحِ أُمِّ خَارِجَةَ

109. Celerior, quam nuptus matris Charidjahi.

Nomen mulieris erat Ohmra filia Saahdi ben-Ahbd-Allah ben-Kodhar ben-Tsahlebah. Celeriter nubere viris solebat; sic enim rem actam esse narrant: Vir in matrimonium petens ei dicebat: خطب (Chithbon); illa respondebat: نكح (nichon), tum ille dixit: hospitio me excipe; et illa respondit: camelum decumbere fac! Pluribus autem quam quadraginta viris eam nuptam fuisse narrant, nam ipsa virum experta eundem dimittens alii nubere solebat. Pluribus quam viginti gentibus originem dedit. Hamsahus narravit, pluribus Arabum feminis; huic sc. Omm-Charidjahi, Mariae filiae Aldjoaihdi Ahbditae, Ahticae filiae Morrae ben-Helal Alsolamitae, Fathimæ filiæ Alcharschebi Anmaritae, Sauäae Ahnbaritae et Solmae filiae Ahmrui ben-Said ben-Labid e gente Alnedjar, quae mater Ahbd-Almothallebi ben-Haschem esset, libertatem fuisse aut remanendi apud novum maritum aut abeundi. Signum autem remanendi fuisse, quod cibum matutinum ei pararet.

١١٠ أَسْرَعُ مِنْ ذِي عَطْسٍ

110. Celerior, quam sternutamentum.

Eodem fere modo dicitur: اسرع من رجع العطاس »Celerior quam reditus sternutamenti.«

١١١ أَسْرَعُ مِنَ ٱلْيَدِ إِلَى ٱلْفَمِ

111. Celerior, quam manus ad os (ducta).

Conf. C. XXI, 153. Dixit Sohairus ben-Abi-Solma:

بَكَرْنَ بُكُورًا وَٱسْتَحَرْنَ بِسُحْرَةٍ فَهُنَّ وَوَادِي ٱلرَّسِّ كَٱلْيَدِ لِلْفَمِ

»Matutino tempore abierunt et primo diluculo profecti sunt et eæ, ut manus ad os ad Wadi-Rassum pervenerunt.« Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١١٢ أَسْمَعُ مِنْ فَرَسٍ بِيَهْمَاءَ فِى غَلَسٍ

112. Magis auditu valens, quam equus in deserto tempore postremae noctis.

Scholion haec verba habet. »Dicunt, equum decidentis crinis sonum audire.«

١١٣ أَسْرَعُ مِنْ فَرِيقِ ٱلْخَيْلِ

113. Celerior, quam equus discedens.

Scholiastes dixit, vocabulo فريق eandem significationem quam vocabulo مفارق tribuendam esse, quo in cursus certamine equus alios cursu superans designaretur. Fieri enim, ut talis equus celeriter ab aliis separaretur.

١١٤ أَسْرَعُ غَدْرَةً مِنَ ٱلذِّئْبِ

114. Celerior perfidiâ, quam lupus.

In libris Samachscharii et Scharaf-Aldini غدرا legitur. Ad illustrandum proverbium scholiastes tres versus adtulit:

وَكُنْتِ كَذِئْبِ ٱلسُّوءِ إِذْ قَالَ مَرَّةً لِعَمْرُوسَةٍ وَٱلذِّئْبُ غَرْثَانُ مُرْمِلُ

أَأَنْتَ ٱلَّذِى فِى غَيْرِ ذَنْبٍ شَتَمْتَنِى فَقَالَتْ مَتَى ذَا قَالَ ذَا عَامَ أَوَّلُ

فَقَالَتْ وُلِدْتُ ٱلْعَامَ بَلْ رُمْتَ غَدْرَةً فَدُونَكَ كُلْنِى لَا هُنَالِكَ مَأْكَلُ

»Similis eras lupo pravo, quum diceret aliquando agno, num tu is es, qui sine crimine me contumelia affecit? Dixit ille: quando hoc? respondit: anno praecedente. Dixit: Ego hoc anno natus sum; sed tu perfidiam intendis. Cape igitur me et me vora, non tibi hîc cibus est.«

١١٥ أَسْرَبُ مِنْ وَرَلِ ٱلْحَضِيضِ

115. Celerius abiens, quam lacerta magna in solum depressum.

Vocabulum ورل lacertae magnae in arenis viventis speciem designat, quae si hominem conspicit, in terram intrans aufugit nulla re retenta.

١١٦ أَسْمَعُ مِنْ قُرَادٍ

116. Magis auditu valens, quam ricinus.

Ricinum audire dicunt ungularum cameli diei spatio remoti sonum. Dixit Abu-Sijadus Alahrabi: Interdum homines stationes in deserto relinquentes ibi per stabula ricinos vident dispersos. Post spatium decem aut viginti annorum redeuntes eosdem ricinos ibi inveniunt, qui antequam cameli ipsi advenerunt, eorum iam remotorum odorem sentientes se movent. Quapropter poeta Dsu-l'Rommah cognominatus sic dixit:

بِأَعْقَارِهِ ٱلْقِرْدَانُ هَزْلَى كَأَنَّهَا نَوَادِرُ صِيصَاءِ ٱلْهَبِيدِ ٱلْمُحَطَّمِ

اِذَا سَمِعَتْ وَطْءَ ٱلرِّكَابِ تَنَعَّشَتْ حُشَاشَاتُهَا فِي غَيْرِ لَحْمٍ وَلَا دَمِ

»In eius habitaculis sunt ricini emaciati, similes frustis pulpae colocynthidis fractae. Quando camelorum gressum audiunt, vitae reliquiae se elevant in corpore carne et sanguine carente.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١١٧ أَسْرَعُ مِنَ ٱلْخُذْرُوفِ

117. Celerior, quam turbo.

Vocabulum خذروف turbinem proprie non designat: sed »lapidem perforatum, per quem funis traiicitur.« Ludo puerorum inservit; nam attracto fune lapis celeriter circumvertitur et susurrum edit. Poeta equum describens dixit:

وَكَأَنَّهُنَّ أَجَادِلٌ وَكَأَنَّهُ خُذْرُوفُ يَرْمَعَةٍ بِكَفِّ غُلَامِ

»Quasi essent accipitres et quasi is esset lapis perforatus turbinis in manu pueri.«

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

١١٨ أَسْرَعُ مِنْ عَدْوَى ٱلثُّوبَاءِ

118. Celerior, quam contagium oscitationis.

Sic dicitur, quod unus alterum in oscitatione imitari solet. Corrigendum est lexicon meum v. ثاب; loco vocis segnis ponas oscitatio.

١١٩ أَسْرَعُ مِنْ تَلَمُّظِ ٱلْوَرَلِ

119. Celerior, quam linguae motus in lacerta magna.

Vocabulum لمظ »edit et bibit extrema lingua;« vocabulum تلمظ »lingua in ore restantes cibi partes perquisivit et linguam exserens labia detersit« significat. Legitur quoque تلميظة الورل, quae forma significationi primae vim quandam addit. In operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii تلمظة legitur.

١٢٠ أَسْرَعُ مِنَ ٱلْمُهْتَهِتَةِ

120. Celerior, quam calumniatrix.

Mohammedes ben-Habib vocem المهتهتة voce النمامة calumniatrix explicavit. Calumniatricem autem celeriter loqui, dixit. Sunt autem, qui in voce vitium esse dicant. Esse potius اليمامة, qua voce columba silvestris designetur, scribendum. Chalilus autem dicit, nubem, quæ pluviam celeriter effundat, significari. Ibn-Alahrabius المهتهتة legit, qua voce femina in loquendo sonum هت هت proferens, designatur. Ibn-Farisus denique dicit, vocabulo مهتهتة »confusionem sermonis,« vocabulo مهتهتة »sonum, quem parvus camelus edat,« significari.

١٢١ أَسْرَعُ غَضَبًا مِنْ فَاسِيَةٍ

121. Celerius iram ostendens, quam scarabaeus.

Hoc dicunt, quod scarabaeus خنفسا appellatus, quando movetur, pedit.

١٢٢ أَسْرَعُ مِنَ ٱلْعَبِيرِ

122. Celerior, quam oculi nictatio.

Sic in proverbiali locutione: جاء فلان قبل عير وما جرى »Venit quidam ante nictationem oculi et quod cucurrit.« i. e. celeriter venit. Alii voci عير »oculi pupillae« significationem tribuendam esse dixerunt.

١٢٣ أَسْمَعُ مِنْ سِمْعٍ

123. Auditu magis valens, quam pullus lupae ex hyaena mare.

Animal, quod nomine سمع appellatur species ex lupa et hyaena mare nata est. Plures autem sunt species talium animalium ex. gr. عسبار »Animal ex lupo et hyaena femina natum,« اسبور »Animal ex cane et hyaena natum.« ديسم »Animal ex lupo et cane natum« etc. Scharaf-Aldinus sic quoque proverbium adnotavit: اسمع من السمع الازل »Auditu magis valens, quam pullus lupae ex hyaena mare clunibus macris praeditus.«

١٢٤ أَسْمَحُ مِنْ لَافِظَةٍ

124. Liberalior, quam Lafithsah.

Multa est interpretum dissensio de voce لافظة, quae proprie eiicientem significat. Alii dicunt, capram esse, quae ex ore rumen eiiciat laeta, quod mulgeatur; alii, columbam esse, quae pullis per rostrum suum grana ingerat, alii gallum esse, qui grana gallinis e rostro suo proiiciat; alii autem molam esse contendunt, quae farinam eiiciat, alii denique mare significari putant, quae margaritas eiiciat. Conf. Kam. Dixit poeta:

تَجُودُ فَتُجْزِلُ قَبْلَ ٱلسُّؤَالِ   وَكَفُّكَ أَسْمَحُ مِنْ لَافِظَةْ

»Liberalis es et ante rogatum liberalem te ostendis et manus tua liberalior est quam Lafithsah.«

Versus metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281.

١٢٥ أَسْمَحُ مِنْ مُخَّةِ الرِّيرِ

125. Liberalior, quam medulla liquida.

Sic dicitur, quod sponte effluit.

١٢٦ أَسْرَقُ مِنْ بُرْجَانَ

126. Furacior, quam Bordjanus.

Furis nomen in regione Cufae erat; qui, dum cruci affixus erat, furtum commisit. Scharaf-Aldinus sic rem narravit: Fur ille quum a Malico ben-Almondsir cruci adfixus esset, ipsum custodienti dixit: I ad illam ruinam, nam ibi thesaurum abscondidi; ego autem equum tuum custodiam. Custode abeunte transeunti cuidam dixit: Equum cape, tuus est!

١٢٧ أَسْرَقُ مِنْ تَاجَةَ

127. Furacior, quam Tadjahus.

Tadjahus viri ignoti nomen erat. Mohammedes ben-Habib proverbium adtulit; sed nil eius explicandi causa addidit.

١٢٨ أَسْرَقُ مِنْ زَبَابَةَ

128. Furacior, quam mus campester.

Murium species plures sunt, notissimae جرذ et فار; tum يربوع, زباب et خلد.

١٢٩ أَسْلَطُ مِنْ سِلْقَةٍ

129. Audacior, quam lupa.

Vocabulo اسلط duplex significatio inesse potest aut audacioris, lupae enim maior audacia tribuitur, aut magis clamosi, nam femina clamosa سلقة appellatur sic femina impudens سليطة nomen habet. Tum proverbium vertendum est. »Clamores saepius edens, quam mulier clamosa.«

١٣٠ أَسْهَلُ مِنْ جِلْذَان

130. Aequabilior, quam Djildsan.

Djildsan territorii plani apud Thajefum nomen est. Cf. C. XXI, 33. De re manifesta adhibetur.

١٣١ أَسْلَحُ مِنْ حُبَارَى وَمِنْ دَجَاجَةٍ

131. Magis cacans quam otis; quam gallina.

Dicunt, otidem momento timoris, gallinam momento securitatis cacare. Dixit Ausus ben-Ghalfa Alhodjaimi:

وَهُمْ تَرَكُوكَ أَسْلَحَ مِنْ حُبَارَى رَأَتْ صَقْرًا وَأَشْرَدَ مِنْ نَعَامِ

»Ii te reliquerunt magis cacantem, quam otidem, quae accipitrem vidit et fugaciorem quam struthiocamelos.«

Versus metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٣٢ أَسْبَحُ مِنْ نُونٍ

132. Melius natans, quam piscis.

Dicitur quoque اسبح من سمكة eodem sensu.

١٣٣ أَسْيَرُ مِنْ شِعْرٍ

133. Magis proficiscens, quam poesis.

Hoc dictum est, quod poesis celeriter et multum divulgabatur inter Arabes. Dixit poeta:

يَرِدُ ٱلْمِيَاهَ فَلَا يَزَالُ مُدَاوَلًا فِي ٱلْقَوْمِ بَيْنَ تَمَثُّلٍ وَسَمَاعِ

»Ad aquas pervenit, tum non cessat inter gentem divulgari, dum recitatur et auditur.«

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

١٣٤ أَسْرَى مِنْ جَرَادٍ

134. Magis noctu proficiscens, quam locustae.

Vocabulum اسرى a voce سرى iter nocturnum derivandum esse dicenti Hamsaho Scharaf-Aldinus adsensit; sed eodem iure a verbo سرا „ova excrevit locusta" derivari potest, ut „plura ova excernens quam locustae" proverbii sensus sit.

١٣٥ أَسْرَى مِنْ أَنْقَدَ

135. Magis noctu incedens, quam herinaceus.

Eodem sensu dicitur اسرى من قنفذ Scharaf-Aldin. Et dicitur: بات فلان اسراء القنفذ „Per noctem quidam modo herinacei incessit." i. e. Scortando et furando noctem consumsit. Herinaceus per totam noctem circumvagari dicitur.

١٣٦ أَسْعَى مِنْ رِجْلٍ

136. Magis incedens, quam pes.

Hamsahus dixit, se nescire, in proverbio hominis an locustae pes significetur.

١٣٧ أَسْهَرُ مِنْ قُطْرُبٍ

137. Vigilantior, quam animalculum Kothrob appellatum.

Animalculum sic appellatum noctu non dormit. Sic Abu-Ahmruus proverbium adnotavit. Alii loco vocis اسهر legunt اسعى magis incedens, animalculum enim illud noctu multum vagatur. Scharaf-Aldinus et Samachscharius utrumque proverbium adnotaverunt.

١٣٨ أَسْهَرُ مِنَ ٱلنَّجْمِ

138. Vigilantior, quam stella.

١٣٩ أَسْرَى مِنَ خَيَالٍ

139. Magis noctu incedens, quam phantasma.

١٤٠ أَسْهَرُ مِنْ جُدْجُدٍ

140. Vigilantior, quam gryllus.

١٤١ أَسْمَنُ مِنْ يَعْرُو

141. Pinguior, quam animal Jahru appellatum.

Codices in scriptione vocabuli يعرو non consentiunt. In proverbii textu meo يعرو; quocum Scharaf-Aldinus consentit; in scholiis يغزو legitur. Codex Berol. يغر, cod. Lugd. يعرود et codex Pocock. يغرو habet. Unus in scholiis يغزود. Animal illud in Chorasana vivens, dum molestiam fert, pinguescere dicitur.

١٤٢ أَسْرَعُ مِنَ الرِّيحِ وَمِنَ الْبَرْقِ وَمِنَ الْجَوَابِ
وَمِنَ الْإِشَارَةِ وَمِنَ الْبَيْنِ وَمِنَ اللَّمْحِ وَمِنَ
الطَّرْفِ وَمِنْ لَمْحِ الْبَصَرِ وَمِنْ طَرْفِ الْعَيْنِ
وَمِنْ رَجْعِ الصَّدَى وَمِنْ رَجْعِ الْعُطَاسِ وَمِنْ
حَلْبِ شَاةٍ وَمِنْ مَضْغِ تَمْرَةٍ وَمِنْ لَمْعِ الْكَفِّ
وَمِنَ السَّمِّ الْوَحِيِّ وَمِنَ الْمَاءِ إِلَى قَرَارِهِ وَمِنْ
كَلْبٍ إِلَى وُلُوغِهِ وَمِنْ لَفْتِ رِدَاءِ الْمُرْتَدِي
وَمِنَ السَّيْلِ إِلَى الْحُدُورِ وَمِنَ النَّارِ فِي يَبِيسِ
الْعَرْفَجِ وَمِنْ شَرَارَةٍ فِي قَصْبَاءَ وَمِنَ النَّارِ تُدْنَى مِنَ
الْحَلْفَاءِ وَأَسْرَعُ مِنْ دَمْعَةِ الْخَصِيِّ وَمِنْ قَوْلِ قَطَاةٍ قَطَا

142. Celerior quam ventus; quam fulgur; quam responsum; quam signum nutu factum; quam separatio; quam levis intuitus; quam intuitus; quam levis intuitus oculi; quam intuitus oculi; quam Echo; quam sternutamenti reditus; quam mulsio ovis, quam manducatio dactyli; quam motus manus; quam venenum confestim necans; quam aqua ad terram depressam defluens; quam canis ad lambendum; quam quod lingit canis nasum suum; quam detrahere pallium vestito; quam torrens ad locum declivem; quam ignis in aridis plantis spinosis; quam scintillae volantes in arundinibus; quam ignis, qui herbae Halfa propinquus est; quam lachryma castrati; quam sonus Katha, quem avis Katha edit.

Quod Pocockius post vocem الوحى inseruit proverbium اسرع من الرحى „Celerior quam mola,“ id errore vocis الوحى praecedentis ortum esse videtur.

١٤٣ أَسْمَعُ مِنْ حَيَّةٍ وَمِنْ ضَبٍّ وَمِنْ قُنْفُذٍ وَمِنْ دُلْدُلٍ وَمِنْ صَدًى وَمِنْ فَرْخِ ٱلْعُقَابِ

143. Auditu magis valens, quam serpens; quam lacerta; quam herinaceus; quam hystrix; quam echo; quam pullus aquilae.

In Scharaf-Aldini opere اسمع من عقاب »Auditu magis valens, quam aquila« legitur.

١٤٤ أَسْفَدُ مِنْ هِجْرِسٍ وَمِنْ ضَيْوَنٍ وَمِنْ دِيكٍ وَمِنْ عُصْفُورٍ

144. Salacior, quam simius; quam catus; quam gallus; quam passer.

Sed in Scharaf-Aldini opere legitur: اسفه من ضيون »Stultior quam catus« Samachscharius cum Meidanio consentit.

أَسْوَدُ مِنَ ٱلْأَحْنَفِ ١٤٥

145. Potentior, quam Alahnafus.

أَسْجَدُ مِنْ هُدْهُدٍ ١٤٦

146. Magis adorans, quam upupa.

In eum dicitur, qui ob flagitium Sodomiticum (ابنة) vituperatur.

أَسْبَقُ مِنَ ٱلْأَجَلِ وَمِنَ ٱلْأَفْكَارِ ١٤٧

147. Magis praecedens, quam tempus mortis; quam cogitationes.

أَسْيَرُ مِنَ ٱلْخِضْرِ ١٤٨

148. Saepius iter faciens, quam Alchidrus.

Alchidhrus socius Mosis sc. Pinehas est, qui in alia corpora post mortem, ut Eliae Georgiique esset una eademque anima, migrasse dicitur.

أَسْمَجُ مِنْ شَيْطَانٍ عَلَى فِيلٍ ١٤٩

149. Foedior, quam daemon (Satanas) super elephante.

Vocabulum اسمج in uno codice Lugdunensi invenimus et sic Pocockius habuit. In codice meo et Berol. اسمح liberalior legitur.

١٥٠ آسَرُّ مِنْ غِنًى بَعْدَ عُدْمٍ وَبُرْءٍ بَعْدَ سُقْمٍ

150. Maiore lætitia afficiens, quam opulentia post inopiam, et sanitas post morbum.

١٥١ أَسْأَلُ مِنْ صَمَّاءَ

151. Magis petens, quam terra.

Hoc dicitur, quoniam terra aquam semper in se recipit, nunquam satiata. Grammaticus Ebn-Alahrabius versus hos adnotavit:

فَلَوْ كُنْتَ تُعْطِي حِينَ تُسْأَلُ سَامَحَتْ لَكَ ٱلنَّفْسُ وَٱحْلَوْلَاكَ كُلُّ خَلِيلِ

أَجَلْ لَا وَلَكِنْ أَنْتَ أَلْأَمُ مَنْ مَشَى وَأَسْأَلُ مِنْ صَمَّاءَ ذَاتِ صَلِيلِ

„Si dares, quum tu rogaberis, anima benigne erga te ageret (contentus esses) et omnes amici te iucundum esse putarent; imo non, sed tu vilissimus eorum es, qui in terra incedunt, et magis petens, quam terra, cui est sonus.“

Vox صليل hoc in versu sonum designat, quem aqua in terram intrans edit. Versuum metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161.

Proverbia recentiora.

١٥٢ سُوسُوا ٱلسَّفَلَ بِٱلْمَخَافَةِ

152. Humiles per timorem instigantur.

Voce سا asinus vocatur, vel ut ad potum veniat vel ut alligetur, vel ut celerius incedat, instigatur. Viles cum asinis comparantur. Pocockius proverbium vertit: »Regite infimos timore.«

١٥٣ سُلْطَانٌ غَشُومٌ خَيْرٌ مِنْ فِتْنَةٍ تَدُومُ

153. Rex iniustus melior est, quam bellum civile, quod durat.

١٥٤ سُوءُ ٱلْخُلُقِ يُعْدِى

154. Pravitas naturae contagio ad alios transit.

١٥٥ سَمَاعُ ٱلْغِنَاءِ بِرْسَامٌ حَادٌّ

155. Auditio opulentiae pleuritis vehemens est.

Quoniam vir audit et laetitia afficitur, laetitia afficitur et liberalis est, liberalis est et ad paupertatem redigitur, ad paupertatem redigitur et moerore affligitur, denique moerore affligitur, in morbum incidit et moritur. Sic proverbium Alcendius explicavit.

١٥٦ سُبْحَانَ جَامِعِ بَيْنَ ٱلثَّلْجِ وَٱلنَّارِ وَبَيْنَ ٱلضَّبِّ وَٱلنُّونِ

156. Laus ei, qui nivem et ignem, lacertam et piscem congregat.

De duobus contrariis, qui congregantur, proverbium adhibent.

١٥٧ سَوَآءٌ قَوْلُهُ وَبَوْلُهُ

157. Aequalia sunt verbum eius et urina eius.

١٥٨ سَبُعٌ فِي قَفَصٍ

158. Leo in cavea.

De viro fortissimo, qui captivus est, dicitur.

١٥٩ سَرَاوِيلُهُ فِي زِيقِهِ

159. Femoralia eius in indusii parte collum cingente sunt.

Inopia eum coegit, ut indusium femoralibus repararet.

١٦٠ سَارَتْ بِهِ ٱلرُّكْبَانُ

160. Abstulerunt eum camelis vehentes.

De nuntio, qui inter homines divulgatur, adhibetur.

١٦١ سُوقُنَا سُوقُ ٱلْجَنَّةِ

161. Forum nostrum est forum paradisi.

De foro dicitur, in quo mercatura non fit.

١٦٢ سَالَ بِهِ ٱلسَّيْلُ

162. Abripuit eum torrens.

Periit.

١٦٣ سَخُنَ صَدْرُهُ عَلَيْكَ

163. Eius pectus in te calidum est.

In te iratus est, nisi fallor.

١٦٤ سَفِيرُ ٱلسُّوءِ يُفْسِدُ ذَاتَ ٱلْبَيْنِ

164. Legatus pravus amicitiam corrumpit.

١٦٥ سَتُسَاقُ إِلَى مَا أَنْتَ لَاقٍ

165. Tu protuderis ad id, quod tibi occurrit.

Id est: Quod tibi a Deo decretum est, tibi continget.

١٦٦ ٱلسُّودَدُ مَعَ ٱلسَّوَادِ

166. Dominium est cum hominum multitudine.

١٦٧ السَّلَف تَلَف

167. Solutio pretii ante mercem traditam est interitus.

Conf. C. III, 158.

١٦٨ الْأَسْوَاقُ مَوَايِدُ ٱللَّهِ فِي أَرْضِهِ

168. Fora sunt mensae Dei cibis obtectae in terra sua.

١٦٩ السَّيْفُ يَقْطَعُ بِحَدِّهِ

169. Gladius acie sua secat!

١٧٠ ٱلسَّاجُور خَيْرٌ مِنَ ٱلْكَلْب

170. Lignum, quod canis collo adligatur, melius est, quam canis.

١٧١ الاسْتِقْصَاءُ فُرْقَةٌ

171. Rei ad finem perductio est separatio.

Proverbii sensus talis videtur, quod si rem omnino ad finem perducimus, eam abiicere solemus.

١٧٢ ٱلسَّلُومُ سَرِيعُ الْأَوْبَةِ

172. Incolumis celeriter tolutim incedit.

١٧٣ السَّعِيدُ مَنْ كَفَى

173. Felix est qui sufficit.

١٧٤ السَّلَامَةُ اِحْدَى الغَنِيمَتَيْنِ

174. Incolumitas est una duarum praedarum.

Sc. Una praeda est, quam victor hosti ereptam reportat, altera ipsius incolumitas.

١٧٥ السِّعْرُ تَحْتَ المِنْجَلِ

175. Pretium annonae sub falce est.

١٧٦ السُّلْطَانُ يُعْلَمُ وَلَا يَتَعَلَّمُ

176. Rex scitur et non discitur.

١٧٧ السُّودَانُ بِالتَّمْرِ يُصْطَادُونَ

177. Aethiopes dactylis venando capiuntur.

Pocockius vertit: „Nigri in Iemen venantur," ut pro voce بالتمر legatur باليمن. Et sic codex Berolinensis habere videtur. De sensu et Pocockius, qui doctum Arabem consuluit et Schultensius, ni fallor, vehementer dubitarunt. Mihi autem sensus esse videtur: Viles, ut Aethiopes, rebus parvi pretii, quales dactyli sunt, capi et in potestatem redigi possunt.

١٧٨ اِسْتَنَدْتُ الى خُصٍّ مايلٍ

178. In domo arundinea inclinata nisus sum.

١٧٩ اِسْتَغْنِ أَوْ مُتْ

179. Dives fias aut morere!

١٨٠ اِسْمَعْ وَلَا تُصَدِّقْ

180. Audi et non verum esse crede!

١٨١ اُسْجُدْ لِقِرْدِ ٱلسَّوْءِ فِي زَمَانِهِ

181. Adora simium pravum tempore suo!

١٨٢ اُسْتُرْ مَا سَتَرَ ٱللّٰهُ

182. Absconde id quod Deus abscondit!

١٧٣ اِسْتَعِينُوا عَلَى حَوَايِجِكُمْ بِٱلْإِبْرَامِ

183. In rebus vestris necessariis firmum consilium ad auxilium vocate!

Vox الابرام hoc in proverbio firmum consilium, quo res nostra agenda est, significare videtur.

١٨٤ السِّنَّوْرُ الصَّيَّاحُ لَا يَصْطَادُ شَيْأً

184 Felis vociferans nil venatur.

In eum dicitur, qui minas iactat, sed rem non perficit.

Caput XIII.

Littera Schin.

١ شَتَّى تَؤُوبُ الحَلَبَةُ

1. Separatim mulsores redeunt.

In agmen congregati cameli ad aquam ducuntur, redeunt autem singuli. Quilibet camelam suam mulget, et unus post alterum perfecto opere redit. Adhibetur proverbium ad hominum diversas naturas significandas.

٢ شَغَلَتْ شِعَابِى جَدْوَاىَ

2. Viae meae donum meum occuparunt.

Djeuharius vocem شعاب tanquam pluralem a شعب »via inter montes« derivandam esse censuit. Samachscharius autem a singulari شعبة vocem derivavit, qua voce viri rami i. e. eius officia et propinquos significarentur. Almondsirus denique vocem شعابى vitiosam esse dixit, quae in plura exemplaria irrepserit. Leguntur enim loco eius aut سعاتى aut مسعاتى a radice سعى derivanda nomina, quibus studium et labores in alenda familia significantur. Proverbii sensus est: totum me familiae cura occupat, ut aliis dona dare non possim. Cf. Har. 559, 563.

٣ شَاكِهْ أَبَا يَسَارٍ

3. Propinquus esto (veritati), o Abu-Jasare!

Vir quidam equum suum vaenum obtulerat. Alius quidam Abu-Jasar appellatus, ut equum laudaret, eum interrogavit. num hic equus est, in quo vehens feras venabaris? At interrogatus immodicam et a veritate alienam laudem improbans ista verba dixit i. e. ne te removeas a rei vera conditione. In eum dicitur proverbium, qui in describendo et laudando modum excedit. Conf. VIII, 9. et Djeuh.

٤ شَرٌّ مَا يُجِيئُكَ إِلَى مُخَّةِ عُرْقُوبٍ

4. Malum est, quod ad medullam magni nervi in tibia confugere te cogit.

In magno illo nervo medulla non est; ad eum igitur confugit nemo nisi ad summam inopiam et paupertatem redactus. Proverbium vehementer inopia adflictum designat. Loco vocis يجيئك legitur يشيئك, qui est genti Tamim proprius enunciandi modus.

٥ شَرُّ ٱلرَّأْيِ ٱلدَّبَرِيُّ

5. Pessimum consilium est in fine elapsa occasione datum.

Vocabulum دبرى duplici modo derivant, aut a دبر »postrema pars rei« aut a دبر »podex (cameli),« qui onus ferre non valeat, ut consilium nil valens significetur.

٦ شَرُّ مَا رَامَ ٱمْرُؤٌ مَا لَمْ يَنَلْ

6. Pessimum eius, quod voluit vir, est id, quod non accepit.

Proverbii metrum Raml est. Conf. libr. m. p. 237. sq. Qui sine utilitate se fastigavit. dum petiit, quod assequi non potest, eius desiderium pessimum est habendum.

٧ شَرُّ ٱلسَّيْرِ ٱلْحَقْحَقَةُ

7. Pessimus incedendi modus est modus incedendi elatior.

Quia dorsum iste modus multum fatigat. Sed de vocabulo حقحقة conferas lexicon meum.

٨ شَرُّ ٱلْمَالِ ٱلْقَلْعَةُ

8. Pessimae opes sunt opes non durantes.

Abu-Ohbaidus vocem القلعة cum Fatha super littera ل protulit.

٩ شَرُّ يَوْمَيْهَا وَأَغْوَاهُ لَهَا

9. Pessimus dierum duorum et maxime perniciosus est hic.

Mulier quaedam e gente Thesm oriunda, cui nomen Ahns erat, in captivitatem abducta et verbis et factis bene tractabatur. Dicebat autem ista verba, quibus significaret, istum diem, quo in captivitate honore afficeretur, omnium pessimum esse. Abu-Ohbaidus dixit, versum vulgatum de re esse hunc:

شَرُّ يَوْمَيْهَا وَأَغْوَاهُ لَهَا رَكِبَتْ عَنْزُ بِحِدْجٍ جَمَلَا

»Pessimus dierum duorum et maxime perniciosus is erat, quo Ahnsa in pilento camelino vehebatur.«

Versus metrum Raml est. Cf. l. m. p. 238. Versum autem sic grammatice explicant. Casus accusativi, qui voci شر tribuitur est modus, qui a grammaticis Arabicis ظرفية appellatur i. e. quo tempus definitur i. e. die pessimo etc. vecta est Ahnsa etc. Vox اغوى forma comparativi a غى est, pronomen autem ad diem redit, tum ipsi diei modo, qui ab Arabibus اتساع appellatus est, error adscribitur. Qui autem voci شر nominativi casum tribuit, is هذا supplet i. e. Hic dies est pessimus dierum duorum sc. quo honore afficitur et quo contemnitur. Pronomen autem ه in voce

اغواه referre licet ad شر. Tum quoque vox اغوى derivari potest a quarta forma, id quod raro fit, ita ut ei perdendi significatio tribuatur et sic explicetur: اهلك شر يوميها لها هذا اليوم »Magis perdens malum dierum duorum ei hic dies est.«

١٠ شَرُّ أَيَّامِ ٱلدِّيكِ يَوْمٌ تُغْسَلُ رِجْلَاهُ

10. Pessimus dies galli est, quo eius pedes lavantur.

Legitur loco vocis رجلاه ab aliis براثنه u n g u e s e i u s i. e. dies, quo mactatus est.

١١ شَرُّ ٱلْمَالِ مَالٌ لَا يُزَكَّى وَلَا يُذَكَّى

11. Pessimæ opes sunt eae, quarum pars ex lege non datur et quae non mactantur.

Asinos significat. Mohammedes verbis sequentibus, quae traditione ad nos pervenerunt, res designavit, quarum pars ex lege non datur: ليس فى الجبهة ولا فى الكسعة ولا فى النخة صدقة »Non est in equis, non est in asinis, non est in servis sec. al. bobus laborantibus eleemosyna.«

١٢ شَوَى أَخُوكَ حَتَّى إِذَا أَنْضَجَ رَمَّدَ

12. Assavit frater tuus et quum bene cocta esset (caro), in cineres (eam) coniecit.

Conf. Djeuh. s. v. رمد. In eum dicitur, qui beneficium exprobationibus corrumpit, aut post bonam agendi rationem rem facit, quae aliis suspicionem praebet.

١٣ شَخْبٌ فِي ٱلْإِنَاءِ وَشَخْبٌ فِي ٱلْأَرْضِ

13. Lac effluens (ex mammis) in vas et lac effluens in terram.

Quemadmodum mulgens modo in vas lac mulget, modo in terram effundit, sic loquens modo errat modo recte dicit. conf. Djeuh. s. v. شخب. Conf. prov. 36.

۱۴ شَرَّابٌ بِأَنْقُعٍ

14. Frequenter bibens aquas stagnantes.

Aves hominum insidias timentes bibendi causa loca aquarum frequentata non adeunt; sed aquas stagnantes bibunt. Haec res in virum cautum transfertur. Verba ista Ebn-Djoraihus in Moahmmerum ben-Raschid dixit. In Kamusi opere sic adnotatum est proverbium: انه لشراب بانقع »Is bibit aquas stagnantes« et de eo dicitur, qui rerum experientia edoctus calamitates expertus est.«

۱۵ شَرِقَ مَا بَيْنَهُمْ بِشَرٍّ

15. Suffocata est mutua eorum ratio malo.

Id est: Malum continuum eos non reliquit.

۱۶ شُبْ شَوْبًا لَكَ بَعْضُهُ

16. Misce rem miscendam et tibi pars eius erit.

Proverbium hortatur, ut ei auxilium feramus, qui nobis utilis esse potest. Similis ratio est proverbio C. VI, 14.

۱۷ شَمِطَ حُبُّ دَعْدٍ

17. Amor Dahdae crines albos in capite habet.

Vocabulum دعد aut declinabile aut indeclinabile mulieris nomen est. Proverbium amorem veterem et constantem designat.

۱۸ شَدَّ لَهُ حَزِيمَهُ

18. Constrinxit ei pectus suum.

Id est: Ad eam rem paratus est. Loco vocis حزيمه legitur حيزومه. In Samachscharii opere sic legitur proverbium شد للامر حزيمه »Constrinxit rei pectus suum.«

١٩ شَرِقَ بِٱلرِّيقِ

19. Sputo suffocatus est.

Nocuit ei res, quae utilitati propinquior erat, quia sputum homini propinquissimum est. Conf. pr. 79.

٢٠ شِنْشِنَةٌ أَعْرِفُهَا مِنْ أَخْزَمِ

20. Indoles, quam novi ex Achsamo.

Proverbium versus posterius dimidium est, quem Abu-Achsamum Thajjitam composuisse, Alcalbius dixit. Iste Abu-Achsamus abavus Hatimi vel abavus patris eius erat. Filium habuit Achsamum appellatum, qui patri inobsequens erat. Ante patrem moriens filios reliquit. Quodam die quum avum impetu facto illi vulnerarent, hunc versum dixit:

إِنَّ بَنِيَّ ضَرَّجُونِي بِٱلدَّمْ شِنْشِنَةٌ أَعْرِفُهَا مِنْ أَخْزَمْ

»Filii mei sanguine me tinxerunt; indoles est, quam ex Achsamo novi.«

Versuum metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. Loco vocis ضرجونى legitur رملونى, id quod eundem sensum praebet. Sensus proverbii est: »Similes natura sunt patri suo;« et hoc est quemadmodum dicitur: العصا من العصية »Baculus ex baculo parvo.« Cf. C. I, 32. Et dicitur: شنشنة من اخزم »Natura ex Achsamo.« In magna similitudine inter filium et parentem adhibetur. Samachscharius autem diversos explicandi modos adnotavit. Aliis vocem شنشنة significare guttam (a شنشن) effudit (صب), vocem الاخزم autem significare brevi glande praeditum penem. Aliis الاخزم nomen esse generosi admissarii, aliis Achsamum nomen avi Hatimi esse, qui ut Hatimus liberalitate notus

fuisset. Hatimus autem erat filius Ahbd-Allabi ben-Sahd ben-Hesredj ben-Achsam. Hunc explicandi modum Haririus in adnotationibus ad quædam loca narrationum suarum (Makamah pg. 521. ed. de Sacy) adtulit.

٢١ شَرِيقَةُ تَعْلَمُ مَنِ ٱطَّفَحَ

21. Scharika scit, quis spumam (ollae) sumserit.

Scharikah nomen mulieris est. Samachscharius aliam vocis اطفح significationem admisit. Sic legitur: يقال اطفح فلان عليك غضبا اذا امتلا »Dicitur اطفح فلان عليك غضبا »Quidam ira impletus est contra te,« ut proverbium vertatur. »Scharika scit, quis ira impletus sit.« In eum adhibetur, qui rerum veram conditionem cognovit.

٢٢ شَاهِدُ الْبُغْضِ اللَّحْظُ

22. Testis odii intuitus est.

Id est: Ex hominis intuitu eius odium cognosci potest. Simili modo dicunt C. V, 10. جلى محب نظره „Amans intuitum suum polit.“ Dixit poeta Sohairus:

مَتَى تَكُ فِي صَدِيقٍ أَوْ عَدُوٍّ   تُخَبِّرْكَ ٱلْوُجُوهُ عَنِ ٱلْقُلُوبِ

„Quando cum amico aut inimico es, facies tibi corda ostendunt.“

Versus metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204. In Samachscharii opere sic legitur proverbium: شاهد البغض النظر, qui est alter proverbii legendi modus.

٢٣ شَفَيْتُ نَفْسِي وَجَدَعْتُ أَنْفِي

23. Sanavi animam meam et nasum meum amputavi.

De eo dicitur, qui dum ab una parte sibi nocet, ab altera sibi prodest. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. libr. m. p. 246.

٢٤ أُشْدُدْ يَدَيْكَ بِغَرْزِهِ

24. Manum tuam ad stapedem eius alliga!

Proverbium, quod ad metrum Camil referri potest (cf. l. m. p. 216), hortatur, ut rei firmiter adhaereamus eique constanter dediti simus. In Scharaf-Aldini opere legitur: يقال ذلك لمن افاد شيا يغبط به „Verba ista ei dicuntur, qui rem consecutus est, cui invidetur.“ In lexico meo diversum proverbio sensum tribui.

٢٥ شَمِّرْ وَٱئْتَزِرْ وَٱلْبَسْ جِلْدَ ٱلنَّمِرِ

25. Laciniam tolle, medium tuum cinge et cutem pardi indue!

Monet nos proverbium, ut diligentiam adhibeamus et fortes simus. Conf. Harir. p. 287, 292.

٢٦ شَيْطَانُ ٱلْحَمَاطَةِ

26. Serpens plantae Hamathah appellatae.

Haec herba الافانية appellata nec non nomine حماط appellatur. Serpentes eam amant. Hoc vero in proverbio serpenti nomen شيطان (satanas) inditum est. In virum dicitur, cuius adspectus foedus et turpis est.

٢٧ شَهِدْتُ بِأَنَّ ٱلْخُبْزَ بِٱللَّحْمِ طَيِّبٌ
وَأَنَّ ٱلْحُبَارَى خَالَةُ ٱلْكَرَوَانِ

27. Testificor panem cum carne bonum esse et avem Otim esse avis Carawan appellatae materteram.

Versus est metri Thawil. Conf. l. m. p. 162. Legitur بان الزبد بالتمر طيب „Cremorem lactis cum dactylis bonum esse.“ De re adhibetur, quae optata non attingitur.

٢٨ شَمِّرْ ذَيْلاً وَٱدَّرِعْ لَيْلاً

28. Tolle laciniam et indue noctem!

Proverbium monet, ut parati simus et diligentiam in quaerendo adhibeamus.

٢٩ أَشْرِقْ ثَبِيرُ كَيْمَا نُغِيرُ

29. In solis ortum ingredere o Tsabire, ut festinemus!

In codice meo et codice Lugdun. hoc scholion legitur: وكانوا لا يفيضون حتى تطلع الشمس ويضرب فى الاسراع والعجلة „Et non solebant ante solis ortum a loco Ahrafat abire. Adhibetur de celerando et festinando.“ Solus codex Berol. hoc habet scholion: اشرق اى ادخل يا ثبير فى الشروق كى نسرع للنحر يقال اغار فلان اغارة الثعلب اى اسرع قال عمر رضى الله عنه ان المشركين كانوا يقولون اشرق ثبير كيما نغير وكانوا لا يفيضون حتى تطلع الشمس يضرب فى الاسراع والعجلة „Vox اشرق significat intra, o Tsabire! in ortum solis, ut sacrificium properemus.« Dicitur: festinavit quidam festinatione vulpis, ut vox اغار eandem significationem, quam vox اسرع habeat. Dixit Ohmarus, cui Deus benedicat! plures Deos colentes dicebant: اشرق ثبير كيما نغير, nam ante solis ortum a loco Ahrafat non abibant. Adhibetur (proverbium) de properando et festinando.« Conf. quoq. Kamus. Abu-Sajjarahus, de quo vide C. XIV, 85. verba proverbii dixisse fertur.

٣٠ شَرْعُكَ مَا بَلَّغَكَ ٱلْمَحَلَّ

30. Tibi sufficit id, quod te ad locum perducit.

Commeatus copia tibi sufficit, qua ad locum, quem petis, pervenis. Monet nos proverbium, ut pauco contenti simus. Conf. Kamus. s. شرع. Dixit poeta:

مَنْ شَاءَ أَنْ يُكْثِرَ أَوْ يُقِلَّ يَكْفِيهِ مَا بَلَّغَهُ ٱلْمَحَلَّا

»Qui aut paucum aut multum adferre vult, ei sufficit, quod ipsum ad locum perducit.« Metrum est Sarih.

٣١ أَشْبَهَ شَرْجٌ شَرْجًا لَوْ أَنَّ أُسَيْمِرًا

31. Similis esset locus Schardj loco Schardj, si spinae adessent.

In Scharaf-Aldini opere Scharadj ille locus enunciatur. Abu-Ohbaidus dixit: Almofadhdhelus proverbii originem sic narravit: Lokaimus cum patre suo Lokmano in loco Schardj appellato erat. Quum Lokaimus camelis suis pabulum vespertinum ut praeberet abiisset, Lokmanus, qui Lokaimum odio haberet, perdere eum constituit. Foveam igitur fodit, in quam incideret, et ne locum cognosceret, spinas Aegyptiacas, quibus locus impletus erat, removit. Lokaimus autem locum cognoscens et spinas non inveniens, ista verba dixit. Vox اسيمر deminutivi forma est, a plurali اسمر derivanda. Proverbium duas res aequales, nisi quod una tantum re diversae sunt, designat.

٣٢ شَجَرٌ يَرِفُّ

32. Arbor nitet.

Vox aut a رف nituit aut a ورف late patuit umbra derivari potest. In eum dicitur, cuius adspectus pulcher est, interna autem conditio non aeque bona.

٣٣ شَرُّ ٱلرِّعَاءِ ٱلْحُطَمَةُ

33. Pessimus pastor est is, qui frangit (pecora).

De viro dicitur, qui rei praefectus eam non bene perficit, ut pastor pastum ducens pecus duriter tractat, et baculo percutit, ut unum ex altero noxam capiat. Kamusi auctor Djeuharium vituperavit, quod proverbium esse

dixerit verba, quae traditione ad nos delata sint. Nil vero impedit, quominus ista Mohammedis verba in proverbii consuetudinem venerint.

٣٤ شُغِلَ عَنِ ٱلرَّامِى ٱلْكِنَانَةَ بِٱلنَّبْلِ

34. Non curat, quid agat sagittis petiturus pharetram.

Duo viri, sagittis iaculandi artis peritissimi, unus e gente Fesar, alter e gente Asad, amicitiam contraxerant. Quodam die, quum Fesarita pharetram novam haberet, Asadita laceram, Asadita dixit: quis nostrum iaculandi artis peritior est, ego an tu? Fesarita dixit: ego sum, quod te artem docui. Dixit Asadita: ponas mihi pharetram tuam aut ego tibi meam ponam, ut experiamur! Dixit Fesarita: ponas mihi tuam! Re facta, Fesarita omnes suas sagittas consumsit, semper Asaditae pharetram feriens. Tum Asadita: nunc mihi tuam pharetram ponas! Fecit Fesarita et ab Asadita sagitta confossus occisus est. Asadita autem eius pharetram novam, quae ipsi placuerat, sibi sumsit. Proverbii sensus est: Fesarita non vidit, Asaditam ipsum, non pharetram sagitta petiturum esse. Dixit Ferasdakus:

فَقُلْتُ أَظَنَّ ٱبْنُ ٱلْخَبِيثَةِ أَنَّنِى شُغِلْتُ عَنِ ٱلرَّامِى ٱلْكِنَانَةَ بِٱلنَّبْلِ

»Et dixi: num putat filius turpis feminae, me negligere eum, qui pharetram sagittis petât?[1])«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Proverbium de viro adhibetur, qui incuriosus non videt, se ab altero peti. In Hamasae scholiis pg. 153. legitur: «ضرب مثلا لمن يعمل عملا وهو يرى غيره »De eo adhibetur

1) Poeta Djerirus, cui inimicitiae cum Ferasdako intercesserant, Abaihtsum satyra perstrinxit, revera verbis Ferasdakum petens. Ferasdakus igitur dixit: num ille vilis putat, me non intelligere satyrae verum sensum, quo ipse petor.

proverbium, qui rem agit, et aliam se agere ostendit,« quae verba, nisi fallor, ad nostrum proverbium referenda sunt.

٣٥ شَقَّ فُلَانٌ عَصَا ٱلْمُسْلِمِينَ

35. Rupit quidam baculum Mohammedanorum.

Disgregavit Mohammedanos et eorum consensum sustulit. Baculum congregationem et consensum significare, Abu-Ohbaidus dixit: quippe quum nomine عصا nonnisi »baculus haud ruptus« appellaretur. Alii dicunt, duos agasones iter simul facientes, quum in via se separarent, baculum unum in duas partes disrupisse, ut quilibet partem acciperet, tum in omnem separationem translatum esse loquendi modum. Conf. Kam. s. عصا.

٣٦ الشُّجَاعُ مُوَقًّى

36. Fortis est custoditus.

Pauci enim contra fortem in pugna prodeunt eius fortitudinem timentes. Simili ratione dicitur: احرص على الموت توهب لك الحياة »Si mortem cupis, vita tibi dabitur.« Proverbio laus fortitudinis inest. Samachschar.

٣٧ شُخْبٌ طَمَحَ

37. Lactis emulsi radius in terram decidit.

In eum dicitur, qui semel vitium committit; aliis autem significat, portionem boni perire. Conf. prov. 13.

٣٨ شَحْمَتِى فِى قَلْعِى

38. Adeps meus in sacco meo.

Rem in potestate hominis sitam esse significat, ut ea fruatur, quando velit.

٣٩ إِشْنَأْ حَقَّ أَخِيكَ

39. Quod ei debetur, fratri tuo da!

Proverbium monet, ne rei amore seducti fratri debitum denegemus.

٤٠ أَلشَّرُّ يَبْدُوهُ صِغَارُهُ

40. Malum initio parvum est.

Patienter ferendum est malum, ne ad maius perveniamus. Conf. XXVIII, 120. Dixit Miscinus Aldaremita:

وَلَقَدْ رَأَيْتُ ٱلشَّرَّ بَيْنَ ٱلْحَيِّ يَبْدُوهُ صِغَارُهْ

فَلَوَ ٱنَّهُمْ يَأْسُونَهُ لَتَنَهْنَهَتْ عَنْهُمْ كِبَارُهْ

»Iam vidi inter gentem malum, cuius initium parvum erat. Si id sanassent, profecto! magnum ab iis remotum fuisset.« Versuum metrum Camil est. Conf. l. m. p. 214.

٤١ أَلشَّرُّ أَخْبَثُ مَا أَوْعَبْتَ مِنْ زَادِ

41. Malum est pessimus commeatus, quem asservasti.

Monet proverbium, ut vituperium et malum fugiamus. Versus huius, cuius metrum Basith est, hemistichium prius tale esse dicitur: الخير يبقى وان طال الزمان به »Bonum durat, et si longum eius tempus est. Alii daemones versum hunc dixisse contendunt, alii versum Ohbaido ben-Alabraz tribuunt. Similem sensum Alafwahus expressit:

وَٱلْخَيْرُ تَزْدَادُ مِنْهُ مَا لَقِيتَ بِهِ   وَٱلشَّرُّ يَكْفِيكَ مِنْهُ قَلَّ مَا زَادُ

»Boni tantum, quantum obtinere potes, commeatum tibi parabis, mali autem parvus commeatus tibi sufficit.«

Metrum est Basith. Conf. l. m. p. 190.

٤٢ أَلشَّحِيحُ أَعْذَرُ مِنَ ٱلظَّالِمِ

42. Avarus excusatione dignior est, quam iniustus.

Abu-Ohbaidus dixit, vulgum hoc proverbium quotidie adhibere. Excusant enim virum, qui opes suas conservat, ne honorem perdat et ad mendicandum cogatur. Ille ex vulgi opinione vituperio dignus est, qui aliorum opes ad se rapit. Abu-Ahmruus proverbium significare dixit, eum, qui avarum contumelia afficeret, vituperatione digniorem avaro esse. Primum ista proverbia Ahmirus ben-Zazaah dixisse fertur, quum ante mortem filios adhortaretur.

٤٣ شَرِبْنَا عَلَى ٱلْخَسْفِ

43. Bibimus cibo deficiente.

Molestia proverbio designatur. Conf. Kam.

٤٤ إِشْتَرِ لِنَفْسِكَ وَلِلسُّوقِ

44. Eme tibi et foro!

Cape res, quae tibi commodo sunt, et quas si vendere vis, vendibiles sunt. Cautionem et prudentiam in rebus acquirendis adhibe!

٤٥ اشْتَدِّى زِيَمْ

45. Curre o Saima!

Saim equi nomen est. Id est: Occasionem ne effugere sinas, o vir!

٤٦ أَلشَّعِيرُ يُؤْكَلُ وَيُذَمُّ

46. Hordeum editur et vituperatur.

Et dicitur: خبز الشعير يوكل ويذم »Panis hordeaceus editur et vituperatur.« Simile est proverbium C. I, 99. Adhibetur de beneficii vituperio.

٤٧ أَشْوَارَ عَرُوسٍ تَرَى

47. Num vides pudendum sponsae?

Construendum est اترى شوار. Ad deridendum adhi-

betur. Regina Saba verba haec Djasimaho dixisse fertur. Conf. C. VII, 9.

٤٨ شَبِرَ فَتَشَبَّرَ

48. Magni habitus est et tum magni se habuit.

Haec proverbii in scholiis explicatio legitur: اى اكرم فاستحمق وعظم فاستعظم والشبر القربان الذى يقرب ومعناه قرب فتقرب يضرب للذى يجاوز قدره »Honore affectus est et tum tanquam stultum se gessit, magni habitus est et tum tanquam magnum se gessit. Vocabulum شبر donum sponsalitium, quod offertur, est. Sensus est: in propinquum adductus fuit et tum tanquam propinquum se gessit. In eum adhibetur proverbium, qui modum ipsi convenientem et dignitatem transgreditur.«

٤٩ شَبْعَانُ فِى يَدِهِ كِسْرَةٌ

49. Satiatus, in cuius manu frustum panis est.

De eo dicitur, cuius opes maiores sunt, quam necessitas postulat.

٥٠ شَيْئًا مَا يَطْلُبُ السَّوْطُ إِلَى الشَّقْرَاءِ

50. Rem quandam postulat flagellum ab equa rufa.

Id est: Postulat cursum. Proverbii originem hanc fuisse tradidit Abu-Saidus. Vir quidam in equa rufa vehebatur, quae quoties vir eam flagello percutiebat, toties cursum augebat. De eo dicitur, qui rem necessariam petit, et in eo est, ut eam assequatur. Meid. De eo dicitur, qui violenter tractatur, ut res petita eius manui eripiatur. Samachschar.

٥١ شَمَّ خِمَارَهَا الْكَلْبُ

51. Canis velum eius olfecit.

In mulierem male olentem, tum quoque in mulierem impudicam, moecham verba dicuntur.

٥٢ شَفَاؤُهُ نَكْوُ ٱلدَّبَرِ

52. Sanatio eius in eo consistit, quod ulcus escharâ nudatur.

Id est: Malum malo excipe! In feminam dicitur, dum virum spectare videtur proverbium, cui nil nisi vilitas et contemtus convenit.

٥٣ أَلشَّرُّ لِلشَّرِّ خُلِقَ.

53. Malus malo creatus est.

Proverbium hoc simile est alteri: الحديد بالحديد يفلح »Ferrum ferro finditur.« Conf. I, 13.

٥٤ أُشِبْتَ عَقِيلُ إِلَى عَقْلِكَ

54. Ad ingenium tuum confugere coactus es, o Ahkile!

De viro dicitur, qui in rem difficilem incidit, e qua non facile se expedire potest. Necesse igitur est, diligentiam adhibere et prudenter agere. Scharaf-Aldinus et Samachscharius alium proverbii intelligendi modum adnotarunt. Sensum esse dicunt: Tu ad ingenium tuum confugere coactus eras, et hoc te in malum coniecit, ut gaudium ob malum, quod quis sibi ipsi paravit, proverbio insit. Sed vocabulum عقلك duabus vocalibus Fatha ab aliis enunciatur, ut statum eius, qui distortos habeat pedes, designet. In pravam hominis agendi rationem in proverbio vox translata est. Verborum lusus proverbio inest.

٥٥ شَبْعَانُ مَقْصُورٌ لَهُ

55. Satiatus incarceratus in suum commodum.

De eo dicitur, cuius conditio pulchra facta est, postquam emaciatus fuerat. Incarceratio ei utilis fuit, quia pinguis evasit. Similis proverbio ratio est, quam C. XXI, 37.

٥٦ أُشْدُدْ حَيَازِيمَكَ لِذٰلِكَ ٱلْأَمْرِ

56. Firmiter liga pectus tuum isti rei!

Fortiter et firmo consilio rem istam aggredere! Ohaihahus ben-Aldjolah filio suo dixit:

أُشْدُدْ حَيَازِيمَكَ لِلْمَوْتِ فَإِنَّ ٱلْمَوْتَ لَاقِيكَ

وَلَا تَجْزَعْ مِنَ ٱلْمَوْتِ إِذَا حَلَّ بِوَادِيكَ

»Morti pectus tuum liga, nam mors tibi occurret; ne mortem timeas, quando in vallem tuam venit.«

Versuum metrum Hesedj est. Conf. l. m. p. 226. In initio prioris versus duae syllabae longae superfluae sunt, quae res a metricis خزم appellatur. Conf. l. m. p. 85. In Scharaf-Aldini opere Ahlio versus illi, abiecta voce اشدد, tribuuntur.

٥٧ شَيْخٌ يُعَلِّلُ نَفْسَهُ بِٱلْبَاطِلِ

57. Senex, qui vana re se quietat.

De viro dicitur, qui ad venerem impotens est aut de sene grandaevo, qui rem cum mulieribus habere nequit. Ad metrum Camil referri potest. Conf. l. m. p. 212.

٥٨ شَاخَسَ لَهُ ٱلدَّهْرُ فَاهُ

58. Ostendit ei tempus os suum cum dentibus invicem distantibus.

Id est: Fortuna secunda ei adversa facta est.

٥٩ شَقَّ عَصَاهُمْ نَوًى شَطُورٌ

59. Rupit baculum eorum absentia remota.

Omnino inter se dissenserunt.

٦٠ ٱلشَّرْطُ أَمْلَكُ عَلَيْكَ أَمْ لَكَ

60. Conditio omnino observanda est, sive contra te sive pro te sit.

Proverbium hortatur, ut conditionibus inter fratres factis satisfiat.

٦١ الشَّرُّ قَلِيلُهُ كَثِيرٌ

61. Parvum malum, magnum est.

Huic similis ratio est, quam verbis: الشر تحقره وقد ينمى »Malum quod parvi habes, crescit.« Proverbium docet, malum parvi habendum non esse.

٦٢ الشَّيْبُ قِنَاعُ المَقْتِ

62. Senectus calantica odii est.

Hoc dicitur, quia puellae senes odio habent.

٦٣ اَلشَّبَابُ مَطِيَّةُ الْجَهْلِ

63. Adolescentia insipientiae iumentum est.

Altera lectio est: مظنة الجهل »locus ubi insipientia esse putatur.«

٦٤ شَرُّ اَلْعِيشَةِ الرَّمَقُ

64. Pessimus victus est, quo nonnisi extremus vitae spiritus ducitur.

Vocabulum رمق pluralis vocis رمقة est, quo victus designatur, qui extremo vitae spiritui retinendo sufficit. Altera lectio est: الرمق (Alramik), ut العيش supplendum sit. Adhibetur proverbium ad maximam in vita penuriam designandam.

٦٥ الشَّمَاتَةُ لُؤْمٌ

65. Gaudium ob alienum malum vilitas est.

Verba haec Actamus ben-Zaifi Tamimita dixisse narratur. Ob alius mala nonnisi is, cuius natura prava est, gaudio afficitur.

٦٦ الشَّرُّ كَشَكْلِهِ

66. Malum ut ipsius similitudo est.

Id est: Malum malo simile est et una pars alteri. Legitur quoque الشي كشكله »Res ut ipsius similitudo est.«

٦٧ شَرٌّ مِنَ المَرْزِئَةِ سُوءُ الخَلَفِ مِنْهَا

67. Peius, quam infortunium, est pravitas eius, quod in locum eius (infortunii) succedit.

Sic proverbium in scholiis explicatum est. المرزئة الرزء وهو المصيبة يضرب للخلف قام مقام الخلف وقيل اراد بالخلف ما يستوجبه من الصبر ان صبر وسوءه ان يحبط ذلك بالجزع »Vox مرزئة idem significat, quod vox رزء, scilicet calamitatem. De re dicitur, quae in rei alterius locum succedit. Et dicitur: Vult voce خلف significare patientiam, quae ipsi necessaria videtur, si cum forti animo (calamitatem) fert, malum autem eius (patientiae) est, quod ea propter timorem frustra fit.«

٦٨ شَرٌّ مِنَ المَوْتِ مَا يُتَمَنَّى مَعَهُ المَوْتُ

68. Peius, quam mors, est id, propter quod mors optatur.

De infortunio maximo dicitur.

٦٩ شَرُّ اللَّبَنِ الوَالِجُ

69. Pessimum lac est intrans.

Dicere vult: Pessimum lactis est id quod in domum tuam intravit, te impellens, ut lac hospiti des, eumque tibi et liberis tuis praeferas. Proverbium adhibetur, ut homines ad beneficentiam incitentur. Aliis autem الوالج de lacte dicitur, quod in mammas repellitur, eo ut mammae aquâ conspergantur i. e. lac quod non mulgetur.

Proverbium ex verbis, quae Alharitsus ben-Alhillisa filio suo Ahmruo dixit, desumtum est:

قُلْتُ لِعَمْرٍو حِينَ أَرْسَلْتُهُ   وَقَدْ حَبَا مِنْ دُونِهَا عَالِجُ

لَا تَكْسَعِ الشَّوْلَ بِأَغْبَارِهَا   إِنَّكَ لَا تَدْرِي مَنِ ٱلنَّاتِجُ

وَٱصْبُبْ لِأَضْيَافِكَ أَلْبَانَهَا   فَإِنَّ شَرَّ ٱللَّبَنِ ٱلْوَالِجُ

»Dixi Ahmruo, quum eum dimitterem, et iam arena Ahlidj eminuit, ut eae (camelae) tectae essent, ne camelis praegnantibus cum lacte in uberibus superstite aquam adspergas (ut lac tollatur), tu enim nescis, quis futurus sit parientem adiuvans et hospitibus tuis lac earum effunde, nam pessimum lac est, quod in ubera retruditur.«

Versuum metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 243.

٧٠ أَشْرَبْتَنِي مَا لَمْ أَشْرَبْ

70. Dixit, me bibisse, quod non bibi.

In Scharaf-Aldini libro vocales tertiae personae feminini voci اشربتنى adscriptae sunt. Me fecisse dixit id, quod non feci. Conf. Kam. Samachschar.

٧١ اَلشُّبْهَةُ أُخْتُ ٱلْحَرَامِ

71. Dubitatio est soror rei illicitae.

Duas res designat, quae non multum diversae sunt. Sic in scholiis Meidanii legitur. Verborum autem ratio talis videtur, ut sensus sit: si de re dubitas, num licita sit nec ne, eam illicitam esse, putes.

٧٢ اَلشَّرُّ خَيْرٌ اِذَا كَانَ مُشْتَرَكًا

72. Malum melius est, quum plures participes sunt.

Adhibetur in magna calamitate, qua multi adliciuntur ad significandum, eam esse minoris momenti.

٧٣ اَلشَّبْعَانُ يَفُتُّ لِلْجِيعَانِ فَتًّا بَطِيًّا

73. Satiatus esurientibus cunctanter frusta comminuit.

De eo dicitur, qui rei tuae curam non habet et statum tuum non expertus est.

٧٤ شِقْشِقَةٌ هَدَرَتْ ثُمَّ قَرَّتْ

74. Res Schikschikah appellata mugiit, tum quievit.

Vocabulo شقشقة res pulmoni similis designatur, quae ex ore cameli dependet, quum libidine accensus est. Quando autem orator ذو شقشقة cognominatur, hoc fit, quia cum admissario comparatur. Imperatoris Ahlii una oratio cognomen شقشقية accepit. Causa talis erat: Quum Ahlius orationi finem imposuisset, Ebn-Ahbbasus dixit: o princeps fidelium! o si orationem tuam in campum, quem ingressus eras, longius produxisses! Ahlius autem respondit: Absit, o Ebn-Ahbbase, تلك شقشقة هدرت ثم قرت »Ea fuit res شقشقة appellata, quae mugiit tum quievit.« Proverbii sensus esse videtur: Modus in rebus tenendus est.

٧٥ شَرُّ ٱلضُّرُوعِ مَا دَرَّ عَلَى العَصْبِ

75. Pessima mamma est, quae lac large emittit, quod ligatum est femur.

Sic dicunt, quod camelae, quae non large lac emittit, lumbus vinculo ligatur, ut plus lactis emittat.

٧٦ شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ مِلْحُهُ عَلَى رُكْبَتِهِ

76. Pessimus hominum is est, cuius super genu adeps est.

De homine levi, prono ad iram et perfido dicitur. Arabes adipem ob album eius colorem salem appellarunt. Sic versus sequens explicatur:

لَا تَلُمْهَا أَنَّهَا مِنْ نِسْوَةٍ   مِلْحُهَا مَوْضُوعَةٌ فَوْقَ الرُّكَبْ

»Ne vituperes eam, quod ex mulierum numero est, quarum adeps super genu est.«

Versus metrum Raml est. Conf. l. m. p. 238. Sensus igitur proverbii talis est: Pessimus homo is est, qui prudentia caret, qua ad res laude dignas incitatur; sed cuius animus levibus et inconstantibus mulieribus similis est, quae adipem amant.

٧٧ أَشْأَمُ كُلِّ آمْرِئٍ بَيْنَ فَكَّيْهِ

77. Infelicitas cuiuslibet viri inter mandibula est.

Legitur بين لحييه inter genas i. e. Lingua cuiuslibet maximae infelicitatis causa est. Vocabulo اشأم in proverbio eadem quam voci شوم significatio tribuitur. Eodem modo dicitur: مقتل الرجل بين فكيه »Instrumentum, quo vir occiditur, inter eius mandibula est.«

٧٨ أَشْبَهَ فُلَانٌ أُمَّهُ

78. Quidam matri suae similis est.

De eo dicitur, qui debilis habetur.

٧٩ شَجِيَ بِرِيقِهِ

79. Sputo suo suffocatus est.

In eum dicitur, qui e loco, ubi securum se putabat, oppressus est. Conf. prov. 19.

٨٠ شَدِيدُ الْحُجْزَةِ

80. Firmus in loco cinguli.

Vocabulum حجزة locum, ubi cingulum est in medio corpore, significat. Proverbium patientem in malis ferendis designat.

٨١ شَرٌّ أَهَرَّ ذَا نَابٍ

81. Malum est, quod feram gannire fecit.

Proverbium in scholiis sic explicatum est: Vox شر nominativi casum habet, quod phrasin incipit modo, quem grammatici ابتداء appellant. Est vox indeterminata. Vocis autem indeterminatae conditio est, ut non incipiat phrasin, nisi specialis facta sit verbis additis ex. gr. رجل من تميم فارس »Vir e gente Tamim est eques.« In proverbio quamquam nil additum est, id tamen licitum est, quia sensus est: ما اهر ذا ناب الا شر »Nulla res gannire fecit feram nisi malum.« Adhibetur proverbium de indiciis mali apparentibus.

٨٢ أُشْدُدْ حُظُبَّى قَوْسَكَ

82. Liga, o Hothsobijje, arcum tuum!

Proverbium genti Banu-Asad proprium est. Hortatur, ut ad rem agendam parati et instructi simus.

٨٣ شَرِبَ فَمَا نَقَعَ وَلَا بَضَعَ

83 Bibit; sed non explevit sitim et non satiatus fuit.

De eo dicitur, qui rei fastidium non habet.

٨٤ شَهْرُ ثَرَى وَشَهْرُ تَرَى وَشَهْرُ مَرْعَى

84. Mensis in quo humor et mensis in quo vides et mensis in quo pratum est.

Menses veris sunt. Primum pluvia decidit, tum gramina crescentia vides, tum longa sunt et depascuntur. Vocabula ثرى et مرعى cum Nun in fine enuntianda sunt, quae littera ob vocem ترى omissa est, ut sonus vocum omnino aequalis esset. Tum quoque فيه in eo in tribus phrasibus omissum est sc. شهر فيه ثرى etc.

٨٥ شَعَبَتْ قَوْمِى شَعُوبُ

85. Gentem meam mors dispersit.

Adhibetur ad significandum, homines dispersos esse. Inest proverbio lusus verborum.

٨٦ شَوْفُ ٱلنُّحَاسِ يُظْهِرُ ٱلنُّحَاسَا

86. Politio aeris aes ostendit.

In vilem dicitur, qui, ut beneficia in alios conferat, impellitur; sed facere recusat. Politio enim non efficit, ut aes naturam suam mutet. Proverbio metrum Sarih est, et hanc ob causam in codicibus Berol. et Lugdun. النحاسا scriptum reperitur. Conf. l. m. p. 246.

٨٧ شَرِيبُ جَعْدٍ قَرْوُهُ مُقَيَّرُ

87. Lacus compotoris Djahdi pice oblitus est.

Vocabulum قرو proprie inferior pars arboris est excavata, in quam mustum e torculare effluit. E lacu autem tali pice oblito nil musti effluit. In avarum igitur dicitur. Metrum proverbii Redjes est. Conf. l. m. p. 230.

٨٨ شَنُوءَةٌ بَيْنَ يَتَامَى رُضَّعْ

88. Sordidum inter pupillos sugentes.

Vocabulum شنوءة in verbis et factis id significat, quod sordidum habetur. In homines dicitur, qui ad turpia perpetranda convenerunt, et inter quos nemo est, qui eos retineat et rectum ostendat. Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230.

٨٩ شِيكَ بِسُلَّآءِ أُمُّ جُنْدَعِ

89. Mater Djondahi spinis palmarum vulnerata fuit.

Mater Djondahi nomen mulieris est. De eo dicitur, qui e loco securo obruitur.

٩٠ شَرُّ دَوَآءِ ٱلْإِبِلِ ٱلتَّذْبِيحِ

90. Pessima camelis adhibita medicina mactatio est.

Anno infertili, quum camelorum interitum timent Arabes, eorum pullos mactant, ut matres salvae sint. Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. De eo dicitur, qui malum fugiens in maiorem calamitatem incidit.

٩١ شَمِّ بِخُنَّابَةٍ أُمَّ شِبْلٍ

91. Olfac mucrone nasi, o leaena!

Vocabulum خنابة mollem nasi partem genis contiguam significat. In superbum verba dicuntur.

٩٢ شَمَّرَ ثَرْوَانُ وَصَاوٍ هَكِعَةٌ

92. Laciniam sustulit opulentus et aridus, stultus.

Proverbium, cui metrum Redjes esse videtur, (cf. l. m. p. 230.) scholion sic explicat: يقال ثروان اذا كان كثير المال والصاوى اليابس يقال صوى يصوى صويا اذا يبس والهكعة الاحمق الكسلان يضرب للغنى المشمر الجاد فى امره وثروان يباهيه ويوازيه كسلان رث الحال فمن اين يلتقيان »Dicitur ثروان, quum quis opulentus est, et صاو aridum significat. Dicitur صوى, cuius futurum يصوى, nomen actionis صوى est, quum aridus est. Vox هكعة stupidum, segnem designat. Proverbium adhibetur de opulento, qui expeditus, diligens est in re sua peragenda, quocum certat segnis et pauper. Et quomodo illi duo convenient?«

٩٣ شَيْخٌ بِحَوْرَانَ لَهُ أَلْقَابٌ

93. Senex in regione Hauran, cui cognomina sunt.

Placet addere scholion, quo proverbium explicavit Meidanius: حوران من ارض الشام وبعده الذيب والعقعق

والغراب يضرب لمن يظهر للناس العفاف والصلاح ومن حقه ان يحترز من قربه »Hauran est regio Syriae (Damasci) et post eam lupus, picus et corvus (sunt). De eo adhibetur, qui castitatem et probitatem hominibus ostendit, dum eius propinquum caveatur, necesse est.« Sed de proverbio intelligendo dubium restat, quod in causa erat, cur Pocockius شيح, quod fruticis nomen est, legendum esse putarit. At vero vocabulum شيخ arboris nomen est, ut si senis significatio reiicienda videatur, illa admitti possit. Sed nil certi habeo, nam et ipsius quod in scholio legitur, verbi وبعده et post eum sensus non satis mihi liquet.

٩٤ شَهْرَا رَبِيعٍ كَجُمَادَى ٱلْبُوسِ

94. Menses veris sunt instar mensis hiemis calamitatis.

Proverbio metrum Sarih est. Cf. l. m. p. 246. Mensis جمادى Djumada hiemis tempore est. In eum dicitur, qui statum suum semper queritur, sive pabuli copia abundet, sive penuria laboret.

٩٥ شَرِيفُ قَوْمٍ يُطْعِمُ ٱلْقَدِيدَ

95. Nobilis gentis, qui carnem in parvas partes dissectam cibo praebet.

Carnes dissectas pessimum cibum esse dicunt. Nobilis igitur carnes dissectas aliis cibo non porrigit. Adhibetur proverbium de viro, qui liberalitatem prae se fert: sed parum boni aliis infert. Proverbio metrum Sarih est. Cf. libr. m. p. 246.

٩٦ شَكَوْتُ لُوحًا فَحَزَا لِى يَلْمَعًا

96. Sitim questus sum; sed vaporem meridianum aquae speciem habentem mihi obtulit.

De eo adhibetur, qui penuriam questus cibum accipit ipsi non gratum. Proverbio metrum Sarih est. Conf. libr. m. p. 230.

٩٧ شَمِّلْ تَعَالَى فَوْقَ خَصَبَاتِ ٱلدَّقَلْ

97. Remanentes dactyli elati sunt super palmis pravis dactylis abundantibus.

In eum dicitur, ex quo bonum, quod paucum est, nonnisi cum multa molestia elici potest. Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230.

٩٨ شِوَالُ عَيْنِي يَغْلِبُ ٱلضِّمَارَ

98. Pauca pecunia mea vincit aes alienum, cui solvendo certus terminus non est.

Pecunia parata, etsi pauca est, praefertur aeri alieno incerto. Verba haec Abu-Djabirus ben-Molail Hudsailita dixit tempore, quo Alhadjdjadjus Ahbd-Allahum ben-Alsobair oppugnabat. Ahbd-Allahus multa promisit, et moram traxit; Hadjdjadjus autem sociis dona dedit improvisa. Tum Abu-Djabirus interrogatus, quid ipsi videretur, verbis respondit, quae postea in proverbium venerunt. Proverbio autem metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246.

٩٩ أَشْرَى ٱلشَّرِّ صِغَارُهُ

99. Malum importunissimum est parvum.

Vocabulo اشرى significatio الج magis importunus et ابقى magis durans tribuitur, a radice شرى fulsit multum (de fulgure) derivata. Narrant venatorem, cui canis esset, cum utre melle impleto in officinam intrasse, ut mel domino officinae vendendum offerret. Factum autem esse, ut cum gutta mellis defluxisset, et in eam vespa incidisset, mustela quae officinae domino esset, vespam arriperet, et tum a venatoris cane occideretur. Officinæ

dominum id videntem venatoris canem occidisse, venatorem autem canis caedem ulturum dominum interfecisse. Vici denique incolas eam ob causam venatorem necasse et postea venatoris asseclas de re certiores factos omnes vici incolas vindictam sumentes perdidisse. In hanc rem proverbium dictum esse contendunt.

١٠٠ أُشِبَّ لِى اشْبَابًا

100. Subito mihi apparuit.

Abu-Saidus dixit: Quando homo, cuius mentionem non facis, tibi apparet, haec verba dicis: i. e. elatus mihi est. Verbi significatio derivanda est a شب الغلام »Adolevit, elatus fuit adolescens«, et inde dicitur: اشبه الله اشبابا »Effecit Deus, ut adolesceret et sustulit eum.« Adhibetur proverbium, quum res nobis subito occurrit.

١٠١ شَرٌّ مَرْغُوبٌ إِلَيْهِ فَصِيلٌ رَيَّانُ

101. Malum desideratum est pullus ablactatus, potu expletus.

Camela nonnisî super pullum aut pulli speciem بو appellatam lac emittit. Solent enim sub camela pullum ponere, ut lingua sua mammam tangat. Quod si igitur pullus potu expletus est, linguam non exerit et camelae dominus lac non accipit. In divitem dicitur, ad quem pauper confugit.

١٠٢ شَوْقٌ رَغِيبٌ وزَبِيرٌ أَصْمَعُ

102. Apertio oris cupida et buccella parva.

Vocabulum شوق hoc in proverbio vocis شقو oris apertio significationem habere dicitur In eum dicitur, qui promissis firmis datis aut nil praestat aut parum tantum dat. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. m. p. 230.

١٠٣ شَرُّ إِخْوَانِكَ مَنْ لا تُعَاتِبُ

103. Pessimus fratrum tuorum est, quem non obiurgas.

Horum verborum eadem ratio est, quae in sequentibus: معاتبة الاخ خير من فقده »Obiurgare fratrem melius est, quam eum desiderare.« Vocabulum تعاتب est pro تعاتبه. Qui autem legit يعاتب, ei hoc est pro يعاتبك »te obiurgat.«

١٠٤ اَلشَّمْسُ أَرْحَمُ بِنَا

104. Sol in nos misericordior est.

Quod hieme nos calefacit. Pauper istis verbis uti solet.

١٠٥ شِدَّةُ ٱلْحَذَرِ مُتَّهِمَةٌ

105. Vehementia cautionis suspicionem parit.

١٠٦ شَنِيئْتُهَا فِي أَهْلِهَا مِنْ قَبْلِ أَنْ تَزْآى إِلَيَّ

106. Odio eam habui in gente sua, antequam ad me deducta erat.

Ab uxore desumtus loquendi modus in exosum adhibetur. In proverbio legitur تزاى; sed Meidanio تزوى »colligitur, congregatur« rectum videtur, quum in lexicis verbo زاى illa significatio tributa non sit. Admitti quoque posse videtur, تزاى esse pro تزهى »tolleretur,« quemadmodum dicatur: زهى السراب الشى »Vapor meridianus rem sustulit.«

١٠٧ شَغَرَتْ لَهُ ٱلدُّنْيَا بِرِجْلِهَا

107. Sustulit ei mundus pedem suum.

In eum dicitur, qui in amore multum mutabilis est.

١٠٨ اِشْرَبْ تَشْبَعْ وَٱحْذَرْ تَسْلَمْ وَٱتَّقِ تُوقَهْ

108. Bibe! satiatus eris; cave! salvus eris; te custodi! custoditus eris.

Abu-Ohbaidus dixit, proverbium monere, ut in rebus cauti simus. Littera autem ه in voce تَوَقَّهْ aut nil ad sensum faciens otiosa est, aut pronomen ad vocabulum supplendum الشّر (malum) referatur oportet.

١٠٩ شَاوِرْ فِي أَمْرِكَ ٱلَّذِينَ يَخْشَوْنَ ٱللّٰهَ

109. In re tua eos consule, qui Deum timent!

Proverbium hoc Ohmaro adscribitur.

١١٠ شِدَّةُ حِرْصٍ مِنْ سُبُلِ ٱلْمُتَآلِفِ

110. Vehementia cupiditatis est una viarum eius, qui societatem colit.

Adhibetur in eum, qui cibi aliarumque rerum cupidus est, et hanc ob causam nobiscum societatem colit.

١١١ شَوَى زَعَمَ وَلَمْ يَأْكُلْ

111. Se carnes assavisse dixit, et non edit.

Id est: Dixit, se assandae carni praefuisse, tum non edit. De eo adhibetur, qui rei praefectus eam reliquit.

١١٢ شَغَلَ ٱلْحَلْيُ أَهْلَهُ أَنْ يُعَارَ

112. Possessores suos ornamentum occupat, ut mutuum non detur.

Id est: Necesse est, possessores ornamenti se ornare: et hæc est causa, cur id mutuum non dent. Conf. prov. 2. De eo dicitur, qui rogatur, ut rem det, qua carere non potest. Ad metrum Chafif referri potest. Conf. libr. m. p. 262. In codice B. يعارا legitur, quod metro magis convenit.

Forma comparativi.

---

١١٣ أَشَدُّ ٱلرِّجَالِ ٱلأَعْجَفُ ٱلأَضْخَمُ

113. Robustissimus virorum est macilentus, crassus. Id est: Macilentus latis humeris praeditus.

١١٤ أَشْأَمُ مِنْ بَسُوسَ

114. Infaustior quam Basusa.

Basusa (et Bassah nomen habebat) mulier erat e gente Tamim filia Monkedsi matertera Djassasi ben-Morrah ben-Dsohl Schaibanitae occisoris Colaibi. Isti feminae vicinus erat Sahdus ben-Schems appellatus, qui camelam, cui nomen Sarab erat, possidebat[1]. Colaibus autem princeps suo tempore potentissimus (cf. Hamas. 420. sq.) regionem, quae ad superiorem Arabiae partem العالية appellatam pertinebat, cæteris pascendam interdixerat, nonnisi affinis sui Djassasi, cuius soror Aldjalilah appellata ipsi nupta erat, camelos exceperat. Inter Djassasi autem camelos exierat pastum camela illa Saahdi Djormitae. Quam quum Colaibus conspexisset, sagitta uberem eius vulneravit. Camela domum rediit ex ubere lacte cum sanguine mixto fluente. Magnum clamorem et camelae possessor et Basusa id videntes sustulerunt. Haec quoque sequentes versus dixit:

لَعَمْرُكَ لَوْ أَصْبَحْتُ فِي دَارِ مُنْقِذٍ لَمَا ضِيمَ سَعْدٌ وَهْوَ جَارٌ لِأَبْيَاتِي

وَلٰكِنَّنِي أَصْبَحْتُ فِي دَارِ غُرْبَةٍ مَتَى يَعْدُ فِيهَا ٱلذِّئْبُ يَعْدُ عَلَى شَاتِي

---

1) Cum vicino isto visitatum venerat sororem suam matrem Djassasi ben-Morrah.

فَيَا سَعْدُ لَا تَغْرُرْ بِنَفْسِكَ وَٱرْتَحِلْ   فَإِنَّكَ فِي قَوْمٍ عَنِ ٱلْجَارِ أَمْوَاتِ

وَدُونَكَ أَذْوَادِي فَإِنِّي عَنْهُمُ   لَرَاحِلَةٌ لَا يَفْقِدُونِي بُنَيَّاتِي

»Per vitam tuam! si in domo Monkidsi fuissem, Sahdus iniuria laesus non fuisset, dum domorum mearum vicinus esset. At vero ego in domo peregrina sum, quando lupus in eas incurrit, in oves meas irrumpit. O Sahde! ne tui curam neglige! Proficiscere! nam in gente tu es, quae tanquam mortua vicini rationem non habet. Cape camelorum meorum agmina, ego enim eam relictura sum. Non me filiae meae desiderabunt[1]).«

Quae verba quum Aldjassasus audivisset, ei solamen allaturus dixit: Mox o femina, camelus occidetur, cuius caedes maior erit, quam vicini tui camelae. Ab hoc inde tempore Djassasus Colaibi occidendi occasionem quærebat. Quodam die Colaibus nil timens exierat. Djassasus rei certior factus, quum a gente ille longius abesset, equo conscenso ipse hasta armatus eum secutus est. Post eum quoque Ahmruus ben-Alharits exiit; sed nonnisi post Colaibi caedem advenit. Colaibus confossus a Djassaso petiit, ut aquae potum ei porrigeret. At ille respondens dixit: تركت الماء وراءك »Reliquisti aquam post te.« Tum ab Ahmruo adveniente idem petiit; at ille ab equo descendens saucium Colaibum occidit. Qua de causa proverbium est:

أَلْمُسْتَجِيرُ بِعَمْرٍو عِنْدَ كُرْبَتِهِ   كَٱلْمُسْتَجِيرِ مِنَ ٱلرَّمْضَاءِ بِٱلنَّارِ

"Is qui ab Ahmruo moerore adflictus auxilium petit ei similis est, qui contra ferventem terram ab igne auxilium petit.« Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190.

1) Hunc versum Scharaf-Aldinus sic adnotavit: ودونك اذوادى فخذها فانى لراحلة لا يغدروا ببنياتى „Cape camelorum meorum agmina eaque sume, nam ego profecturus sum. Ne erga filias meas perfide agant! Versus illi ab Arabibus: ابيات الفنا „Versus interitus“ appellantur.

Djassasus autem ad gentem suam magno equi cursu tetendit. Pater eius e longinquo advenientem conspexit et adstantibus dixit: Djassasus infortunium nobis nuntiabit. Illi interrogarunt: unde hoc scis? Quod genu eius nudatum video, pater respondit. Patri autem quum caedem Colaibi nuntiasset, ille dixit: بئس لعمر الله ما جنيت على قومك »Vaeh! per vitam Dei, quam iniuriam genti tuae intulisti!« Dixit autem Djassasus:

تَأَهَّبْ عَنْكَ أُهْبَةَ ذِى ٱمْتِنَاعِ   فَإِنَّ ٱلْأَمْرَ جَلَّ عَنِ ٱلتَّلَاحِى

فَإِنِّى قَدْ جَنَيْتُ عَلَيْكَ حَرْبًا   تُغِصُّ ٱلشَّيْخَ بِٱلْمَآءِ ٱلْقَرَاحِ

»Para arma defendentis, res enim nimis magna est, quam ut inter nos disputemus; nam contra te bellum iniustum accendi, quod senem limpida aqua suffocabit.«

Pater autem respondit:

فَإِنْ تَكُ قَدْ جَنَيْتَ عَلَىَّ حَرْبًا   فَلَا وَانٍ وَلَا رَثُّ ٱلسِّلَاحِ

سَأَلْبَسُ ثَوْبَهَا وَأَذُبُّ عَنِّى   بِهَا يَوْمَ ٱلْمَذَلَّةِ وَٱلْفِضَاحِ

»Et si contra me bellum iniustum accendisti, tamen ego non sum ignavus, neque mea arma sunt lacera. Induam eius (belli) vestem et diem ignominiae et opprobrii eo (bello) a me repellam.«

Tum dirutis domibus pecora et equos congregarunt et proficiscendi consilium ceperunt. Hammamus ben-Morrah autem Djassasi frater Almohalheli ben-Rabiah fratris Colaibi compotor erat. Ad eum igitur puellam miserunt, quæ eum de re et profectionis consilio certiorem faceret. Bibendo occupatos nuntius invenit et rem clam Hammamo nuntiavit. Erat autem inter utrumque lex, qua, quominus alter alterum rem celaret, impediebantur. Quapropter quum Almohalhelus, quid esset, interrogasset, Hammamus se occisi Colaibi nuntium accepisse dixit. At Mohalhelus اخوك ضيق استا من ذلك »Frater tuus id perficere non potest« dicens rem

negavit. Bibere autem quum pergerent, et Mohalhelus securi modo, Hammamus timentis modo biberet, factum est, ut Mohalhelo ebrio alter se fuga subducere posset. Inter gentem autem Becr et Thagleb hanc ob causam per quadraginta annos bellum ardebat, in quo semper Thaglebitae a Becritis victoriam reportabant. Alharitsus ben-Ahbbad Becrita autem gentem suam reliquerat, ut in bello illo non pugnaret. Quum autem Becritae tot tantisque cladibus affligerentur, Alharitsum auxilium rogantes accesserunt. Misit igitur filium suum Bodjairum ad Mohalhelum haec verba ut diceret, ei mandans: Salutem tibi pater Bodjairi! Scis me a gente mea recessisse, quod tibi iniuriam intulerunt; vindictam sumsisti; nunc te Deus dirigat, ut gentis tuae rationem habeas! Quum Bodjairus Mohalhelo, qui in gentis suae coetu esset, nuntium illum adtulisset, interrogavit Mohalhelus, quis tu es o adolescens? Respondit, ego Bodjairus sum filius Alharetsi ben-Ahbbad. His auditis Mohalhelus eum occidit dicens: بوء بشسع كليب »Morere pro soleae loro Colaibi.« Pater eius caedis nuntium accipiens dixit: »Bene occisus est Bodjairus, si morte pax inter duas gentes componitur.« Quum autem Mohalheli verba audivisset, genti suae se adiunxit et in bellum cum iis profectus est, hos dicens versus:

قَرِّبَا مَرْبَطَ ٱلنَّعَامَةِ مِنِّى   إِنَّ بَيْعَ ٱلْكَرِيمِ بِٱلشِّسْعِ غَالِ

قَرِّبَا مَرْبَطَ ٱلنَّعَامَةِ مِنِّى   لَقِحَتْ حَرْبُ وَائِلٍ عَنْ حِيَالِ

لَمْ أَكُنْ مِنْ جُنَاتِهَا عَلِمَ ٱللّٰهُ   وَإِنِّى بِشَرِّهَا ٱلْيَوْمَ صَالِ

»Adducite ad me, o socii duo mei! equam meam Alnaahmah, venditio enim nobilis pro soleae loro cara est: adducite ad me equam meam Alnaahmah, o socii duo mei! bellum enim Wajili, dum primo anno non concipientes cameli erant, concepit. Ego, Deus scit, non

incenderam id (bellum) iniusta causa; sed ego hodie eius malo adfligor [1]).«

In monte Kidhah appellato duo agmina pugnarunt. Becritae hostes in fugam coniecerunt, ut ab hoc inde tempore Thaghlebitæ resistere non possent. Scharaf-Aldinus, quocum Kamusi auctor consentit, sic narravit: Degit inter Israelitas mulier Basus appellata, cuius marito triplicis precis faciendæ, quae impleretur, potestas a Deo concessa erat. Mulier a marito obtinuit, ut ipsa prece una a marito ad Deum directa pulcherrima omnium feminarum fieret. Quae vero res effecisse dicitur, ut ipsa a marito alienaretur. Hic iratus Deum invocavit, ut ipsam canem latrantem faceret. Talem eam videntes filii patrem moverunt, ut tertia prece Deum rogaret, ut in pristinum statum ipsa restitueretur. Huius igitur feminæ infelicitas in causa fuisse dicitur, cur tres illae preces inutiles viro fierent. Conf. Harir. p. 266.

١١٥ أَشْغَلُ مِنْ ذَاتِ ٱلنِّحْيَيْنِ

115. Magis occupata, quam femina, quae duos utres tenebat.

Conf. VII, 123. Conf. prov. XIII, 144. Femina quaedam e gente Taim-Allah ben-Tsahlebah tempore ante Mohammedem butyri mercaturam faciebat. Ad eam butyri emendi causa Chawwatsus ben-Haibar Alanzari venit et utres plures unum post alterum inspiciens eam, dum duos utres tenebat, ita occupavit, ut ipsi vim inferre posset. Conf. Harir. 562.

١١٦ أَشْأَمُ مِنْ خَوْتَعَةَ

116. Infaustior, quam Chautaahus.

Chautaahus, qui ad gentem Banu Ghofailah ben-Kasith ben-Hinb etc. pertinebat, Catsifo ben-Ahmru Taghlabitae

---

1) Spectat hoc ad caedem adolescentis Bodjairi.

vindictam sumturo ab Ahmruo ben-Alsabban locum gentis Banu-Alsabban Aldsohli indicavit. Malicus ben-Caumah in bello inter ipsos gesto Catsifum ben-Ahmru cui occurrerat, captivum facere volebat. Catsifus corpore tenui praeditus ab equo desiliit, ut Malicus, qui corpus crassum haberet, ab equo descendere cogeretur. At hic astutiam cognoscens, hastam ei obvertit dicens, aut te mihi captivum dedas aut ego te occidam. Eodem fere tempore adveniens Ahmruus ben-Alsabban captivum sibi postulabat. Re ad Catsifum delata ut, cuiusnam esset captivus, decerneret, dixit ille, nisi Malicus fuisset, ego ad gentem meam pervenissem. Qua de causa Ahmruus iratus alapam ei inflixit. Quod aegre ferens Malicus dixit: tu captivo meo alapas infligis! Pretium libertatis tuae, o Catsife centum cameli fuissent; sed quod Ahmruus in facie te percussit, pretium tibi dono. Resecta igitur antiarum parte eum dimisit. Ab isto inde tempore Catsifus ob alapam vindictae sumendae occasionem quærebat. Factum autem est, ut, quum cameli aufugissent, Ahmruus cum fratribus suis quaesitum exiret, et camelis inventis pullum mactaret cibi parandi causa. Quam rem quum ille supra nominatus Chautaahus Catsifo indicasset, hic duplicem virorum numerum secum eduxit, ut duo unum in medio haberent. Ad homines cibum sumentes transierunt et ab illis invitati, quemadmodum inter se constituerant, consederunt. Catsifum, qui vittam a facie sua removisset, Ahmruus statim cognovit et dixit: O Catsife, meam genam tibi pro tua percutiendam porrigo et non est in tota gente Becr ben-Wajel gena honoratior, quam mea. Catsifus autem respondit: Minime, sed te fratresque tuos occidam. Tum Ahmruus; quod si me occisurus es, hos adolescentes, qui se proeliis non immiscuerunt, liberos dimitte! Eorum caedem quidam magis ulciscetur, quam meam. Catsifus autem omnes occidit et occisorum capita in sacco posita ad camelam appendit, cui nomen Al-Dohaim erat. Camela ista dimissa ad Alsabbanum ante portam domus

sedentem pervenit et in genua procubuit. Iussit igitur servam videre, quid in sacco esset. Struthiocamelorum ova inesse putavit; at occisorum capita eduxit. Pater autem filiorum capita lavit et in clypeo disponens dixit: اخر البز على القلوص »Postrema pars supellectilis super camela[1].« Dixit autem Abu-l'Neda: هذا اخر عهدى لا اراهم بعده »Hoc est ultimum meum tempus, postea eos non videbo« quae verba in proverbium venerunt. Postero mane genti suæ convocatae dixit: »Domum meam mutabo, et non ad pristinum statum redibit, donec vindictam sumsero et ignem meum non exstinguam. Per aliquot tempus nescivit, quis aut filios occiderit aut eorum locum indicaverit. Rei certior factus, se omnes gentis Ghofailah viros occisurum, iuravit, donec ei, quemadmodum hosti fecissent, hostium locum indicassent. Multis igitur eorum occisis, ecce advenit vir e gente Ghofailah et indicavit, quadraginta quinque e gente Thagleb ad locum Alakthanatain in regione Rakkae castra posuisse. Alsabbanus autem viro dixit: انت وقد ان لك »Tempore opportuno venisti, et iam tibi tempus fuit« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Alsabbanus statim profectus inopinato impetu gentem obruit et ad unum omnes occidit. Conf. C. IV, 29.

١١٧ أَشْأَمُ مِنْ أَحْمَرِ عَادٍ

117. Infaustior, quam Ahmarus Ahd.

Viri nomen erat Kodarus ben-Salif, alii eum appellarunt Kodarum ben-Kodairah[2]). Quæ Zaleho prophetæ erat camelæ pedum nervos inciderat, quam ob causam Deus gentem

---

1) Vocabulum البز supellectilem domus et praesertim vestimenta significat. Sunt qui dicant, verborum sensum esse: Hanc esse ultimam partem praedae et utensilis, quam filii reportarint hominibus ereptam. Scharaf-Aldin.

2) Kodairah matris nomen erat.

Tsamud perdidit. Alii hoc negarunt. Scharaf-Aldin. Tempore regis Persarum Djemschidi Zalihus ad gentem Tsamud missus esse dicitur. Conf. Imper. Joctanid p. 20.

١١٨ أَشْهَرُ مِنَ ٱلْفَرَسِ ٱلْأَبْلَقِ

118. Notior, quam equus albo nigroque variegatus

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere من الابلق legitur. Dicitur quoque: اشهر من فارس الابلق »Notior, quam eques equi albo nigroque variegati.« Samachscharius sic quoque adnotavit: من راكب الابلق. Proverbii causam in eo vident, quod talis equi niger color sole lucente, albus color nocte obscura conspiciatur.

١١٩ أَشْأَمُ مِنْ دَاحِسٍ

119. Infaustior, quam Dahes.

Dahes nomen equi Kaisi ben-Sohair Ahbsitae erat. Equus hic in causa erat, cur bellum inter gentem Banu-Ahbs et Banu-Dsobjan per quadraginta annos duceretur. Bellum illud gestum esse quadraginta annos post Djebelahum ultimum principem Ghassanidarum, dicunt. Scharaf-Aldin. Sed de hoc vehementer dubito. Cf. quoque Kam. s. دحس.

١٢٠ أَشْأَمُ مِنْ قَاشِرٍ

120. Infaustior, quam Kaschir.

Kaschir nomen cameli admissarii, qui genti Banu-Ahwafah ben-Sad ben-Said Menat ben-Tamim esset, fuisse dicitur. Haec autem gens, cuius camelae pullos mares parerent, istum admissarium acquisivit spem habens, fore, ut feminae generentur. Accidit autem, ut camelae cum pullis perirent. Alii dicunt Kaschirum fratrem fuisse feminae illius Sarkæ Aljemamah, qui equites ad locum Djaw duxisset, ut tota gens exstirparetur. Aliis denique vox قاشر »annum sterilem« significat.

١٢١ أَشْجَعُ مِنْ لَيْثِ عِفِرِّينَ

121. Fortior, quam leo Ihfirrin.

In explicandis vocibus ليث عفرين »leo Ihfirrin« interpretes non consentiunt. Alazmäihus dixit, chamaeleonti simile esse animal, quod equiti se opponat et cauda sua eum percutiat. Alii animal in terra molli ad pedem murorum habitare et gyrum facere, in cuius medio locum habeat. Terram autem in altum proiicere, si animal ad illum gyrum pervenerit. Aldjahitsus autem dixit, araneae speciem esse, quae muscis insidiaretur. Sex habere oculos. Muscam si conspiceret, corpus suum ad terram adprimere et membra non movere. Sunt denique, qui Ihfirrin nomen loci esse dicant, ubi leones degant. Ad rem probandam versum hunc adnotarunt:

لَا تَعْذُلِي فِي حُنْدُجٍ إِنَّ حُنْدُجًا وَلَيْثَ عِفِرِّينٍ لَدَيَّ سَوَاءُ

»Ne Hondodjum reprehendas, o femina! nam Hondodjus et leo Ihfirrini apud me aequales sunt.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Conf. Samachschar. Scharaf-Aldin.

١٢٢ أَشَدُّ حُمْرَةً مِنْ بِنْتِ ٱلْمَطَرِ

122. Rubicundior, quam filia pluviae.

Filia pluviae cognomen animalculi post pluviam apparentis est. Proverbium hoc in meo codice non legitur.

١٢٣ أَشْأَمُ مِنْ حُمَيْرَةَ

123. Infaustior, quam Homairah.

De nomine Homairah, quomodo sit enunciandum, dubito. In opere Samachscharii, codice Lugdunensi et meo حميرة scriptum legitur, quod in meo codice Hamirah enunciatur. In codice Berolinensi خميرة Chomairah est. In opere Scharaf-Aldini جميزة legitur, quod, ut in codice adnotatum est,

aut Djamisah aut Djomaisah enunciare licet. Equus hoc nomine appellatus Schaithano ben-Modlidj Djoschamitae, uni e gente Banu-Insan erat. Gens Banu-Djoscham ben-Moahwijjah aliquot dies ante mensem Redjeb in campum descenderat, pabulum ut quaereret. Isto tempore equus ille nominatus aufugerat, et dominus eius eundem per totum diem pascere siverat. Acc dit autem, ut, quum gens Banu-Asad et Banu-Dsobjan, qui praedatum exiissent, equi vestigiis quae viderent, ducti in gentem impetum facerent. Dies ille caedis يوم بسيان »Dies Bosjan« appellatur.

١٢٤ أَشْأَمُ مِنْ مَنْشِمٍ

124. Infaustior quam Manschim.

Alii dicunt: اشام من عطر منشم »Infaustior, quam aroma Menschimi«. Multa autem est interpretum dissensio de nomine tum scribendo et enunciando, tum derivando et explicando. Scribitur aut منشم, quod Manschim aut Manscham enunciatur, aut مشام Masch-am. Abu-Ahmruus ben-Ahla dixit, vocabulum malum significare. Alii autem dicunt, rem esse in spicis aromatis (سنبل العطر) ab aromatum peritis قرون السنبل cornua spicae appellatam. Hanc autem rem esse venenum statim necans sc. Napellum (بيش). Sunt autem, qui dicant منشم esse nomen fructus nigri foetidi, dum alii nomen mulieris esse contendunt. Quod denique ad derivationem attinet, alii dicunt منشم esse nomen modo omnium nominum propriorum adhibitum, alii منشم esse nomen et verbum, tanquam unum nomen positum, pro من شم »qui olfecit« abiecta altera littera م ex voce شم, alii duas voces esse من نشم, ita ut vocabulo نشم incipiendi significatio, nonnisi de mala re usitata tribuatur. Qui autem مشام scribunt, ii nomen esse dicunt a شوم derivandum. Narrant Menschimam fuisse

mulierem, quae aromota venderet. Antequam bellum inirent, manus in aromatibus tinxisse iurantes, se mortem petituros et fugam non capturos esse. Si in illius mulieris aromatibus manus tinxissent, homines dixisse, »iam contriverunt inter se aroma Manschimae« quae verba saepius repetita in proverbium venissent. Sic legitur in versu decimo nono Moallakae Sohairi ben-Abi-Solma:

تَدَارَكْتُمَا عَبْسًا وَذُبْيَانَ بَعْدَ مَا تَفَانَوْا وَدَقُّوا بَيْنَهُمْ عِطْرَ مَنْشَمِ

»Vos duo pacem composuistis inter gentes Ahbs et Dsobjan, posteaquam se invicem perdiderant et aroma Manschamæ inter se contriverant.«

Alii narrant, Manschamam fuisse mulierem, quae aromata, quibus in mortuis uterentur, venderet, et hanc esse significationem voci عطر in verbis قد دقوا بينهم عطر منشم tribuendam. Qui autem contendunt, منشم esse pro من شم dictum, rem sic explicant: Fuisse mulierem Chofrah appellatam, quae aromata venderet. Ad istam venisse quosdam Arabes, qui abreptis aromatibus eam ignominia afficerent. Mulierem autem istam, quum gentem suam in auxilium vocasset, raptores persequentem et assequentem dixisse: اقتلوا من شم »Occidite eum, qui olfacit.« Alii autem dicunt, verba: قد دقوا بينهم عطر منشم »Iam contriverunt inter se aroma Manschamæ« die pugnae Halimah appellatae in proverbium venisse et cum eo alterum proverbium cohaerere: ما يوم حليمة بسر »Non est dies Halimae secretum.« Die isto inter Alharitsum ben-Abi-Schimr Ghassanidam Syriae regem et Almondsirum ben-Almondsir ben-Ahmru-l'Kais Ihracae regem pugnabatur. Dies autem nomine Halimah appellabatur, quod isto die Halima filia Alharitsi pugnam ingredientes aromatibus infecerat, ut quasi morti consecrati fortiter pugnarent. His autem aromatibus infecti e pugna non redierunt. Alii dicunt, mulieri Manschimae appellatae maritum cum lapide, quo aromata teruntur, nasum fregisse. Quae quum san-

guine polluta foras prodiisset, videntes eam dixisse: بئس ما عطرك به زوجك »Quam male te aromatibus infecit maritus tuus! Ibn-Alsiccitus denique dixit: Arabes tribus cognominibus bellum appellant. عطر منشم »Aroma Manschimae« ثوب محارب »Vestis Moharibi« et برد فاخر »Vestis striata Fachiri.« In primo nomine Alazmäihi sententiam sequitur. Moharibus autem vir gentis Kais-Aihlani erat, qui loricas conficiebat. Loricam autem belli vestem appellarunt. Fachirus denique vir e gente Tamim erat, qui primus striatam vestem, qua lorica significatur, in pugna sibi induisse dicitur. Conf. Harir. 535.

١٢٥ أَشْأَمُ مِنْ رَغِيفِ ٱلْحَوْلَا

125. Infaustior, quam libum Alhaulae.

Alhaula nomen feminæ est, quæ pistoris opus faciebat in gente Banu-Sahd ben-Said Manat ben-Tamim. Quae quum quodam die liba in capite portans transiret, vir libum sumsit. Illa haec videns dixit, per Deum! Tibi de me ius non datum est, et mihi edendum non dedisti. Quanam igitur de causa libum meum sumsisti? Nullam aliam ob causam tu hoc fecisse videris, quam ut virum, in cuius tutela ego sum, contemneres. Haec autem res in causa erat, cur tumultus fieret et mille viri occiderentur.

١٢٦ أَشْأَمُ مِنْ طَيْرِ ٱلْعَرَاقِيبِ .

126. Infaustior, quam avis magnorum nervorum.

Avis magnorum nervorum (عراقيب) est avis infelix, e quo malum omen camelis suis Arabes capiunt. Hoc autem cognomine appellatur, quod in causa est, cur magnus nervus camelis incidatur.

١٢٧ أَشْأَمُ مِنَ ٱلْأَخْيَلِ

127. Infaustior, quam picus viridis.

Avis اخيل appellata eadem esse dicitur, quae شقراق nomen habet; aliis autem, quemadmodum in lexico nostro diximus, eadem est, quæ صرد appellatur, id quod mihi veri similius videtur, quod ista avis in cameli vulnerati dorsum incidit et dorsum laedit, quapropter ei cognomen مقطع الظهور »dorsorum amputator« tribuitur. Qui iter faciens avi isti occurrit, malum omen id habens se certo scire putat, dorsum vulnerari aut moriturum esse camelum. Ferasdakus camelum suum alloquens sic dixit:

اذا قَطَّنَا بَلَّغْتَنِيهِ ٱبْنَ مُدْرِكٍ   فَلُقِّيتَ مِنْ طَيْرِ ٱلْعَرَاقِيبِ أَخْيَلَا

»Quodsi unquam me ad eum perfers, Ebn-Modricum, ex avibus mali ominis avis infelix Zorad tibi occurrat.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Quod si vero quis oculis videt avem mali ominis dicere solet: اتيح له ابنا عيان »Decreti a Deo ei erant duo filii visus oculorum,« quasi oculis iam videns cædem et vulnerationem dorsi. Quando hariolus Arabum hariolatus erat aut ex volatu avium omen ceperat is, qui زاجر appellabatur aut lineas sortilegii causa quis duxerat et in illis rebus rem sibi ingratam conspexerat, dicere solebat: ابنا عيان اظهرا البيان vel ابنا عيان اسرعا البيان »Filii visus explicationem ostenderunt vel filii visus celeriter explicationem dederunt.« Verbis ابنا عيان autem duæ lineæ, quas hariolus duxit, intelligendae sunt, quasi iis, id quod scire vult, observat. Legitur quoque: ابنى عيان اظهرا البيان »O filii visus oculorum ostendite explicationem!« Conf. Schult. prov. Meid. p. 77.

١٢٨ أَشْأَمُ مِنْ غُرَابِ ٱلْبَيْنِ

128. Infaustior, quam corvus separationis.

Corvus cognomen illud separationis ab eo accepit, quod, quum gens pabulum quaerens domos suas reliquit, corvus pabulum quaerens ibi decidit. Hanc autem rem malum omen esse putarunt, quia corvus nonnisi post

gentis secessum istum locum occupat. Timentes tamen, ne hoc ipsis malum omen esset, corvum hoc cognomine generali modo non appellarunt et scientes eum esse acuto visu et puro oculo praeditum, dixerunt: اصفى من عين الغراب »Purior quam oculus corvi.« Appellarunt eum quoque الاعور monoculum, quia monoculus ipsis malo omini est. Alio autem modo eum ابو بصير pater videntis cognominarunt. Quod vero in corvo malum omen esse viderunt, ab eius nomine vocabula الغربة peregrinatio الاغتراب peregrinum esse et الغريب peregrinus derivarunt. Non autem est antrorsum ipsis occurrens, vel a latere dextero ad sinistrum transiens vel pone veniens vel unum fractum cornu habens (اعضب) vel alia res, ex qua malum omen capiunt, infelicior (انكد) corvo. Legimus quoque, eius vocem plures res nuntiare et hariolationem in eo esse generaliorem. Cecinit Ahntarah:

حَرِقُ ٱلْجَنَاحِ كَأَنَّ لَحْيَىْ رَأْسِهِ   جَلَمَانِ بِٱلْأَخْبَارِ هَشٌّ مُولَعُ

»Alis instructus, ex qua pennae deciderunt, quasi latera capitis sint duae extremitates sagittae alis carentis, laetus et nuntiandi cupidus[1]).«

Alius poeta sic cecinit:

أَصَاحَ غُرَابٌ فَوْقَ أَعْوَادِ بَانَةٍ   بِأَخْبَارِ أَحْبَابِى فَقَسَّمَنِى ٱلْفِكْرُ

فَقُلْتُ غُرَابٌ بِٱغْتِرَابٍ وَبَانَةٌ   بِبَيْنِ ٱلنَّوَى تِلْكَ ٱلْعِيَافَةُ وَٱلزَّجْرُ

وَهَبَّتْ جَنُوبٌ بِٱجْتِنَابِى مِنْهُمُ   وَهَاجَتْ صَبَا تِلْكَ ٱلصَّبَابَةُ وَٱلْهَجْرُ

»Num corvus clamavit super ramis salicis Aegyptiacae nuntians res amatorum meorum? Tum diversas cogitationes in me excitavit.« Et dixi: »corvus peregrinationem et salix Aegyptiaca separationem indicat. haec est ha-

---

1) Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

riolatio. Et Auster flando indicavit profectionem meam ab iis et Eurus hoc desiderium amoris et separationem a patria adtulit.«

Videre licet in his versibus, quomodo verborum significatione poetae ludant. Hoc quoque in sequentibus versibus conspicitur:

أَقُولُ يَوْمَ تَلَاقِينَا وَقَدْ سَجَعَتْ حَمَامَتَانِ عَلَى غُصْنَيْنِ مِنْ بَانِ

الآنَ أَعْلَمُ أَنَّ ٱلْغُصْنَ لِي غُصَصٌ وَإِنَّمَا ٱلْبَيْنُ بَيْنَ عَاجِلٍ دَانِ

فَقُلْتُ تَخْفِضُنِي أَرْضٌ وَتَرْفَعُنِي حَتَّى وَنَيْتُ وَهَدَّ ٱلسَّيْرُ أَرْكَانِي

»Dico die, quo nos occurrimus et iam gemuerant columbæ duae super ramis duobus salicis Aegyptiacae: nunc scio ramum mihi esse angorem et separatio inter properantes est propinqua. Tum dixi: Terra me demittit et adtollit, donec lassus sum et iter fulcimenta mea fregit[1]).«

Poetae autem simili ratione e nomine avis aut bonum aut malum omen derivant, quemadmodum in sequente versu legitur:

وَقَالُوا تَغَنَّى هُدْهُدٌ فَوْقَ بَانَةٍ فَقُلْتُ هُدًى نَغْدُو بِهِ وَنَرُوحُ

»Dixerunt: Cecinit upupasuper salice Aegyptiaca et dixi: Directio; per eam venimus mane et vespera.«

Cecinit poeta:

وَقَالُوا عُقَابٌ قُلْتُ عُقْبَى مِنَ ٱلنَّوَى دَنَتْ بَعْدَ هَجْرٍ مِنْهُمُ وَتَرُوحُ

وَقَالُوا حَمَامٌ قُلْتُ حُمَّ لَقَاؤُهَا وَعَادَ لَنَا رِيحُ ٱلْوِصَالِ تَفُوحُ

»Dixerunt: Aquila; dixi: Finitur per eam absentia! propinqua est post discessionem ab eis et venit: et dixerunt: Columba: dixi: Decretus est (a Deo) occursus eius (amicæ) et iterum odor coniunctionis a nobis percipitur.«

---

2) Metrum versuum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Terra me demittit et adtollit i. e. in depressa et alta terra proficiscor.

Est a nomine هدهد upupa vox هدى directio, ut bono omini sit, derivata. In poetae autem arbitrio positum est, quomodo rem vertat. Ut cum voce aquilae (عقاب) bonum omen coniunxit, sic in eo malum omen invenire potuit. Eadem ratio est in nomine columbae (حمام), quod si cum morte (حمام) coniungitur, malo omini est. Sic in aliis nominibus, nisi quod in corvo nonnisi malum omen conspicitur. Nonnulli autem dicunt, vocem corvi magni (غاق Ghak) malo omini, vocem parvi (غيق Ghik) bono omini esse.

١٢٩ أَشْأَمُ مِنْ وَرْقَاءَ

129. Infaustior, quam fusca (camela).

Sic dicitur, quod camela interdum aufugit et in terram abit. Proverbium hoc Abu-Ohbaidus Alkasem ben-Selam adtulit, nil autem amplius explicandi causa addidit. Abu-l'Neda sic retulit proverbium: اشام من زرقاء „Infaustior quam Sarka" et Sarka nomen camelae esse dixit, quae cum insidente per terram aufugerit.

١٣٠ أَشَمُّ مِنْ نَعَامَةٍ وَمِنْ ذِئْبٍ وَمِنْ ذَرَّةٍ

130. Magis valens odoratu, quam struthiocamela; quam lupus; quam formica.

Dicunt, struthiocamelum odorari patrem suum aut matrem aut hyænam aut hominem e loco longe remoto. Sunt alii, qui auditu eum carere dicant. Lupus autem res milliaris distantia remotas imo maiore odoratur, formica denique res, quae homini odore carere videntur, ex. gr. pedem locustae odoratur.

١٣١ أَشْهَرُ مِنْ فَلَقِ ٱلصُّبْحِ وَمِنْ فَرَقِ ٱلصُّبْحِ

131. Clarior, quam lux Aurorae erumpens.

In proverbio aut فلق aut فرق dicitur; prior primaria vox est. Voci illi significatio fissi (مفلوق) tribui potest, quod Deus Auroram quasi findit. Quod si vero vocem فلق Auroram significare statuis, duæ in proverbio idem significantes voces coniunctae sunt.

١٣٢ أَشْبَهُ مِنَ ٱلتَّمْرَةِ بِٱلتَّمْرَةِ

132. Similior, quam dactylus dactylo.

١٣٣ أَشْرَهُ مِنَ ٱلْأَسَدِ

133. Avidior, quam leo.

Leo enim magnas bucceas haud manducans deglutit.

١٣٤ أَشْهَى مِنْ كَلْبَةِ حَوْمَلَ

134. Cupidior cibi, quam canis Haumalae.

Haumala nomen mulieris erat, quae canem suam fame laborare sivit. Conf. Cap. V, 170.

١٣٥ أَشْبَقُ مِنْ حُبَّى

135. Libidinosior, quam Hobba.

Hobba erat mulier in oppido Medina habitans saepius nupta, quae annis provecta iuveni Ebn-Om-Cilab appellato nupsit. Filius illius mulieris canescere incipiens hac de re apud Merwanum ben-Alhacim tum temporis Medinæ praefectum questus erat. Quam ob causam illa arcessita eorum, quae Merwanus dixit, nullam rationem habens, filio suo quaedam verba dixit in laudem illius iuvenis, ex quibus mulieris libidinem adstantes cognoscere poterant. Mulieres Medinenses eam Evam, hominum matrem, quod eas varios coitus modos, quibus varia nomina imposuerat, docebat.

١٣٦ أَشْبَقُ مِنْ جَمَالَةَ

136. Libidinosior, quam Djumalah.

Vir iste ad gentem Banu-Kais ben-Tsahlabah pertinebat. Narrant eum a camela, quam initurus fuisset, in mediam gentem, lacinia eius ad camelae sellam adhaerente, abductum et hominum adspectui expositum fuisse, ut in eum plura proverbia dicerent: ex. gr. اخزى من جمالة »Maiore ignominia affectus, quam Djumalah« افضح من جمالة »Maiori ignominiae expositus, quam Djumalah« ارفع مناخا من جمالة »Elatior quoad locum cubandi quam Djumalah.« Conf. Schultens. prov. 420.

١٣٧ أَشْرَدُ مِنْ خَفَيْدَدٍ

137. Fugacior, quam struthiocamelus mas.

Dicitur quoque اشْرَدُ من نعامة et اشرد من ظليم »Fugacior quam struthiocamelus.« Reisk. ad Taraph. p. 82. Dixit poeta:

هُمُ تَرَكُوكَ أَسْلَحَ مِنْ حُبَارَى وَهُمْ تَرَكُوكَ أَشْرَدَ مِنْ ظَلِيمِ

»Ii te reliquerunt frequentius cacantem, quam otis cacat, et fugaciorem, quam struthiocamelus mas est.«

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٣٨ أَشْرَدُ مِنْ وَرَلٍ

138. Fugacior, quam lacerta Waral.

Voce ورل animal lacertae (ضب) simile designatur. Dicitur quoque اشرد من ورل الحضيض »Fugacior, quam lacerta soli depressioris« quia animal illud, hominem quum conspicit, statim in terram intrans aufugit.

١٣٩ أَشْكَرُ مِنْ بَرْوَقَةٍ

139. Melius gratias agens, quam arbor Barwakah appellata.

Sic dicitur, quod arbor haec parva sine pluvia ob nubes, quæ in coelo sunt, frondes emittit. Cf. Kam. s. برق. et C. XV, 59, 141.

١٤٠ أَشْكَرُ مِنْ كَلْبٍ

140. Melius gratias agens, quam canis.

Sic dicitur, quod canis dominum custodit et defendit.

١٤١ أَشْرَهُ مِنْ وَافِدِ ٱلْبَرَاجِمِ

141. Avidior, quam adveniens e gente Baradjim.

Conf. C. I, 6. XIV, 10. Vituperium aviditatis a poetis ab isto viro in totam gentem Banu-Tamim translatum est.

١٤٢ أَشْقَى مِنْ رَاعِي بَهْمٍ ثَمَانِينَ

142. Miserior, quam pastor octoginta agnorum.

Conf. C. VI, 178.

١٤٣ أَشْعَثُ مِنْ قَتَادَةٍ

143. Magis dispersus, quam arbor Katadah.

Katadah arboris spinosae nomen est, ramos multum dispersos habentis.

١٤٤ أَشَحُّ مِنْ ذَاتِ ٱلنِّحْيَيْنِ

144. Tenacior, quam quae duos utres tenebat.

Conf. prov. 115. et VII, 123.

١٤٥ أَشَدُّ مِنْ لُقْمَانَ ٱلْعَادِيِّ

145. Robustior, quam Lokmanus Ahdita.

Narrant, virum hunc camelis suis puteum unguibus suis, si ipsi videretur, effodisse.

١٤٦ أَشَدُّ مِنْ فِيلٍ

146. Robustior, quam elephas.

١٤٧ أَشَدُّ مِنْ فَرَسٍ

147. Robustior, quam equus.

Duplicem explicandi modum vocabulum اشد hoc in proverbio admittit, aut a robore (شدّة) aut a cursu (شدّ), ut sensus sit »magis currens, quam equus.«

١٤٨ أَشْأَى مِنْ فَرَسٍ

148. Magis praevertens (celerior), quam equus.

١٤٩ أَشَدُّ مِنْ قُوَيْسٍ سَهْمًا

149. Robustior, quam arcus quoad sagittam.

Deminutivi formam ad praestantiam arcus significandam adhibuerunt. Dicere solent هو اعلاهم ذا فوق »Hic altissimus eorum est quoad sagittam.« Cf. quoque C. XIV, 23.

١٥٠ أَشْرَبُ مِنَ ٱلْهِيمِ

150. Plus bibens, quam cameli sitibundi.

Sunt qui dicant, هيم esse camelos morbo هيام appellato, quocum sitis quae expleri non potest, coniuncta est, affectos. Aliis voce هيم arenae designantur. Schar.-Ald. Cecinit poeta:

وَيَأْكُلُ أَكْلَ ٱلْفِيلِ مِنْ بَعْدِ شِبْعِهِ وَيَشْرَبُ شُرْبَ ٱلْهِيمِ مِنْ بَعْدِ أَنْ يَرْوَى

»Et iam satiatus edit, quemadmodum elephas edit; et potu rigatus bibit modo sitientium camelorum.«

Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٥١ أَشْرَبُ مِنْ رَمْلٍ

151. Plus bibens, quam arena.

Cecinit pöeta:

فَيَا آكَلَ مِنْ نَارٍ وَيَا أَشْرَبَ مِنْ رَمْلٍ

وَيَا أَبْعَدَ خَلْقِ ٱللّٰهِ إِنْ دَلَّ مِنَ ٱلْفِعْلِ

»O vir voracior, quam ignis et plus bibens, quam arena et remotissimus hominum, si locutus est, a facto!«

Versuum metrum Hesedj est. Conf. l. m. p. 226.

١٥٢ أَشْهَى مِنْ ٱلْخَمْرِ

152. Magis cupitus, quam vinum.

Forma comparativi hoc in proverbio passivi significationem obtinuit. Hoc proverbium ab alio proverbiali loquendi modo desumtum esse dicunt: كالخمر يشتهى شربها ويكره صداعها »Sicut vinum, cuius potus cupitur et cuius cephalaea odiosa est.«

١٥٣ أَشْأَمُ مِنْ شَوْلَةَ ٱلنَّاصِحَةِ

153. Infaustior, quam Schaula sincerum consilium dans.

Schaula nomen stupidæ ancillæ gentis Ahdwan erat. Quae quum dominis suis consilium dedisset, in calamitates ii inciderunt. Hanc ob causam monitori stupido dicunt: انت شولة الناصحة »Tu es Schaula consilium dans.« Cf. Kam.

١٥٤ أَشْهَى مِنْ كَلْبَةِ ٱبْنِ أَفْصَى

154. Avidior, quam canis gentis Ebn-Afza.

Almofadhdhelus narravit, gentem Banu-Afza ben-Tadmor, quae tribus Badjilah pars esset, habuisse canem feminam, quae cibi tam avida fuisset, ut caput in ollam coquentem immitteret. Qua in olla quum esset res pici liquidae similis, caput canis adhaerens ustum esse.

١٥٥ أَشْبَهُ مِنَ ٱلْمَاءِ بِٱلْمَاءِ

155. Similior, quam aqua aquae.

Narrant, Arabem campestrem, qui viri cuiusdam mentionem faceret, dixisse: nisi barba eius os cingeret, profecto mater nomine eum non appellasset, nam mulieribus

similior est, quam aqua aquae. Inde esse proverbium ortum.

١٥٦ أَشْأَمُ مِنَ ٱلزُّمَّاحِ

156. Infaustior, quam avis Sommah.

Proverbium oppidi Medinae incolis proprium est. Narrant isto nomine avem magnam designari, quae quotannis in domos familiae Chathmah ben-Aus, quae ad gentem Banu-Moahwijjah pertineret, tempore quo dactyli et fructus colligerentur, decidisse, et accepta cibi portione avolasse. Alii dicunt, eam in arcibus Medinensibus consedisse clamantem; خرب خرب »vasta, vasta.« Virum eam sagitta occidisse et eius carnem inter vicinos distribuisse. Neminem autem nisi Refaahum ben-Marar, qui neque sibi neque familiae carnem sumsisset, accipere recusasse. Omnes autem, qui carnem edissent, eodem anno morte occubuisse et totam gentem Banu-Moahwijjah periisse.

١٥٧ أَشْأَمُ مِنْ سَرَابِ

157. Infaustior, quam Serab.

Serab nomen camelæ vicini Basusae erat. Cf. pr. 114.

١٥٨ أَشْأَمُ مِنْ طُوَيْسٍ

158. Infaustior, quam Thowaisus.

Conf. C. VII, 124. Conf. Abulf. Ann. T. II. p. 588.

١٥٩ أَشْهَرُ مِمَّنْ قَادَ ٱلْجَمَلَ وَمِنَ ٱلشَّمْسِ وَمِنَ ٱلْقَمَرِ وَمِنَ ٱلْبَدْرِ وَمِنَ ٱلصُّبْحِ وَمِنْ رَايَةِ ٱلْبَيْطَارِ وَمِنَ ٱلْعَلَمِ وَمِنْ قَوْسِ قُزَحَ وَمِنْ عَلَايِقِ ٱلشَّعْرِ

159. Magis apparens, quam camelum ducens; quam sol; quam luna; quam luna plena;

quam Aurora; quam vexillum veterinarii; quam mons; quam arcus coelestis; quam funes crinium.

Veterinarius in loco alto erecto vexillo adventum suum indicare solebat. Loco verborum: من علايق الشعر legitur من علايق الشجر »quam funes arborum.« Hoc autem proverbium quomodo intelligendum sit, dubito.

١٦٠ أَشْجَى مِنْ حَمَامَةٍ

160. Tristior, quam columba.

Scholion dicit, اشجى aut a prima verbi forma (tristis fuit) aut a quarta (tristitia adfecit) derivari posse, ut significet »maiori tristitia adficiens.«

١٦١ أَشْجَعُ مِنْ دِيكٍ وَمِنْ صَبِيٍّ وَمِنْ أُسَامَةَ وَمِنْ لَيْثِ عِرِّيسَةٍ وَمِنْ هُنَيٍّ

161. Fortior, quam gallus gallinaceus; quam puer; quam leo; quam leo lustri; quam Honajjus.

Honajjus viri nomen est.

١٦٢ أَشَدُّ مِنْ نَابِ جَايِعٍ وَمِنْ وَخْزِ ٱلْأَشَافِي وَمِنْ حَجَرٍ وَمِنْ أَسَدٍ

162. Vehementior, quam dens esurientis; vehementior, quam confossio subulae; durior quam lapis; vehementior quam leo.

In his variis proverbiis vox اشد varium praebere sensum videtur.

١٦٣ أَشْرَبُ مِنَ ٱلْقَمَعِ وَمِنْ عَقَدِ ٱلرَّمْلِ

163. Plus bibens, quam infundibulum; et quam cohaerens arena.

١٦٤ أَشَدُّ مِنْ عَايِشَةَ وَمِنْ ٱبْنِ عَثْمٍ

164. Robustior quam Ajeschahus; et quam Ebn-Ahtsmus.

Hic dicitur portasse camelum mactatum.

١٦٥ أَشَدُّ مِنْ دَلَمٍ

165. Vehementior vel robustior, quam animal Dalam appellatum.

Vocabulo دلم animal serpenti simile, sed non ad serpentum genus pertinens designatur, quod in regione Hidjas vivit. Proverbium in re magna adhibetur. Conf. Kam.

١٦٦ أَشْعَثُ مِنْ وَتَدٍ

166. Magis dispersum capillum et pulvere inquinatum habens, quam paxillus.

Ita dictum videtur, quod paxillus superiore eius parte percussa in terram infigitur.

١٦٧ أَشْغَلُ مِنْ مُرْضِعِ بَهْمٍ ثَمَانِينَ

167. Magis occupatus, quam is qui octoginta agnis lac sugendum praebet.

١٦٨ أَشَمُّ مِنْ هِقْلٍ

168. Odoratu magis valens, quam struthiocamelus.

Conf. prov. 130.

Proverbia recentiora.

شَرُّ ٱلسَّمَكِ يُكَدِّرُ ٱلْمَآءَ ١٦٩

169. Pessimus piscis aquam turbat.

Id est: Ne adversarium debilem despicias.

شِبْرٌ فِي أَلْيَةٍ خَيْرٌ مِنْ ذِرَاعٍ فِي رِيَةٍ ١٧٠

170. Spithama in clunibus melior est, quam ulna in pulmone.

Adhibetur proverbium, ut discrimen inter pravum et bonum indicetur.

شَرَطَهُ أَهْلُ ٱلْجَنَّةِ ١٧١

171. Scarificavit eum gens paradisi.

De proverbio, quod scholio brevi لمن يقول بالمرد explicatur, dubium est, vocabulum enim شرطه vario modo et enunciari et verti potest. Pocockius fortasse nixus auctoritate Arabis cuiusdam docti, quem, ut antea monui, consuluit, proverbium sic vertit: Conversatio eius est cum paradisi incolis,« ut voci شرطه proprie conditionis eius significationem tribuisse videatur. Dixit porro, proverbium significare, eum imberbium consortio uti, quia in paradiso omnes imberbes esse fingant. In eum dicitur, qui improbe loquitur.

شَهْرٌ لَيْسَ لَكَ فِيهِ رِزْقٌ لَا تَعُدَّ أَيَّامَهُ ١٧٢

172. Mensis, in quo res ad vitam necessariæ non sunt, dies numerandi non sunt.

١٧٣ شَغَلَنِى ٱلشَّعِيرُ عَنِ ٱلشِّعْرِ والبُرُّ عَنِ ٱلبِرِّ

173. Hordeum me occupavit, ut poesi operam dare non possem et triticum, ut bona opera non perficerem.

Verborum lusus in verbis شعير et شعر, nec non in بر et بر conspicitur. Conf. Burckhardt libr. p. 96.

١٧٤ شَفِيعُ ٱلْمُذْنِبِ إِقْرَارُهُ وَتَوْبَتُهُ ٱعْتِذَارُهُ

174. Intercessor peccantis est confessio, et poenitentia est eius excusatio.

١٧٥ شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ لا يُبَالِى أَنْ يَرَاهُ ٱلنَّاسُ مُسِيئًا

175. Pessimus hominum is est, qui non curat, quod homines ipsum prave agentem videant.

١٧٦ شَهَادَاتُ ٱلْفِعَالِ أَعْدَلُ مِنْ شَهَادَاتِ ٱلرِّجَالِ

176. Testimonia factorum iustiora sunt, quam testimonia virorum.

١٧٧ أَلشَّبَابُ جُنُونٌ بُرْؤُهُ ٱلْكِبَرُ

177. Iuventus insania est, cuius sanatio senectus est.

١٧٨ أَلشَّرُّ قَدِيمٌ

178. Malum est antiquum.

Proverbium hoc Burckhardtius in libro: Arabic Proverbs Lond. 1838. p. 96. adnotavit.

١٧٩ أَلشَّاةُ ٱلْمَذْبُوحَةُ لَا تَأْلَمُ ٱلسَّلْخَ

179. Ovis mactata dolorem non sentit, quod pellis detrahitur.

In margine codicis Lugdunensis verba sequentia, quæ hoc proverbium, non praecedens spectare videntur, adscripta leguntur: قالته اسماء بنت ابى بكر رضى الله عنه لابنها عبد الله بن الزبير لما حاصره الحجاج فى الكعبة فقال لها انى لا اخاف القتل ولكن اخاف المثلة »Dixit hoc Asma filia Abu-Becri, cui Deus faveat, filio suo Ahbd-Allaho ben-Alsobair, quum Alhadjdjadjus in templo Meccano cum oppugnaret; dixerat enim ei: ego caedem non metuo; sed poenam metuo.«

١٨٠ أَلشَّيْطَانُ لَا يُخَرِّبُ كَرْمَهُ

180. Satanas vineam suam non vastat.

Vocabulum كرم, quod lexicographi terram lapidibus purgatam significare dicunt, vineam hoc in proverbio, ut mihi videtur, designat.

Caput XIV.

Littera Zad.

١ صَدَقَنِى سِنَّ بَكْرِهِ

1. Aetatem cameli iuvenci sui veraciter mihi indicavit.

Proverbium usurpatur ad veritatem dicti significandam. Originem proverbii talem fuisse narrant. Vir quidam camelum iuvencum emturus, quaenam cameli aetas esset, interrogavit. Cameli dominus dixit, eum esse بازل i. e. aetate provectum. Eodem autem momento, quum camelus aufugisset, dominus eum vocibus هدع هدع revocavit, quibus vocibus parvi cameli quietantur, ut alter veram rei conditionem cognosceret eamque ob causam ista verba diceret. Duplici autem modo vocabulum سن, in accusativi aut nominativi casu effertur. Quod si accusativi casum esse statuis, voci صدقنى eadem significatio quam عرفنى mihi indicavit, ut duplicem accusativum regat, inest, dum alii vocem prædicati locum tenere aut praepositionem فى omissam esse dicunt; sin vero nominativi casum admittis, ipsi voci سن veracitas tribuitur. Sunt autem, qui talem proverbii fuisse causam dicant: Emturum cameli dominum interrogasse, quaenam eius aetas esset, et quum inspectis dentibus verum esse responsum cognovisset, ista proverbii verba dixisse. Cf. Har. p. 82. et Kam. s. بكر. Cf. pr. 28.

٢ صَبَآءٌ فِي هَمَامَةٍ

2. Amor iuvenilis senili aetate.

In senem verba dicuntur, qui amore iuvenili captus est.

٣ صَمَّتْ حَصَاةٌ بِدَمٍ

3. Surdus est silex in sanguine.

Tanta sanguinis copia effusa fuit, ut silicis cadentis sonus non audiretur. Silici surditas tribuitur, ut sonum, quem edit, non audiat. Alii autem vocabulo صم significationem obturandi, ne sonus ad aures perveniret, tribuerunt. Proverbium caedem magnam fuisse dicit. Conf. Kam. s. v. صمم.

٤ صَبْرًا على مَجَامِرِ ٱلْكِرَامِ

4. Patientia adhibenda est contra thuribula generosorum.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Cf. l. m. p. 246. Narrant, Jesarum Alcawäihb dominam suam rogasse, ut copiam sui ipsi faceret, et quum ille rogare haud abstineret, illam dixisse: ego te suffitura sum et si rem patienter fers, faciam quod vis. Quum illa autem thuribulum sub eo posuisset, pudenda eius amputavit verba dicens, quae postea in proverbium venerunt. Hanc rem poetae Ferasdaki versus respicit:

وَإِنِّي لَأَخْشَى إِنْ خَطَبْتَ بَنَاتِهِمْ عَلَيْكَ ٱلَّذِى لَاقَى يَسَارُ ٱلْكَوَاعِبِ

»Ego, si eorum filias in matrimonium petis, tibi id timeo, quod Jesaro Alcawäihb accidit[1]).«

In eum proverbium dicitur, cui in re ingrata ad eum deridendum patientia commendatur. Almofadhdhelus rem

1) Metrum versus Thawil. Conf. l. m. p. 160.

sic narravit: Arabem campestrem camelis suis magno pretio venditis inter oppidanos locum fixerat. Vicini quum eius opulentiam cognovissent, in matrimonium ei puellam obtulerunt, ut occasione oblata eius divitiis potirentur. Arabs, quid doli in re esset, non videns desiderio eorum satisfecit. Illi igitur epulis instructis Arabi splendidis vestibus ornato primum locum dederunt. Cui quoque quum thuribulum supposuissent, quamquam pudenda sua cremari sentiret, tamen pudore retentus nil dixit: sed epulis finitis ad suos in campum omnia oppidanis relinquens rediit. Suis autem rem quum narrasset, dixerunt: است لم تعود المجمرة »Podex ad thuribulum adsuetus non fuit« quae quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt, et in eum adhibentur, cui dignitas vetus non est.

٥ صَمِّي ٱبْنَةَ ٱلْجَبَلِ مَهْمَا يُقَلْ تَقُلْ

5. Sile, o filia montis! quod dicitur tu dicis.

Filia montis echous cognomen est. Idem cognomen infortunio datum est, a serpente in infortunium translatum. Proverbium in vilem adhibetur, qui alios sequitur, ut Echo nonnisi repetit, quae alius dixit. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus legitur: انت ابنة الجبل مهما يقل تقل »Tu Echo es, quod dicitur tu dicis.« De obtrectatore dicitur, qui nonnisi aliorum verba repetit.

٦ صَيْدَكَ لَا تُحْرَمُهُ

6. Praeda tua est; ab ea non impediris.

Viro dicitur, qui vindictae cupidus est, ad eum hortandum, ut occasione utatur, dum alter non cavet. Legitur quoque: صَيْدَكَ إِنْ لَمْ تُحْرَمْ »Praedam tuam (cape), si tibi interdicta non est i. e. ne occasionem omittas!« Samachschar.

٧ صَفْقَةٌ لَمْ يَشْهَدْهَا حَاطِبٌ

7. Contractus, in quo Hathibus praesens non erat.

Hathibus ben-Abi-Baltaah vir prudens et providus erat. Absente Hathibo quidam gentis eiusdem contractu facto deceptus erat, quapropter proverbii verbis utuntur ad significandum, rem absente auctore haud bene esse perfectam.

٨ صَادَفَ دَرْءُ السَّيْلِ دَرًا يَصْدَعُهُ

8. Occurrit impetus repentinus fluctus impetui eum repellenti.

Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. meum. p. 230. Malum, quod repelli debet, درء appellatur. Proverbii sensus est: Malum unum per alterum repulsum fuit. Conf. C. I, 13.

٩ أَصَابَنَا جَارُّ ٱلضَّبُعِ

9. Attigit nos hyaenam protrahens.

Proverbii verbis utuntur ad significandum, vehementem fuisse pluviam, qua hyaena e latibulo expelleretur.

١٠ صَارَتِ ٱلْفِتْيَانُ حُمَمًا

10. Facti sunt iuvenes cineres.

Verba haec Alhamra filia Dhamrahi ben-Djabir dixit. Quum gens Banu-Tamim Sahdum ben-Hind fratrem regis Ahmrui ben-Hind occidisset, rex vovit, se pro fratre centum gentis illius viros occisurum esse. Congregatis copiis contra eos profectus est; sed quum illi rei nuntium accepissent, in varias regiones se disperserunt, ut loco, ubi habitare solebant, neminem nisi vetulam illam grandaevam Alhamra appellatam inveniret. Rubram eam esse videns rex ei dixit: ego te barbaricae originis esse puto. Respondit illa: non per Deum, quem rogo, ut alam tuam deprimat, columnam tuam destruat, cervical tuum deponat, terras tuas tibi eripiat. Quaenam autem tu es? dixit. Re-

spondit: ego sum filia Dhamrahi ben-Djabir et soror Dhamrahi ben-Dhamrah. Quis autem est maritus tuus? porro interrogavit. Respondit: Haudsahus ben-Djerwal. Dixit: ubi is autem nunc est, scisne locum eius? Respondit: haec stulti quaestio est, nam si eius locum scirem, me a te separaret. Interrogavit rex: qualis vir maritus tuus est? Respondit illa: haec stultior quaestio est; num, quis Haudsahus sit, interrogari potest? Rex autem dixit: nisi timerem, te parituram esse similem patri, fratri et marito tuo, ego in vivis te relinquerem. Tum eam cremari iussit. Quum ea ignem conspiceret, dixit: الا فتى مكان عجوز »Nonne iuvenis loco vetulae!« quae verba in proverbium venerunt. Sed quum illa non liberaretur, dolorem ob interitum significaturus dixit: هيهات صارت الفتيان حمما »Eheu! Facti sunt iuvenes cineres[1].« Illa tum in ignem iniecta est. Rex, isto die nemine invento, in fine diei virum Ahmmar appellatum in camelo vehentem conspiciens, quis esset, interrogavit. Ille, se virum e gente Albaradjim esse, confessus est. Tum rex; quaenam est causa adventus? se fumum vidisse, respondit, et cibum parari putasse. Per aliquot autem dies se nil cibi habuisse. Tum rex dixit: ان الشقى وافد البراجم »Miser est adveniens e gente Albaradjim.« Vir quoque ille in ignem coniectus est. Conf. I, 6. XIII, 141. Quidam dixit, regem alios praeter hunc e gente Tamim non assecutum esse, nonnisi feminas et pueros cremasse, caeteros fuga evasisse. Haec autem res in causa erat, cur genti Tamim cibi desiderium obiiceretur. Conf. versus pg. 332.

صَدَقَتْهُ ٱلْكَذُوبُ ١١

11. Verax in eum fuit anima.

Voce كذوب mentiens hoc in loco anima intelli-

---

1) In Samachscharii opere صار legitur.

genda est. In eum dicitur, qui viro minatur, sed eum videns meticulosus est. Sic in hoc versu:

فَأَقْبَلَ نَحْوِى عَلَى غِرَّةٍ   فَلَمَّا دَنَا صَدَقَتْهُ ٱلْكَذُوبُ

»Accessit ad me socordem, sed quum propinquus esset, verax in eum fuit mendax (anima).«

Versus metrum Motakarib est. Cf. l. m. p. 281.

١٢ صُهْبُ ٱلسِّبَالِ

12. Fulvos in superiore labio crines habentes.

Graecae originis viri et tum hostes designantur. Dixit Ebn-Kaisus Alrakijjah:

إِنْ تَرَيْنِى تَغَيَّرَ ٱللَّوْنُ مِنِّى   وَعَلَا ٱلشَّيْبُ مَفْرِقِى وَقَذَالِى

فَظِلَالُ ٱلسُّيُوفِ شَيَّبْنَ رَأْسِى   وَٱعْتِنَاقِى فِى ٱلْحَرْبِ صُهْبَ ٱلسِّبَالِ

»Quod meum colorem mutatum vides, et canitiem, quae verticem meam et occiput tegit, scias, umbras gladiorum caput meum canum fecisse et in bello hostium amplexum meum.«

Versuum metrum Chafif est. Conf. l. m. p. 262. Simili ratione verbis: سود الاكباد »Nigris iecoribus praediti« hostes significaturi utuntur.

١٣ ٱلصَّبِىُّ أَعْلَمُ بِمَضْغِ فِيهِ

13. Puer, quae res manducanda sit, optime scit.

De eo, cui consilium datur contrarium ei, quod faciendum est, adhibetur. Abu-Ohbaidahus autem بمصغى legit a صغى »inclinatus fuit« i. e. Scit, quomodo bucceam ad os adferat, simili ratione, qua dicitur: اهدى من اليد الى الفم »Magis ducens quam manus ad os.« Abu-Saidus legit: الصبى اعلم بمصغى خده »Puer bene scit, ad quem se convertat, ut ex eo utilitatem capiat.« Samachscharius dixit, proverbium significare, virum tantum aggredi, quantum pro facultate sua perficere possit.

١٤ صَفِرَتْ يَدَاهُ مِنْ كُلِّ خَيْرٍ

14. Manus eius ab omni bono vacua sint!

١٥ صَدْرُكَ أَوْسَعُ لِسِرِّكَ

15. Pectus tuum maxime amplum est secreto tuo.

Proverbium monet, ut homo secretum suum servet. In Samachscharii libro proverbium sic legitur: صدرك احمل لسرك »Pectus tuum secretum tuum optime portat.«

١٦ صَارَ شَأْنُهُمْ شُوَيْنًا

16. Res eorum facta est res parva.

De iis adhibetur, qui detrimento adflicti sunt, ut res male se habeant.

١٧ صَمِّي صَمَامِ

17. Surdum esto o infortunium!

Id est: Augearis, o infortunium! Sic Kamusi auctor, Djeuhariusque verba explicarunt. Propria vocis صمام significatio serpentis est, qui incantatoris vocem non audit, tum in infortunium et bellum translata est significatio. Eodem modo dicunt: صمى يا ابنة الجبل »Surdus esto o serpens.« Dixit Alcomaitus:

إِذَا لَقِيَ ٱلسَّفِيرَ بِهَا وَقَالَا   بِهَا صَمِّي ٱبْنَةَ ٱلْجَبَلِ ٱلسَّفِيرُ

„Quando legatus legato in eo (bello) occurrit, uterque in eo dicit: surda sis o filia montis.“[1]

In codicis Berolinensis scholio legimus, verba proverbii adhiberi, quum utraque pars pacem recuset. i. e. Ne responde incantatori, sed in statu tuo persevera!

١٨ صَقْرٌ يَلُوذُ حَمَامُهُ بِٱلْعَوْسَجِ

1) Metrum versus Wafir est. Conf. I. m. p. 204.

18. Accipiter cuius columbae ad rubum confugiunt.

Verbis hisce vir timendus describitur. Dixit Alharitsus ben-Hilissah:

فكأنهن لآلى وكأنه صقر يلوذ حمامه بالعوسج

„Quasi ipsae margaritae essent, et quasi is esset accipiter, cuius columba ad rubum confugiunt.“

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212. Proverbium igitur huius versus hemistichium est.

١٩ صنعة من طب لمن حب

19. Agendi ratione eius, qui scientia pollet, erga eum, quem amat.

In scholiis proverbium hisce verbis explicatur: اصنع هذا الامر لى صنعة من طب لمن حب „Fac mihi hanc rem modo eius, qui scientià pollet ei quem amat.“ Adhibetur ad diligentiam in re perficienda necessariam significandam. Nonnulli dicunt حب esse pro احب ob antecendens طب, ut forma eadem sit, quarta enim forma usitatior est, dum alii حب et احب eodem modo usurpari contendunt.

٢٠ أصاب قرن الكلاء

20. Assecutus est pabuli cornu.

Vocibus قرن الكلاء cornu pabuli graminis summa pars acuminata significari videtur, ut nil inde depastum sit. De eo adhibetur, qui magnas sibi divitias comparavit.

٢١ صلدت زناده

21. Durum est eius ignitabulum.

Ignem non emittit. Virum esse avarum, proverbium significat. Dixit poeta:

صلدت زنادك يا يزيد وطالما ثقبت زنادك للضريك المرمل

„Ignitabulum tuum, o Jaside! durum est et saepissime arsit ignitabulum tuum pauperi, egeno.“

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

٢٢ صَارَ ٱلْأَمْرُ إِلَى ٱلْوَزَعَةِ

22. Pervenit res ad praefectos.

In re perficienda occupati erant patientes et prudentes. Vocabulo وزعة proprie coercentes, retinentes designantur.

٢٣ صَارَ خَيْرَ قُوَيْسٍ سَهْمًا

23. Factus est optima sagitta arcus parvi.

Id est: postquam despectus fuerat, conditio eius pulchra facta est. Proverbii autem verba sic explicantur: صار خير سهام قويس سهما „Facta est optima sagitta arcus quod attinet ad sagittam. Deminutivi forma adhibita esse dicitur, quod parvi arcus maiore vi sagittas mittant.

٢٤ أَصْمَى رَمِيَّةً

24. Feram suo loco sagitta occidit.

Vocabulum اصمى significat „Vulneravit sagitta feram, ut suo loco statim moreretur.“ Ab hoc diversam habet significationem انمى, significat enim: »vulneravit, ut aufugeret et alio loco periret.« Traditione nobis conservata verba sunt haec: كل ما اصميت ودع ما انميت „Ede quod suo loco occidisti et sine quod vulnerasti, sed non statim occidisti.«

٢٥ أَصَاخَ إِصَاخَةَ ٱلْمُنْذِرِ

25. Siluit modo multum increpantis, qui rem amissam indicat.

Proverbium in scholiis sic explicatur: الاصاخة السكوت والناشد الذى ينشد الشى والناده الزاجر والمنده الكثير الندة اى الزجر للابل يضرب لمن جد فى الطلب ثم عجز فامسك „Vocabulum اصاخ significat silere et الناشد »is est, qui rem amissam indicat,« et الناده est increpans et المنده multum increpans sc. camelos. De eo dicitur, qui in quaerenda re diligentiam adhibet, tum lassus a quaerendo desistit.“ Videtur igitur talis comparari cum eo, qui in quaerendo camelo amisso multum camelos increpat, ut studium in quaerendo manifestetur, tum si quis cameli amissi locum indicat, auscultans silet.

٢٦ صَرَّحَ الْحَقُّ عَنْ مَحْضِهِ

26. Apparuit veritas spumâ remotâ.

Conf. Abulf. III. p. 100. Erpen. prov. II, 7. Sensus est: Res clara manifesta facta est, postquam latuerat. Dixit Abu-Ahmruus proverbii sensum esse: dectectum est vanum et vera rei natura apparuit.

٢٧ صَفِرَتْ وِطَابُهُ

27. Vacui sunt eius utres.

Vox وطب utrem significat, in quem lac inditur. Interitus et mors proverbio designatur. Ex Kamuso Calcutt. in lexicon meum vitium irrepsit. Sub radice صفر legendum est: صفرت وطابه pro صفرت وطاته. Conf. s. v. وطب. Samachscharius autem proverbium hocce adnotavit: صفرت لهم وطابى „Vacui sunt iis mei utres.“ i. e. Nil habeo, quod possidere cupiant, quod proverbium ex Taabbata-Scharrani versu (Hamas. p. 34.) derivatum est:

أَقُولُ لِلِحْيَانٍ وَقَدْ صَفِرَتْ لَهُمْ وِطَابِى وَيَوْمِى ضَيِّقُ ٱلْجُحْرِ مُعْوِرُ

„Dico Lihjanitis et iam vacui erant iis utres mei et dies meus angusti foraminis erat et apertum latus offerebat.“

٢٨ صَدَقَنِي وَسْمَ قِدْحِهِ

28. Signum sagittae suae vere mihi indicavit.

Id est: Signum, quo sagitta notatur, ut cognosci possit, quaenam ei portio tribuenda sit in ludo. Proverbii sensus est: Indicavit mihi animi sui cogitationes. In Samachscharii opere legitur: صدقك وسم قدحه „Vere indicavit tibi signum sagittae suae.“ Conf. prov. 1.

٢٩ الصِّدْقُ يُنْبِي عَنْكَ لَا ٱلْوَعِيدُ

29. Sinceritas a te repellit, non minae.

In meo codice vox ينبى signo Hamza instruct est; id quod vitiosum est, nam in aliis codicibus sine Hamza legitur. Nec non Scharaf-Aldinus et Samachscharius a verbo نبو eam derivanda esse adnotarunt. Sinceritate agendi repellitur hostis a te, non quod minaris, minas autem non perficis. In timidum dicitur, qui minatur, et minas non exsequitur. Proverbium ad metrum Redjes (p. 230.) aut Sarih (p. 246.) referri potest. Conf. XV, 29.

٣٠ صُغْرَاهَا شُرَّاهَا

30. Minima earum (est) pessima earum.

Legitur loco vocis شراها vocabulum مراها »tenacissima earum.« Primum dixisse fertur ista verba mulier tempore Lokmani Ahditae. Rem autem sic accidisse narrant: Mulier ista nupta erat viro الشجى Alschadji appellato, cui amicus erat الخلى Alchali appellatus. Quodam die Lokmanus istam mulierem e tribu ad latus secedentem conspexit, et quum ipsi suspicio esset, eam secutus est. Vidit virum ei obviam venientem quocum mulier abiens rem haberet. Audivit quoque ipsam dicentem: Me mortuam esse fingam et quum me in sepulcro posuerint, noctu me educ et ad locum, cuius incolae me non noscunt, me

deduc. Res quemadmodum inter se ambo convenerant, acta est. Postquam per aliquot tempus inter peregrinos degerat, ad gentem suam rediit. Factum autem est, ut, quum die quodam eius filiae ad eam transirent, matrem agnoscerent. Primum natu maior dixit: mater mea; et, recte dicis, media inquit. At mulier verba ista audiens, dixit: mentimini neque vestra mater neque patri vestro uxor ego sum. At natu minima dixit: Nonne eius faciem noscitis, tum ei adhaesit et clamorem sustulit. Mater autem haec videns dixit: صغراهن شراهن „Minima earum pessima earum.“ Homines convenientes eam cognoverunt. Rem autem ad Lokmanum detulerunt dicentes: iudicium inter nos feras! Lokmanus autem mulierem videns eam agnovit et dixit: عند جهينة الخبر اليقين „Apud Djohainahum nuntius certus est“ se ipsum his verbis intelligens. Tum marito id quod viderat et audiverat, narravit. Quod quum mulieri maritus obiiceret, ea dixit: ما كان هذا في حسابي „Hoc non putabam.“ Lokmanus, ut iudicium faceret, rogatus dixit: lapidate eam, quemadmodum vivens in sepulchro posita est, viro autem penem a testiculis (انثياه) separate, quemadmodum uxorem a marito separavit. Femina lapidata et viro penis resectus est. Observandum autem est in isto a Lokmano lato iudicio esse quidam verborum lusus, ut lapidatio رجم a sepulchro رجم, illud alterum انثياه ab eo, quod virum a femina (انثى) separaverat, derivatum sit.

٣١ صحيفة المتلمس

31. Epistola Motalammesi.

Conf. Ibn-Cotaib. Eichh. p. 194. Reisk. ad Taraph. praef. p. 64. sq. Quædam similitudo hisce litteris cum litteris Bellerophontis est. Totam autem historiam quum clar. Vullersius ad Tarafæ Moallakam p. 5. sq. cum textu Arabico ex Meidanii opere adtulerit, nobis brevior proverbii explicatio suf-

ficit. Rex Ahmruus Mondsiri filius fratri suo Kahbuso, quem in regno successorem sibi elegerat, Motalammesum et Tharafam perpetuos socios et comites addidit. Die quodam Kahbusus venatus erat, ut vespera socii duo vehementer fatigati redirent. Postero iuvenis Kahbusus ad vesperam usque vino indulgebat, et nulla sociis intrandi venia dabatur. Postea quum per totum diem ad portam stetissent, Tharafa taedio magnopere affectus, versus dixit, quibus iuvenis agendi rationem vituperaret. Qui versus ab Ahbd-Ahmruo Tharafae inimico ad regem delati hunc tanto in utrumque odio impleverunt, ut eos delere statueret. Timens autem, ne res divulgaretur, et illi moniti aufugerent, se relatis fidem non habere dissimulavit. Aliquo tempore post utrumque, num fortasse ipsis ad suos redeundi desiderium esset, interrogavit. Responderunt, se suorum desiderium habere. Scripsit igitur illis, dicens, se donorum iussum daturum, litteras ad Abu-Carbum Hadjri praefectum, quibus, ut eos trucidaret, illi imperaverat. In via quum Motalammeso quaedam suspicio venisset, litteras suas servo legendas dedit et de periculo certior factus in Syriam aufugit. Tharafahus autem, amici consilio spreto epistolam tradens occisus est. Sic Almofadhdhelus rem narravit. Modo autem multum diverso Ohbaidus Alahschae auctoritatem sequens rem tradidit, conf. Vullers. p. 8. Proverbium in eum dicitur, qui falsa spe seductus in interitum irruit.

٣٢ صَاحَتْ عَصَافِيرُ بَطْنِهِ

32. Ventris sui passeres clamarunt.

De esuriente dicitur. Conf. C. XXV, 87.

٣٣ أَصَمُّ عَمَّا سَاءَهُ سَمِيعٌ

33. Surdus non audit id quod ei displicet, auditu valens.

Vir generosus turpia audire non vult, ut hac ratione surdus sit. Proverbium ad metrum Redjes (p. 239.) aut Sarih (p. 246.) referri potest.

٣٤ صَابَتْ بِقُرٍّ

34. Descendit in mansione firma.

Verbum صاب hoc in proverbio descendendi, habitandi (نزل) significationem habet; قر autem idem est quod قرار, ut proverbii sensus sit: نزل الامر فى قراره „Habitat res in mansione sua firma i. e. mutari nequit. Hic legendi modus, quem Djeuharius adnotavit, cum versu Tharafahi consentit:

سَادِرًا أَحْسِبُ غَيِّى رَشَدًا   فَتَنَاهَيْتُ وَقَدْ صَابَتْ بِقُرّ

„Non curans meum errorem rectum esse puto; tum abstinui, et iam ea (calamitas) in firma mansione descendit."

Versus metrum Raml est. Conf. l. m. p. 237. Alium legendi modum a Meidanio adnotatum Kamusi auctor secutus est: وقعت بقر, quem poeta Ahdius ben-Said versu hocce expressit:

نُرَجِّيهَا وَقَدْ وَقَعَتْ بِقُرٍّ   كَمَا تَرْجُو أَصَاغِرَهَا عَتِيبُ

„Spem in ea ponimus; (calamitas) iam accidit, quemadmodum gens Ahtib a parvulis suis bonum sperat[1]."

Proverbium adhibetur ad significandum, calamitatem averti non posse.

٣٥ صَبَحْنَاهُمْ فَغَدَوْا شَأْمَةً

35. Mane in eos incidimus; sed ad latus sinistrum abierunt.

---

1) Viri illius gentis a rege in captivitatem abducti sperabant, fore, ut si parvuli relicti adolevissent, ipsi liberarentur. Spes autem eos fefellit. Periere. Versus metrum Wafir est. Cf. l. m. p. 204.

Sic proverbium in scholiis explicatum est: اى وقعنا بهم صبحا فاخذوا الشق الاشام اى صاروا اصحاب شامة وهى ضد اليمنة „Incidimus in eos matutino tempore et tum latus infaustum ceperunt. i. e. facti sunt socii lateris sinistri (شامة), quod lateri dextero (يمنة) contrarium est. Proverbio metrum Motakarib esse videtur. Cf. l. m. p. 281.

٣٦ أَصْلَحَ غَيْثٌ مَا أَفْسَدَ ٱلْبَرَدُ

36. Reparavit pluvia id, quod grando corrupit.

De eo dicitur, qui id, quod alius corrupit, reparat.

٣٧ ٱلصَّمْتُ حُكْمٌ وَقَلِيلٌ فَاعِلُهُ

37. Silentium est sapientia, cui pauci operam dant.

Silentium hoc in proverbio sapientia appellatur, quod hominem impedit, quominus in crimen incidat. Lokmano sapienti adscribitur proverbium, quod silentium commendat. Conf. Erpen. prov. I, 100.

٣٨ ٱلصَّمْتُ يُكْسِبُ أَهْلَهُ ٱلْمَحَبَّةَ

38. Silentium iis, qui id tenent, amorem comparat.

Proverbii auctorem Actsamum fuisse dicunt. In Scharaf-Aldini opere sic legitur: الصمت يكسب المحبة.

٣٩ صَارَ ٱلْأَمْرُ عَلَيْهِ لَزَامِ

39. Facta est res ei necessaria.

Necessario peragenda ei res est. Vocabulum لزام eodem modo, quo قطام enunciatur.

٤٠ صَوْتُ ٱمْرِئٍ وَٱسْتُ ضَبُعٍ

40. Vox viri et podex hyaenae.

Placet addere scholion Arabicum: وذلك ان رجلا من بنى عقيل كان اسيرا فى عنزة اليمن فبقى اربع حجج فعلق

النساء يرسلنه فيحطبهن ويسقيهن من الماء فاذا اقبل نظرن الى صدره واذا ما نهض تضاعف فقلن يا ابا كليب اما حين تقوم فصدرة ام اسد واما اذا ادبرت فرجلا ام ضبع فانه كره ان يهرب نهارا فياخذه الخيل فارسلنه عشية مع الليل فرس تحت الليل فاصبح وقد استحرز يضرب للداهى الذى يخادع القوم „Sic dicitur, quoniam vir ad gentem Ohkail pertinens in gente Ahnasah, felicem Arabiam incolente captivus per quatuor annorum spatium permansit. Instituerunt autem mulieres eum mittere, ut ligna ipsis colligeret et aquam hauriret. Quando advenit, eius pectus observarunt et quotiescunque surrexit, debilem se esse finxit. Dixerunt igitur: O Abu-Colaibe (pater parvi canis)! quando stas, est pectus leaenae et quando recedis, sunt pedes hyaenae. Is die fugam capere nolebat metuens, ne ipsum equites assequerentur. Miserunt autem eum vespera cum nocte. Fugit igitur sub nocte et mane iam securus erat. De astuto, qui gentem decipit, adhibetur.«

Videre licet, scholion cum proverbio parum aut fere nihil cohaerere, ut quaenam eius causa sit, non appareat. Nec vero silentio praetermittendum videtur, in scholio quaedam non certa esse. Vocabuli فرس, de cuius scribendi modo consentientibus codicibus dubitatio esse non potest, plures quidem significationes lexicographi adtulerunt, nulla vero scholio apta est. Reiskius, ut in margine codicis Lugdunensis adnotatum legitur, ut proverbium cum scholio magis cohæreat, loco vocis صوت v o x in proverbio صدر p e c t u s legendum esse putavit. Fortasse in scholio dialecto Jemanensi propria sunt vocabula.

٤١ صَاحِبُ سِرٍّ فِطْنَتُهُ فِى غُرْبَةٍ

41. Arcani participis intelligentia in peregrinatione est.

Id est: Nescit, quomodo arcanum tractet et custodiat.

٤٢ صَبْرًا وَإِنْ كَانَ قَتْرًا

42. Patientiâ (utaris)! et si vita miserrima est.

Legitur وان كان قبرا »et si sepulcrum est.« Proverbium in molestia et calamitate adhibetur.

٤٣ صَهْ صَاقِعِ

43. Sile! o mendax.

Meidanius, quocum Kamusi auctor consentit, vocabulo صاقع mendacis significationem tribuit. Ebn-Alahrabius dixit, vocabulo صاقع eum designari, qui in omnes regiones a via deflectat, ut proverbii sensus sit: Sile, nam a vero aberrasti.

٤٤ صُرِّى وَٱحْلِبِى

44. Liga et mulge, o femina!

Vocabulum صر significat »ligavit ubera funiculo صرار appellato.« Opes conservandas esse, proverbium docet.

٤٥ أَصَيْدُ ٱلْقُنْفُذِ أَمْ لُقَطَةٌ

45. Num res ab herinaceo venando capta, an de humo lecta?

De eo dicitur, qui rem, quam non quaesivit, invenit. Sed Scharaf-Aldinus, verba de re adhiberi, de cuius genere nos incerti simus, dicit.

٤٦ أَصَابَتْهُمْ خُطُوبٌ تَنَبَّلُ

46. Adflixerunt eos calamitates, quae praestantissimos eligunt.

Proverbium hoc, quomodo legatur, dubium mihi videtur, codices enim dissentiunt. Pocockius habuit: اصابتهم خطوب تنبل »Adflixerunt eos calamitates, quæ præstantiores eligunt«, quocum codex Berolinensis, nisi quod اصابته »Attigerunt eum« habet, consentaneus est. Cui legendi modo quum scholii verba: اى تختار الانبل فالانبل يعنى تصيب الخيار منهم »i. e. elegerunt praestantissimum quemque, quo significat auctor, calamitatem optimos inter eos adflixisse.

apta esse videantur, eum praetuli. Codex vero Lugdunensis sic habet: اصابتهم خطوب لم تنبل »Adflixerunt eos res, quae praestantiores non elegerunt,« quibus verbis sensus tribui potest hic: Calamitas communis erat, ut omnes adfligeret. In meo denique codice legitur: اصابتهم خطوب لمن تنبل, quî modus, vitiosus habendus, ex illo Lugdunensis ortus videtur.

٤٧ أَصَابَتْهُ حَطْمَةٌ حَتَّتْ وَرَقَهُ

47. Attigit eum fractio, quae eius folia deiecit.

Ab arbore desumtus est loquendi modus. Infortunium eum afflixit, quo eius columnae commotae sunt.

٤٨ أَصْغَرُ ٱلْقَوْمِ شَفْرَتُهُمْ

48. Gentis minimus est eorum culter magnus.

• Id est, eorum minister agilis et promtus, qui ab iis probatur, quemadmodum culter magnus in dissecandis carnibus aliisve rebus probatur.

٤٩ صَارَ ٱلزُّجُّ قُدَّامَ ٱلسِّنَانِ

49. Facta est inferior hastae pars anterior pars cuspidis.

Vocabulum زج inferiorem acuminatam hastae partem designat. Proverbium significat, posteriorem, licet dignus non esset, praecessisse anteriorem.

٥٠ أَصْبِحْ لَيْلُ

50. Mane sis, o nox!

Almofadhdhelus ben-Mohammed ben-Jahli Dhabbita narravit, Amru-l'Kaisum ben-Hodjr Cenditam mulieribus fuisse ita exosam, ut nulla apud eum maneret. Feminam, quam e gente Thai in matrimonium duxisset, prima nocte fastidium eius sensisse, eamque ista verba, quae postea in

proverbium venerint, dixisse. Proverbium adhibent, quum nox calamitosa est. Dixit poeta Alahscha:

وَحَتَّى يَبِيتَ ٱلْقَوْمُ كَٱلضَّيْفِ لَيْلَةً يَقُولُونَ أَصْبِحْ لَيْلُ وَٱللَّيْلُ عَاتِمُ

»Et ut pernoctet gens tanquam hospes nocte una, dicunt: mane sis, o nox! et nox est tarda.«

Versus sensus esse dicitur: ut gens sine quiete pernoctet.

٥١ أَصَابَ تَمْرَةَ ٱلْغُرَابِ

51. Dactylum corvi assecutus est.

De eo dicitur, qui re pretiosa potitus est, quod corvus sibi optimos dactylos eligit. Conf. Erpen. prov. II, 86.

٥٢ أَصْبَحَ فِيمَا دَهَاهُ كَٱلْحِمَارِ ٱلْمَوْحُولِ

52. Fuit in re, quae accidit, tanquam asinus in luto demersus.

Incidit in calamitatem, quam effugere nequit.

٥٣ أَصْبَحَ جَنِيبَ ٱلْعَصَا

53. Fuit in latere ductus (equus) agminis.

De eo adhibetur, qui obediens rem sibi impositam facit.

٥٤ أَصَمَّ ٱللَّهُ صَدَاهُ

54. Surdam reddat Deus eius vocem repetitam!

Occidat eum Deus! Vocabulum صدى echus significationem habet. Echo quum viri vocem non audit, ut tanquam surda sit, vir mortuus est. Hic est proverbii intelligendi maxime verisimilis modus.

٥٥ صَاحَ بِهِمْ حَادِثَاتُ ٱلدَّهْرِ

55. Temporis vicissitudines eos inclamarunt.

Calamitatibus perierunt.

٥٦ صَفِرَتْ عِيَابُ ٱلْوُدِّ بَيْنَنَا

56. Inter nos cophini amoris vacui sunt.

Vinculum amoris inter nos ruptum fuit.

٥٧ صَارَ حِلْسَ بَيْتِهِ

57. Factus est domus suae stratum.

Domi semper mansit. حلس est stratum quod clitellis camelinis in dorso substerni solet.

٥٨ صَرَّحَتْ كَحَلُ

58. Purum fuit coelum.

Duplex vocabulì كحل explicandi modus est. Aut annus sterilis est aut coelum. Quum in coelo nubes non sunt, pluvià caret annus et sterilis est. prov. 57. Cecinit poeta:

قَوْمٌ إِذَا صَرَّحَتْ كَحَلُ بُيُوتُهُمْ مَأْوَى ٱلضَّرِيكِ وَمَأْوَى كُلِّ قُرْضُوبِ

»Gens est, quando coelum serenum est, cuius domus habitaculo pauperibus et egenis omnibus inserviunt.«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Conf. Djeuh. s. كحل et Kam. s. صرح.

٥٩ صَرَّ عَلَيْهِ ٱلْغَزْوُ ٱسْتَهُ

59. Incursio hostilis contra eum podicem ligavit.

Res sua eum impedivit, quominus arbitrio suo uteretur. Narrant, virum quendam ad Solaimanum ben-Ahbd-Almalic venisse, ad cuius caput puella pulchra staret. Princeps virum, puellam adspicientem, interrogavit: num ea tibi placet? Vir respondit: Deus princicipi per eam benedicat! Tum princeps, dic mihi septem proverbia a podice desumta et puellam tibi dabo. Incepit

igitur vir dicere: اعلم البايِن است »Podex eius qui a sinistro latere mulget, magis gnarus est (Conf. XII, 17). صر عليه الغزو استه »Incursio hostilis contra eum podicem ligavit.« است لم تعود المجمر »Podex thuribuli consuetudinem non habuit« (C. XII, 18). است المسئول اضيق »Podex rogati angustior est« (C. XII, 58). الحر يعطى والعبد يالم استه »Liber donat et servo podex dolet.« استى اخبثى »Podex mea pars mea turpissima est.« لا ماءك ابقيت ولا حرك انقيت »Neque aquam tuam reliquisti, neque pudendum tuum mundasti, o femina!« (C. XXIII, 306). Quod quum audiret princeps, dixit: hoc a podice desumtum non est; at vir dixit: بلى اخذت الجار بالجار كما ياخذ امير المومنين »Cepi vicinum pro vicino, quemadmodum princeps facit; Solaimanus enim primus vicinum pro vicino puniverat. Dixit igitur princeps: Cape eam, ne te Deus per eam beet!

٦٠ صَدَقَنِى فُحَاحَ أَمْرِهِ

60. Vere mihi indicavit rem suam puram.

Legitur quoque قح امره. Id est: quomodo res se haberet, mihi indicavit.

٦١ صَرَّحَتْ بِجِلْذَانَ

61. Manifesta fuit in Djildsano.

Djeuharius, qui Hamsahi auctoritatem secutus fuisse videtur, جلذان attulit. Eodem modo Samachscharius proverbium adnotavit. Apud Ferraum autem cum د legitur. Hic dixit, homines dicere: صرحت بجلدان vel بجدان vel بجداء eodem sensu. Ebn-Alahrabius adtulit صرحت بجد vel بجدان vel بجلدان vel بجداء vel بجلداء. Nomen loci est omnino aequabilis, ut nil ibi occultum esse possit, in regione Thajefi. Femininum in verbo ad vocem قصة aut خطة res, negotium referendum est. Cf. C. XII, 130.

٦٢ صَرَّحَ ٱلْمَحْضُ عَنِ ٱلزُّبْدِ

62. Apparuit lac merum cremore remoto.

Res manifesta, clara fuit. Samachscharius sic proverbium adnotavit: صرح الحق عن محضه „Manifesta fuit veritas, ut lac purum eius appareret.“

٦٣ أَلصَّرِيحُ تَحْتَ ٱلرَّغْوَةِ

63. Lac purum sub spuma.

Abu-l'Haitsamus dixit, proverbii sensum esse: res tibi abscondita est; sed apparebit.

٦٤ صَلْخًا كَصَلْخِ ٱلنَّعَامَةِ

64. Surdum eum reddat Deus, ut struthiocamelus surdus est!

Supplendum est صلخه. Simili ratione struthiocamelus cognomine مصلم الاذنين „Mutilatus auribus“ appellatur.

٦٥ صَلْمَعَةُ بْنُ قَلْمَعَةَ

65. Zalmaahus ben-Kalmaahus.

Id est: Omnino ignotus est. Simili modo dicitur Thamirus ben-Thamir. Cecinit poeta:

أَصَلْمَعَةَ بْنَ قَلْمَعَةَ بْنَ فَقْعٍ بِقَاعٍ مَا حَدِيثُكَ تَزْدَرِينِى
لَقَدْ دَافَعْتُ عَنْكَ ٱلنَّاسَ حَتَّى رَكِبْتَ ٱلرَّحْلَ كَالْجُرَذِ ٱلسَّمِينِ

„O Zalmaahe fili Kalmaahe, fili tuberis terrestris in campo molli, quaenam est res tua, ut me despicias? Profecto a te homines repuli, ut in sella similis muri pingui vehereris.“

Versuum metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

٦٦ أَصَابَهُ ذُبَابٌ لَاذِعٌ

66. Musca pungens eum adflixit.

De eo dicitur, qui magno malo adflictus fuit, ut alii misericordiam ei tribuerent.

٦٧ صِئْبَانُ ثَوْبٍ لُقِّبَتْ هَرَانِعَا

67. Lendes in veste cognominatae sunt pediculi magni.

Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In eum dicitur, qui sortem suam bonam esse ostendit, quum omnes eius conditionem miseram esse sciant.

٦٨ صَارَتْ ثُرَيًّا وَهْيَ عُودٌ أَقْشَرُ

68. Factae sunt Plejades et fuit lignum valde rubrum (cortice nudatum).

Proverbium hoc sequitur scholion: الثرية والثرياء الارض الندية ومال ثرى اى كثير ورجل ثروان وامراة ثروى اذا كثر منهما وثريا تصغير ثروى والاقشر الاحمر الذى كانه نزع قشره يضرب لمن حسنت حاله بعد فقر وكثر مادحوه بعد ذم „Vocabulum الثرية et الثرياء terram humidam designat, et ثرى de opibus multas significat. Dicitur رجل ثروان vir dives et امراة ثروى femina dives, si multas possident opes. Vox ثريا Pleiades est deminutivum vocis ثروى. Vox الاقشر rubrum designat, cuius quasi cortex detracta est. De eo adhibetur (proverbium), cuius conditio pulchra est, postquam pauper fuerat et cuius laudatores multi sunt, postquam vituperatus erat.“

Pocockius vertit: Facta est opulenta. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. Conf. l. m. p. 230.

٦٩ صَبْرًا أَتَانُ فَالْجِحَاشُ حُولُ

69. Patientiâ (utaris)! Asina (tibi erit), sed pulli asinorum eodem anno non concipientes sunt.

Supplendum est صبرت. De eo dicitur, cui promissum pulchrum factum est, dum res promissa praesens non est, ut cui asina promissa est, dum pulli sunt, ut ei exspectandum sit longum temporis spatium. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

٧٠ صَبُوحُ حَيَّانَ بِهِ جَمُوحٌ

70. In potu matutino Hajjani resistentia est.

Hajjanus viri nomen est. Vocabulo صبوح potus, qui matutino tempore sumitur, significatur. Hic autem potus contra bibentem quasi refractarius est, siquidem eum alieno tempore sumit. In eum dicitur proverbium, qui principatum tempore haud conveniente exercet. Conf. prov. 134.

٧١ صَحْبَى شَكَوْتَ فَاسْتَشَنَّتْ طَالِقٌ

71. Camelam, cuius lac emulsum erat, questus es; sed camela dimissa corrugatam mammam habuit.

ناقة صحبى camela est, cuius lac emulsum est; طالق autem ea est, quae libere dimittitur, et cuius lac ad aquam non emulgetur. Dixit: Quod ad istam camelam, cuius lac emulsum est, attinet, eam questus es; quidnam autem dicendum est de camela libere dimissa, cuius mamma utri trito similis est. In duos viros dicitur, qui una rem susceperunt, quorum alter excusatur, alter non excusatur, quod rem perficere potest, dum alter nimis debilis est.

٧٢ صَبَعْتَ لِي إِصْبَعَكَ الْعَمَّالَةَ

72. Intendisti in me digitum tuum huic facto adsuetum.

Verbum صبع cum praepositione ب vel على personae construitur; hoc vero in proverbio لي pro لاجلي mea causa dictum esse contendunt. Fieri autem potest, ut

praepositio ل hoc in loco praepositionis الى significationem habeat, quippe cum in verbo صبعت verbi اشرت significatio insit. In eum dicitur proverbium, qui coram nos laudat, post tergum vero vituperat.

٧٣ صَرَاةُ حَوْضٍ مَنْ يَذُقْهَا يَبْصُقْ

73. Aqua corrupta cisternae (est), si quis eam gustat, spuit.

Vocabulum صراة aquam significat, quae in cisterna, puteo, vase per aliquot dies remansit et corrupta est. Proverbium eum designat, quem alii ob pravos mores fugiunt.

٧٤ صُبَابَتِي تُرْوِي وَلَيْسَتْ غَيْلًا

74. Aquae meae reliqua pars sitim restinguit, et non est aqua per terram fluens (multa).

De eo adhibetur, qui rebus, quas dono dat, etsi multae non sint, aliis utilis est.

٧٥ اَلصُّوفُ مِمَّنْ ضَنَّ بِٱلرِّسْلِ حَسَنٌ

75. Lana in animali, quod lac non praebet, pulchra est.

Vir ovem videns multa lana tectam, in eadem lac esse, putabat. Mulgens autem nil lactis invenit et ista verba dixit, quae in eum adhibentur, qui multum cupiens, parum tantum accepit.

٧٦ صَكًّا وَدِرْهَمَاكَ لَكَ

76. Percute vehementer et drachmae duae tuae tibi erunt!

Imperativus صُكَّ omissus est. Narrant, mulierem se cuilibet cupienti pretio drachmarum duarum tradidisse.

Quae quum virum invenisset, cuius robur et vehementia in coitu ei multum placeret, ista dixit verba. Legit Ebn-Schomailus: غمــزا ودرهمــاك لك فان لم تغمز فبعد لــك „Palpando explora, et drachmae tuae duae tibi; et si non palpando exploras et male sit tibi! In virum dicitur proverbium, qui cum vehementia rem agit.

٧٧ إِصْطِنَاعُ ٱلْمَعْرُوفِ يَقِي مَصَارِعَ ٱلسُّوءِ

77. Conferre beneficia tuetur a calamitatibus.

Quod si quis in dignos beneficia confert, haec res eum a calamitate tuetur.

٧٨ أَلصِّدْقُ عِزٌّ وَٱلْكَذُوبُ خُضُوعٌ

78. Veritas est honor, et mendacium est vilitas.

Conf. Erp. Prov. I, 72. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere الكذب legitur. Proverbio veritas laudatur et mendacium vituperatur.

٧٩ صَالِبِي أَشَدُّ مِنْ نَافِضِكَ

79. Febris mea ardens vehementior est, quam febris tua frigida.

Significat unam duarum rerum alterâ vehementiorem esse.

٨٠ أَلصِّدْقُ فِي بَعْضِ ٱلأُمُورِ عَجْزٌ

80. Veritas in quibusdam rebus debilitas est.

In Scharaf-Aldini opere loco vocis الامــور legitur المواطن locis. Proverbium Alachnafo tribuitur. Sensus est: interdum veritas dicenti nocet.

٨١ صَرَرْنَا حُبَّ لَيْلَى فَٱنْتَثَرَ

81. Ligavimus dolium Lailae, et dispersum fuit.

Id est: custodivimus id et periit. De eo adhibetur, quod negligitur et contemnitur: يضرب لما يتهاون به.

صَبَّحَ بَنِي فُلَانٍ زُوَيرُ سَوْءٍ ٨٢

82. Mane advenit ad gentem quandam tanquam dux mali.

Incursionem hostilem in eos fecit in medio domorum.

صَبْرًا وَبِضَبِّي ٨٣

83. Ligatus et per Dhabbitam (occidor).

Verba haec Schotairus ben-Chaled dixit tempore, quo eum Dhirarus ben-Ahmru Dhabbita occidit, filium suum Hozainum vindicans. Supplendum est اقتل occidor. Proverbium de duabus rebus ingratis adhibetur, quas vir effugere non potest. Scharaf-Aldinus proverbium sic adnonotavit: اصبرا ولضبى; sed Samachscharius وبضبى habet. Proverbii causam ille sic narravit: Dhirarus, quum Schotairum captivum fecisset, huic tres res, ut unam eligeret proposuerat, aut reddere ipsi filium iam occisum (quod fieri non poterat), aut filium suum, ut pro occiso occideretur, tradere (quod gens Banu-Ahmir non pateretur), aut ipsi mortem subeundam esse. Non poterat non tertiam rem eligere. Imperavit igitur Dhirarus filio suo Adhamum, ut illum occideret. Quod quum Schotairus videret, clamavit: يا لعامر اصبرا ولضبى „Auxilio venite, Ahmiritae! num vinctus occidar et per Dhabbitam?“ Proverbium significat, nobilem per vilem[1]) calamitate adfligi.

1) Gens Banu-Dhabbah inter Arabes despecta erat

Forma comparativi.

٨٤ أَصْبَرُ مِنْ قَضِيبِ

84. Patientior, quam Kadhibus.

Ebn-Alahrabius dixit, virum hunc e gente Dhabbah oriundum tempore antiquo vixisse et patienter contumelias tulisse, ut eius patientia in contumeliis ferendis in proverbii consuetudinem veniret. Conf. de viro eiusdem nominis C. XXIII, 481. Dixit poeta:

أَقِيمِى عِنْدَ غُنْمِى لا تُرَاعِى مِنَ ٱلْقَتْلَى ٱلَّتِى بِلِوَى ٱلْكَثِيبِ

لَأَنْتُمْ يَوْمَ جَاءَ ٱلْقَوْمُ سَيْرًا عَلَى ٱلْمَخْزَاةِ أَصْبَرُ مِنْ قَضِيبِ

»Sta o femina! apud praedam meam, ne terrorem concipias occisorum, qui in fine collis arenarum sunt. Profecto vos, quando gens in itinere advenit, in perferenda ignominia patientiores, quam Kadhibus, estis.«

Versuum metrum Wafir est. Conf. l. m, p. 204.

٨٥ أَصْبَرُ مِنْ عَوْدٍ بِدَفَّيْهِ جُلَبْ

وَأَصْبَرُ مِنْ ذِى ضَاغِطٍ مُعَرَّكِ

85. Patientior, quam annosus camelus, in cuius lateribus cicatrices sunt; et patientior, quam camelus tumore in axilla affectus premente, fricatus.

Proverbiorum metrum Redjes est. Cf. l. m. p. 230. et Harir. p. 581. Mohammedes ben-Habib narravit, gentem Calb die Alah (العاه) in gentem Banu-Fesarah, antequam

homines Ahbd-Almalico ben-Merwan chalifatus principatum tradidissent, impetum fecisse. Ahbd-Alahsisum ben-Merwan, cuius mater Laila, filia Alahbahi ben-Sabban, e gente Calb oriunda esset, gaudium ex ea re concipientem fratri suo Bischr, cuius mater Kothbah filia Bischr ben-Malic ben-Djahfar esset, dixisse, scisne quid avunculi mei avunculis tuis fecerint? Bischrum interrogasse, quaenam res esset, et quum alter rem exposuisset, illum dixisse: illam rem avunculi tui perficere non valuerunt. Advenisse autem legatos gentis Banu-Fesarah ad Ahbd-Almalicum, qui narrarent, Horaitsum ben-Badjdal Calbitam iis nuntium principatus Ahbd-Almalici adtulisse et quum se imperio subiecissent et securi fuissent, Calbitae impetum facientes plures quam quinquaginta viros occidisse. Ahbd-Almalicum re audita, dimidium pretii, quod pro caede solvendum esset, statim ipsis dedisse; anno autem sequente alterum dimidium se iis daturum esse, promisisse. Quum illi exiissent, Bischrum ben-Merwan clam eis pecuniam dedisse, ut arma et equos emerent et in gentem Calb ob occisos Fesaritas irrumperent. Cum ista gente tum in loco Benat-Kain appellato eos occurrisse. Multos Calbitas occisos esse. Re peracta Bischrum ben-Merwan tempore, quo Ahbd-Alahsisus apud Ahbd-Almalicum esset, intrantem Ahbd-Alahsiso dixisse: scisne, quid avunculi mei avunculis tuis fecerint? Ahbd-Almalicum autem re audita magna in eos ira exarsisse, quod fidem violassent, et pecuniam sumsissent, et Alhadjdjadjo imperasse, ut, Ebn-Alsobairo victo, contra gentem Banu-Fesarah proficisceretur. Antequam Alhadjdjadjus iussui satisfaceret, venisse ad eum Helhelahum ben-Kais et Säihdum ben-Aban ben-Ohjainah, qui gentis principes essent, se rei auctores confitentes, caeteros esse insontes. In vincula igitur traditos ad Ahbd-Almalicum missos esse. Ahbd-Almalicum eos videntem dixisse: Laus sit Deo, qui nobis a te vindictam sumendam concessit! Helhelahum respondisse: Deus a me vindictam sumendam non concessit, sed ego vindictam meam sumsi.

Dixisse Ahbd-Almalicum »Cui est ab his duobus vindicta sumenda, is accedat et voluntati suae satisfaciat! Surrexisse igitur Sofijanum ben-Sowaid Calbitam, cuius pater Sowaidus die Benat-Kain occisus esset, et dixisse: O Helhelahe! num Sowaidus tibi notus est? Illum respondisse: vidi eum die Benat-Kain, quo merda eius in ventre dissecta erat; tum alterum dixisse: Per Deum te occidam! illum autem respondisse; mentitus es; tu me non occides; me potius occidet Ebn-Alsarka[1]). Tum dixisse Bischrum; Patientiam ostendas, o Helhelahe! il um autem dixisse: Ego profecto sum

أَصْبَرُ مِنْ عَوْدٍ بِدَفَّيْهِ جُلَبْ   قَدْ أَثَّرَ ٱلْبِطَانُ فِيهِ وَٱلْحَقَبْ

»Patientior, quam annosus camelus in cuius lateribus cicatrices sunt, quem funis et cingulum laeserunt!«

Tum ad Ebn-Sowaidum se convertisse dicentem. O fili podicis eius! Bene percutias, nam ego patrem tuum ita percussi, ut merdam excerneret. Tum capite truncatum esse. Säihdum autem eodem modo respondisse et quum Bischrus (accesserat enim ad eum occidendum vir e gente Banu-Ohlaim) ei patientiam commendasset, dixisse:

أَصْبَرُ مِنْ ذِى ضَاغِطٍ مُعَرَّكِ   أَلْقَى بَوَانِى زَوْرِهِ لِلْمَبْرَكِ

»Patientior, quam camelus tumore in axilla adfectus premente, fricatus, qui costas pectoris super locum, ubi procumbitur, proiicit.«

Metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Loco vocis معرك autem legitur عركرك »robustus camelus.«

٨٦ أَصَحُّ مِنْ عَيْرِ أَبِى سَيَّارَةَ

86. Sanior, quam asinus Abu-Sajjarahi.

---

1) Alsarka (caeruleis oculis praedita) erat cognomen matris Merwani ben-Alhacem, cui erat imperium. Opprobrii causa autem Alsarka dicebant.

Vir ad gentem Banu-Ahdwan pertinens Ohmailahus ben-Chaled ben-Alahsal appellatus, cui cognomen Abu-Sajjarah erat, asinum nigrum possidebat, quo vehentes per quadraginta annorum spatium a loco Almosdalifah appellato ad Minam transibant homines. Alfadhlus ben-Ihsa Alrekaschi et Chalidus ben-Zafwan primi erant, qui Abu-Sajjarahi exemplum imitantes asinos in vehendo equis praeferebant. Abu-Aljakthsanus dixit: Abu-Sajjarahum primum fuisse, qui centum camelos tanquam pretium pro occiso homine dari praescripserit.

٨٧ أَصْنَعُ مِنْ سُرْفَةٍ

87. Maior artifex, quam animalculum Sorfah appellatum.

In describendo hoc animale interpretes dissentiunt. Aljasidius dixit: est animalculum parvum, quod arborem perforat et in ea domum sibi exstruit. Dixit Abu-Ahmruus ben-Alahla: animalculum est magnitudine dimidii lentis, quod arborem perforat et in ea domum sibi ex lignis facit. Ligna autem ista in seriem disposita, filis araneae similibus coniuncta sunt ita, ut eius anguli ad regulam erecti videantur. Est quoque portà quadratà instructa, et quasi glutine sunt tabulae singulae coniunctae. Mohammedes ben-Habib dicit, animalculum illud sibi arcam construere, in qua moriatur; nunquam vivens animal in ea inveniri. Proverbium quoque sic enunciatur: اصنع من سَرَف et اصنع من سُرَف.

٨٨ أَصْنَعُ مِنْ تُنَوِّطٍ

88. Maior artifex, quam avis Tanawwuth appellata.

Vox تنوط hoc in proverbio duplici modo effertur, aut Tanawwuth aut Tunawwith. Avis nomen est, quae nidum artificiose facit supra angustum infra amplum, qui a ramo dependet.

٨٩ أَصْنَعُ مِنْ نَحْلٍ

89. Maior artifex, quam apis.

Dicitur quoque: اصنع من النحل.

٩٠ أَصْدَقُ مِنْ قَطَاةٍ

90. Veracior, quam avis Katha.

Nonnisi unum sonum, quem nunquam mutat sc. sonum Katha profert. Hanc ob causam ista avis الصدوق verax cognominatur. Dixit poeta Alnabeghah:

تَدْعُو ٱلْقَطَا وَبِهِ تُدْعَا اِذَا نُسِبَتْ يا صِدْقَهَا حِينَ تَلْقَاهَا فَتَنْتَسِبُ

»Vocat avis Katha, et hoc (nomine) vocatur, quando genus interrogatur. Oh veracitatem eius! quando ei occurris, et tum illa genus memorat.«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Conf. Ibn-Kotaib. Eichh. p. 111, 112. et Russel Beschr. v. Aleppo. p. 74. Conf. C. XXV, 98.

٩١ أَصْدَقُ ظَنًّا مِنْ ٱلْمَعِيِّ

91. Veracior opinione, quam perspicax.

Vocabulo المعى homo significatur, qui opinionem de re habens, non fallitur. Cecinit Ausus:

الأَلْمَعِيُّ ٱلَّذِى يَظُنُّ لَكَ ٱلظَّنَّ كَأَنْ قَدْ رَأَى وَقَدْ سَمِعَا

»Perspicax, qui tibi opinionem concipit, quasi vidisset (rem) et audivisset.«

Versus metrum Monsarih est. Conf. l. m. p. 255.

٩٢ أَصْفَى مِنْ مَاءِ ٱلْمَفَاصِلِ

92. Purior, quam aqua in locis glarea impletis inter arenarum colles.

Sunt, qui dicant significari aquam carnis, quae ex artium compagibus defluat purissima. Schar-Ald. Samachsch.

٩٣ أَصْفَى مِنْ جَنَى ٱلنَّحْلِ

93. Purior, quam fructus apis (mel).

Hoc et praecedens proverbium Abu-Dsuaibus respexit in hisce versibus:

وَإِنَّ حَدِيثًا مِنْكِ لَوْ تَبْذُلِينَهُ جَنَى ٱلنَّحْلِ فِي أَلْبَانِ عُوذٍ مَطَافِلِ

مَطَافِلِ أَبْكَارٍ حَدِيثٍ نِتَاجُهَا يُشَابُ بِمَاءٍ مِثْلِ مَاءِ ٱلْمَفَاصِلِ

»Nuntius de te, o si eam donares, est fructus apis in lacte camelarum, quae recens pepererunt, parvulos pullos habentium; parvulos pullos habentium, iuvencarum, quarum partus recentes sunt, miscetur cum aqua, quae similis est aquae in locis glarea impletis inter arenarum colles.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 160.

٩٤ أَصْفَى مِنْ لُعَابِ ٱلْجَرَادِ

94. Purior, quam saliva locustarum.

Proverbium hoc e versibus Alachthali desumtum esse dicunt:

اذا مَا نَدِيمِى عَلَّنِى ثُمَّ عَلَّنِى ثَلَاثَ زُجَاجَاتٍ لَهُنَّ هَدِيرُ

عُقَارًا لِعَيْنِ ٱلدِّيكِ صِرْفًا كَأَنَّهُ لُعَابُ ٱلْجَرَادِ فِى ٱلْفَلَاةِ يَطِيرُ

»Quando compotor meus mihi iterum bibendum dat, tum iterum bibendas dat tres ampullas, quibus fervor est, vino rubro impletas, quod galli oculis pigmento erat, puro, quasi saliva locustarum sit in deserto volantium.«

Scharaf-Aldinus et Samachscharius hoc quoque proverbium adnotarunt: اصفى من لعاب الجندب »Purior, quam saliva maris locustae.« Alii dicunt, voce جندب animal simile locustae designari. Dixit poeta:

صَفْرَاءَ مِنْ حَلَبِ ٱلْكُرُومِ كَأَنَّهَا مَاءُ ٱلْمَقَاصِلِ أَوْ لُعَابُ ٱلْجُنْدَبِ

»Flavior, quam uvarum vinum, quasi esset aqua in locis glarea impletis aut saliva maris locustae.«

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

٩٥ أَصْرَدُ مِنْ جَرَادَةٍ

95. Magis frigus sentiens, quam locusta.

In codice meo et Lugdun. legitur جراد, in codice Pocock. Berol., opere Scharaf-Aldini et Samachscharii جرادة. Locustae frigus perferre non possunt.

٩٦ أَصْرَدُ مِنْ عَنْزٍ جَرْبَاءَ

96. Magis frigus sentiens, quam capra scabie affecta.

Quod pili deciderunt et cutis scabie affecta tenuis est.

٩٧ أَصْرَدُ مِنْ خَازِقِ وَرَقَةٍ

97. Penetrantior, quam sagitta folium transfigens.

Aliud est proverbium: وقع على خازق ورقة »Incidit in hominem solertem, ingeniosum.« In meo codice haec proverbia non leguntur.

٩٨ أَصْرَدُ مِنْ عَيْنِ ٱلْحِرْبَاءِ

98. Frigidior, quam oculus chamaeleonis.

Hamsahi est opinio, proverbium hoc ex proximo præcedente proverbio vitio ortum esse, ut عين ex عنز et حرباء ex جرباء mutatum sit. Hoc admitti potest, si proverbium legitur: اصرد من عين حرباء; nec vero, si legitur: من عين الحرباء, quippe quum non dicatur: من عنز الجرباء. Haririus, qui utrumque proverbium in usum suum convertit, prius e posteriore ex nonnullorum sententia ortum esse adnotavit. Conf. p. 504, 519. Proverbium autem inde originem duxisse dicunt, quod chamæleon oculos soli semper obvertat.

٩٩ أَصْرَدُ مِنَ ٱلسَّهْمِ

99. Penetrantior, quam sagitta.

Conf. Harir. p. 178. l. 2.

١٠٠ أَصْعَبُ مِنْ رَدِّ ٱلشَّخْبِ فِي ٱلضَّرْعِ

100. Difficilius, quam reducere lac emissum in mammam.

Hoc e versu poetae desumtum esse dicunt:

صَاحِ هَلْ رَيْتَ أَوْ سَمِعْتَ بِرَاعٍ رَدَّ فِي ٱلضَّرْعِ مَا قَرَى فِي ٱلْعِلَابِ

»O socie! num vidisti aut audivisti, pastorem lac in mulctram collectum in mammam remisisse?«

Vox صاح est pro صاحبى et ريت pro رايت, ex licentia poetica conf. »Darstell. der Arab. Verskunst« p. 474. 478. sq. Metrum versus Chafif est. Conf. l. c. p. 262. Legitur quoque فى الحلاب in versu.

١٠١ أَصْعَبُ مِنْ وُقُوفٍ عَلَى وَتِدٍ

101. Difficilius, quam stare in paxillo.

Meidanius proverbium ex verbis hisce poetae derivatum esse dixit:

وَلِي صَاحِبَانِ عَلَى هَامَتِي جُلُوسُهُمَا مِثْلَ حَدِّ ٱلْوَتِدْ

ثَقِيلَانِ لَمْ يَعْرِفَا خِفَّةً فَهٰذَا ٱلزُّكَامُ وَهٰذَا ٱلرَّمَدْ

»Mihi sunt duo socii super capite meo, quorum sedendi ratio similis est paxilli extremitati, graves ambo non noverunt levitatem; unus (socius) est coryza, alter lippitudo.«

Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281. Sed non video causam sententiae a Meidanio prolatae.

١٠٢ أَصْوَلُ مِنْ جَمَلٍ

102. Magis irruens, quam camelus.

Hamsahus voci اصول hoc in proverbio significationem mordacioris dedit. Verbum autem صول de camelo saeviente, qui in homines irruit, usurpatur.

١٠٣ أَصَحُّ مِنْ بَيْضِ ٱلنَّعَامِ

103. Integrior, quam ova struthiocameli.

Hoc e Ferasdaki versu derivatum esse dixit Meidanius:

خَرَجْنَ اِلَىَّ لَمْ يُطْمَثْنَ قَبْلِى وَهُنَّ أَصَحُّ مِنْ بَيْضِ ٱلنَّعَامِ

»Prodierunt ad me, non ante me a viro tactae erant; sed integriores, quam struthiocameli ova.«

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٠٤ أَصَبُّ مِنَ ٱلْمُتَمَنِّيَةِ

104. Maiore desiderio adfectus, quam optans femina.

Proverbium hoc Medinae incolis usitatum primis Islamismi temporibus originem habuit. Cognomine optantis متمنية femina Medinensis, quae iuvenem pulcherrimum e gente Solaim, Nazrum ben-Hadjdjadj perdite amabat, designatur. Accidit autem, ut Ohmarus ad eius portam transiens, eam alta voce hunc versum recitantem audiret:

أَلَا سَبِيلٌ اِلَى خَمْرٍ فَأَشْرَبَهَا أَمْ لَا سَبِيلٌ اِلَى نَصْرِ بْنِ حَجَّاجِ

»Nonne mihi via est ad vinum, quod bibam, aut non mihi via est ad Nazrum ben-Hadjdjadj.«

Interrogavit igitur, quaenam illa optans esset, et rei certior factus adduci iussit iuvenem. Eum videns

1) Metrum versus Basith est. Conf. l. m. p. 190.

dixit: tunc igitur is es, quem feminae in domibus cupiunt? profecto pulchritudinis pallium a te auferam! Imperavit tum, ut eius capillus tonderetur. Re facta quum eum contemplaretur, dixit: Tonsus tu pulchrior es! At iuvenis dixit: Quid criminis mihi hac in re est? Ohmarus dixit: Recte tu dixisti; crimen mihi esset, si te hoc in oppido relinquerem. Misit igitur eum Bazram et praefecto urbis Modjaschiho ben-Masuhd Alsolamitae scripsit: tibi misi optatum Nazrum ben-Hadjdjadj Solamitam. Feminae autem Medinenses ex istis Ohmari verbis hoc proverbium fecerunt. Hamsahus autem dixit, illam feminam fuisse Alkoraiham filiam Hammami, matrem Alhadjdjadji ben-Jusuf tum temporis nuptam Almoghiraho ben-Schahbah. In oppido Bazra autem iuvenis ob vehementem amorem in gravem morbum incidit, ut diceretur proverbium: ادنف من المتمنى „Vehementiore morbo laborans, quam optatus.“ Conf. C. VIII, 65. Ibi enim optati cognomen acceperat. Praefectus autem urbis ob cognationem iuvenem benigne excepit et uxori suae Schomailae feminae pulcherrimæ, ut ei ministraret, tradidit. Utrique autem quum, nam alter alterius amore captus erat, loquendi occasio, Modjaschiho praesente, deesset, iuvenis in solo litteras depinxit, quibus conditionem animi femina cognosceret et femina subscripsit: وانا et ego. Quod quum praefectus videret, quid iuvenis scripsisset et quid ipsa subscripsisset, feminam interrogavit. Feminae responsum quum ipsi non satisfaceret, servum scripturae gnarum advocavit. Re cognita iuvenem a se foris ablegavit. Hic autem ob moerorem tantum in morbum incidit, ut aliquo tempore post periret.

١٠٥ أَصْلَفُ مِنْ مِلْحٍ فِي مَاءٍ

105. Minorem utilitatem adferens, quam sal in aqua.

In eum dicitur, in quo nil utilitatis est, quando enim sal in aquam immittitur, dissolvitur, ut nil restet.

١٠٦ أَصْلَفُ مِنْ جَوْزَتَيْنِ فِي غِرَارَةٍ

106. Inutilior, quam duae nuces in sacco.

Quia commotae sonum excitant, in quo nil utilitatis est.

١٠٧ أَصْلَبُ مِنَ ٱلْأَنْضُرِ

107. Durior, quam aurum.

Vocabulum انضر pluralis numerus est a نضر derivatus. Simili modo dicitur: اصلب من الجندل »Durior, quam lapis.« اصلب من الجحر »Durior, quam lapis.« اصلب من الحديد »Durior, quam ferrum.« اصلب من النضار »Durior, quam aurum.« اصلب من عود النبع »Durior, quam lignum arboris Nabah.«

١٠٨ أَصْفَى مِنْ ٱلدَّمْعَةِ وَمِنَ ٱلْمَاءِ وَمِنْ عَيْنِ ٱلْغُرَابِ وَمِنْ عَيْنِ ٱلدِّيكِ وَمِنْ لُعَابِ ٱلْجُنْدَبِ

108. Purior, quam lachryma; quam aqua; quam oculus corvi; quam oculus galli; quam saliva locustae.

١٠٩ أَصْعَبُ مِنْ رَدِّ ٱلْجَمُوحِ وَمِنْ نَقْلِ صَخْرٍ وَمِنْ قَضْمِ قَتٍّ

109. Difficilior, quam repellere equum contumacem; quam transportare petram; quam frangere medicam herbam.

١١٠ أَصْفَرُ مِنْ لَيْلَةِ ٱلصَّدَرِ وَمِنْ بُلْبُلٍ

110. Vacuior, quam nox Alzadar; magis sibilans, quam luscinia.

Non est silentio praetermittendum, in operibus Samachscharii et Scharaf-Aldini اصغر من بلبل »minor corpore, quam luscinia« legi. ليلة الصدر »Nox Alzadar« est nox, qua homines a loco Mina recedunt, ut nemo ibi restet. Conf. Reisk. ad Abulf. Ann. T. II, p. 304.

١١١ أَصْيَدُ مِنْ لَيْثِ عِفِرِّينَ وَمِنْ ضَيْوَنٍ

111. Magis venans, quam leo loci Ihfirrin appellati; et quam catus.

Conf. C. XIII, 123.

١١٢ أَصْبَرُ مِنْ حِمَارٍ وَمِنْ ضَبٍّ وَمِنْ ٱلْعَوْدِ عَلَى ٱلذُّلِّ وَمِنَ ٱلْأَثَافِيِّ عَلَى ٱلنَّارِ وَمِنَ ٱلْأَرْضِ وَمِنْ حَجَرٍ وَمِنْ جِذْلِ ٱلطِّعَانِ

112. Patientior quam asinus; quam lacerta; quam amor in ferendo contemtu; quam tripodes in ferendo igne; quam terra; quam lapis; quam confossionis peritus.

Cognomen جذل الطعان »confossionis peritus« habuit Ahlkamahus ben-Firas ben-Ghanam ben-Tsahlebah, omnis enim, qui rei optime gnarus eam assidue et bene tractat, جذل الامر appellatur. Scharaf-Aldin.

١١٣ أَصْنَعُ مِنْ دُودِ ٱلْقَزِّ

113. Maior artifex, quam bombyx.

١١٤ أَصَحُّ مِنْ ظَبْيٍ وَمِنْ ظَلِيمٍ وَمِنْ ذِئْبٍ وَمِنْ عَيْرِ ٱلْفَلَاةِ

114. Sanior, quam dorcas; quam struthiocamelus mas; quam lupus; quam onager deserti.

Et legitur من عير »quam asinus vel onager.

١١٥ أَصْغَرُ مِنْ قُرَادٍ وَمِنْ صُؤَابَةٍ وَمِنْ حَبَّةٍ (1 وَمِنْ صَعْوَةٍ وَمِنْ وصعة

115. Minor, quam ricinus; quam pulicis ovum; quam granum; quam passer parvus; quam avis Wazah appellata.

I. e. avis parva, quae ad passerum genus refertur fort. trochilus (Zaunkönig). Samachscharius addidit, eam rubro capite praeditam esse. In codicibus Meidanii aut من صعة aut من ضعة, quod posterius nomen plantae est, legitur. Sed quum in operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii من وصعة una cum vocis explicatione legatur, Meidanii legendi modum falsum esse, non dubito.

Proverbia recentiora.

١١٦ صُورَةُ الْمَوَدَّةِ الصِّدْقُ

116. Veracitas est amoris (amicitiae) figura.

١١٧ صَاحِبُ الْحَاجَةِ أَعْمَى

117. Qui necessario eget re, caecus est.

١١٨ صَارَتِ الْبِئْرُ الْمُعَطَّلَةُ قَصْرًا مُشَيَّدًا

1) In codice Lugd. et meo nec non in Scharaf-Aldini opere legitur من حية „quam serpens" In codice Berol. et Pocockiano, nec non in opere Samachscharii من حبة „quam granum" legitur.

118. Puteus neglectus palatium in altum exstructum factum est.

In humilem, qui elevatur, adhibetur. Conf. Abulfed. Ann. T. III, p. 434.

١١٩ صَاحِبُ ثَرِيدٍ وَعَافِيَةٍ

119. Possessor intritae et incolumitatis.

De eo dicitur, cuius pectus integrum et a vitiis liberum est.

١٢٠ صَارَ إِلَى مَا مِنْهُ خُلِقَ

120. Rediit ad id, e quo formatus erat.

De mortuo dicitur.

١٢١ صَارَ ٱلْأَمْرُ حَقِيقَةً كَعِيَانِ ٱلطَّرِيقَةِ

121. Facta est res veritas, quemadmodum agendi rationem oculis videmus.

١٢٢ صَلَابَةُ ٱلْوَجْهِ خَيْرٌ مِنْ غَلَّةِ بُسْتَانٍ

122. Durities faciei (impudentia) melior est, quam proventus horti.

Et legitur: صفاقة الوجه cum eadem significatione.

١٢٣ صَفْقَةٌ بِنَقْدٍ خَيْرٌ مِنْ بَدْرَةٍ بِنَسِيئَةٍ

123. Percussio cum pecunia parata melior est, quam magna summa cum solvendi mora.

Percussio, quae manu fit, hoc in loco venditionem significat, et fortasse de parva summa adhibetur. De voce بدرة conf. lex. m.

١٢٤ صَنْعَةُ ٱلشَّيْطَانِ

124. Artificium Satanae.

In eum dicitur, qui in provincia sua superbit.

١٢٥ صَدِيقُ الوَالِدِ عَمُّ الوَلَدِ

125. Amicus patris patruus est filii.

١٢٦ صَامَ حَوْلًا ثُمَّ شَرِبَ بَوْلًا

126. Annum ieiunavit, tum urinam bibit.

١٢٧ صَبْرُ سَاعَةٍ أَطْوَلُ لِلرَّاحَةِ

127. Patientia momenti longior est quieti.

Id est: Longam quietem producit. Proverbii sensus esse videtur: Quod si momentum temporis patientia uteris, magno tibi commodo erit.

١٢٨ صِيغَ وِفَاقُ ٱلْهَوَى وَكِفَاءُ ٱلْمُرَادِ

128. Formatus fuit consensus cupiditatis et sufficientia voluntatis.

١٢٩ صَبْرُكَ عَنْ مَحَارِمِ ٱللّٰهِ أَيْسَرُ مِنْ صَبْرِكَ عَلَى عَذَابِ ٱللّٰهِ

129. Patientia tua in rebus illicitis evitandis facilior est, quam patientia tua in ferenda Dei poena.

١٣٠ ٱلصَّعْوُ فِي ٱلنَّزْعِ وَٱلصِّبْيَانُ فِي ٱلطَّرَبِ

130. Aves parvae in agone mortis et pueri in laetitia.

١٣١ ٱلصَّبْرُ مِفْتَاحُ ٱلْفَرَجِ

131. Patientia est clavis gaudii.

Additur quoque: والعجلة مفتاح الندامة »Et festinantia clavis poenitentiae est.«

١٣٢ أَلْإِصْلَاحُ أَحَدُ ٱلْكَاسِبَيْنِ

132. Rei conservatio est unus duorum lucrantium.

١٣٣ أَلصِّنَاعَةُ فِي ٱلْكَفِّ أَمَانٌ مِنْ ٱلْفَقْرِ

133. Ars in manu est securitas a paupertate.

١٣٤ أَلصَّرْفُ لَا يَحْتَمِلُهُ ٱلظَّرْفُ

134. Vas non portat praestantiam.

Nescio, num proverbium recte intellexerim. Pocockius legit: الصرف يحتمله الظرف et vertit »Accidentia saeculi tolerant praestantes« nixus auctoritate cuiusdam Arabis docti. Sed quoque verti potest »ingenium non fert calamitatem«. Non autem vocabulum الظَّرف, cui eaedem vocales esse debent, quæ voci الصرف sunt, quum proverbio verborum lusus insit, praestantes verti posse puto.

١٣٥ أَصَابَ ٱلْيَهُودِيُّ لَحْمًا رَخِيصًا فَقَالَ هٰذَا مُنْتِنٌ

135. Assecutus est Iudaeus carnem vilis pretii et dixit: haec foetida est.

١٣٦ أَلصَّبُوحُ جَمُوحٌ

136. Potus matutinus refractarius est.

Conf. prov. 69.

Corrigenda.

p.	19	l.	7	infr.	loco vocis *ona* l. *dona.*
—	35	—	1	supr. —	— *quo* l. *qua.*
—	38	—	22	—	Adde: *C. VII, 131.*
—	39	—	18	—	loco verborum *non est liberalis, quum dat cum exprobratione* l. *liberalis, quum dat, non est exprobrans.*
—	40	—	1	—	*tus* l. *cus.*
—	41	—	9	—	*199, 466* l. *200, 468*
—	43	—	9	—	*ascepisset* l. *accepisset*
—	48	—	4	—	رجبة l. re رجبة
—	—	—	8	—	*Alzarita* l. *Alanzarita*
—	57	—	10	—	*hahere* l. *habere*
—	60	—	17	—	١٥٢ l. ١٥٩
—	61	—	8	—	*Caabh* l. *Caahb*
—	65	—	9	—	*umen* l. *iumen*
—	78	—	4	—	يَكُنْ l. يَكُنْ
—	92	—	6	—	*Die* l. *Dic*
—	100	—	15	—	*vorbum* l. *verbum*
—	112	—	1	infr.	*similis, sis* l. *similis sis*
—	114	—	7	—	*72* l. *73*
—	119	—	12	supr.	آساءك l. أساك
—	134	—	14	—	مى l. من
—	159	—	15	—	*217* l. *219*
—	—	—	—	—	*105* l. *99*
—	162	—	1	—	*65* l. *66*

p. 163 l. 20 — *185* l. *182*

— 166 — 5 — بِئْسَ l. بَئْسَ

— 179 — 1 — *31* l. *30*

— 189 — 15 — *Alachsa* l. *Alahscha*

— 192 — 14 — *hoc* l. *hac*

— 194 — 13 — ملاح l. ملاع

— — — 15 — يدا l. يد

— 210 — 12 — *constiuit* l. *constituit*

— 221 — 15 — *qui territus* l. *quae territa*

— 230 — 9 — dele *eius*

— 252 — 15 — *Haththani* l. *Hiththani*

— — — 17 — *Haththanus* l. *Hiththanus*

— 272 — 9 — *Caemla* l. *Camela*

— — — 23 — مِنَ ٱلكَانُون l.

— — — 24 — *ii* l. *is*

— — — 25 — *superveniunt* l. *supervenit*

— 280 — 13 — سِوَى وَصِدِهِ l. سَوَى وَصَدُّهُ

— 290 — 21 — بقرة l. يقرة

— 292 — 6 — *potitus* l. *potita*

— — — 7 — *ipsis* l. *ipsi*

— — — 8 — *offerrent* l. *offerret*

— 298 — 10 — جَانَيك l. جَانيك

— 320 — 14 — المنزوف l. المتروف

— 321 — 14 — *longinguo* l. *longinquo*

— 328 — 2 — lege *Min-Ali* ◡ – – *ut Mi-nali* ◡ – ◡ *fiat.*

— 351 — 7 — *diceret.* l. *diceret:*

— 376 — 1 — *prementes* l. *prementium*

— 380 — 2 infr. lege انضاجه

— 395 — 10 supr. *suam compedem* l. *suarum compedum*

— 426 — 7 infr. *Djasmimakus* l. *Djasimahus*

— 430 — 1 — فَرْتَعَتْ l. فَرَتَعَتْ

— 491 — 1 — *suum* l. *suam*

— **516** — **15** — *quum* l. *quam*
— **535** — **2** infr. *a duobus* l. *in duobus*
— **543** — **1** — لِفَ l. أَلِفَ
— **558** — **11** — وبريد l. ويريد
— **559** — **9** — *erge* l. *erga*
— **568** — **4** — *irstructam* l. *instructam*
— **573** — **4** post *iussus* adde *C. XII, 48.*
— **585** — **12** loco *Proverbium* l. *Proverbio*
— **617** — **22** adde *C. X, 176*
— **620** — **2** loco *farinam* l. *ferinam*
— **629** — **8** — *protestatem* l. *potestatem*
— **642** — **3** — *nam* l. *nam ut*
— — — **9** adde *C. XIV, 61.*
— **654** — **3** infr. *fastigavit* l. *fatigavit*
— **656** — **5** — *exprobationibus* l. *exprobrationibus*
— **697** — **3** supr. تُفَوِّحُ l. تَفُوحُ
— **704** — **3** — الزَمَّاح l. الزُمَّاح
— **707** — **2** infr. *non* l. *tibi non*
— **717** — **16** supr. *antecendens* l. *antecedens*
— **720** — **10** — *instruct* l. *instructa*

Bonnae, Typis Francisci Baaden.

امثال العرب

ARABUM PROVERBIA

VOCALIBUS INSTRUXIT, LATINE VERTIT

COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

ET SUMTIBUS SUIS EDIDIT

G. W. Freytag.

TOM. II.

Inest

A Meidanio collectorum proverbiorum

pars posterior.



Bonnae ad Rhenum,

MDCCCXXXIX.

Venditur apud **A. Marcum** bibliop. Bonnens.

Bonnae, Typis F. Baaden

Caput XV.

Littera Dhad.

١ ضَرَبَ أَخْمَاسًا لِأَسْدَاسٍ

1. Ostendit aquationes, quae quinto die fiunt propter aquationes sexto die.

Quod si vir longum iter suscipere vult, ad sitim ferendam adsuescit camelos, ut per quinque dies aqua carere possint pergens inde ad sex dierum spatium. Vocabulo ضرب hoc in proverbio significatio verbi اظهر ostendit tribuenda est, ut sensus sit: اظهر اخماسا لاجل اسداس. De eo proverbium adhibetur, qui unam rem ostendens aliam intendit et astutiam adhibet. Conf. Kam et Dj. s. خمس

٢ ضَرَبَ فِى جَهَازِهِ

2. Impegit se in utensilia sua.

Proverbium inde derivatum est, quod camelus sella ante ipsum in terram decidente timore perculsus et pedem offendens aufugit et non redit. Praepositio فى ex omisso عاثرا „pedem offendens" pendet. Proverbium autem de eo dicitur, qui ad rem, quam fugit, postea non redit. conf. Kam

s. جهز, ubi legimus, verbum ضرب hoc in proverbio significationem verbi صار habere. Conf. d. Bertheaui libr. p. 7.

٣ ضَرَبَ عَلَيْهِ جِرْوَتَهُ

3. Adsuevit ad eam rem animam suam.

Vocabulo جروة significationem animae hoc in proverbio tribuunt, ut eius sensus sit: وطّن عليه نفسه »Effecit, ut in ea re acquiesceret vel habitaret anima sua.« Ebn-Alahrabius dixit, proverbii sensum esse: Patienter rem tulit. conf. Dj. s. جرى. Simili modo dicunt القى عليه جروته »Proiecit super id animam suam.«

٤ ضِغْثٌ عَلَى إِبَّالَةٍ

4. Manipulus herbarum aridarum super lignorum fasce.

Loco vocis ابالة legitur ايبالة. Alii ابالة aut cum Teschdido aut sine Teschdido efferri posse dicunt. Proverbii sensus est: calamitas super calamitate. Conf. Dj. s. ابل conf. de Sacy Chrest. Ar. A. III. p. 196 sq. ed. alt. et Harir. p. v.

٥ ضَرَبَهُ ضَرْبَ غَرَائِبِ ٱلْإِبْلِ

5. Percussit eum, quemadmodum peregrini cameli percutiuntur.

Peregrini cameli, quum ad aquae receptaculum accedunt, a possessore vehementer repelluntur et percutiuntur; adhibetur igitur de modo, quo iniustus vehementissime repellitur. Legitur quoque sic proverbium: اضربه ضرب غريبة الابل »Percute eum, quemadmodum camela peregrina percutitur.«

٦ ضَلَّ دُرَيْصٌ نَفَقَهُ

6. Erravit foetus muris in quaerendo foramine suo.

Legitur quoque الدريص cum articulo. In eum dicitur, qui in re sua rectam viam non invenit, ex gr. si quis inter litigandum argumenti obliviscitur. Conf. Kam. et Dj. s. v. درص.

٧ ضَحِّ رُوَيْدًا

7. Lente sacrifica!

Proverbium a sacrificando derivatum et in alias res translatum festinationem in rebus interdicit. Conf. Dj. s. ضحى. Samachscharius autem verbo significationem tribuit hanc: »Pascere sine pecus tempore meridiei« id quod praeferendum videtur, ut proverbii sensus sit: Paulatim pascere sine camelos tempore meridiei in itinere, ut advenientes ad locum destinatum satiati sint.«

٨ ضَلَّ حِلْمُ آمْرَأَةٍ فَأَيْنَ عَيْنَاهَا

8. Erravit prudentia feminae et ubi eius oculi (erant).

Id est: Pone, feminae prudentiam abiisse, ubi autem eius oculi erant? Proverbium significat, prudentis consilium longe abesse. Meid. In turbatum dicitur, qui rectum rei modum non invenit.

٩ ضَرِيَتْ فَهِيَ تَخْطَفُ

9. Exercitus est (vultur); abripit igitur.

Legitur quoque تَخَطَّفُ Samachschar. De eo dicitur, qui ex more suo alteri male facit, qua in re naturae instinctum sequitur. Comparatur vir in proverbio cum vulture venando et rapiendo adsuefacto.

١٠ الضَّجُورُ قد تُحْلَبُ العُلْبَةَ

10. Camela multum vociferans in mulctram mulgetur.

In avarum dicitur, qui rem dare cogitur. Voci علبة infinitivi modo accusativi casus tributus est, quasi dictum esset: قد تحلب الحلبة المعهودة وهى ان تكون ملء العلبة »Mulgetur modo consueto, ita ut mulctra impleatur.« conf. C. XXI, 92.

١١ ضَرَبَ وَجْهَ الأَمْرِ وعَيْنَهُ

11. Percussit faciem rei et eius oculum.

De eo dicitur, qui bene tractando rerum statum omnino mutat.

١٢ أَضْحَكُ مِنْ ضَرْطِهِ وَيَضْرُطُ مِنْ ضَحِكِى

12. Rideo de eius crepitu ventris, et is ob meum risum crepitum ventris emittit.

Inter confabulantes quidam crepitum ventris emiserat, id quod in causa erat, cur alter rideret. Quod quum pedens vidisset, in tantum risum erupit, ut crepitum ventris retinere non posset. Ridens tum ista verba dixit, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt. Meid. De re mira adhibetur. Scharaf-Aldin.

١٣ أَضْرِطًا وَأَنْتَ الأَعْلَى

13. Num crepitum ventris emittis et tu superior es?

Solaico ben-Solacah Sahditae (conf. Hamas. 413. 415. 416.) noctu dormienti, vir quidam in eum decumbens dixit: te mihi captivum trade! Solaicus autem caput tollens dixit: »Nox longa est, et lunam lucentem habes« (C. I, 117), quae verba in proverbium venerunt. Alter pugno eum percutiens, repetivit verba dicens: O turpis! Te mihi captivum trade! Solaicus manum protrahens, eum firmiter ad

se attraxit, ut crepitum ventris emitteret. Quem Solaicus audiens ista verba dixit, quae significant, sine causa hominem queri. Samachscharius hunc proverbii sensum esse dixit: يضرب لمن يستكين هو فى موضع العز والمنفعة »De eo adhibetur, qui se submittit, dum est in loco potentiae et utilitatis.« Scharaf-Aldinus autem haec verba adnotavit: يضرب مثلا للرجل يجتمع له اسباب الغلبة والقهر وهو مغلوب مقهور »Proverbium adhibetur de viro, cui sunt omnes causae victoriae et potentiae, dum victus et subactus est.«

١٤ ضَرَحَ الشَّمُوسُ نَاجِزًا بِنَاجِزٍ

14. Calcitravit refractarius (equus), dum ipse promtus est, contra promtum.

Proverbii huius explicatio talis est: الضرح الدفع بالرجل واصله التنحية يضرب لمن مثله يكايد فى الشراسة ونصب ناجزا على الحال »Vocabulum ضرح significat: pede protrudit, dum primaria significatio removit est. In eum dicitur, qui sui simili insidiatur in malignitate. Accusativi casus autem voci ناجزا datus est, quod subiecti conditionem seu statum designat.

١٥ ضَرْطٌ ذٰلِكَ

15. Crepitus ventris is.

Arabes fabulantur, leonem conspectu asini terrorem concepisse, quod ungulas is robustas, aures longas, magnos dentes et magnum ventrem haberet. Interrogavisse autem leonem, ut rem nosceret, cuinam rei ungulae inservirent et asinum: locis duris, respondisse; tum: cuinam rei dentes? colocynthidi; cuinam aures? muscis. Cuinam denique rei venter, quum interrogasset leo, asinum proverbii verbis respondisse. His autem verbis quum nil boni in asino esse intellexisset, leonem eum lacerasse, dicunt. De viro dicitur, cuius externa forma timorem nobis iniicit

dum ipse omni virtute caret. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: ضرط اكثر ذاك »Peditum maxima pars eius est.«

١٦ الضَّبُعُ تَأْكُلُ ٱلْعِظَامَ وَلَا تَدْرِي مَا قَدْرُ ٱسْتِهَا

16. Hyaena ossa edit et podicis sui mensuram non noscit.

Hyaena si ossa cum aviditate vorat, ea excernere non potest, quapropter proverbium in eum dicitur, qui in re modum excedit. Verba autem hic poetae versus optime explicat:

فَلَا تَحْسِدِ ٱلْكَلْبَ أَكْلَ ٱلْعِظَام فَعِنْدَ ٱلْخِرَاءَةِ مَا تَرْحَمُهْ

»Ne cani, quod ossa edit, invideas, nam, quum alvum deponit, ei misericordiam non tribuis.«

Versus metrum Motakarib est. c. l. m. p. 281.

١٧ اضْطَرَّهُ ٱلسَّيْلُ إِلَى مَعْطَشِهِ

17. Torrens eum coegit fugere in locum, ubi sitit.

Bonum, quod possidebat, eum in malum coniecit. In opere Scharaf-Aldini, si vocalibus fides est habenda, معطشة »terra aqua carens« legitur. Sensus non differt.

١٨ أَضِئْ لِي أَقْدَحْ لَكَ

18. Accende mihi (lumen) et ego tibi igniarium fricabo.

Auxilium mihi praesta et ego tibi pari modo auxilio ero, ut de pari erga alterum agendi ratione adhibeatur. Alii dicunt sensum esse: Ostende mihi rem tuam necessariam, ut ei operam dem. Loco vocis اقدح legitur اكدح »operam tibi dabo.« Junusus ben-Habib dixit, quosdam Arabes putare, hoc in proverbio ludribium esse, quod, qui igniarium

possideat, ab alio lucem non petat. Meidanius autem sic proverbium intelligit, ut in voce اضى (accende mihi lumen) maius quid insit, quam in voce اقدح (igniarium fricabo), quod mihi non item videtur.

١٩ ضَرَبَهُ فَرَكِبَ قُطْرَهُ

19. Percussit eum et tum is latere corporis vectus fuit.

Id est: Percussit eum ita, ut in unum corporis latus decideret. Proverbialiter loquendi modus in verbis ركب, قطره est.

٢٠ ضَعِيفُ ٱلْعَصَا

20. Infirmo baculo praeditus.

Sic pastor appellatur, qui pecori commiseratione ductus parcet. Contrarium sensum habet صلب العصا »Duro baculo praeditus.« Conf. Kam. et Dj. s. عصا

٢١ ضَرْطُ ٱلْبَلْقَاءِ جَالَتْ فِي ٱلرَّسَنِ

21. Peditum (equae) pedibus usque ad femora albis praeditae, quae capistro retenta circumivit.

Ebn-Alahrabius dixit, de re vana, quae non existat, et de eo, qui rem vanam promittat, proverbium adhiberi.

٢٢ ضَرْبُكَ بِٱلْفِطِّيسِ خَيْرٌ مِنَ ٱلْمِطْرَقَةِ

22. Quod malleo ingente percuteris, melius est, quam quod virgâ percuteris.

Id est: Quando te alius quis subiugat, sit maior quam tu! Sed in Samachscharii opere legimus, sensum esse: In fortiore fiduciam ponas! Tum vertendum: percutis.

٢٣ ضَغَا مِنّى وَهُوَ ضُغَاءٌ

23. Vociferatus est de me; et hoc est vociferatio.

Vocabulum ضغا in cane, vulpe adhibetur, quando ob rem ipsi molestam leviter latrat, tum in omnem hominem, qui rem perficere non potest, transfertur. Proverbium significat, quendam nonnisi clamore vindicare se potuisse.

٢٤ ضُلُّ بْنُ ضُلّ

24. Error filius erroris.

In eum dicitur, qui maiorem rei partem corrumpit.

٢٥ ضَرْبًا وَطَعْنًا أَوْ يَمُوتُ الأَعْجَلُ

25. Percutiendo et confodiendo (operam dabimus) aut moriatur is, cuius fatum magis properat.

De hoste dicitur i. e. Gladio et hasta pugnabimus, donec moriatur ex nobis is cuius fatum magis properat i. e. donec eum occidamus. Conf. C. XXIII, 96. Verba autem Alaghlabo Ihdjlitae tribuuntur. Versus est ad metrum Redjes pertinens. Conf. l. m. p. 230. Samachschar.

٢٦ أَضْلَلْتَ مِنْ عَشَرَ ثمانيًا

26. E numero decem octo in errorem induxisti.

In eum dicitur, qui maiorem rei partem corrumpit.

٢٧ ضَرْطُ وَرْدَانَ بِوَادٍ قِيٍّ

27. Peditum Wardani in valle deserti.

Wardan nomen asini est. De eo dicitur, qui cum alio de re futili litigat.

٢٨ ضَرِطَ ٱلْبَلْقَاءُ وَخُوَاخُ نَعِقْ

28. Peditum (equae) pedibus usque ad femora albis praeditae, debilis celeriter fugiens.

De superbo, qui strepitum edit, adhibetur. Vocabulum النعق explicatur vocibus السريع النفار »celeriter fugiens.« Vocabulum ضرط aut nominativi aut accusativi casus est. Si nominativum admittis هذا »hoc« (est peditum) supplendum; sin vero accusativum esse statuis, a verbo ضرط pe-pedit omisso dependet. Proverbii metrum Raml est. c. l. m. p. 238.

٢٩ الضَّرْبُ يُجَلِّى عَنْكَ لَا ٱلْوَعِيدُ

29. Percussio te liberat, non minae.

Non te minae liberant a malo, percutiendum tibi est. Similis ratio est proverbio: الصدق ينبى عنك لا الوعيد »Sinceritas a te abigit, non minae.« Conf. XIV, 29.

٣٠ ضَجَّتْ فَزِدْهَا نَوْطًا

30. Multum mugit ob molestiam; adde igitur ei cophinum parvum!

A camelo aliove animali desumtum in eum transfertur, qui queritur de re sibi imposita petens, ut molestia minuatur; nihilominus eius onus augetur. Conf. 44.

٣١ ضَاقَتْ عَلَيْهِ ٱلْأَرْضُ بِرَحْبِهَا

31. Nimis angusta ei est terra, quamquam ampla est.

In eum dicitur, qui obstupefactus nescit, quo se convertat et quid agat.

٣٢ ضَرِمَ شَذَاتُه

32. Arsit eius lignum.

Magna fame adfectus fuit. Chalilus hunc intelligendi modum adnotavit. Samachscharius شذاء habet. Huic autem vocabulo fragmentorum ligni significationem tribuendam esse puto.

٣٣ ضَبِّبُوا لِصَبِيِّكُمْ

33. Puero vestro cibum Dhabibah appellatum parate!

Dicitur quoque ضبب لاخيك واستبقه »Para fratri tuo cibum Dhabibah et superstitem eum conserva! In codice Lugdun. لصبيتكم »pueris vestris« legitur. Proverbium hortatur homines, ut amicitiam et amorem colant et conservent.

٣٤ ضَرَبَهُ ضَرْبَةَ ٱبْنَةِ ٱقْعُدِى وَقُومِى

34. Percussit eum percussione filiae: sede et surge!

Id est: percussione eius, cui dicitur: sede et surge! i. e. percussione servae, quae sedet et surgit in servitio domini.

٣٥ ضِبَابُ أَرْضٍ حَرْشُهَا ٱلْأَرَاقِمُ

35. Lacertae terrae, cuius venando captae (lacertae) sunt serpentes necantes.

Voci حرش hoc in proverbio eadem significatio quam voci محروش tribuitur. Nisi fallor, homines cum lacertis comparantur, quae re vera serpentes multum noxii sunt. In eos dicitur, quibus, quamquam exteriore pulchritudine et dignitate praediti sunt, neque vicinus neque propinquus salutem dicit. His autem verbis scholion significare videtur, omnes eorum propinquitatem fugere, quum periculosissimi sint.

٣٦ ضُرُوعُ مَعْزٍ ما لَهَا أَرْمَاتٌ

36. Mammae caprarum, quibus reliquiae lactis non sunt.

De eo dicitur, cuius exteriorem virtutis speciem beneficium non sequitur.

٣٧ ضَرَّةُ جَبَّارٍ رَعَاهَا الْمُنْصُلُ

37. Agmen magnum pecorum potentis, quae gladius pastum eduxit.

In pauperem dicitur, qui in potentis tutelam se recipit et ab eo defenditur.

٣٨ ضَايِفُ اللَّيْثِ قَتِيلُ الْمَحْلِ

38. Hospes leonis est a penuria occisus.

Leonis hospes nemo est, nisi quem penuria occidit. In virum dicitur, qui necessitate coactus vitae periculum non timet.

٣٩ ضَوَارِبُ بُسِّسْنَ لِعَرِفٍ بِالْيَدِ

39 Calcitrantes (camelae) leniter propulsae sunt ad ulcera in manu.

Vocabulo عرفة ulcus quod in vola manus est significatur. Vir autem, qui ulcere in vola manus adfectus est, mulgere non potest. Sensus proverbii est: Camelae calcitrantes, quae nonnisi cum magna difficultate mulgentur ad eum propulsae sunt, (ut eas mulgeat), cuius volae ulceribus adfectae sunt. De eo dicitur, cui res imposita est, quam perficere nequit.

٤٠ ضَبَّةُ حَزْنٍ فى حَوَامِى قَلَعٍ

40. Lacerta terrae durae in lateribus magnae petrae.

Lacerta, quae in tali loco degit, a venatore capi non potest, nam terra effodi nequit. De prudente et cauto adhibetur, qui astutiâ non vincitur.

٤١ ضَيَّقَ الْغَزْوُ أَسْتَهُ

41. Eius podicem incursio bellica angustum reddidit.

In timidum dicitur, qui in pugna praesens est.

٤٢ ضَرْبَةٌ بَيْضَاءُ فِى ظَرْفِ سُوءٍ

42. Mel album in vase pravo.

In eum dicitur, cuius externa forma prava, interna conditio pulchra est.

٤٣ أَضَرِطًا آخِرَ الْيَوْمِ وَقَدْ زَالَ الظُّهْرُ

43. Num crepitum ventris (emittis) postremo die et meridies iam praeteriit.

Scharaf-Aldinus وقد زال الظهر omisit. Conf. C. I, 142.

٤٤ ضَجَّ فَزِدْهُ وِقْرًا

44. Multum mugiit ob molestiam; auge igitur eius onus!

Conf. prov. 30.

Forma comparativi.

---

٤٥ أَضْبَطُ مِنْ عَايِشَةَ بْنِ عَثْمٍ

45. Firmius tenens quam Ahjischahus ben-Ahtsm.

Virum illum, e gente Bahnu-Ahbd-Schams ben-Sahd oriundum, ad puteum camelos adduxisse narrant et, quum pauca in eo esset aqua, fratrem implendae urnae causa in eum immisisse. Camelis vehementer urgentibus, factum esse, ut iuvencus camelus in puteum detruderetur. Hunc autem cadentem cauda arrepta retinuisse, et fratre in puteo clamante: o frater mi, mors! dixisse: ad caudam iuvenci illa est. Tum iuvencum retraxisse. Hamsahus et Abu-l'Neda nomen Ahjischah efferunt; Almondserius autem عابسة Ahbisah. Alii habent Ahjischah ben-Ghanam.

٤٦ أَضْعَفُ مِنْ يَدٍ فِي رَحِمٍ وَأَضَلُّ مِنْ يَدٍ فِي رَحِمٍ

46. Debilior quam manus in utero; magis errans quam manus in utero.

Abu-Ahmruus dixit, proverbia embryonem spectare, cuius manus debilis sit. Alii dicunt, proverbiorum sensum esse: is, qui manum in uterum immittit, cavet, ne rem laedat. Conf. 54. Conf. XVIII, 210.

٤٧ أَضْيَعُ مِنْ قَمَرِ ٱلشِّتَاءِ

47. Magis amissus (inutilior) quam luna hiemis.

Sic dicitur, quia hiemis tempore homines luna lucente non confabulantur, ut tempore aestatis Arabum mos est.

۴۸ أَضْيَعُ مِنْ غِمْدٍ بِغَيْرِ نَصْلٍ

48. Inutilior, quam vagina sine cuspide.

Proverbii sensum poeta quidam in versu intexuit dicens:

وَإِنِّي وَإِسْمَاعِيلَ يَوْمَ وَدَاعِهِ لَكَالْغِمْدِ يَوْمَ الرَّوْعِ فَارَقَهُ النَّصْلُ

وَإِنْ أَغْشَ قَوْماً بَعْدَهُمْ أَوْ أَزُرْهُمْ فَكَالْوَحْشِ يُدْنِيهَا مِنَ الْأَنَسِ الْمَحْلُ

»Ego et Ismaihlus die valedictionis eramus ut vagina die terroris (pugnae), a qua cuspis discessit. Et si occurro genti post eos aut adeo eam (gentem), similis ero ferae, quam pabuli penuria homines adire cogit.«

Metrum versuum Thawil est. c. l. m. p. 161.

۴۹ أَضْيَعُ مِنْ دَمِ سَلَّاغٍ

49. Magis perditus, quam sanguis Sallaghi.

Alii cum littera ع viri nomen, qui ad gentem Ahbd-Al-kais pertinet, enunciant. Alterum est proverbium a viro desumtum: دم سلاغ جبار »Sanguis Sallaghi vindicta caret.« Proverbia haec duo Alnadhrus ben-Schomail in libro de proverbiis adnotavit.

۵۰ أَضَلُّ مِنْ مَوْؤُدَةٍ

50. Magis errans, quam puella vivens sepulta.

Hamzahus vocem موودة a radice أود »gravavit« derivavit, rectius vero a radice واد derivatur. Alhaistamus ben-Ahdi dixit, morem sepeliendi puellas vivas inter omnes Arabum gentes frequentem fuisse; paucas postea eum retinuisse, multas reliquisse, ut tempore ante Mohammedem rarus esset, nisi apud gentem Tamim, apud quam invaluisset. Huiusce rei causa talis fuisse narratur: gens Banu-Tamim a rege Alnohmano impositum tributum solvere recusaverat. Miserat igitur ad eam puniendam fratrem suum Alrajjanum cum

cohorte Dausar appellata, qui pecora eorum abegit, et uxores liberosque in captivitatem abduxit. His peractis gens Tamim ad regem legatos misit, qui peterent, ut homines redderentur. Rex decrevit, ut in voluntate captivorum res poneretur. Qui vellent, redirent, nolentes remanerent. Erat autem in eligendo dissensio inter captivos et filia Kaisi ben-Ahzim apud eum, qui eam captivam fecerat, remanere quam ad maritum redire malebat. Quod quum Kaisus ben-Ahzim audiret, se omnes puellas, quae ipsi nascerentur, vivas sepeliturum esse iuravit. Decem filias vivas sepelivit. Qui mos in familia eius retentus in causa erat, cur in Corani libro res vituperaretur. Conf. Sur. 81, 8.

٥١ أَضَلُّ مِنْ سِنَانٍ

51. Magis errans quam Sinanus.

Viri nomen est Sinanus ben-Abi-Haritsah Morrita. Quem quum gens propter beneficia in alios ab ipso collata vehementer vituperasset, camelam Aldjahul appellatam conscendit et in desertum iter direxit. Nunquam eius vestigia reperta sunt, ut nonnulli eum a daemonibus abreptum esse, putarent. Ei autem ضالة غطفان »Errabundum animal Ghathfani« cognomen dantes, dicere solebant: لا افعل ذلك حتى يرجع ضالة غطفان »Non id faciam donec errabundum animal Ghathfani redeat.« Habuit filium Harimum ben-Sinan liberalitate notum. conf. اجود من هرم et prov. 52.

٥٢ أَضَلُّ من قَارِظِ عَنَزَة

52. Magis errans, quam folia Karaths colligens e gente Ahnasah.

Conf. C. I, 371. Nomen viri est Jadscorus ben-Ahnasah. Ebn-Alahrabius historiam narrans dixit: huiusce causa gens Kodhaah ex urbe Mecca emigravit. Chosaimahus ben-Malic ben-Nahd Fathimam filiam Jadscori ben-Ahnasah

amabat, sed impediebatur, quominus eam in matrimonium duceret. Hic quodam die cum patre puellae foliorum Karaths colligendorum causa exierat. In puteo antiquo mel ab apibus collectum inveniebant, et sorte ducta Jadscoro in puteum, ut mel inde colligeret, descendendum erat. Chosaimahus autem eum inde educere recusavit, nisi filiam Fathimam ipsi in matrimonium dedisset. Alter, se isto in statu rem non facturum esse dixit, sed si ipsum eduxisset, iterum petituro eam dare promisit. Chosaimahus autem eum in puteo relinquens abiit, et quum rediens de socio interrogaretur, dixit, eum alia via incessisse; sed quum illum versus hos recitantem audivissent:

فَتَاةٌ كَأَنَّ فِتَاتَ ٱلْعَبِيرِ بِفِيهَا يُعَلُّ بِهِ ٱلزَّنْجَبِيلُ

قَتَلْتُ أَبَاهَا عَلَى حُبِّهَا فَيَمْنَعُنِى نَيْلَهَا أَوْ يُنِيلُ

»Puella, ac si fragmenta ambari in eius ore cum vino rigata sint. Occidi eius patrem, dum eam amabam; et mihi eam aut recusare aut dare poterat.« [1])

eum occidisse virum, putarunt, et se vindicaturi eum occidere volebant. At cognati iuvenem defendebant. Haec erat causa, cur gens Becr et Kodhaah inter se pugnarent, et Tehamam postea relinquerent. Alter quoque est Harimus appellatus, qui folia Karaths colligens periit. Quaenam autem huic interitus causa fuerit, nescitur. Conf. Kam. et Dj. s. v. قرظ

٥٣ أَضَلُّ مِنْ ضَبٍّ ومن وَرَلٍ ومِنْ وَلَدِ ٱلْيَرْبُوعِ

53. Magis errans, quam lacerta Dhabb appellata; quam lacerta Waral appellata; quam foetus muris campestris.

---

1) Versuum metrum Motakarib est. C. 1 m. p. 281.

Accidit enim, ut illa animalia foramen suum invenire non possint. Conf. C. VI, 196.

٥٤ أَضَلُّ مِنْ يَدٍ فِي رَحِمٍ

54. Magis errans, quam manus in utero.
Conf. prov. 46. conf. C. IX, 47.

٥٥ أَضْيَقُ مِنْ ظِلِّ ٱلرُّمْحِ وَمِنْ خُرْتِ ٱلْإِبْرَةِ وَمِنْ سَمِّ ٱلْخِيَاطِ وَمِنْ زُجٍّ وَمِنْ تِسْعِينَ

55. Angustior, quam umbra lanceae; quam foramen acus; quam foramen acus;[1]) quam inferior cuspis lanceae; et quam nonaginta.

Dicitur quoque اضيق من سمر الابرة. Ante تسعين omissa est vox عقد »quam numerus denarius nonaginta; hic enim angustissimus numerorum denariorum esse dicitur, ut mihi videtur, quia omnium postremus est.

٥٦ أَضْيَقُ مِنْ مَبْعَجِ ٱلضَّبِّ

56, Angustior, quam locus in latibulo lacertae, ubi id diffindit et dilatat.

Sic vocabulum مبعج in scholiis explicatum est: هو مستقر الضب فى جحره حيث يبعجه اى يشقه ويوسعه »Est locus lacertae in latibulo, ubi id diffindit et dilatat.« In codice meo منعج et in scholiis ينعجه legitur. Quae res fuit in causa, cur in lexico meo منعج adnotaverim, quod mihi, inspectis aliis codicibus, vitiosum videtur.

1) Burckhardtus p. 105 habet اضيع من سم الخياط; id quod minus placet

٥٧ أَضْيَقُ مِنَ التُّخْرُوبِ

57. Angustior, quam vesparum habitaculum.

٥٨ أَضْعَفُ مِنْ بَعُوضَةٍ وَمِنْ بَقَّةٍ وَمِنْ فَرَاشَةٍ وَمِنْ قَارُورَةٍ

58. Debilior, quam culex; quam culex; quam papilio parvus noctu ad candelas advolitans; quam ampulla.

٥٩ أَضْعَفُ مِنْ بَرْوَقَةٍ

59. Debilior, quam arbor Barwakah appellata.

Conf. XIII, 140. Ad explicandam proverbii causam Scharaf-Aldinus adnotavit: شجيرة ضعيفة لها ثمر اسود اذا اصابها المطر الغزير هلكت واذا حميت عليها الشمس ذبلت على المكان »Est arbor parva (frutex fort.) debilis, fructus nigros proferens, quae pluvia abundante rigata perit et solis ardore adfecta flaccida est super loco.« Poetae autem lignum huius arboris frequentius adhibuerunt ad debilitatem significandam. Sic Djerirus in hoc versu:

كَأَنَّ سُيُوفَ ٱلتَّيْمِ عِيدَانُ بَرْوَقٍ إِذَا نُضِيَتْ عَنْهَا لِحَرْبٍ جُفُونُهَا

»Gladii gentis Taim ligno arboris Barwak appellatae similes sunt, quando ad bellum e vagina educuntur.«

Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٦٠ أَضْيَعُ مِنْ لَحْمٍ عَلَى وَضَمٍ وَمِنْ بَيْضَةِ ٱلْبَلَدِ وَمِنْ تُرَابٍ فِي مَهَبِّ رِيحٍ وَمِنْ وَصِيَّةٍ

60. Magis periens, quam caro super laniario; quam ovum struthiocameli (vel tubera terrae[1]); quam terra in loco, ubi ventus flat; quam mandatum.

Scharaf-Aldinus postremi proverbii hanc esse causam adnotavit: لان الموصى اليه لا يهتم بالحاجة اهتمام صاحبها بها »Quoniam is, cui mandatum datum est, de re peragenda non tam sollicitus est, quam qui mandatum dedit.«

٦١ أَضْرَطُ مِنْ عَيْرٍ ومن عَنْزٍ وَمِنْ غُولٍ

61. Saepius pedens quam asinus; quam capra; quam daemon.

٦٢ أَضْبَطُ مِنْ ذَرَّة ومن نَمْلَةٍ وَمِنَ ٱلأَعْمَى وَمِنْ صَبِيّ

62. Firmius tenens, quam parva formica; quam formica; quam caecus; quam puer.

٦٣ أَضْوَأُ مِنَ ٱلصُّبْحِ وَمِنْ نَهَارٍ وَمِنِ ٱبْنِ ذُكَاء

63. Clarior, quam Aurora; quam dies; quam Aurora.

Scharaf-Aldinus habet من النهار.

1) Conf. C. IX, 60. et 50.

Proverbia recentiora.

ضَحِكُ ٱلْجَوْزَةِ بَيْنَ حَجَرَيْنِ ٦٤

64 Risus nucis inter duos lapides.

ضَيِّقُ ٱلْحَوْصَلَةِ ٦٥

65. Angusta ingluvie praeditus.

De avaro dicitur; sed Burckhardto p 104. in eum dicitur, qui secreta divulgat, dixit enim: »This is said of a person who blabs every secret.« Conf. C. I, p. 425.

ضَرَطَتْ فَلَطَمَتْ عَيْنَ زَوْجِهَا ٦٦

66. Crepitum ventris emisit, et tum faciem mariti sui percussit.

ضَعِ ٱلْأُمُورَ تَضَعْكَ مَوْضِعَكَ ٦٧

67. Sine res suo loco et eae tuo loco te sinent.

Proverbium quoque sic legitur: ضع الامور مواضعها يضعك موضعك

ٱضْرِبِ ٱلْبَرِىءَ حَتَّى يَعْتَرِفَ ٱلسَّقِيمُ ٦٨

68, Percute sanum, donec aegrotus confiteatur.

ٱلضَّرْبُ فِى ٱلْجَنَاحِ وَٱلسَّبُّ فِى ٱلرِّيَاحِ ٦٩

69. Percussio in latere, convicium in ventis.

٨١ ضَحِكُ ٱلْأَفَاعِي فِي جِرَابِ ٱلنُّورَة

70. Risus viperarum in sacco calcis vivae.

Burckhardtus (p. 104.) narravit, pueros in Aegypto ponere serpentes in sacco cum calce viva, cui aquam adderent, et sonos, quos serpentes ob dolores ederent, serpentum risum appellare.

Caput XVI.

Littera Tha.

١ طَوَيْتُهُ على بُلَّالِهِ وعلى بُلُلَّتِهِ

1. Complicui eum (utrem) quum madidus esset.

Suffixum ad vocem السقاء utrem referendum est. Uter, qui complicatur, dum siccus est, rumpitur; sin vero complicatur, dum madidus est, putridus fit et lac corrumpitur. Proverbium indicat, nos ferre virum, in quo vitium sit, quia in eo amor erga nos remanserit. Dixit poeta:

وَلَقَدْ طَوَيْتُكُمْ عَلَى بُلَّاتِكُمْ وَعَلِمْتُ مَا فِيكُمْ مِنَ ٱلْأَذْرَابِ

فَإِذَا ٱلْقَرَابَةُ لَا تُقَرِّبُ قَاطِعًا وَإِذَا ٱلْمَوَدَّةُ أَقْرَبُ ٱلْأَنْسَابِ

»Iam vos complicui, dum madidi eratis et vitia vestra mihi nota erant. Propinquitas se segregantem propius non adducit, amor potius est optima generis coniunctio.«

Versuum metrum Camil est. c. l. m. p. 212. Vario modo proverbium enunciatur. Meidanius nonnisi duos aut بلاله aut بللته enunciandi modos adnotavit. In Kamusi opere multi adnotati sunt. Conf. lexic. meum.

٢ طَارَتْ بِهِمِ ٱلْعَنْقَاءُ

2. Eos volatu gryps abstulit.

Vocabulo العنقاء »longum collum habens« avis magna fabulosa, quam antiquo tempore vixisse dicunt, designatur. Nomen aut eo inditum esse putant, quod in collo torqui simile album habuisset aut quod longo collo praedita fuisset. Alcalbius fabularum narrator sic retulit: In terra aboriginum (اهل الرس) mons erat altus Damch (altus) appellatus. In eo avis omnium maxima, longo collo praedita, pulcherrima et omnibus coloribus ornata sedem habebat et avium carne nutriebatur. Quae quum fame adflicta avibus deficientibus puerum abripuisset et postea puellam, incolae hac de re apud prophetam Henthselahum ben-Zafwan questi sunt. Deum igitur hic invocavit, ut eam fulmine misso perderet. Avis autem illa cognomen مغرب (Moghrib) accepit, quod omnia, quae rapuerat, in regionem longe remotam auferre solebat. Poetae istam avem in carminibus suis saepius respiciunt. Sic Ahntarahus ben-Alachras Thajjita mortem Chalidi ben-Jasid deplorans dixit:

لَقَدْ حَلَّقَتْ بِٱلْجُودِ فَتْخَاءُ كَاسِرٌ كَفَتْخَاءِ دَمْخٍ حَلَّقَتْ بِٱلْحَزَوَّرِ

„Iam in aerem abripuit liberalitatem unguibus largis praedita (avis), ossa frangens (i. e. mors), quemadmodum gryps montis Damch adolescentem robustum in aerem abripuit.“ [1])

De re, quae periit aut evanuit, dicere solent: حلقت به فى الجو عنقاء „Gryps id in aerem abstulit.“

٣ طَالَ ٱلْأَبَدُ عَلَى لُبَدٍ

---

1) Metrum est Thawil. Conf. l. m. p. 161. Corrigendus est hic versus in scholiis Haririi p. 594, ubi الجود legitur. Scholion falso dixit: دمخ اسم رجل „Damch nomen viri est.“ Conf. C. IV, 28.

3. Tempus futurum super aquila Lobad appellato longum fuit.

Diu vixit aquila Lobad, ut vita ipsi molesta esset. Lokmanus ille antiquus ben-Ahd appellatus, sic Arabes fabulantur, eligendi veniam acceperat inter septem vultures et septem stercora cinericiorum in monte difficili accessu pluviae guttis non adfecta, ut ipsi vitae spatium esset durans usque ad mortem ultimi vulturis aut dum stercora illa superessent. Elegit vultures, quorum singuli circiter quingentos annos vivebant, ultimus autem eorum, cui Lobad nomen erat, maius temporis spatium, ut totum vitae Lokmani spatium trium millium et quingentorum annorum fuisse dicatur. Huiusce fabulae mentionem saepius poetae fecerunt.

Dixit Alahscha:

وَأَنْتَ ٱلَّذِى أَلْهَيْتَ قَيْلًا بِكَاسِهِ وَلُقْمَانَ إِذْ خَيَّرْتَ لُقْمَانَ فِى ٱلْعُمْرِ

لِنَفْسِكَ أَنْ تَخْتَارَ سَبْعَةَ أَنْسُرٍ إِذَا مَا مَضَى نَسْرٌ خَلَوْتَ إِلَى نَسْرِ

فَعَمَّرَ حَتَّى خَالَ أَنَّ نُسُورَهُ خُلُودٌ فَهَلْ تَبْقَى ٱلنُّفُوسُ عَلَى ٱلدَّهْرِ

„Tu is es, qui Kailum[1]) poculo suo oblectavit, et Lokmanum, quum Lokmano vultures eligere permisisses (dicens:) Tibi concessum est, septem vultures eligere, quando unus periit, alium sumes. Diuturna autem eius vita erat, ut putaret, vultures sempiternos esse. Num vero animae diuturnitate tempus vincunt? [2])“

Dixit Alnabegha:

أَخْنَى عَلَيْهَا ٱلَّذِى أَخْنَى عَلَى لُبَدِ

„Perdidit eam is, qui vulturem Lobad perdidit.“

Dixit Lebidus:

---

1) Conf. C. III, p. 49.

2) Metrum versuum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

وَلَقَدْ جَرَى لُبَدٌ فَأَدْرَكَ جَرْيَهُ رَيْبُ ٱلْمَنُونِ وَكَانَ غَيْرَ مُثَقَّلِ

لَمَّا رَأَى لُبَدُ ٱلنُّسُورَ تَطَايَرَتْ رَفَعَ ٱلْقَوَادِمَ كَٱلْفَقِيرِ ٱلْأَعْزَلِ

مِنْ تَحْتِهِ لُقْمَانُ يَرْجُو نَهْضَهُ وَلَقَدْ رَأَى لُقْمَانُ أَنْ لَا يَأْتَلِي

„Profecto cucurrit vultur Lobad et eius cursum mors, onere haud gravata, assecuta est. Quum vultur Lobad vidisset vultures inter se volatu certantes, anteriores pennas sustulit sicut pauper inermis. Sub eo positus erat Lokmanus sperans fore, ut in aerem se attolleret et iam viderat Lokmanus, eum haud cunctari."

Narrant autem, patruelem Lokmani, quum non nisi hic ultimus vultur superesset, dixisse: o patrue mi, non restat tibi vitae spatium nisi vitae huiusce spatium; at Lokmanum respondisse: at hic Lobad est, quo vocabulo aeternitatem in sua lingua significasset. Simili modo in proverbio dicitur: اتى ابد على لبد »supervenit tempus futurum Lobado« i. e. Lobadus tandem mortuus est.

٤ أَطِرِّى فَإِنَّكِ نَاعِلَةٌ

4. In viae latere incede (o femina), nam tu soleas habes!

Verbum اطرّ In lateribus viae (طرّة) incessit significat. Ebn-Alsiccitus dixit, vocem اطرى significare ادلّى „gestibus amantis utere!" Abu-Ohbaidus autem dixit, proverbii sensum esse: "Suscipe rem difficilem, nam tu eam perficere potes." Causam proverbii eam fuisse, quod vir feminae, quae pascens in solo aequali et molli incederet, haec verba dixisset, ut in latere fluvii, ubi terra aspera esset, incederet. Almobarredus et Ebn-Alsiccitus putant, in eo aequalem esse allocutionem viri et feminae, duorum et plurium. Sunt autem, qui اظرى enuncient, quod a ظرر lapis acuminatus derivandum, „incede in lapidibus

acuminatis" vertendum est. Kamusi auctor et Djeuharius etiam طرى legi adnotaverunt. Abu-Ohbaidahus dixit, in proverbio vocem ناعلة de soleis non proprie intelligendam esse, sed de pedibus duris. Scharaf-Aldinus dixit, ista verba servam camelos pascentem alteri pascenti dixisse.

٥ أُطْرُقِى وَمِيشِى

5. Percute (o femina) lanam et lanam cum pilis misce!

Verbum طرق significat: instrumento مطرقة appellato lanam percussit. In eum dicitur, qui in sermone verba vera cum falsis miscet. Abu - Ohbaidahus haec adtulit: الميش ان تخلط صوفا حديثا بنكث صوف عتيق لم تطرقه اى تنفده يقال يضرب فى المزاول ما لا يتجه له „Verbum ماش significat te miscere lanam novam cum partibus dissolutis lanae veteris, quam instrumento منفدة appellato non concussisti. Proverbium in eum dicitur, qui rei ipsum non spectanti operam dat.

Dixit Rubahus:

عَاذِلَ قَدْ أُولِعْتِ بِالتَّرْقِيشِ الَىَّ سِرًّا فَاطْرُقِى وَمِيشِى

„O reprehendens! tu operam das, ut ad me secreto nuntios fucatos perferas. Percute lanam et lanam cum pilis misce!"

Vox عاذل est pro يا عاذلة. Istam particulam abiicere et vocem abbreviare non licet nisi in nominibus propriis; sed in duabus vocibus صاحبة et عاذلة ob frequentem usum rem admiserunt. Versuum metrum Sarih est. C. l. m. p. 246. Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic explicarunt: اى اصلحى وافسدى ولا يكن فعلك كله فسادا يضرب للمفسد الذى لا يرجع من الصلاح الى شى „Id est: repara et corrumpe! et ne sit agendi ratio tua omnino corrumpens. De corrumpente adhibetur, qui nil reparat."

٦ أَطْعَمَتْكَ يَدٌ شَبِعَتْ ثُمَّ جَاعَتْ وَلَا أَطْعَمَتْكَ يَدٌ جَاعَتْ ثُمَّ شَبِعَتْ

6. Cibet te manus, quae satiata fuit, tum esurivit, et non te cibet manus, quae esurivit, tum satiata fuit.

Dixit Alscharkius: Verbis filio suo bene precata est mater, quum ad victum quaerendum se exiturum esse dixisset.

٧ طَارَ بِٱسْتٍ فَزِعَةٍ

7. Avolavit cum podice metuente.

De eo dicitur, qui timens fugâ evadit, postquam parum abfuerat, quin in calamitatem incideret.

٨ طَلَبَ ٱلْأَبْلَقَ ٱلْعَقُوقَ

8. Petiit variegatum praegnantem.

Vocabulum ابلق nonnisi in mare adhibetur, quapropter cum praegnante illa vox coniungi non potest. Proverbium igitur rem absurdam, impossibilem significat. Narrant, virum quendam ad Moahwijjahum venisse, dicentem: Da mihi stipendium; respondisse illum: faciam; tum virum dixisse: et filio meo; et quum Moahwijjahus se hoc non facturum esse dixisset, virum addidisse, et familiae meae; tum denique Moahwijjahum hunc versum dixisse:

طَلَبَ ٱلْأَبْلَقَ ٱلْعَقُوقَ فَلَمَّا لَمْ يَنَلْهُ أَرَادَ بَيْضَ ٱلْأَنُوقِ

„Petiit variegatum praegnantem (rem absurdam) et quum non accepisset illam rem, voluit ovum avis Anuk. (i. e. rem, quae difficilis inventu est.)

Versus metrum Chafif est. C. l. m. p. 262.

٩ أَطْعِمْ أَخَاكَ مِنْ عَقَنْقَلِ الضَّبْ
إِنَّكَ إِنْ تَمْنَعْ أَخَاكَ يَغْضَبْ

9. Edendum da fratri tuo e ventriculo lacertae Lybicae; et si non dabis fratri tuo, irascetur.

Vocabulum عقنقل ventriculum lacertae Lybicae significat, in quo res, quas edit, collectae sunt. Proverbium in consolatione adhibetur. Conf. prov. 19. Versus est metri Sarih. c. l. m. p. 246. Versus autem in Scharaf-Aldini opere sic legitur:

أَطْعِمْ أَخَاكَ مِنْ عَقَاقِيلِ ٱلضَّبْ إِنَّكَ إِنْ لَمْ تُطْعِمْهُ يَغْضَبْ

Proverbium, omissa posteriore parte, sic quoque legitur:

أَطْعِمْ أَخَاكَ مِنْ عَقَنْقَلِ ٱلضَّبْ

Addit Scharaf-Aldinus, istum ventriculum lacertae abiici, ut proverbium in ludibrio (فى الهزء) adhibeatur.

١٠ أَطْرَقَ إِطْرَاقَ ٱلشُّجَاعِ

10. Siluit modo serpentis.

De viro intelligente et in rebus versuto dicitur. Cecinit poeta Almotalammes appellatus:

وَأَطْرَقَ إِطْرَاقَ ٱلشُّجَاعِ وَلَوْ رَأَى مَسَاغًا لِنَابَيْهِ ٱلشُّجَاعُ لَصَمَّمَا

„Et siluit modo serpentis et si locum dentibus suis licitum vidisset serpens, profecto momordisset."

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161. Scharaf-Aldinus et Samachscharius adnotarunt, proverbium de irato adhiberi.

١١ أَطْرِقْ كَرَا إِنَّ ٱلنَّعَامَ فِى ٱلْقُرَى

11. Sile te deprimens, o perdix! nam in pagis struthiocameli sunt.

Sunt, qui dicant, كرا eandem significationem habere, quam كروان; Alchalilus autem, كرا marem avis كروان appellatae esse, contendit. Narravit idem, venatores in venanda ista ave adhibere verba: اطرق كرا انك لن ترى „Sile o perdix, non te videbunt.“ Auditis istis verbis avem corpus ad terram deprimere, ut iniecto panno capi posset. Abu-l'Haitsamus dixit, avem similem esse anati, et per noctem non dormire. Nomen inditum esse a re naturae suae contraria sc. a dormiendo (كرا). De eo proverbio utuntur, qui sine utilitate loquitur, ut ei sermo interdicatur. Verba autem in proverbio „in pagis struthiocameli sunt“ significant: timendum tibi est, ne struthiocameli adveniant, et te pedibus conculcent. Sic Meidanius; at vero Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic explicarunt: Voce كرا marem avis حبارى appellatae significari longum collum habentem. Verba autem proverbii venatorem dicere, ut significet, aves maiores et longiore collo praeditas (sc. struthiocamelos) venando captas et a deserto in pagos transportatas esse. Adhiberi proverbium de superbo, dum nobilior se submiserit. Dixit poeta:

إِذَا رَآنِي كُلُّ بَكْرِيٍّ بَكَا أَطْرَقَ فِي ٱلْبَيْتِ كَإِطْرَاقِ ٱلْكَرَا

»Quando me conspiciunt Becritae omnes, plorant, silent in domo se deprimentes modo perdicis.«

Metrum versus et proverbii **Redjes** est. Conf. l. m. p. **230**.

In Kamusi autem opere legimus, proverbium adhiberi de eo, qui verbis lenibus et blandis decipiatur, ut obrui possit. Djeuharius denique, proverbium adhiberi de homine sui admiratione pleno (للمعجب بنفسه), adnotavit.

١٢ أَطْرِقْ كَرَا يُحْلَبْ لَكَ

12. Sile o perdix; tibi mulgebitur.

In stultum dicitur, quem, ut rem inanem optet, incitas et qui fidem tibi habet.

١٣ طَارَتْ عَصَافِيرُ رَأْسِهِ

13. Avolarunt passeres capitis sui.

De eo dicitur, qui commotus et terrore perculsus est.

١٤ طَيُّورُ فَيُّوءَ

14. Volans rediens.

In eum dicitur, qui celeriter irascitur; sed ab ira celeriter recedit. Non est silentio praetereundum, in Kamuso tam Calcuttensi, quam Turcico طيور فيور legi, ita ut in utraque voce littera ياء signum Teschdidi habeat. Videtur igitur hoc in loquendi modo فيور ob homoioteleuton e voce فيوء ortum aut a radice فار efferbuit derivandum esse. Sed hoc sensui proverbii, quem ipse Kamusi auctor adnotavit, aptum non esset.

١٥ طَامِرُ بْنُ طَامِرٍ

15. Abiens filius abientis.

Abu-Ahmruus dixit: i. e. »longinquus filius longinqui« a verbo طمر abiit ad regionem. De eo dicitur, qui, quamquam genere iguoto ortus est, in homines insilit. conf. Djeuhar.

١٦ طَمِعُوا أَنْ يَنَالُوهُ فَأَصَابُوا سَلَعًا وَقَارًا

16. Eum capere cupierunt, et arborem Salah et Kar assecuti sunt.

Sunt nomina duarum arborum amararum. In eum dicitur, qui desiderii sui particeps haud factus est. In Samachscharii opere legitur: ای شجرتی سمر فهلکوا يضرب

لمن توقع خيرا فاصابه شر ,,i. e. duas arbores venenatas et tum periere. De eo adhibetur, qui bonum exspectans malum adsequitur.

١٧ الطَّعْنُ يُظَأِّرُ

17. Confossio propensum reddit.

Id est. Quod eum hasta confodis efficit, ut timore perculsus ad pacem faciendam paratus sit. Samachscharius et Scharaf-Aldinus dicunt, proverbium de avaro adhiberi, qui metu perculsus dona det. In Djeuharii codice يظاره legitur; id quod Firuzabadius vituperavit. In Kamuso autem legitur: الطعن ظار قوم; id quod idem significat. Conf. Cap. XVII, 1.

١٨ أَطْيَبُ مَضْغَةٍ صَيْحَانِيَّةٌ مُصَلَّبَةٌ

18. Optima res, quae manducatur, est dactylus Medinensis cum medulla commixtus.

Proverbii verba significant, duas res esse convenientes et aptas. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus مصلبة »sole coctus« legitur. Proverbium, quod filiae Alchossi[1]) ibi adscribitur, significare dixerunt, rem bonam esse habendam.

١٩ أَطْعِمْ أَخَاكَ مِنْ كُلْيَةِ ٱلْأَرْنَبِ

19. Edendum da fratri tuo e rene leporis.

In consolatione adhibetur. Frater tuus a te consolandus est. conf. prov. 9.

٢٠ طَعَنَ فُلَانٌ فُلَانًا ٱلْأَتْنَجْلِينَ

20. Adflixit quidam alterum infortunio sermonis

---

1) Hind filia Alchossi ad gentem Jjad, secundum aliorum opinionem ad gentem Ahmalekitarum pertinebat.

Sic in scholiis proverbium explicatum est: اى رماه بداهية من الكلام وهو الثّجلة وهى عظم البطن وسعته قلت ويروى هذا على وجه التثنية والصواب الاثجلين على وجه الجمع مثل الاقورين والفتكرين والبلغين واشباههما والعرب تجمع اسماء الدواهى على هذا الوجه للتاكيد والتهويل والتعظيم „Id est: adflixit eum calamitate sermonis et hoc est الثّجلة, id quod magnitudinem ventris et eius amplitudinem significat. Haec quidem vox modo Dualis effertur; sed rectus est pluralis in enunciando modus, quemadmodum الاقورين, الفتكرين, البلغين etc. dicitur; Arabes enim vocibus, quae infortunium designant, pluralis numerum dederunt, ad vim vocabulorum augendam et metum aliis iniiciendum et amplificandam significationem.“ Conf. Kam. s. ثجل

٢١ طَارَتْ عَصَا بَنِى فُلَانٍ شِقَقًا

21. Avolavit baculus gentis cuiusdam, ut schidia fierent.

Gens in varias regiones dispersa fuit. Dixit poeta e gente Asad:

عِصِىُّ ٱلشَّمْلِ مِنْ أَسَدٍ أَرَاهَا قَدِ ٱنْصَدَعَتْ كَمَا ٱنْصَدَعَ ٱلزُّجَاجُ

„Baculos agminis gentis Asad video diffissos quemadmodum vitrum fractum est.“

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. pag. 204. Proverbii originem in more duorum agasonum camelorum vident, qui, si societate coniuncti sunt et diversis viis incedunt, baculum frangunt, ut singuli singulam baculi partem accipiant. Samachschar.

٢٢ طَرَقَتْهُ أُمُّ ٱللُّهَيْمِ وَأُمُّ قَشْعَمٍ

22. Noctu ad eum venit mater magni infortunii (mors) et mors.

Duo sunt proverbia. ام اللهيم et ام قشعم mortis cognomina sunt. Arabes quoque ad rem magnam designandam deminutivi forma utuntur, id quod in voce اللهيم factum esse videtur. Quid proprie in cognomine vox قشعم significet, vix ausus sim dicere.

٢٣ طَعْنُ ٱللِّسَانِ كَوَخْزِ ٱلسِّنَانِ

23. Confossio linguae levi vulnerationi, quae cuspide fit, similis est.

Quoniam vulneratio, sic legitur in scholiis, quae verbis fit, ad cor penetrat, dum confossio carnem et cutem laedit. Quae autem proverbii explicatio verborum significationi haud apta esse videtur. Conveniret potius cum proverbio, quod Samachscharius adnotavit: طعن اللسان انفذ من طعن السنان »Confossio linguae penetrantior est quam confossio cuspide facta.«

٢٤ طَرَاثِيثُ لَا أَرْطَى لَهَا

24. Fungi, quibus arbores Artha appellatae non sunt.

Nomine طرثوث fungi species significatur, qui sub arboribus ارطى appellatis nasci solent; proverbium igitur virum designat, cui origo non est, ad quam redeat.

٢٥ أَطَاعَ يَدًا بِٱلْقَوْدِ فَهُوَ ذَلُولٌ

25. Obsequens fuit manui in ducendo, et tum commodum iumentum fuit.

Proverbium adhibetur ad significandum virum difficilem, qui obsequens et submissus iam est.

٢٦ طَالِبُ عُذْرٍ كَمُنْتَجِحٍ

26. Qui excusationem petit, ei similis est, qui voti compos est.

Abu-Ahmruus dixit: Quum homines tibi irascuntur, et excusationem tuam admittunt, in eo, quod petiisti, bono successu gaudes.

٢٧ طَلَبَ أَمْرًا وَلَاتَ أَوَانٍ

27. Petiit rem et tempus non erat.

De eo dicitur, qui rem petit, dum petendi tempus iam praeteriit. Dixit poeta:

طَلَبُوا صُلْحَنَا وَلَاتَ أَوَانٍ فَأَجَبْنَا أَنْ لَيْسَ حِينَ بَقَاء

„Pacem petierunt et tempus non erat, et respondimus: non est tempus remanendi in vita."

Ebn-Djinnius dixit, quosdam Arabes post verbum لات genitivi casum ponere, et rei probandae causa hunc versum adduxit.

٢٨ طَارَ طَائِرُ فُلَانٍ

28. Volavit avis cuiusdam.

In levem et inconstantem hominem dicitur. Contrarium sensum habent verba: وقع طايره „Decidit avis eius" Gravis et constans fuit. M e i d. Samachscharius habet طار طايره „Volavit eius avis" et proverbium de fugiente adhiberi dixit.

٢٩ طَحَتْ بِكَ ٱلْبِطْنَةُ

29. Te abripuit ventris impletio.

De eo dicitur, qui ob divitiarum copiam petulans et insolens est. Eundem sensum habent verba: نزت بك البطنة

٣٠ اِطَّلَعَ عَلَيْهِ ذُو ٱلْعَيْنَيْنِ

30. Ei supervenit possessor duorum oculorum.

Id est: homo ei supervenit. Adhibet proverbium is, qui alterum cavere iubet.

٣١ طَمَسَ ٱللّٰهُ كَوْكَبَهُ

31. Delevit Deus eius stellam.

De eo dicitur, cuius splendor et potentia evanuit.

٣٢ طَمَحَ مَرْتَمَهُ

32. Eius nasus elatus est.

Locum dignitatis occupavit, quem occupare non debebat.

٣٣ طَارَ أَنْضَجُهَا

33. Maxime coctus eorum avolavit.

Vir quidam, sic narrant, pullos bubonis ceperat, eosque vivos in cinere extincto, ut assarentur posuerat. Unus eorum fuga evasit; sed vir eum non observavit, antequam volabat. Eum videns proverbii dixit verba. Tum alter prodiit currens, ut unus tantum sub cinere remaneret pipiens. Vir autem dixit: اصى صوبان فالدويرجان انضج منك [1]). Abu-Ahmruus haec esse proverbia dicens, qua in re adhiberentur, non addidit.

٣٤ طَأْطِ بَحْرَكَ

34 Demitte mare tuum!

Commode agas et ne festines! Irato verba dicuntur.

---

1) Verborum sensum non intelligo.

٣٥ أَطْلِقْ يَدَيْكَ يَنْفَعَانِكَ يَا رَجُل

35 Demitte manus tuas, commodo tibi erunt, o vir!

In proverbio vocabulo اطلق coniugationis primae aut quartae forma tribuitur. In codibus B. P. تنفعك, in codice L. تنفعاك legitur. Utrumque ferri potest. Proverbium nos hortatur, ut beneficia, quibus laudem mereamur, in alios conferamus.

٣٦ طَوَيْتُهُ عَلَى غَرِّهِ

36. Complicui eum super rupturam suam.

Vocabulum غر vestigium rupturae in panno significat. Dicitur: اطوه على غره „Complica eum super rupturam suam!" De eo dicitur, in cuius prudentia fiduciam ponimus i. e. Reliqui eum consilium, quod ceperat, non mutans.

٣٧ طَعْمُ ذِكْرِكَ مَعْسُولٌ بِكُلِّ فَمٍ

37. Gustus commemorationis (gloriae) tuae melle conditus in omni ore (sit)!

Bene loquaris et bene agas!

٣٨ طَالَ طِوَلُهُ

38. Longa sit aetas tua!

Vocabulum طول Thoul quoque effertur, nec non طيل duplici ratione Thil et Thijal efferendum legitur. Tum quoque طال طوالة et طال طيالة dicitur. Duplicem sensum verbis inesse putant, aut: longa sit aetas tua aut longa sit absentia tua! Dixit poeta Alkathami appellatus:

انّا مُحَيُّوكَ فَٱسْلَمْ أَيُّهَا ٱلطَّلَلُ وَإِنْ بُلِيتَ وَإِنْ طَالَتْ بِكَ ٱلطِّيَلُ

„Nos tibi salutem dicimus. Salvus sis, o domus vestigium! etsi paene deletum es, et longa est absentia tua.“

Hoc in versu, cuius metrum Basith est (c. l. m. p. 190), vocem طيل pluralis formam esse, putasse videtur poeta, nam cum eo singularem feminini in verbo طالت coniunxit.

٣٩ طَعَنْتَ فِي حَوْصِ أَمْرٍ لَسْتَ مِنْهُ فِي شَيْءٍ

39. Confodisti suturam rei, quae ad te non spectat.

Appono scholion: الحوص الخياطة فى الجلد لا يكون فى غير ذلك قاله ابو الهيثم ومنه حص عين البازى وحص شق كعبك وقال لاطعنن فى حوصهم اى لاخرقن ما خاطوه ولفقوه من الامر والحوص المصدر ويجوز ان يكون بمعنى المحوص كالقول بمعنى المقول والنول بمعنى المنول يضرب لمن تناول من الامر ما ليس له باهل „Vocabulum الحوص suturam in cute significat, non est in alia re. Dixit Abu-l'Haitsamus: inde dicitur: حص عين البازى „Consue oculum falconis“ et حص شق كعبك „Consue fissuram mammae tuae.“ Dixit quidam: لاطعنن فى حوصكم „Profecto confodam suturam vestram i. e. disrumpam rem quam consuerunt et coniunxerunt.“ Vocabulum حوص infinitivus est et fieri potest, ut eandem significationem quam vocabulum محوص consutum habeat, quemadmodum قول significationem vocis مقول et نول significationem vocis منول habet. De viro dicitur, qui rei partem accepit, qua dignus non est.“ Kamusi auctor dixit, vocabulum حوص duplici modo Hauz et Huz efferri posse, nec non legi حوصى. Ibi proverbio sensus tribuitur hic: Aggressus est rem ad ipsum non spectantem. Non est silentio praetermittendum, pro voce امر rei legi in Samachscharii opere امرى viri.

٤٠ طَاعَةُ ٱلنِّسَاءِ نَدَامَةٌ

40. Obsequium, quod mulieribus praestatur, poenitentia est.

Id est: causa poenitentiae. Proverbium viros monet, ne mulieribus obsequium tribuant. Conf. prov. 86.

٤١ طُولُ ٱلتَّنَآئِي مَسْلَاةٌ لِلتَّصَافِي

41. Diuturnitas absentiae mutuae est causa, cur mutuus amor cesset.

Proverbii sensum poeta expressit:

يُسْلِي ٱلْحَبِيبَيْنِ طُولُ ٱلنَّأْيِ بَيْنَهُمَا وَتَلْتَقِي طُرَفٌ أُخْرَى فَتَأْتَلِفُ

فَيُحْدِثُ ٱلْوَاصِلُ ٱلْأَدْنَى مَوَدَّتَهُ وَيَصْرِمُ ٱلْوَاصِلُ ٱلْأَنَأَى فَيَنْصَرِفُ

„Absentiae longum tempus duos amantes separat et aliae res novae conveniunt et coniunguntur. Renovat consors propinquus amorem suum, et consors longe remotus abrumpit (amorem), tum se convertit (ad alium).“

Versuum metrum Basith est. c. l. m. p. 190.

٤٢ طَالَ مَا مُتِّعَ بِٱلْغِنَى

42. Diu divitiis oblectamur.

Proverbio divitiarum laus inest. Legitur quoque امتع. Gens Banu-Ahmir formae quartae eandem significationem, quam formae quintae tribuit.

٤٣ إِطْمَئِنَّ على قَدْرِ أَرْضِكَ

43. Tranquillus sis secundum terrae tuae mensuram.

Simili ratione vulgus dicit: مد رجلك على قدر الكساء „Extende pedem tuum secundum tegumenti tui mensuram.“ Proverbium docet, modum rectum in rebus tenendum esse.

Videre autem licet ex hoc proverbio, quartam verborum quadrilitt. formam modo verborum trilitt., quorum secunda et tertia radicalis eadem est, formari.

٤٤ طَرَافَةٌ يُولَعُ فِيهَا ٱلْقَعْدَدُ

44. Nobilitas longa avorum serie, cui homo ignobilis obtrectare cupit.

Proverbii sensus est: اولع هذا القعدد بالوقيعة فى طرافة هذا الطرف والغض منه „Cupit hic ignobilis obtrectare nobilitati huius nobilis eamque diminuere.“ In eum dicitur proverbium, qui virtutes alius, quarum particeps non est, parvi habet et despicit.

٤٥ طَلَبْتَ عن فِيقَتِهِ ٱلْعَجِىَّ

45. Prohibuisti a lacte in uberibus collecto infantem matre orbatum.

De eo dicitur, qui erga eum, qui auxilio destitutus resistere non potest, iniustus est.

٤٦ اُطْلُبْ تَظْفَرْ

46. Quaere, invenies!

Proverbium hortatur, ut rem a nobis desideratam et optatam cum studio et diligentia quaeramus. Proverbii sensus versibus Abu-l'Aswadi explicatur:

وَمَا طَلَبُ ٱلْمَعِيشَةِ بِٱلتَّمَنِّى وَلٰكِنْ أَلْقِ دَلْوَكَ فِى ٱلدِّلَاءِ

تَجِئْ بِمِلْئِهَا يَوْمًا وَيَوْمًا تَجِىءُ بِحَمْأَةٍ وَقَلِيلِ مَاءِ

„Victus optando non quaeritur; sed urnam tuam inter urnas demitte! modo aquâ plena adscendet, modo coeno impleta et parum aquae habens.“

Versuum metrum Wafir est. c. l. m. p. 204.

٤٧ أُطْلُبْهُ مِنْ حَيْثُ وَلَيْسَ

47. Quaere id ubi (invenitur) et non (invenitur).

Quocunque modo potes, rem quaere!

٤٨ طَرْفُ الفَتَى يُخْبِرُ عَنْ لِسَانِهِ

48. Oculus viri, qualis eius lingua sit, indicat.

Loco verborum عن لسانه legitur: عن ضميره „qualis sit eius animus". Sapiens quidam dixit: لا شاهد على غايب اعدل من طرف على قلب „Nullus testis de absente iustior est, quam oculi testis de corde."

٤٩ طَرِيقٌ يَجِنُّ فِيهِ ٱلْعَوْدُ

49. Via, in qua annosus camelus alacer est.

In scholiis proverbium sic explicatum est: ويروى يحن فيه الى العود فمعنى الاول يجن اى ينشط فيه العود لوضوحه ومعنى الثانى يحتاج فيه الى العود لدروسه والعود اهدى فى مثله من غيره ويجوز أن يكون العود فى معنى الاول يجن لصعوبته يحن فيه الى العود فيكون المعنيان واحدا „Legitur quoque In priore legendi modo يجن significat: alacer in eo est camelus annosus, quum manifesta sit. Sensus posterioris legendi modi est: Necessarius est in eo camelus annosus, quum obliterata sit, nam annosus camelus in tali via melius invenit viam quam iuvencus camelus. Admitti quoque potest in priore legendi modo, annosum camelum esse necessarium, quum via difficilis sit, ut uterque sensus unus idemque sit." Aliter in Samachscharii opere: اى يويسه وعودته من السلامة وبلوغ الوطن فيبعثه ذلك على الحنين ويهيج نزاعه يضرب للشديد المعتاص „Id est: Ad desperationem adducit eum eiusque annosam camelam de incolumitate et adventu et id eum, ut suspiria trahat, commovet et eius

desiderium excitat. De re difficili et intricata adhibetur.“ Sed معتاس lego.

طَأْ مُعْرِضًا حَيْثُ شِئْتَ ٥٠

50. Calca copiam sui concedentem, ubicunque vis.

Id est: Pedem ponas ubicunque vis, et non timeas rem, quae in potestate tua posita est. Vocabulum معرض proprie feram latus nobis obvertentem significat, ut petenti iaculandi copia sit. Hoc in proverbio in viam translatum videtur, quae se nobis quasi ultro offert et facilis incessu est, Djeuharius enim proverbium sic explicavit: Pone pedem ubi vis, et ne relinque rem, nam tu eam perficere potes. De viro dicitur, qui rei quam petit, propinquus est, ut eam facile consequatur.

Forma comparativi.

أَطْوَلُ مِنْ ظِلِّ ٱلرُّمْحِ ٥٢

52. Longior quam umbra lanceae.

Hoc e versu Jasidi ben-Althatsrijjah desumtum esse dicunt:

وَيَوْمٍ كَظِلِّ ٱلرُّمْحِ قَصَّرَ طُولَهُ دَمُ ٱلزِّقِّ عَنَّا وَٱصْطِفَاقُ ٱلْمَزَاهِرِ

„Quot dies erant ut umbra lanceae, cuius longitudinem nobis brevem reddidit sanguis utris (vinum) et motus chordarum in citharis.“

Metrum versus Thawil est. c. l. m. p. 161. Homo,

quum multum longus est, cognominatur ظل النعامة „Umbra struthiocameli"; quum crassus est et foedus, ظل الشيطان „Umbra Satanae", quum vero morbo لقوة appellato laborat, لطيم الشيطان „In facie a Satana percussus."

٥٢ أَطْوَلُ مِنْ طُنُبِ ٱلْخَرْقَاءِ

52. Longior, quam funis stolidae.

Legitur quoque من حبل الخرقاء. Sic dictum est, quoniam stolida nesciens mensuram, funem longum facit. Mentio stolidae, quam hoc in proverbio fecerunt, similis est mentioni stolidae in verbis: إذا طلع السماك ذهبت العكاك وبرد ماء الحمقاء „Quando sidus Simac oritur, vehemens aestus cessat, et aqua stupidae frigida est." Sic dicunt, quoniam stupida aquam frigidam sibi non parat; eius aqua frigida est isto tempore frigido, quamquam ut frigida esset, operam non dedit.

٥٣ أَطْوَلُ مِنَ ٱلصُّبْحِ وَمِنَ ٱلْفَلَقِ

53. Longior quam Aurora; quam lux Aurorae erumpens.

Sic dicitur, quod lux Aurorae longe lateque se diffundit.

٥٤ أَطْوَلُ مِنَ ٱلسُّكَاكِ

54. Longior quam aura coeli.

Vocabulo سكاك aura coeli, quae nubibus occurrit, designatur. Inde dicitur: لا افعل ذلك ولو نزوت في السكاك „Non faciam illud et si in coelum assilire debeam. Conf. prov. 85.

٥٥ أَطْوَلُ ذَمَاءً مِنَ ٱلضَّبِّ

55. Magis durans quoad extremae vitae motum, quam lacerta.

Vocabulo ذماء est significatio motus, qui relinquitur in occiso animali, ut quaedam vitae pars reliqua esse in eo videatur. Narrant autem lacertam mactatam, quum iam per noctis spatium membrorum motus quieverit, mane in ignem iniectam rursus moveri, ut in vitam rediisse videatur. Conf. Djeuh.

٥٦ أَطْوَلُ ذَمَاءً مِنَ ٱلْأَفْعَى

56. Magis durans quoad extremae vitae motum, quam vipera.

Viperae occisae per plures dies motus inesse dicitur.

٥٧ أَطْوَلُ ذَمَاءً مِنَ ٱلْحَيَّةِ

57. Magis durans quoad extremae vitae motum, quam serpens.

Saepius tertia pars corporis a latere caudae serpentis amputatur, et nisi formicae eum attingunt, vivit.

٥٨ أَطْوَلُ ذَمَاءً مِنَ ٱلْخُنْفُسَاءِ

58. Magis durans quoad extremae vitae motum, quam scarabaeus niger.

Hic saepius frangitur, et nihilominus incedit.

٥٩ أَطْوَلُ مِنْ فَرَاسِخِ دَيْرِ كَعْبٍ

59. Longior, quam parasangae Dair-Cahbi.

Utrum Dair-Cahb nomen personae an, quod verisimilius videtur, loci nomen sit, pro certo affirmare non ausus sim. Proverbium e versu poetae originem duxit:

ذَهَبْتَ تَمَادِيًا وَذَهَبْتَ طُولًا كَأَنَّكَ مِنْ فَرَاسِخِ دَيْرِ كَعْبِ

„Abiisti moram trahens et abiisti in longum, quasi tu una e parasangis Dair-Cahbi esses."

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

٦٠ أَطْوَلُ صُحْبَةً مِنَ ٱلْفَرْقَدَيْنِ

60. Magis durans in societate quam stellae duae Alferkadan appellatae.

Stellae istae in coelo semper coniunctae tanquam sociae conspiciuntur. Proverbium ex versu poetae Hedhremii ben-Ahmir derivatum est:

وَكُلُّ أَخٍ مُفَارِقُهُ أَخُوهُ لَعَمْرُ أَبِيكَ إِلَّا ٱلْفَرْقَدَانِ

„A quolibet fratre fater eius separatur, per vitam patris tui! exceptis stellis Alferkedan appellatis."

Conf. doct. Bertheaui libr. p. 2. et cel. Ideleri lib: Unters. über die Sternnamen p. 12. 328. Versus metrum Wafir est. C. l. m. p. 204.

٦١ أَطْوَلُ صُحْبَةً مِنْ ٱبْنَيْ شَمَامِ

61. Magis durans in societate quam duo filii Schamam.

Schamam (et Schimam enunciatur Dj.) nomen montis est, cuius duo colles illud cognomen habent. Sempiterni autem socii sunt. Dixit poeta:

وَكُلُّ أَخٍ مُفَارِقُهُ أَخُوهُ لَعَمْرُ أَبِيكَ إِلَّا ٱبْنَيْ شَمَامِ

„A quolibet fratre frater eius se separat exceptis duobus filiis Schamami."

Versus metrum Wafir est. c. l. m. p. 204.

٦٢ أَطْوَلُ صُحْبَةً مِنْ نَخْلَتَيْ حُلْوَانَ

62. Magis durans in societate quam Hulwani duae palmae.

Hulwan nomen oppidi inter Hamadanum Bagdadumque in Iraca siti est. In colle apud illud oppidum sito duae palmae Persarum tempore plantatae stabant. Mothius ben-Ijas desiderio puellae, quam vendiderat, commotus hosce versus palmarum illarum mentionem faciens cecinit:

أَسْعِدَانِى يَا نَخْلَتَىْ حُلْوَانِ وَٱبْكِيَا لِى مِنْ رَيْبِ هٰذَا ٱلزَّمَانِ

وَٱعْلَمَا أَنَّ رَيْبَهُ لَمْ يَزَلْ يُفَرِّقُ بَيْنَ ٱلْحَيٰوةِ وَٱلْحَيَوَانِ

وَلَعَمْرِى لَوْ ذُقْتُمَا حُرَقَ ٱلْفُرْقَةِ أَبْكَاكُمَا ٱلَّذِى أَبْكَانِى

أَسْعِدَانِى وَأَيْقِنَا أَنَّ نَحْسًا سَوْفَ يَلْقَاكُمَا فَتَفْتَرِقَانِ

كَمْ رَمَتْنِى صُرُوفُ هٰذِى ٱللَّيَالِى بِفِرَاقِ ٱلْأَحْبَابِ وَٱلْخِلَّانِ

غَيْرَ أَنِّى لَمْ تَلْقَ نَفْسِى كَمَا لَاقَيْتُ مِنْ فُرْقَةِ ٱبْنَةِ ٱلدِّهْقَانِ

وَبِرَغْمِى أَصْبَحْتِ لَيْسَ تَرَاهَا ٱلْعَيْنُ مِنِّى وَأَصْبَحَتْ لَا تَرَانِى

„Beate me, o palmae duae Hulwani et plorate pro me ob infortunium huius temporis et scitote, infortunium vitam et animal semper separare! Et per vitam meam! si vos ardorem separationis gustavissetis, vos ad lacrymas id, quod me commovit, commovisset. Beate me et certo cognoscite, infelicitatem vobis occursuram esse, ut separemini! Quoties harum noctium vicissitudines separatione amatorum et amicorum me adflixit, sed ex nulla re tantum dolorem concepi, quantum ex separatione filiae praefecti pagi, nam ob iram meam meus oculus eam iam non videt, et ea me non conspicit."[1])

---

1) Versuum metrum Chafif est. c. l. m. p. 262. seqq.

Ob hos autem versus Almanzurus filio suo Almohdio, ne eas amputaret, interdixit. Alraschidus in itinere suo ad oppidum Rei, quum ipsi aestu adflicto ad sedandum sanguinem palmae medulla opus esset, unius harum medulla usus est. Haec autem erat causa, cur arida fieret. Non multo autem post altera quoque periit. conf. quoq. cl. Uylenbroekii specimen geogr. histor. p. 30. 31. text. p. 39 vers.

٦٣ أَطْيَرُ مِنْ عُقَابٍ

63. Celerius volans quam aquila.

Mane in Iraca est, vespera in Arabia felice.

٦٤ أَطْيَرُ مِنْ حُبَارَى

64. Celerius volans quam avis Hobara.

Avis haec in regione Bazrae capitur, et ingluvies eius granis viridibus impleta est, quae in terris remotissimis collegit.

٦٥ أَطْيَشُ مِنْ فَرَاشَةٍ

65. Levior, inconstantior (inconsiderantior), quam papilio ad candelas accensas advolitans.

Sic dicitur, quod nil curans se in flammam iniicit. conf. C. VII, 107.

٦٦ أَطْيَشُ مِنْ ذُبَابٍ

66. Levior, inconstantior (inconsiderantior) quam musca.

Similis huic proverbio ratio esse videtur, quam praecedenti. Legitur in versu poetae:

وَلَأَنْتَ أَطْيَشُ حِينَ تَعْدُو سَادِرًا

رَعِشَ ٱلْجَنَانِ مِنَ ٱلْقَدُوحِ ٱلْأَقْرَحِ

„Tu profecto levior es, quando curris nil curans tremente corde, quam musca.“

Metrum versus Camil est. c. l. m. p. 212. القدوح الاقرح cognomina sunt, quae muscae dantur. Vocabulum قدوح proprie eum significat, qui ignitabulum percutit, quippe musca modo ignitabulum percutientis unum pedem altero fricat. Vocabulum الاقرح maculis distinctum designat. Muscae autem in capite macula est.

٦٧ أَطْيَشُ مِنْ عَفْرٍ

67. Levior (inconsiderantior) quam porcus (vel daemon).

Ebn-Alahrabius dixit, vocabulum عفر porcum significare; sed et satanam et daemonem significat.

٦٨ أَطْيَبُ نَشْرًا مِنَ ٱلرَّوْضَةِ

68. Fragrantior quam hortus,

٦٩ أَطْيَبُ نَشْرًا مِنَ ٱلصُّوَارِ

69. Pulchrior odore quam muscus.

٧٠ أَطْمَعُ مِنْ قَالِبِ ٱلصَّخْرَةِ

70. Avidior quam lapidem volvens.

Vir e gente Maahdd in terra Jemen lapidem invenit, in quo charactere scripturae Himjariticae scriptum erat: اقلبنى انفعك „Verte me et tibi utilitati ero“ Quum eum vertisset, in altero latere scriptum vidit: رب طمع يهدى الى طبع „Cupido saepe ad dedecus ducit.“ Dolens autem, quod nil sub eo invenisset, caput lapidi impegit, donec cerebrum effunderetur.

٧١ أَطْمَعُ مِنْ أَشْعَبَ

71. Avidior quam Aschahbus.

Aschahbus ben-Djobair, qui Abu-Ahla nec non avidus cognominatus erat (conf. Abulf. Ann. II, p. 632.) cliens Ahbd-Allahi ben-Alsobair et incola urbis Medinae erat. Interrogatus, qualis eius cupiditas fuisset, Abu-Ohbaidahus sic narravit: Venerant ad eum adolescentes ioci causa, erat enim loco deditus, ingeniosus et musicus. Qui quum eum noxa adficerent, ut eos a se removeret, dixit: in domo gentis cuiusdam nuptiae sunt; ad me igitur in istum locum venite, nam vobis maiori commodo erit. Abierunt igitur eum relinquentes. Absentibus adolescentibus dixit: Fortasse quod dixi, verum est. Eos igitur secutus ad istum locum pervenit nil praeter adolescentes inveniens, qui eum noxa adficiebant. Abu-Salimo ben-Ahbd-Allah eum interroganti, qualis ipsius cupiditas esset, respondit: Se, quotiescunque conspexisset homines duos de arca ferali clanculum loquentes, putasse, mortuum ipsi testamento rem legasse, et quem virum manum in manicam immittentem videat, eum se putare, ipsi donum daturum esse. Ebn-Abi-l'Sinado autem, qui eum interrogasset, qualis ipsius cupiditas esset, respondisse dicitur: Non est deducta sponsa ad novum maritum, nisi scopis domum meam verri spe adductus fore, ut errore quodam ad me sponsa deducatur. Quodam die quum ad virum transiret discum sibi conficientem, eum rogavit, ut illi disco oram adderet. Viro interroganti: quare? respondit: Fieri potest, ut in hoc disco ad me res portetur. Virum quendam manducantem per maius quam milliaris spatium secutus est, donec, eum resinam علك appellatam manducare, cognovisset.

٧٢ أَطْمَعُ مِنْ طُفَيْلٍ

72. Avidior quam Thofailus.

Thofail incola Cufae erat aviditate et gulositate notus. Ab eo is, qui non invitatus ad epulum venit, cognomen طفيلى accepit. Conf. C. XXVI, 104.

٧٣ أَطْمَعُ مِنْ فَلْحَسٍ

73. Avidior quam alhasus.
Conf. C. XII, 106.

٧٤ أَطْمَعُ مِنْ قِرِلَّى

74. Avidior quam avis Kirilla.
Conf. C. VII, 136.

٧٥ أَطْمَعُ مِنْ مَقْمُورٍ

75. Avidior, quam is, qui alearum ludo victus est. Cupit enim, ut, quae ludo perdiderit, ad eum redeant.

٧٦ أَطْوَعُ مِنْ ثَوَابٍ

76. Obedientior quam Tsawabus.

Viri huius obedientia in proverbii consuetudinem venit. Cecinit Alachnasus ben-Schehab:

وَكُنْتُ الدَّهْرَ لَسْتُ أُطِيعُ أُنْثَى فَصِرْتُ ٱلْيَوْمَ أَطْوَعَ مِنْ ثَوَابِ

„Nunquam mulieri obediens fui; sed factus sum obedientior quam Tsawabus."

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204. Conf. Kam. v. ثوب

٧٧ أَطْوَعُ مِنْ فَرَسٍ وَمِنْ كَلْبٍ

77. Obedientior quam equus; quam canis.

٧٨ أَطَبُّ مِنَ ٱبْنِ حِذْيَمٍ

78. Melior medicus, quam Ebn-Hidsjamus.

Ebn-Hidsjamus nomen viri erat medicinae scientia clarissimi. Dixit Aus ben-Hadjar:

فَهَلْ لَكُمْ فِى مَا اِلَىَّ فَاِنَّنِى طَبِيبٌ بِمَا أَعْيَى ٱلنَّطَاسِىَّ حِذْيَمَا

„Num vos in me fiduciam ponitis in eo, quod in me confertur, nam ego medicus sum in morbis, quos Hidsjamus Nathasita curare non potest.“

٧٩ أَطْغَى مِنَ ٱلسَّيْلِ وَمِنَ ٱللَّيْلِ

79. Exundantior quam fluctus; quam nox.

Nox hoc in proverbio cum fluctibus omnia tegentibus comparatur. Scharaf-Aldinus من السيل تحت الليل „quam fluctus sub nocte“ habet.

٨٠ أَطْيَرُ مِنْ جَرَادَةَ

80. Magis volans quam locusta.

Scharaf-Aldinus habet من الجراد

٨١ أَطْمَرُ مِنْ بُرْغُوثٍ

81. Magis saliens quam pulex.

Samachscharius اطيش من برغوث „Inconstantior quam pulex“ habet; quia pulex uno eodemque loco non manet (ut mihi videtur). Conf. prov. 65. 66.

٨٢ أَطْوَلُ مِنْ يَوْمِ ٱلْفِرَاقِ وَمِنْ شَهْرِ ٱلصَّوْمِ وَمِنَ ٱلسَّنَةِ ٱلْجَدْبَةِ

82. Longior quam dies separationis; quam mensis ieiunii; quam annus infertilis.

٨٣ أَطْفَلُ مِنْ لَيْلٍ عَلَى نَهَارٍ وَمِنْ شَيْبٍ عَلَى ٱلشَّبَابِ وَمِنْ ذُبَابٍ

83. Magis ingrediens (ita ut nemo id videat) quam nox in diem; quam canities in iuventutem; quam musca.

Scharaf-Aldinus et Samachscharius nec non codex meus على شباب habent. Vocabulo اطفل importunioris quoque significatio tribui potest.

٨٤ أَطْيَبُ مِنَ ٱلْحَيَاةِ وَمِنَ ٱلْمَاءِ عَلَى ٱلظَّمَاءِ

84. Melior quam vita; quam aqua sitientibus.

٨٥ أَطْوَلُ مِنَ ٱلدَّهْرِ وَمِنَ ٱللُّوحِ

85. Longior quam tempus; quam aura coeli.
Conf. prov. 54.

Proverbia recentiora.

---

٨٦ طَاعَةُ ٱللِّسَانِ نَدَامَةٌ

86. Obsequium in linguam est poenitentia.
Id est: est poenitentiae causa. Conf. prev. 40.

٨٧ طَبِيبٌ يُدَاوِى ٱلنَّاسَ وَهُوَ مَرِيض

87. Medicus medicatur hominibus et ipse aegrotus est.

Legitur quoque وهو عليل . Conf. Burckhardt. p. 107.

٨٨ طَرِيقُ ٱلْحَافِى عَلَى أَصْحَابِ ٱلنِّعَالِ وَطَرِيقُ ٱلْأَصْلَعِ عَلَى أَصْحَابِ ٱلْقَلَانِسِ

88. Via nudipedis eis, ineedendum est, qui soleas habent et via calvi eis, qui galeros habent.

٨٩ طَبَّلَ بِسِرِّى

89. Tympani sono secretum meum indicavit.

Divulgavit secretum meum.

٩٠ طُولُ ٱللِّسَانِ يُقَصِّرُ ٱلْأَجَلَ

90. Longitudo linguae vitae spatium breve reddit.

٩١ طَوَاهُ طَىَّ ٱلرِّدَاءِ

91. Complicavit eum, quemadmodum pallium complicatur.

٩٢ طِلَابُ ٱلْعُلَى بِرُكُوبِ ٱلْغُرَرِ

92. Petitio celsitudinis (fit) susceptione rerum praestantissimarum.

Sic quoque auditur: بركوب الخطر „susceptione periculorum."

٩٣ طُعْمَةُ ٱلأَسَدِ تُخْمَةُ ٱلذِّئْبِ

93. Esca leonis est indigestio lupi.

Conf. Burckhardti libr. p. 107.

٩٤ طُولٌ بِلَا طَوْلٍ وَلَا طَائِلٍ

94. Longitudo sine merito et sine utilitate.

٩٥ طَاعَةُ ٱلْوُلَاةِ بَقَاءُ ٱلْعِزِّ

95. Obsequium in praefectos est duramentum potentiae.

٩٦ طُولُ ٱلتَّجَارِبِ زِيَادَةٌ فِي ٱلْعَقْلِ

96. Longitudo experientiarum est augmentum prudentiae.

٩٧ الطَّمَعُ ٱلْكَاذِبُ فَقْرٌ حَاضِرٌ

97. Cupiditas mentiens est paupertas praesens.

Hocce proverbio cupiditas vituperatur. Scharaf-Aldin.

٩٨ اَلطَّمَعُ ٱلْكَاذِبُ يَدُقُّ ٱلرَّقَبَةَ

98. Cupiditas mentiens collum frangit.

Haec verba Chalidus ben-Zafwan dixisse fertur. Vir iste locum altiorem sibi exstruxerat, quem pedibus incedens attingere non poterat et in quo nemini nisi ipsi sedendi locus erat. Hoc in loco ob avaritiam solus edere solebat. Accidit autem, ut Arabs in camelo vehens tempore edendi adveniret et manum sumendi causa extenderet. Eodem momento uter vento commotus camelum terruit, ut aufugeret. Arabis deiecti collum fractum est. Quod videns Chalidus ista verba dixit.

٩٩ الطَّيْرُ بِالطَّيْرِ يُصْطَادُ

99. Aves ad aves venandas adhibentur.

Auditur quoque يصاد

١٠٠ الطُّيُورُ عَلَى أُلَّافِهَا تَقَعُ

100. Aves super familiares suos decidunt.

١٠١ الطَّبْلُ قَدْ تَعَوَّدَ اللَّطَامَ

101. Tympanum ad palmâ percutiendum adsuefactum est.

Legitur quoque اللطم.

١٠٢ أُطْرُحْ نَهْدَكَ وَكُلْ جَهْدَكَ

102. Proiice invasionem et ede diligentiam tuam.

Quod si proverbium recte intelligo, sensus est: omitte invadere hostes (i. e. res remotas et periculosas) et ede quod diligentia tua comparare potes. Sed dubito de vocis نهد significatione.

١٠٣ اطَّلَعَ الْقِرْدُ فِى الْكَنِيفِ فَقَالَ هٰذِهِ الْمِرْآةُ لِهٰذَا الْوَجِيهِ

103. Inspexit simia in latrinam et dixit: hoc est speculum huic spectabili.

In Meidanii codice Berolin. الوجه facies legitur. In codice Berolinensi, in quo proverbia recentiora collecta sunt, hoc proverbium sic adnotatum est: طلع قرد فى مغالية قال ما لهذا الوجه الا هذه المراية

١٠٤ اُطْرَحْ وَٱفْرَحْ

104. Proiice et laetus esto!

١٠٥ طُفَيْلِيٌّ وَمُقْتَرِحٌ

105. Haud invitatus ad epulum veniens et importune postulans.

De eo dicitur, qui rebus ad ipsum spectantibus occupatus non est.

Caput XVII.

Littera Thsa.

ضِئَارٌ قَوْمٍ طَعْنٌ ١

1. Percussio gentem propensam reddit.

In Kamusi opere الطعن ظآر قوم legitur. Samachscharius cum nostro legendi modo consentit, et dicit, proverbium adhiberi de vili, qui nonnisi per despectum et oppressionem ad consensum commoveatur. Verbum ظآر significat propensam reddidit (camelam) in alienum pullum. Hoc in proverbio in homines translatum est, qui percussione i. e. metu ad pacem faciendam propensi redduntur. Idem sensus inest verbis الطعن يظار. Conf. Cap. XVI, 17.

ظَلَّتْ عَلَى فِرَاشِهَا تَكْرِى ٢

2. Interdiu in lecto suo dormitat (femina).

De eo dicitur, qui otiosus est et opus non facit.

٣ أظنّ ماءكم هذا ماء عناق

3. Puto hanc vestram aquam esse aquam amplexus.

Proverbio huic talem fuisse originem narrant. Vir quidam aquam dum hauriebat, in aqua virum in domo sua conspexit, qui uxorem amplectebatur et osculabatur. Arripuit igitur baculum celeriter accurrens. Uxor autem, quae maritum isto modo accurrentem videret, virum istum inter fulcrum tentorii et utensilia abscondidit. Vir adveniens sinistrorsum et dextrorsum se convertens, quem putabat adesse virum, non vidit. Abiit igitur, se errasse putans. Mulier autem ut suspicionem, quam maritum concepisse sciebat, omnino tolleret, eum quid esset, interrogavit. Vir autem rem celabat et ad opus faciendum redibat. Tum quum cameli ad aquam redirent et iterum aqua haurienda esset, uxor dixit. Permittas me pro te aquam haurire, tu enim fatigatus es. Maritus in domum ivit. Uxor autem baculo arrepto, quum maritus non animadverteret, accurrit eumque in capite vulneravit. Maritus, Vaeh tibi! quid tibi est? dixit; et uxor, quid mihi est? respondit, ubinam mulier illa est, quam tu amplexus es? nam ego hisce oculis meis rem vidi, dum ad aquam stabam. Maritus autem, si verum dicis, respondit, haec aqua vestra aqua amplexus est. Quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt, et in astutum adhibentur. Sic Abu-Ahmruus proverbium explicavit. Alius quidam عناق cum vocali Fatha enunciandum legit, et dicit: عناق et عناقة idem significare quod خيبة „frustratio.“ Tum vertendum est proverbium: „Puto aquam hanc vestram esse aquam frustrationis seu infortunii.“

٤ ظمأ قامح خير من ريّ فاضح

4. Sitis multum adfligens melior est, quam satiatio ignominia adficiens.

Chalilus dixit: voces قامح et مقامح vehementem sitim, qua camelus multum adflictus sit, significare, dum alii dicunt, significare sitim, qua adfectus camelus ad aquae receptaculum accedens non bibat. Legitur quoque sic proverbium: ظما فادح خير من رى فاضح »Sitis multum premens melior est, quam satietas ignominia adficiens«; voci enim فادح eadem significatio quae voci مثقل tribuitur. Proverbium contentum animum laudat et paupertatem occultare iubet. Meid. Samachscharius proverbium sic adnotavit: الظما الفادح خير من الرى القامح »Sitis vehemens melior est quam satietas cum fastidio aquae coniuncta«, et legi quoque من الـــرى الفاضح dixit. Vitiosum esse loquendi modum الظما القامح. Monere autem proverbium, ut homo honorem suum conservet, etsi honor cum molestiis coniunctus sit, et opprobrium fugiat, etsi vitam commodam adducat. Scharaf-Aldinus denique habet: الظما القامح خير من الرى الفاضح et eundem proverbii usum, quam Samachscharius adnotavit. Ista autem Samachscharii interpretandi ratio textui Arabico, quem habet, accommodata non esse videtur

٥ اَلظُّلْمُ مَرْتَعُهُ وَخِيمٌ

5. Iniustitiae pratum noxium est.

Iniustitia nobis noxam adfert. Verba proverbii Honaino ben-Cheschram ad gentem Sahd pertinenti adscribuntur, sic enim dixit:

اَلْبَغْىُ يَصْرَعُ اَهْلَهُ وَٱلظُّلْمُ مَرْتَعُهُ وَخِيمُ
وَلَقَدْ يَكُونُ لَكَ ٱلْبَعِيدُ أَخًا وَيَقْطَعُكَ ٱلْحَمِيمُ

»Insolentia cultores suos prosternit, et iniustitiae pratum noxium est; et remotus tibi frater est et propinquus te relinquit.«

Metrum versuum Camil est. c. l. m. p. 214.

Kaisus ben-Sohair Ahbsita proverbio usus est in versu hoc:

وَلٰكِنَّ ٱلْفَتَى حَمَلَ بْنَ بَدْرٍ بَغَى وَٱلْبَغْىُ مَرْتَعُهُ وَخِيمُ

»Sed vir Hamal ben-Badr insolens fuit, et insolentiae pratum noxium est.«

Metrum versus Wafir est. c. l. m. p. 204.*

٦ اَلظُّلْمُ ظُلُمَاتٌ يَوْمَ ٱلْقِيٰمَةِ

6. Iniustitiae die resurrectionis tenebrae sunt.

Proverbium, in quo verborum lusus est, Mohammedi tribuitur.

٧ ظَلَّتِ ٱلْغَنَمُ عَبِيثَةً وَاحِدَةً

7. Oves factae sunt agmen miscellum unum.

Ovium grex occurrens alteri et cum illa mixta proverbiali locutione significat, turbas inter gentem ortas esse, ut perturbarentur. Dicitur quoque ظلت الغنم بكيلة واحدة »Oves factae sunt agmen miscellum unum.« conf. Djeuh.

٨ اَلظِّبَاءَ عَلَى ٱلْبَقَرِ

8. Dorcades contra vaccas.

Proverbium significat, amicitiam et propinquitatem inter duos viros ruptam esse. Tempore ante Mohammedem verba haec uxori dicta inter Arabes divortii vim habebant. Accusativi casum in voce الظباء e verbo اخترت elegi aut اختار elexit omisso pendere statuunt. Voce البقر vaccae mulieres significari dicunt, ut in hisce verbis: جاء يجر بقره »Venit trahens vaccas suas i. e. venit adducens familiam. Meid. At vero Samachscharius, quocum Scharaf-Aldinus consentit, proverbium aliter interpretatus est. Vaccas silvestres, quae uno loco cum dorcadibus simul pascantur significari dixit, et unam partem alteri maxime convenire.

Proverbium autem interdicere, ne quis genti se immisceat, cuius una pars alteri maxime conveniat. Legi quoque: الكلاب على البقرة »canes contra vaccam«, ut sensus sit: Quum canes vaccas silvestres venentur, ita ut una pars alteri conveniat, earum rebus ne te immisceas. Legi denique: الكراب على البقر »Sulcare super vaccis«. Terram nonnisi a bovibus sulcari, ut proverbium doceat, omnem rem per instrumentum ipsi conveniens tractandam esse. In hoc vero tertio legendi modo aut nominativi casus modo, qui a grammaticis ابتداء appellatur, aut accusativi, ut verbum suppleatur, admittere licet. In Kamusi autem opere voci الكراب eadem significatio quam voci الكلاب tributa est. conf. Kam. s. v. كلب.

٩ ظُنُّوا بَنِى ٱلظَّنَّانَاتِ

9. Opinionem adferte, o filii mulierum, quae loquuntur quod nesciunt.

Meidanius dicit, الظنانة feminam esse, quae res, quas nesciat, proferat. Narrant, viri cuiusdam fratrem absentem fuisse, dum reliqui fratres domi essent. Quum ille absens non reverteretur, tempore quo promisisset, unum eorum verba quae postea in proverbium venerint, dixisse. Opiniones igitur adferentium unum dixisse[1]): اظنه لقيه ذو النبالة الكثيرة فقتله »Puto, dominum sagittarum multarum (sc. herinaceum) ei occurrisse et eum occidisse«, alterum dixisse: اظنه لقيه الذى رمحه فى استه فقتله. »Puto, eum occidisse animal, cuius lancea in podice est (sc. murem); tertium vero dixisse: اظنه لقيته جاحمة عينين فاكلته. »Puto ardentibus oculis praeditum animal (leporem aut lupum), eum occurrentem vorasse«; quartum denique dixisse:

1) Vocabulo النبالة sagittarum significatio hoc in loco tribuenda videtur.

اظنه اضطره السيل الى جرثومة فمات من العطش „Puto eum fluctus coegisse, ut ad collem confugeret, ubi siti perierit.“ Proverbium adhibetur de iudicio, quod nonnisi opinione nititur.

١٠ ظَنُّ ٱلرَّجُلِ قِطْعَةٌ مِنْ عَقْلِهِ

10. Opinio viri est pars ingenii (prudentiae) eiusdem.

Alazmäihus dixit: Cauda lumbi vertebra est; uber ventriculi nodus (ابنة) est et opinio viri est pars ingenii (prudentiae) eiusdem. Ohmarus dixit: لا يعيش احد بعقله حتى يعيش بظنه „Non vivit unus per ingenium (prudentiam) suum, donec vivat per opinionem suam.“ Solaimus ben-Ahbd-Almalic dixit: جودة اللسان بلا عقل خدعة وجودة العقل بلا لسان هجنة ولكن بين ذلك. „Praestantia linguae sine ingenio (prudentia) est deceptio et praestantia ingenii (prudentiae) sine lingua est vitium; sed (rectum) est inter illud.“

١١ ظِلُّ سَيَالٍ رِيحُهُ حَرُورٌ

11. Umbra arboris Sajal appellatae, cujus ventus fervidus est.

Ad metrum Sarih referri potest. Sajal arboris nomen est ad genus عضاه appellatum pertinentis, quae rosam pulchri odoris profert. In virum dicitur, in quo nil boni est, quamquam pulchrâ formâ gaudet.

١٢ ظَالِعٌ يَعُودُ كَسِيرًا

12. Claudicans visitat eum, qni fractum pedem habet.

Proverbium significat, virum debilem ipso debiliori opem ferre.

١٣ ظُفْرُهُ يَكِلُّ عَنْ حَكِّ مِثْلِي

13. Ungula eius nimis obtusa est, quam ut similem mei scabat.

Mihi adversatur, sed noxam inferre mihi non potest.

١٤ ظِلَالُ صَيْفٍ مَا لَهَا قِطَارٌ

14. Nubes aestatis, cui guttae non sunt.

In eum dicitur, qui quamquam divitias possidet, in alios beneficus non est. Ad metrum Sarih referri potest.

١٥ ظِئْرٌ رَؤُومٌ خَيْرٌ مِنْ أُمٍّ سَؤُومٍ

15. Nutrix amans melior est, quam mater taedium capiens.

In defectu amoris et curae proverbium adhibetur.

١٦ ظَاهِرُ ٱلْعِتَابِ خَيْرٌ مِنْ بَاطِنِ ٱلْحِقْدِ

16. Manifesta obiurgatio melior est quam clandestinum odium.

Meidanius loquendi modum confert: يبقى الود مع بقى العتاب „Amor manet quamdiu objurgatio manet.“

١٧ ظِلُّ ٱلسُّلْطَانِ سَرِيعُ ٱلزَّوَالِ

17. Umbra regis citius cessat.

١٨ اَلظَّفَرُ بِٱلضَّعِيفِ هَزِيمَةٌ

18. Victoria de debili reportata fuga est.

De eo dicitur, qui debilis habetur.

١٩ ظَنُّ ٱلْعَاقِلِ خَيْرٌ مِنْ يَقِينِ ٱلْجَاهِلِ

19. Opinio intelligentis melior est quam certitudo ignorantis.

Forma comparativi.

٢٠ أَظْلَمُ مِنْ حَيَّةٍ

20. Iniustior, quam serpens.

Sic dicitur, quoniam serpens in alius latibulum intrans, eum depellit. Conf. Cap. XVIII, 221. Sed dicitur quoque: اظلم من حية الوادى »Iniustior, quam serpens vallis« et huiusce proverbii hanc fuisse causam narrant. Serpens frigore, ut non amplius se moveret, adflictus erat. Vir istum misericordia commotus sub vestibus suis calefecerat. Serpens quum vires suas recepisset, virum momordit. Fabulam hanc libri Fakihat-Alcholafa auctor eleganter descripsit. Conf. editionem meam Bonnae 1832. p. ٢٤

٢١ أَظْلَمُ مِنْ أَفْعَى

21. Iniustior quam vipera.

Dicitur انك لتظلمنى ظلم الافعى: Tu iniuriâ me adficis modo viperae. Proverbio huic eadem quae praecedentis ratio est. Dixit poeta:

وَأَنْتَ كَالْأَفْعَى ٱلَّتِى لَا تَحْتَفِرْ ثُمَّ تَجِى سَادِرَةً فَتَنْجَحِرْ

„Tu viperae similis es, quae non fodit; tum non curans venit et in latibulum (alius) intrat.“

Versus metrum Redjes est. c. l. m. p. 230. Ob metrum تجى Tadji enunciandum est.

٢٢ أَظْلَمُ مِنْ وَرَلٍ

22. Iniustior, quam lacerta Waral appellata.

Sic dicitur, quia haec lacertae species, quae tenuiore corpore praedita est, serpentes in spelunca viventes invadit et repente vorat.

٢٣ أَظْلَمُ مِنْ ذِئْبٍ

23. Iniustior quam lupus.

Multa in proverbiis et versibus ab Arabibus lupi iniustitiae mentio facta est. Proverbiali locutione sic dicunt: من استرعى الذيب ظلم „Qui lupum pastorem esse iubet, iniuste agit (erga oves)“ مستودع الذيب اظلم „Qui lupo depositum servandum tradit, multum iniustus est.“ كافاه مكافاة الذئب »Retribuit ei lupi modo.« Ex pluribus, in quibus lupi iniustitia tractata est, versibus, hos addere placet:

وَأَنْتَ كَذِئْبِ ٱلسُّوءِ إِذْ قَالَ مَرَّةً لِعَمْرُوسَةٍ وَٱلذِّئْبُ غَرْثَانُ مُرْمِلُ

أَأَنْتَ ٱلَّذِى مِنْ غَيْرِ جُرْمٍ سَبَبْتَنِى فَقَالَتْ مَتَى ذَا قَالَ ذَا عَامَ أَوَّلُ

فَقَالَتْ وُلِدْتُ ٱلْعَامَ بَلْ رُمْتَ ظُلْمَنَا فَدُونَكَ كُلْنِى لَا هَنَالَكَ مَأْكَلُ

„Et lupo pravo similis es, quum aliquando diceret agno, lupus autem erat famelicus extenuatus: Num tu is es, qui sine crimine mihi conviciatus est? et dixit (agnus), quando hoc? dixit (lupus): anno ante: dixit (agnus): ego hoc anno natus sum; sed tu iniustitiam meam voluisti; cape igitur meque vora, cibus hic non est.“

٢٤ أَظْلَمُ مِنْ تِمْسَاحٍ

24 Iniustior quam crocodilus.

Proverbium hoc in fabula causam habere dicitur. Dicitur quoque: كافانى مكافاة التمساح „Retribuit mihi quemadmodum crocodilus retribuit.“

٢٥ أَظْلَمُ مِنْ الْجُلَنْدَى

25. Iniustior quam Aldjolanda.

Proverbium hoc apud incolas Ohmani in usu est. Putant autem viri huius mentionem factam esse in Corani (Sur. XVIII, 78.) verbis: وكان وراءهم ملك ياخذ كل سفينة غصبا „Et erat post eos rex, qui omnem navem vi capiebat.“ Multi autem putant, unum Aldjolandam tempore Islamismi ripam Persiae invasisse, alterum, qui naves vi cepisset, in mari Aegyptiaco navigasse. Cecinit poeta Alahscha:

وَجُلَنْدَاءَ فِي عُمَانَ مُقِيمًا ثُمَّ قَيْسًا فِي حَضْرَمَوْتَ الْمُنِيفِ

„Et Djolandam in Ohmano stationem habentem, tum Kaisum in Hadhramauto alto.“

Metrum versus Chafif est. c. l. m. p. 262.

In Kamuso الجلنداء scribendum esse nomen legitur, quod Ohmani rex gessisset; sed duplici modo nomen scribi posse, ab aliis adnotatum est.

٢٦ أَظْلَمُ مِنْ فَلْحَسٍ

26. Iniustior quam Falhasus.

Viri huiusce mentio iam facta est. conf. C. XII, 103.

٢٧ أَظْلَمُ مِنْ صَبِيٍّ

27. Iniustior quam puer.

Sic dicitur, quia puer petit, quod consequi nequit. Dicitur اعطاه حكم الصبى „Dedit ei, quod habere voluit.“

٢٨ أَظْلَمُ مِنْ لَيْلٍ

28. Obscurior quam nox.

Vox اظلم a ظلمة obscuritas derivanda est.

٢٩ أَظْلَمُ مِنَ ٱللَّيْلِ

29. Iniustior, quam nox.

Sic dicitur, quia nox fures etc. contra probos tegit et abscondit. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere من ليل legitur.

٣٠ أَظْمَأُ مِنْ حُوتٍ

30. Magis sitiens quam piscis.

Cecinit poeta:

كَٱلْحُوتِ لَا يَرْوِيهِ شَىْءٌ يَلْهَمُهُ يُصْبِحُ ظَمْآنَ وَفِى ٱلْبَحْرِ فَمُهُ

„Sicut piscis, cuius sitim non exstinguit res, quam deglutit; sitibundus est dum eius os in mari est."

Metrum versus Redjes est. c. l. m. p. 230.

Contrario autem sensu dicunt: اروى من الحوت „Magis potu satiatus quam piscis." c. Cap. X, 182.

٣١ أَظْمَأُ مِنْ رَمْلٍ

31. Magis sitiens quam arena.

٣٢ أَظَلُّ مِنْ حَجَرٍ

32. Densiorem umbram faciens quam lapis.

Quoniam prima verbi forma ظل in usu non est, rectius dicendum erat اشد اظلالا.

٣٣ أَظْلَمُ مِنَ ٱلشَّيْبِ

33. Iniustior quam senectus.

Quia homini ante tempus supervenit.

Proverbia recentiora.

---

٣٤ ظَرِيفٌ فِي جَيْبِهِ غُدَدٌ

34. Elegans in cuius sinu scrophulae sunt.

De eo dicitur, qui res tractat, quae eum non decent.

٣٥ ظُلْمُ الأَقَارِبِ أَشَدُّ مَضَضًا مِنْ وَقْعِ السَّيْفِ

35. Iniustitia propinquorum magis adfligit quam gladii ictus.

Caput XVIII.

Littera Ahin.

١ عِنْدَ ٱلصَّبَاحِ يَحْمَدُ ٱلْقَوْمُ ٱلسُّرَى

1. Tempore matutino nocturnum iter laudat gens.

Proverbii huius, quod de viro, qui spe quietis adductus molestias pertulit, adhibetur et hortatur, ut operam in rebus peragendis cum patientia coniungamus, originem a Chalido ben-Alwalid Almofadhdhelus deducit. Qui quum in provincia Aljemamah versaretur, Abu-Becrus ei mandatum in Iracam proficiscendi miserat. Voluit autem per desertum iter facere. Rafihus Thajjita, quem consilium rogaverat, dixit, eum rem non perfecturum esse, nisi secum aquam sumsisset. Emit igitur centum camelos generosos et siti summopere adfectos aqua satiavit. Tum iter ingressus est. Post bidui spatium quum timeret, ne et homines et equi siti adfligerentur, et aqua in camelorum ventribus periret, camelos illos mactandos curavit et aqua inde educta homines et equos satiavit. Nocte quarta Rafihus dixit: Videte,

num lotum magnam conspiciatis? Si eam non videtis, pereundum nobis erit. Conspecta autem arbore Deo gratias egerunt. Chalidus autem Rafihum per desertum ducentem versibus laudavit, quorum postremus est:

عِنْدَ ٱلصَّبَاحِ يَحْمَدُ ٱلْقَوْمُ ٱلسُّرَى وَتَنْجَلِي عَنْهُمْ غَيَابَاتُ ٱلْكَرَى

»Matutino tempore gens iter nocturnum laudat, dum removentur ab iis res, quas propensio in somnum velavit.«

Versus metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Conf. Erpenii prov. C. I, 91. Harir. p. 484.

٢ عِنْدَ جُهَيْنَةَ ٱلْخَبَرُ ٱلْيَقِينُ

2. Apud Djohainahum nuntius certus est.

Heschamus ben-Alcalbi sic narravit: Alachnasus [1]) ben-Cahb e gente Djohainah ob rem quandam quam peregerat, gentem suam relinquere coactus erat. Fugienti Hozainus ben-Ahmru ben-Moahwijjah ben-Cilab occurrit. Hic eum allocutus dixit: »Quisnam tu es? mater tua te orbata sit! Alter iisdem verbis respondit. Multis inter utrumque verbis factis Alachnasus nomen suum indicans dixit: Profer nomen tuum, aut ego cor tuum hac cuspide confodio. Tum Alhozainus nomen suum dixit, quod alii Alhozainus ben-Sobaih Alghathfani fuisse contendunt. Quum uterque videret, alterius in itinere scopum eundem praedandi ac suum esse, inter se foedus pepigerunt ea conditione, ut quemlibet gentis suae, uterque praedaretur. Nihilo minus tamen alter socio fidem non habens occasionem, qua eum obrueret, captabat. Virum obviam venientem quum praedati essent, hic, si praedae partem ipsi reddidissent, se eis praedam indicaturum esse promisit. Indicavit illis vir Lachmitam, quem sub arbore edentem invenerunt. Utrumque ut

---

1) In codice Lugd. الاخنس legitur.

cibi participes essent, ille invitavit. Uterque alterius dolum timens uno eodemque momento ab equo desiliit et ad cibum accessit. Cibum potumque quum sumsissent, accidit, ut ob rem ipsi necessario peragendam Alachnasus in latus secedere cogeretur. Rediens Lachmitam in sanguine se volutantem invenit. Quod videns Alachnasus gladium ducens, alter enim quoque gladium evaginatum tenebat, dixit: Vaeh tibi! Tu virum occidisti, cuius cibum et potum sumseramus. Alter autem: Sede, dixit, nam ut tales res perageremus, exivimus. Aliquo tempore post Alhozainus dixit: Num scis, quid صعلة et صعل sit?[1]) Alter respondit: Nunc est tempus edendi et bibendi. Alhozainus autem silens, donec illum oblitum esse, quid istis verbis significaretur, putaret, interrogavit, num ex avibus hariolandi scientiae gnarus esset, et, quum alter diceret, quid est? iterum interrogavit, quid illa aquila ossifraga significaret? Djohainita autem dixit, ubi eam vides? Alter dixit: Haec est, et se extendit et in coelum caput erexit. Huius momenti occasionem captans Djohainita eius iugulum gladio percussit dicens: Ego sum hariolus et iugulans. Tum omnia utensilia secum auferens ad gentem suam iter direxit. Transiens autem ad duas tribus, ad Kais pertinentes, Meradj (in meo codice مراح Merah est) et Anmar appellatas feminam vidit Alhozainum ben-Sobaih commemorantem. Interroganti, quaenam esset? respondit, se Zahrah Alhozaini uxorem esse. Aldjohainita se eum occidisse, dixit. Illa autem, mentitus es, dixit, nam tui similis talem, qualis ille est, occidere non potest, sed nisi gens absens esset, tu hoc dicere non ausus esses. Tum ad gentem suam rediens hosce dixit versus:

وَكَمْ مِنْ ضَيْغَمٍ وَرْدٍ هَمُوسٍ أَبِى شِبْلَيْنِ مَسْكَنُهُ ٱلْعَرِينُ

---

1) Quid haec verba hoc in loco significent, non video.

وَكَمْ مِنْ فَارِسٍ لَا تَزْدَرِيهِ إِذَا شَخَصَتْ لِمَوْقِعِهِ ٱلْعُيُونُ

عَلَوْتُ بَيَاضَ مَفْرِقِهِ بِعَضْبٍ فَأَضْحَى فِي ٱلْفَلَاةِ لَهُ سُكُونُ

وَأَضْحَتْ عِرْسُهُ وَلَهَا عَلَيْهِ بُعَيْدَ هُدُوءِ لَيْلَتِهَا رَنِينُ

كَصَخْرَةَ إِذْ تُسَايِلُ مِنْ مِرَاحٍ وَأَنْمَارٍ وَعِلْمُهُمَا ظُنُونُ

تُسَايِلُ عَنْ حُصَيْنٍ كُلَّ رَكْبٍ وَعِنْدَ جُهَيْنَةَ ٱلْخَبَرُ ٱلْيَقِينُ

فَمَنْ يَكُ سَايِلًا عَنْهُ فَعِنْدِي لِصَاحِبِهِ ٱلْبَيَانُ ٱلْمُسْتَبِينُ

جُهَيْنَةُ مَعْشَرِي وَهُمُ مُلُوكٌ إِذَا طَلَبُوا ٱلْمَعَالِيَ لَمْ يَهُونُوا

„Quot leonibus fulvis praedam diffringentibus, duorum catulorum patribus, quorum habitacula lustra sunt, et quot equitibus, quos tu non despicis, quum oculi in locum, ubi ceciderunt, directi sunt, album capitis verticem ense acuto diffregi, ut die in deserto quies eis esset. Eorum coniuges autem eiulabant die ob eius mortem, haud quiescentes per noctem vociferantes; ut Zachra quum tribum Merah et Anmar interrogaret, quorum scientia nil nisi opinio erat, de Hozaino interrogans omnes equites, dum genti Djohainah nuntius certus erat. Si quis de eo interrogat, scito, apud me socium eius esse explicationem claram. Djohainah gens mea est, et gentis huius viri reges sunt; quum gloriae loca excelsa petunt, non despiciuntur.“

Versuum metrum Wafir est. c. l. m. p. 204.

Alazmäihus et Ebn-Alahrabius جفينة Djofainah scribendum esse dixerunt reique probandae causa hunc versum citarunt:

تُسَايِلُ عَنْ أَبِيهَا كُلَّ رَكْبٍ وَعِنْدَ جُفَيْنَةَ ٱلْخَبَرُ ٱلْيَقِينُ

„interrogat de patre suo omnes equites, et apud Djofainahum nuntius certus est.“

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204. In Samachscharii opere جفينة legimus et Djofainahum oenopolii dominum fuisse. Apud quem inter duos ebrios rixa orta tertius pacem compositurus ab uno eorum occisus est. Iudex autem dubitans, uter occisor esset, Djofainahum adduci iussit. Alii denique حفينة Hofainah scribunt. Proverbium autem in cognitione rei vera adhibetur.

٣ عَثَرَتْ عَلَى ٱلْغَزْلِ بِأَخَرَةٍ فَلَمْ تَدَعْ بِنَجْدٍ قَرَدَةً

3. Tandem in fila ducere volebat; sed in terra Nedjd lanulam non reliquerat.

Verbum عثر proprie significat offendit ad rem; tum in animum translatum invenit rem subito, subito voluit suscipere. Vocabulum قرد pilorum, lanae, crinium partes, quae deciderunt, significat. Alazmäihus proverbii originem in eo quaerendam esse censet, quod interdum mulier filia trahere omittat, quum lanae aut gossipii deciduas partes colligat. Proverbium significat, nos rem necessariam, quam suo tempore omiserimus, postea peragere velle. Kamusi auctor loco vocis تدع habet تترك; Djeuharius عكرت reversa incidit in rem habet.

٤ عَادَتْ لِعِتْرِهَا لَمِيسُ

4. Ad originem suam Lamisa rediit.

Lamis nomen feminae est. Significat proverbium, hominem ad malam agendi consuetudinem rediisse. Conf. prov. 147.

٥ عَبْدٌ صَرِيخُهُ أَمَةٌ

5. Servus, cui serva opem fert.

Adhibetur proverbium ad significandum, quendam ab homine ipso viliore et infirmiore auxilium petiisse.

٦ عَبْدٌ غَيْرُكَ حُرٌّ مِثْلُكَ

6. Servus alius quam tuae personae liber est aeque ac tu.

De eo dicitur, qui se aliis praestantiorem esse putat, licet in eo nil praestantiae sit. Conf. Cap. XII, 6.

٧ عَبْدٌ وَخُلِّيَ فِي يَدَيْهِ

7. Servus hic est et pabulum viride in eius manibus est.

Proverbium diverse ab auctoribus adnotatum est: 1) خلا planta viridis, recens. 2) خلى (Passivum secundae forma) Plantis viridibus donatus est, plantas virides possedit. Quem autem legendi modum grammaticus Jacobus reiecit. Conf. Djeuh. s. خلى 3) خلا i. e. خلا له امره وملك نفسه propria ipsi fuit res et se ipsum possedit. 4) خول (chuwwila) divitiis donatus est et factus est opum administrator. 5) حلى ornamenta. Duo priora significant, eum pabulo abundare et divitem factum esse; tertium, eum non amplius servum esse; sed dominum factum; quartum, eum, qui antea aliorum opibus occupatus fuisset, iam suas administrare; quintum, eum opum possessione ornatum esse. In initio proverbii هو is vel هذا hic supplendum est. conf. Samachschar. Meidan. De eo dicitur, qui divitiis potitus est, quibus haud dignus est habendus.

٨ عَبْدٌ مَلَكَ عَبْدًا فَأَوْلَاهُ تَبًّا

8. Servus servum possidet et detrimento eum adficiat!

De eo dicitur, qui divitiis, quas possidet, indignus est.

٩ عَبْدٌ أُرْسِلَ فِي سَوْمِهِ

9. Servus qui libere dimissus est, ut arbitrio suo uteretur.

Vocabulum سوم nomen esse dicit scholion a تسويم (quod idem est quam اهمال neglectio) derivatum. Id est dimissus est, ut a te negligeretur et arbitrio suo in opere uteretur. Samachscharius autem voci سوم eandem significationem quam voci ذهاب abitus tribuit. i. e. dimissus est in abitu suo. Hisce autem verbis utuntur contra eum, qui fiduciam et spem in eo positam omnino fallit, non recte et probe in re ipsi commissa agens.

١٠ أَعْطَاهُ بِقُوفِ رَقَبَتِهِ

10. Dedit illud cum crinibus colli sui (et cum lana colli sui).

In proverbio قوف nomen collectivum esse videtur vocis قوفة, quod crinem dependentem in scrobe occipitis significat. Dicitur quoque: نجوت بقوف نفسك „Vix salvus evasisti" et اخذه بقوف رقبته „Totam rem cepit." Eodem modo vocabulis طوف et طاف utuntur. Conf. Alb. Schultens. Meidan. prov. 406. Placet addere proverbii explicationem a Scharaf-Aldino et Samachschario prolatam: Vocibus بقوف رقبته eius (cervicis) cutis vel ut alii contendunt crinis significatur. Aliis autem est res in osse eius ut medulla, aliis pars occipitis antiis opposita. Legitur quoque بصوف et بظوف, quae vox postremam eius partem designat, ut derivetur a radice ظاف pro ظفا, cuius significatio est „secutus fuit." Vox قوف quoque a قف, cui significatio verbi قفا tribuitur, derivari potest. Sensus proverbii est: اعطاه برمته وكليته „dedit eum cum fune trito

et totum“, ut nil retineatur. Alii autem dicunt, sensum esse: Sui potestatem plenam ei concessit, ut cervicem eius teneret. Quod si hunc proverbii sensum admittis, praepositio ب superflua est et suffixum ه in voce اعطاه ad virum referendum est, ut in voce رقبته ad rem. Si prior proverbii sensus tibi magis arridet, pronomina duo ad rem referas, praepositioni ب autem significationem praepositionis مع cum tribuas. Observandum est Scharaf-Aldinum بطوف, ut a radice طاف pro طفا derivetur, habere. Uterque legendi modus reperitur. Hic duplex loquendi modus significat, rem totam nullo pretio accepto datam esse.

١١ أَعْوَرُ عَيْنَكَ وَٱلْحَجَرَ

11. O lusce! (time) oculo tuo et (cave) lapides!

De cautione necessaria adhibetur, luscus enim uno oculo laeso nil videre potest. Sic proverbium explicandum est: يا اعور احفظ عينك واحذر الحجر

١٢ عِنْدَهُ مِنَ ٱلْمَالِ عَايِرَةُ عَيْنٍ

12. Apud eum divitiae sunt oculum obcaecantes.

Hoc in proverbio participium primae coniugationis significationem secundae obcaecans habere dicitur. Sensus autem proverbii talis est: tantae autem sunt divitiae, ut ob magnam multitudinem, qua oculum impleant, paene obcaecent. Abu-Hatimus autem verbo عار abeundi significationem tribuit, ut proverbii sensus sit: tantae autem eius sunt divitiae, ut oculus intuitu obstupefactus abeat. Alferäus denique dixit, proverbium triplici modo enuntiari: عايرة عين, عايرة عينين et عيرة عينين, et proverbii originem explicavit dicens: Quum pecorum numerus (mille) perfectus est, camelo oculum eruere solent, ne perfecto rerum statu calamitas adducatur. Opibus autem obcaecatio adscribitur, quia

in perfecto numero causa est. Conf. Kam. et Dj. s. v. عور
Loco vocis عنده in Kam. عليه legitur.

١٣ عينٌ عَرَفَتْ فَذَرَفَتْ

13. Oculus cognovit et tum lacrymas effudit.

De eo diciur, qui rem videns veram conditionem cognovit. Meid. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de viro, qui malum cognoverit et tristitia adfectus sit.

١٤ أَعْيَيْتِنِى بِأُشُرٍ فَكَيْفَ بِدُرْدُرٍ

14. Fatigasti me dentibus acutis et quomodo dentibus excisis?

Proverbii huius originem talem fuisse tradunt. Viro cuidam uxor exosa erat, dum ea ipsum amabat. Quum uxor puerum peperisset, maritus loco, ubi dentes nascuntur, oscula infanti dedit dicens: فديت دردرك „Redimam locum, ubi dentes tui nascuntur.“ Mulier, ut mariti amorem sibi compararet, dentes sibi in ore fregit. Quod quum vir vidisset, ista verba, quae in proverbii consuetudinem venerunt, dixit indicaturus, uxorem sibi hoc vitio addito exosiorem factam esse. Abu-Saidus autem dixit, proverbii sensum esse: tu adolescentula, quum dentes tui acuti essent, admonitionem meam non admisisti; quomodo (eam admittes) aetate provecta? Vocabulum دردر locum significat in ore, ubi dentes nascuntur, antequam prodierunt aut postquam deciderunt, ut locus dentibus destitutus sit. conf. Kamus. et Djeuh

١٥ أَعْيَيْتِنِى مِنْ شُبَّ إِلَى دُبَّ وَمِنْ شُبٍّ إِلَى دُبٍّ

15. Fatigasti me inde a tempore adolescentiae usque ad senectutem.

Proverbium de homine exoso adhibetur. Vocibus شب et دب aut forma verbi passivi tribuitur aut casus genitivi

cum nunnatione. Id est: a tempore, ubi adolescens eras, usque ad tempus, quo scipione utebaris in incedendo, male semper agebas, ut spes non sit fore, ut te corrigas. Vocem شب a شُبَّ adolescens fuit, derivari non posse dicunt, quum verbo passivi forma tribui non possit. Derivandum esse a شب, cui eadem significatio sit, quam verbo اظهر „effecit ut appareret“, ut sensus sit: tempore quo apparuit i e. natus est. Tum verbo similem rationem, quam nomini habitam esse coniuncta praepositione من. Verbo autem دب, cui nunquam transitivi significatio conveniat, passivi vocales datas esse ob coniunctionem cum verbo شب. Caeterum voces شب et دب in prima syllaba vocali Fata adficere licet, ut nomina actionis aut verba activa sint. Legitur quoque sic proverbium: من لدن شبّ الى دبّ In Samachscharii libro اعيا fatigavit reperitur.

١٦ عَلَيْهِ مِنَ ٱللّٰهِ لِسَانٌ صَالِحَةٌ

16. Super eo a Deo lingua proba.

De eo dicitur, qui laude ornatur.

١٧ عَضَّ على شِبْدِعِهِ

17. Momordit super scorpionem suum.

In eum dicitur, qui de rebus ipsum non spectantibus non loquitur. Meid. Lingua hominis cum scorpione comparatur. Dicitur: سرت الينا شبادعهم „Noctu ad nos eorum scorpiones venerunt“, et vituperationes et calumniae intelligendae sunt. Samachscharius dixit, proverbium de homine mansueto, intelligente (حليم) adhiberi.

١٨ على يَدَىَّ دَارَ ٱلْحَدِيثُ

18. Per manus meas narratio circumivit.

De eo dicitur, qui rei gnarus est. Djabiro ben-Ahbd-Allah Alanzari proverbium hoc tribuitur. Eo usum esse dicunt in traditione المتعة dicta.

عَلَى يَدَيْ عَدْلٍ ١٩

19. Per manus Ahdli.

Ebn-Alsiccitus dixit: Vir Ahdlus ben-Djos ben-Sahd Alahschirah appellatus satellitibus regis Jemanensis Tobbah praeerat. Rex eum, quem occidere volebat, huic viro tradebat, ut postea homines de omni re, cuius conservandae spes non esset, ista verba dicerent. Kamusi auctor Djeuhariusque proverbium sic adnotarunt: وضع على يدى عدل „Manibus Ahdhi traditus est.“

أَعْطَى مِنْ ظَهْرِ يَدٍ ٢٠

20. Dedit a tergo manus.

Id est: Primus dedit neque vendendo neque retribuendo. Alazmäihus dixit: اعطيته مالا عن ظهر يد „Opes ei muneri dedi.“ Meidanius autem loquendi modum a t e r g o m a n u s sic interpretatus est: Res, quæ in interiore manus latere est, ab homine retineri potest, quæ autem super exteriore manus latere seu tergo manus est, eam tenere non potest, ut eam capiat, qui vult. Proverbium in eum dicitur, cujus bonum aut beneficia sine molestia accipiuntur.

عِيٌّ أَبْأَسُ مِنْ شَلَلٍ ٢١

21. Difficultas linguae miserior est, quam ariditas manus.

Huiusce proverbii originem talem fuisse narrant. Duo viri, quorum unus lingua impeditus erat, sed dives, alter manum aridum habebat, sed pauper erat, mulierem in matrimonium petebant. Nupsit aridam manum habenti ista verba dicens.

٢٢ عَرَكْتُ ذٰلِكَ بِجَنْبِى

22. Id latere meo fricui!

Patienter illud tuli et occultavi. Dixit Mohammedes ben-Abi-Sadjdjad:

اِذَا أَنْتَ لَمْ تَعْرُكْ بِجَنْبِكَ بَعْضَ مَا أَتَاكَ مِنَ ٱلْأَدْنَى رَمَاكَ ٱلْأَبَاعِدُ

»Quod si partem eius, quod tibi a propinquo infertur, latere tuo non fricas, longe remoti te petent.«

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

٢٣ عَرَفَ بَطْنِى بَطْنَ تُرْبَةَ

23. Cognovit venter meus ventrem Torbae.

Vir quidam, qui per temporis spatium absens fuerat, in terram suam rediens ventrem suum isti terrae imposuit, proverbii verba dicens. Vocabulum تربة Torbah regionis nomen est, quae genti Kais erat. In re usurpatur, quam, postquam eius desiderio adfecti eramus, assecuti sumus.

٢٤ عُيِّرَ بُجَيْرٌ بُجَرَهُ

24. Magnâ umbilici herniâ laborans umbilici nodos vituperavit.

Sic proverbium in scholiis explicatum est: Vocabulum بجر pluralis vocabuli بجرة est, quo protuberantia umbilici significatur. Vox بجير deminutivi forma, quae amplificandae significationi interdum inservit, a voce أبجر hernia laborans derivanda est. Sed aliis in proverbio بجرة et بجير nomina propria sunt. Legitur quoque بجرة cum vocali Fathae litterae با. Proverbii sensus est: Unus alterum ob vitium, quo ipse vel etiam maiore laborat, vituperat conditionis suae rationem non habens. Verbum autem عير Meidanio idem est quam كفر in fugam coniecit. Dicitur عار الفرس »Fugit equus,« quasi vitiorum alicuius mentionem faciens

ab eo homines depellat. In proverbio autem alterum verbi obiectum, tanquam cognitum, omissum est. Observandum est, in codice Samachscharii verba: نسى بجير خبره »Oblitus est Bodjairus conditionis suae« statim post proverbium rubro colore distincta legi, ut proverbii pars esse videantur; at vero in Meidanii codicibus ita in scholiis scripta sunt, ut explicandi proverbii gratia addita videantur. Alasharius grammaticus Bodjair et Bodjarah duorum fratrum antiquo tempore viventium nomina fuisse contendit.

٢٥ عَلَى أُخْتِكَ تَطْرُدِينَ

25. In sorore tua vehens te persequitur.

Equum, qui fugerat, in sorore huius equi vehens persequebatur. In virum dicitur, qui scientia et ingenio, vel ignorantia et stupiditate sibi pari occurrit. conf. C. I, 13; XXV, 25.

٢٦ عَرَفَتْنِي نَسَأَهَا ٱللّٰهُ تَعَالَى

26. Cognovit me (equa); Deus ei vitam proroget!

Proverbii originem talem fuisse legimus. Viro cuidam equus ereptus erat. Aliquo tempore post quum equum videret, is vocem audiens et dominum cognoscens alteri obedire noluit. Sic Alazmäihus proverbium interpretatus est. Alii autem dicunt, proverbium Baihaso cognominato Naahmah adscribendum esse. Cognomen ob longa crura eum accepisse. Hamsahus cognominis causam in magna surditate vidit. Conf. C. IV, 1 adnot. Nocte quadam perobscura quum ad uxorem subito veniret et illa نعامة diceret, Baihasus ista verba dixisse fertur. Alii dicunt, gentem incursionem hostilem fecisse. Mane autem mulierem dixisse viro ex incurrentium numero: خالاتك يا عماه »Materterae tuae, o patrue! et virum ista proverbii verba admirantem protulisse. Sunt, qui hoc in proverbio verbo

نساها eandem significationem, quam verbo قواها »robustam eam reddat« tribuant. Samachschar.

٢٧ أَعْجَبَ حَيًّا نَعَمُهُ

27. Pecora Hajjum admiratione adfecerunt.

Ad virum Hajjum alius quidam rogatum venerat. A quo quum nil accepisset et ista de re questus esset, hoc responsum tulit: Pecora sua iste vir amat et hanc ob causam nil tibi dedit. De avaritia adhibetur. Scharaf-Aldin. Samachschar.

٢٨ العَاشِيَةُ تُهَيِّجُ الآبِيَةَ

28. Pabulum vespertinum sumens (camela) instigat nolentem (camelam).

In Djeuharii opere تَهِيجُ legitur. Almofadhdhelus retulit: Alsolaicus ben-Alsolacah (conf. C. XV. 13.), cuius nomen erat Alharits ben-Ahmru ben-Said Menat ben-Tamim, cognominatus quoque سليك المقانب »Solaicus agminum“ homo callidissimus et bonus poeta, regionum optime gnarus et celeriter currens, ut equus eum assequi non posset, cum sociis quibusdam praedatum exierat. Ad Schaibanitarum gentem vespera nebulosa et pluviosa transiens domum magnam conspexit a caeteris remotam, quae Jasidi ben-Rowaim Schaibanitae erat. Dixit tum sociis: Hoc loco consistite, ut ad illam domum accedam et fortasse bono potiar. Intravit a posteriore domus latere nemine vidente, quum nox obscura esset. Audivit ibi dominum, qui filium camelos eodem momento a prato reducentem compellabat, dicentem: هلا كنت عشيتها ساعة من الليل »Cur non potius per noctis horam eis pabulum vespertinum praebuisti?« et quum filius: انها ابت العشاء »Ii pabulum vespertinum nolebant«, responderet, verba protulit, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt.« Tum camelorum do-

minus vestem excutiens camelos in pratum repulit. Ibi consedit faciem ob frigus veste tegens. Solaicus autem virum a domo abeuntem secutus, gladii ictu occidit et camelos ad socios abegit. Proverbium significat, unum, qui alterum opus facientem videat, ad idem faciendum instigari. Scharaf-Aldin. Samachsch.

٢٩ عَوْدٌ يُقَلَّحُ

29. Camelus annosus, cuius in dentibus flavedo tollitur.

In annosum dicitur, qui exercetur et condocetur. Quod facere in annoso difficile et inconveniens est. Conf. Kam. et Dj. s. قلح

٣٠ عَوْدٌ يُعَلَّمُ ٱلْعَنْجَ

30. Camelus annosus docetur exercitium.

Vocabulo العنج exercitium in camelis adhibitum significatur. In eo consistit, quod vehens habenam retrahit, ut in pedes posteriores repellatur. Proverbii sensus antecedenti similis est, nam istud عنج appellatum exercitium nonnisi in iuvencis adhiberi debet.

٣١ عَرَضَ عَلَىَّ ٱلْأَمْرَ سَوْمَ عَالَّةٍ

31. Obtulit mihi rem modo, quo camelis iterum bibentibus potus offertur.

Id est: Ita rem mihi obtulit, ut me non urgeret, sed potius exspectare videretur, me eam non accepturum esse. In Kamu i opere legitur: عرض على سوم عالة et verbo vocales passivi datae sunt. Alazmäihus dixit, camelis iterum bibentibus non instanter potum offerri et inde in homines translatum esse. Quum verbo عرض significatio verbi كلف »imposuit« insit, nomen actionis سوم cum eo coniunxit,

quasi dicens: هرض على الامر فسامنى ما يسام من الابل التى علت بعد النهل »Obtulit mihi rem, et tum mihi imperavit id, quod postulatur a camelis, qui iterum bibunt, postquam priorem potum sumserunt«. Legitur quoque سامنى الامر سوم عالة, cui idem sensus est.

٣٢ أَعْطَانِى ٱللَّفَاءَ غَيْرَ ٱلْوَفَاءِ

32. Dedit mihi rem vilem et non rem completam.

In eum dicitur, qui iniuste agens alteri de iure aliquid detrahit.

٣٣ عَرَفَ حُمَيْقٌ جَمَلَهُ

33. Multum stupidus camelum suum cognovit.

Id est: Stupidus, etsi prudentia caret, tamen quid camelus valeat, scit. Legitur quoque sic proverbium: عرف جمله حميقا »Stupidum camelus ipsius cognovit: i. e. ob eius stupiditatem, quam camelus cognovit, audax in dominum est. Forma deminutivi amplificandae significationi inservit. Proverbium in nimia cum hominibus consuetudine adhibetur. Alii putant proverbium de eo adhiberi, qui homini, quem debilem esse putet, iniuriam et noxam inferre cupiat. Conf. Meidan. et Kam. At vero Samachscharius, qui عرف حميقا جمله habet, Homaik viri nomen fuisse dicit, cuius camelus in eum impetum fecerit. Proverbium autem de viro adhiberi, qui ob consuetudinem rem parvi habeat.

٣٤ عَجَبًا تُحَدِّثُ أَيُّهَا ٱلْعَوْدُ

34. Rem miram narras, o annose!

Accusativus عجبا modo, quem Arabum grammatici مصدر appellant, positus est, ac si dictum esset: تحدث حديثا عجبا »Narras narrationem miram« In eum dicitur, qui aetate provectus mentitur. Ad metrum Camil referri potest. c. p. 214.

٣٥ أَعْـدَيْتَنِى فَمَنْ أَعْدَاكَ

35. Tu me infecisti, quis autem te infecit?

Fur virum in camelo vehentem et secum opes ducentem secutus erat. Fure oscitante camelus quoque oscitavit et ista re infectus quum eques quoque oscitaret, ista verba dicens furis praesentiam sensit et ad cursum camelum adegit. Samachscharius proverbium sic adnotavit: اعـدیتنی فمـن تری اعداك „Tu me infecisti, et quemnam vides, qui te infecit?" Proverbium, malum contagio inficere, significat. Dicitur quoque: اعدى من الثوباء „Magis inficiens quam oscitatio." Conf. XVIII, 222.

٣٦ العُنُوقُ بَعْدَ ٱلنُّوقِ

36. Capellae post camelas.

In eum dicitur, cuius pulcher status deterior evasit. I. e. Possidebas camelos et nunc capellas possides. Conf. Kam. s. عنق.

٣٧ العَيْرُ أَوْقَى لِدَمِهِ

37. Onager sanguinem suum magis custodit.

De eo dicitur, qui multum cavet, onager enim quam maxime cautus est. Proverbium hoc mulieri Sarka Aljemamah (conf. C. II, 145.) appellatae adscribitur. Viderat e longinquo hostes advenientes, quorum quilibet ramo se tegebat, ut sylva accedere videretur. Cuius de re certiores facti socii quum eius verbis fidem non haberent, et ipsa fugientem onagrum eodem tempore conspexisset, dixit: العير اوقى لدمه من راع فى غنمه „Onager sanguinem suum magis custodit, quam pastor in grege sua." Simili ratione dicitur: المجنون اعرف بشان نفسه من العاقل بشون الناس

„Insanus suam ipsius rem melius noscit quam intelligens hominum res.“ Cecinit poeta:

وَكُلُّ آمْرِءٍ فِي عَيْشِهِ ثَاقِبُ ٱلْعَقْلِ

„Quilibet vir in rebus vitae suae penetrante ingenio est.“
Hemistichium metri Thawil est. Conf. l. m. pag. 161. Scharaf-Aldin.

٣٨ عَيْرٌ بِعَيْرٍ وَزِيَادَةُ عَشَرَةٍ

38. Princeps pro principe et augmentum decem (Drachmarum).

Abu-Ohbaidahus (noster codex Abu-Ohbaidus) dixit, proverbium hoc Syriae incolis proprium, in aliis regionibus inusitatum fuisse. Quoties Chalifa (princeps) mortuus esset, in locum mortui succedens stipendio decem (drachmas) addebat. Rem praesentem bonam esse, ut homines ea contenti sint et praeteritam oblivioni tradant, proverbium docet. Samachschar. Huic simillimum est: ان ذهب عير فعير في الرباط „Si abit onager; at onager alter in vinculis.“ conf. doct. Bertheaui libr. p. 19. text.

٣٩ عَيْرٌ عَارَهُ وَتِدُهُ

39. Asinus quem abstulit (perdidit) paxillus suus

Proverbii originem talem fuisse narrant. Vir quidam misericordia ductus asinum suum ad paxillum adligaverat. Quum autem ferae irruerent et a paxillo retentus aufugere non posset, haec viri cura interitus causa erat. Proverbium docet, periculum in loco, ubi securi sumus, oriri posse. Samachschar. Conf. Cap. XXII, 199.

٤٠ عَيْرٌ رَكَضَتْهُ أُمُّهُ

40. Asinus, quem mater sua ad cursum adegit.

Loco vocis ركضته legitur ركلته „pede percussit et ad

cursum eum adegit.“ De eo dicitur, quem adiutor iniuria adfecit.

٤١ عُيَيْرٌ وَحْدَهُ

41. Asinus parvus solus.

Verba de eo adhibentur, qui hominibus se non miscet. Alii dicunt, proverbium significare, virum nonnisi suum consilium sequi. Eodem modo dicitur: جحيش وحده „Asini pullus parvus solus“ Proverbia vituperando inserviunt. Conf. Kam. Dicitur quoque جحيش نفسه.

٤٢ عِنْدَ ٱلنِّطَاحِ يُغْلَبُ ٱلْكَبْشُ ٱلْأَجَمُّ

42. In feriendo aries cornibus carens vincitur.

Dicitur quoque: التيس الاجم „hircus cornibus carens.“ In eum adhibetur, qui ab adversario victus est rebus, quas contra eum comparaverat. Meid. Proverbium hortatur, ut ante infortunii adventum nos contra id armemus. Samachschar. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. c. p. 231.

٤٣ عَنْزٌ بِهَا كُلُّ دَاءٍ

43. Caprae omni morbo adfectae.

In eum quadrat, qui multis vitiis laborat. Capris nonaginta novem morbos esse Arabes dicunt, pravum pastorem centesimum habendum esse morbum.

٤٤ عِيثِى جَعَارِ

44. Damnum infer, o hyaena!

Proverbium de perditore adhibetur. Samachschar. Abu-Ahmruus grammaticus adnotavit, hyaenae in oves irrumpenti dici:

أفرعت في قراري ، كأنما ضراري ، أردت يا جعار

„Sanguinem effudisti in ovibus meis quasi damnum meum, o hyaena! intendens.“ [1])

Dixit poeta:

فقلت لها عيثي جعار وأبشري بلحم امرئ لم يشهد اليوم ناصره

„Et ei dixi, damnum infer, o hyaena! et delectare carne viri, cuius adiutor hodie non aderat.“ [2])

Ahbd-Allahus ben-Alsobair de morte fratris sui Mozihb appellati certior factus, quum audivisset, neminem ex eius adiutoribus adfuisse, istum versum recitavit. Kamusi auctor huic proverbio eundem sensum quam proverbio تيسى جعار (conf. Cap. III, 93.) tribuit.

٤٥ عرض عليه خصلتي الضبع

45. Obtulit ei duas hyaenae res.

Duas ei res, in quarum nulla utilitas erat, eligendas proposuit. Fabulam sequentem Arabes narrant: Quum hyaena venando vulpem cepisset, vulpes hyaenam rogavit, ut ipsi favorem faceret. Respondit hyaena: Eligere potes, utrum te vorem an occidam. Conf. C. XXII, 236.

٤٦ على أهلها تجنى براقش

46. Contra gentem suam Barakischa iniuste agit (crimen committit).

Barakisch canis Arabum genti erat. Ista gens quum fugam cepisset ab hostibus irruentibus, canis balatus in causa erat, ut hostes locum gentis cognoscerent et eam delerent. Iunusus ben-Habib retulit, Abu-Ahmruum ben-Alahla dixisse: Barakisch nomen uxoris regis cuiusdam fuisse.

---

1) Ad metrum Monsarih pertinent. c. l. m. p. 256.

2) Metrum versus Thawil est. c. l. m. p. 116.

Qui rex[1]) quum iter suscepisset, eum uxorem suo loco reliquisse regnantem. Fuisse autem locum, in quo si fumum fecissent, hoc militibus conveniendi signum esset. Nocte quadam reginae puellas ludentes fumum igne accenso excitavisse, ut milites convenirent et reginae a consiliariis consilium datum esse, milites ad opus adhibendi, ne illi, si postea fumum viderent, hoc ioci causa factum esse putarent. Regem autem de re certiorem factum ista dixisse verba. Rem Alscharkijjus ben-Alkathami aliter narravit: Barakisch nomen uxoris Lokmani Ahditae erat. Lokmanus e gente Banu-Dhad oriundus erat, quae camelorum carne non vescebatur. Filius ex uxore Barakisch genitus ad matris gentem perveniens cibo excipiebatur. Rediens mactati cameli os reportavit, cuius gustatum quum optimum invenisset Lokmanus, filium, quid esset, interrogavit. Filius respondit: Cameli os, quem avunculi mei mactarunt. Lokmanus autem dixit: Cameli carnes bonae sunt, quemadmodum video. Ista verba uxor Barakisch audiens dixit: جملنا واجتمل „Cameli carnes edendas nobis da, et tu ipse cameli carnes ede!"[2]) quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Quum autem hisce verbis commotus Lokmanus Barakischi gentisque eius camelos carnis vescendae causa trucidaret, et cognati Lokmani eius exemplum imitarentur, verba illa dicebantur, quibus significatur, hominem opus fecisse sibi noxium. Cecinit Hamsahus ben-Bidh:

لَمْ يَكُنْ عَنْ جِنَايَةٍ لَحِقَتْنِى   لَا يَسَارِى وَلَا يَمِينِى جَنَتْنِى

بَلْ جَنَاهَا أَخٌ عَلَىَّ كَرِيمٌ   وَعَلَى أَهْلِهَا بَرَاقِشُ تَجْنِى

„Non propter crimen, quod commiseram, ista calamitas me adflixit, neque sinistra neque dextera manus in me iniusta erat; sed frater generosus id contra me commisit, et contra gentem suam Barakischa crimen commisit."

---

1) Kamusi auctor, istum regem Lokmanum Ahditam fuisse adnotavit.

2) In scholiis verbum جمل a جميل omentum liquefactum derivandum esse dicitur. c. Cap. V, 59.

۴۷ عَجِلَتِ ٱلْكَلْبَةُ أَنْ تَلِدَ ذَا عَيْنَيْنِ

47. Canis festinat, ut fetum duobus oculis praeditum pariat.

Canis fetum celerrime enititur, quae causa esse dicitur, cur fetus oculi clausi sint. Proverbium igitur de viro nimium festinante, ut opus non bene perficiat, adhibetur. In Samachscharii opere عجلت ما عجلت الكلبة etc. »Festinat modo quo festinat canis« etc. legitur.

۴۸ عَلِقَتْ مَعَالِقَهَا وَصَرَّ ٱلْجُنْدُبُ

48. Adhaeret (situla) loco, ubi adhaerere debet, et strident locustae.

Proverbii sensus est: Res necessario peragenda est; sed debilis gentis timore perculsus est. Meid. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de re bene firmata et instituta في استحكام الامر وانبرامه. Proverbii originem talem fuisse narrant: Vir quidam ad puteum accedens situlam suam ad putei situlam adhaeserat. Tum ad putei dominum tendens se eius vicinum esse dixit. Ille, quam ob rem? interrogans, quum alter, se situlam suam ad putei situlam adhaesisse, diceret, vicinitatem non agnovit et alterum abire iussit. Alter autem se abire non posse ob summum aestum significaturus verbis istis usus est. Conf. Djeuh. s. علق et Samachsch. Ebn-Alahrabius dixit: Vir quidam mulierem comam demissam quae habebat, perfecto corpore praeditam in matrimonium petierat. Matrimonio contracto ad eum mulier parva et deformis deducebatur. Quam quum conspiceret, dixit, se aliam in matrimonium petiisse. At uxor proverbii verbis utebatur significatura, rem peractam mutari non posse. Quod ad vocem معالق attinet, eam pluralem esse aut a voce معلق „locus ubi appensum est« aut a معتلق »locus ubi quid appenditur« derivari posse putant. Littera ت feminini signum in verbo علقت aut

ad دلو situlam aut ad ارشية »funes« referri potest, ut sensus sit: تعلقت الارشية بمواضع تعلقها » Appensi sunt funes in locis, ubi appenduntur.« Proverbio metrum Camil est. p.212.

٤٩ عِنْدَ ٱللّٰهِ لَحْمُ حُبَارَيَاتٍ وَعِنْدَ ٱللّٰهِ لَحْمُ قَطًا سِمَانٍ

49. Apud Deum sunt carnes otidum et apud Deum sunt carnes avium pinguium Katha appellatarum.

Duo proverbia esse videntur, quae in re adhibentur, quam optamus, sed assequi non possumus.

٥٠ اَلْعُقُوقُ ثُكْلُ مَنْ لَمْ يَثْكَلْ

50. Inobedientia erga parentes est orbatio eius, qui infantibus orbatus non est.

Contra quem infantes inobedientes sunt, is ab eo non differt, qui infantibus orbatus est. Proverbium liberorum inobedientiam vituperat. Scharaf-Aldin. Samachsch.

٥١ عَشِّ وَلَا تَغْتَرَّ

51. Pabulum vespertinum praebe et ne vana spe decipiaris!

Verba haec viro dicebantur, qui noctu camelos in desertum abducere volebat sperans fore, ut ibi pabulum inveniret. Proverbium nos monet, ut cauti simus, neque in re futura et incerta spem ponamus. Rebus, quae in potestate nostra sint, diligenter nobis utendum esse.

٥٢ عِشْ رَجَبًا تَرَ عَجَبًا

52. Si vivis mensem Redjeb, miraculum videbis.

Conf. C. I p. 261. Narrant. Alharitsum ben-Ahhbad

ben-Kais ben-Tsahlab, quum senex et mente alienatus esset, unam ex uxoribus suis repudio dimisisse. Eam quum in matrimonium duxisset vir quidam, Alharitso sibi occurrenti illum narrasse, quomodo ea in ipsum amorem singularem manifestaret. Alharitsum proverbii verbis respondisse. Proverbii autem verba hunc sensum praebent: Quod si per longi temporis spatium cum ea vitam duxeris, res videbis, quae te admiratione implebunt. Redjeb nomen mensis est. Abu-l'Hasanus Althusi igitur verba بعد رجب ,,post mensem Redjeb" omissa esse putat. Alii dixerunt, Redjeb hoc in proverbio anni significationem habere. Imperativo autem, quemadmodum latine verti, conditionis (si) et consecutionis sensus inest. Samachscharius et hunc legendi modum adnotavit: عش تر ما لم تره ,,Si vivis, videbis id quod non vidisti". (Conf. prov. 101.) Proverbia nos docent, rerum praesentem statum tempore mutatum iri.

٥٣ عَلَى مَا خُيِّلَتْ وَعْثُ ٱلْقَصِيمِ

53. (Incedo) in re, quam mihi proposui, campis arenosis mollibus!

Scholion proverbium sic explicat: اى لاركبن الامر على ما فيه من الهول والقصيم الرمل والوعث المكان السهل الكثير الرمل تغيب فيه الاقدام ويشق المشى فيه وقوله على ما خيلت اى على ما شبهت من قولهم فلان يمضى على المخيل اى على غرر من غير يقين والتاء فى خيلت للوعث وهى جمع وعثة وعلى من صلة فعل محذوف اى امضى على ما خيلت i. e. Profecto rem suscipiam, licet terribilis sit. Vox قصيم arenam et وعث locum mollem, arenosum, ut pedes immergantur et difficilis sit incessu designat. Verba autem على ما خيلت idem significant, quod على ما شبهت, a loquendi modo desumta: فلان يمضى على المخيل i. e. in via incedit incerti eventus. Pronomen autem ت in voce خيلت referendum est ad vocem وعث, quae est pluralis forma a

وعثة derivanda; praepositio على vero coniungendae voci امضى cum omisso verbo امضى inservit i. e. امضى على ما خيلت „Incedam viâ incerti eventus.“ Samachscharius, in cuius codice nil nisi على ما خيلت reperitur, proverbii explicationem talem adnotavit: الضمير للنفس او للحال والمعنى افعل ذلك على ما ارتك نفسك او همتك من سهولة او صعوبة يضرب في ايجاب الفعل „Pronomen ad animam vel statum referendum est et sensus est: Fac illud sive facile sive difficile ex animae sententia tua tibi videtur. Adhibetur de facto necessario.“ Tum versum Sohairi adduxit:

تَرَاهُمْ عَلَى مَا خَيَّلَتْهُمْ أَرَاءَهَا وَإِنْ أَهْلَكَ ٱلنَّاسَ ٱلْجَمَاعَاتُ وَٱلْأَزْلُ

„Vides eos in consilio capto perseverantes, et si agmina et penuria homines perdunt.“

ex quo videre licet, ex Samachscharii sententia vocem خيلت in proverbio vocalibus activi enunciandam esse. In initio autem proverbii alii primam verbi personam امضى, alii امض imperativum supplent. Proverbio metrum Wafir est. p. 204.

٥٤ عَسَى ٱلْغُوَيْرُ أَبْؤُسًا

54. Fieri potest, ut parva spelunca calamitates contineat.

Haec verba reginae Alsabbae adscribuntur, quae populo suo dixisse fertur Kozairo cum viris redeunte, qui cistis inclusi erant, ex Iraca; erat enim parva spelunca in via redeuntis. Verborum igitur sensus hic esset: Fortasse e regione speluncae ad vos malum venit. Accusativum ابوسا vario modo interpretes explicant. Statuunt eum pendere e verbo كان aut صار omisso, quasi dictum sit: عسى الغوير ان يكون ابوسا vel يصير ابوسا. Abu-Ahlius dixit, verbum عسى verbi كان significationem hoc in proverbio habere et hanc esse causam, cur accusativus sequatur. Samachscharius aliam proverbii originem adnotavit. Hominibus ob

pluviam vehementem in antrum fugientibus unus ex eorum numero remansit dicens: عسى ان يكون فى الغار باس „Fortasse in spelunca malum est.“ Intrantes quum aut decidente monte obruti aut ab hostibus supervenientibus occisi essent (sic Alazmäihus), gens quibus ille unus nuntium rei adtulisset, dixit: كان هذا ابوسا لا باسا واحدا „Haec erant mala plura, non unum malum erat“. Istis autem verbis reginam Sabbam, quum e tentorio suo camelos cistas portantes contemplaretur, usam esse. Proverbium docet, rem nobis suspicionem mali timendi dare. Kamusi vero auctor Ghowair aquae, quae genti Calb esset, nomen esse dixit, et istam aquam proverbii verba fortasse spectare, dum via magna relicta Kazirus ad istam aquam iter deflexisset. Cum hoc Djeuharius consentit. Alcomaitus proverbium versui inseruit sequenti:

قَالُوا أَسَاءَ بَنُو كُرْزٍ فَقُلْتُ لَهُمْ عَسَى ٱلْغُوَيْرُ بِأَبْآسٍ وَأَغْوَارِ

„Dixerunt: Gens Banu-Cors male fecit. Tum iis dixi: Fieri potest, ut parvum antrum plura mala et speluncas amplectatur.“

Conf. Kam. et Dj. in باس et غوير

٥٥ عِيصُكَ مِنْكَ وَإِنْ كَانَ أَشِبًا

55. Loti tui ex te sunt, et si invicem perplexi sunt.

Vocabulum عيص lotorum copiam in uno loco congregatarum designat. Quod arbores perplexae sunt, in eo vitium est, quia radices viribus destituuntur; interdum vero hoc ob multitudinem laudi inservit. Abu-Ohbaidus sequentem proverbii sensum esse statuit: Origine tecum coniuncti sunt propinqui tui, etsi diversam vivendi rationem sequantur. Patientia igitur utaris, eos enim a te removere non potes.

٥٦ عَصَبَهُ عَصْبَ ٱلسَّلَمَةِ

56. Constrinxit eum modo, quo arbor Salamah constringitur.

Sunt, qui اعصبه imperativi modo „constringe eum" legant. Arborem spinosam Salamah appellatam quum amputare volunt, eius ramos firmiter constringere solent, ut ad arborem eiusque radicem perveniant. Samachscharius proverbium sic adnotavit: عصب فلان عصب السلمة „Constrictus est quidam modo, quo arbor Salamah constringitur". Alhadjdjadjus dixisse fertur: لاعصبنكم عصب السلمة „Profecto vos constringam modo quo arbor Salamah constringitur". Djeuh. In avarum dicitur, a quo dona extorquentur.

٥٧ عَثَرْنَا بِشِرْسِ ٱلدَّهْرِ

57. Offendimus plantas spinosas temporis.

Temporis calamitatibus adflicti sumus.

٥٨ عُشْبٌ وَلَا بَعِيرٌ

58. Herbae et non camelus.

Id est: Hae sunt herbae et non camelus adest, qui eas depascat. In virum dicitur, qui opes multas, quas possidet, neque sibi neque aliis commodo erogat. Samachsch.

٥٩ عَادَ غَيْثٌ عَلَى مَا أَفْسَدَ

59. Reparavit pluvia id quod corruperat.

Voce افسد corrupit significant, pluviam raram et nimis paucam fuisse (امساكه), voce autem عاد (rediit), eam herbas novas producere (احياءه). Hoc vero modo proverbii verba interpretati sunt, quoniam noxa pluviae plagâ orta

eius reditu non reparatur. Alii autem aliter. Dicunt, pluviam evertere et corrumpere aquae receptacula, plantis autem crescentibus noxam illam reparari. De viro adhiberi proverbium, cuius utilitas maior sit quam noxa. Sed legitur quoque فسد corruptum fuit et خبل, cui voci corrumpendi significatio tribuitur. Sunt denique, qui ما افسد البرد „id quod frigus corrupit“ habeant. Quod si hunc legendi modum admittis, proverbium de viro adhibendum est, qui ab alio orta mala sua virtute reparat. Conf. Meidan. Samachsch. confer. append. prov.

٦٠ أَعْطَى غَيْضًا مِنْ فَيْضٍ .

60. Dedit exiguam quantitatem e copia.

Utraque vox غيض et فيض de pauca et multa aqua usurpatur. Id est: Paucum dedit, quum multum possideret. In eum dicitur, qui, quamquam opibus abundat, tamen parva dona dat. Conf. Kam. Dj. et C. XIX, 16.

٦١ عَنِيَّتُهُ تَشْفِي ٱلْجَرَبَ

61. Urina eius (cameli) in sole siccata scabiem medicat.

Vocabulum عنية urinam cameli in sole siccatam, qua scabiem medicant, significat. In virum excellentem dicitur, cuius consilio ad calamitates depellendas utuntur. Meid. Dj.

٦٢ عَيَّ بِٱلْأَسْنَافِ

62. Haesitavit in ligando cingulo pectorali.

Vocabulum سناف antilenam significat, quae cameli pectus prope iugulum cingit, ne sella commoveatur. Huius proverbii originem ex eo ortam esse narrant, quod vir at-

tonitus nesciverit, quomodo illud cingulum ligaret. De eo dicitur, qui timore vel stupore omnino perculsus, quomodo rem agat, nescit.

٦٣ عَادَ السَّهْمُ إِلَى النَّزَعَةِ

63. Rediit sagitta ad iaculantes.

Id est: Rediit ius ad eos, quibus debebatur. Quando autem dicunt: عاد الرمى على النزعة „Rediit iactus contra iaculatores“, horum verborum sensus est: Adflixit in fine iniustitia eum, qui ipsam exercebat. In Samachscharii codice loco vocis على legitur الى. His quoque verbis fuga hominum in pugna designatur. Conf. Kam. v. نزع

٦٤ أَعْطِ ٱلْقَوْسَ بَارِيهَا

64 Da arcum dolanti.

Legitur باريها nonnisi cum quiescente littera ى. Proverbium desumtum esse dicitur e versu poetae:

يَا بَارِيَ ٱلْقَوْسِ بَرْيًا لَيْسَ يُحْكِمُهُ لَا تُظْلِمِ ٱلْقَوْسَ وَأَعْطِ الْقَوْسَ بَارِيهَا

„O arcum dolans modo, quem non bene perficis! ne arcum corrumpas; sed arcum dolandi gnaro trade![1])

Metrum versus Basith est. c. l. m. p. 190. Sensus autem proverbii est: Auxilio adhibe eos, qui rerum cognitione imbuti sunt.

٦٥ عَصَا ٱلْجَبَانِ أَطْوَلُ

65 Baculus timidi multum longus est.

---

1) In Meidanii codice loco vocis يحكمه legitur يحسنها, ut ad arcum suffixum referatur; loco vocis تظلم legitur تفسد, sed Scharaf-Aldini modus praeferendus est, quod Meidanii verba explicandi speciem habent.

Timidum longum sibi baculum eligere dicunt, ut in percutiendo ab hoste suo remotior sit. Hac igitur in re timoris signum vident. Conf. doct. Bertheaui libr. p. 14 text.

٦٦ اَلْعَبْدُ يُقْرَعُ بِالْعَصَا وَالْحُرُّ تَكْفِيهِ الْمَلَامَةُ

66. Servus baculo percutitur, et in libero vituperium sufficit.

Loco vocis الملامة legitur quoque الاشارة „nutus“. Hisce verbis servi vilitas significatur. Observare mihi liceat, quae Almofadhdhelus adnotaverit de cognomine gentis Banu-Asad عبيد العصا „servi baculi“, ea in codice meo et Berolinensi nonnisi explicando proverbio praecedenti inservire. In codice Lugdunensi عبد العصا „servi baculi“ tanquam novum proverbium scriptum reperitur. Cognominis causam hanc fuisse, Almofadhdhelus narravit: Filius quidam Moahwijjahi Meccam proficiscens desiderabatur. Cuius rei suscipio quum in virum e gente Banu-Asad Hibal appellatum caderet, Haritsus rei certior factus in regionem Tehamah, sedem gentis Banu-Asad tempore, quo Meccam proficisci solebant, profectus est. Gens Banu-Asad fugam cepit, et Haritsus publice nuntiavit, qui unum e gente Asad in hospitium recepisset, eius sanguinem sine vindicta effundi posse. Hac vero re in summum discrimen adducta gens Hibalum ad Haritsum adduxit. Haritsus huic veniam dedit, caeteros occidi iussit. Erat autem ei uxor Ohzajjah (parvus baculus) appellata ad gentem Cendah, quae pars gentis Wahab ben-Alharits erat, pertinens, quae gentem Banu-Asad avunculorum loco habebat. Huiusce precibus commotus Asaditis libertatem dedit, in cuius rei signum quilibet eorum baculum accepit. Pauci tum temporis erant Asaditae et regionem Tehamam usque ad mortem Alharitsi incolebant. Post gens Cenanah eos ex oppido Mecca expulit. Cognominis autem causa tum nomen mulieris illius

Ohzajjah (parvus baculus) appellatae, tum baculus, quem quilibet acceperat, fuisse dicitur. Kamusi auctor verba هم عبيد العصا „ii servi baculi sunt“ significare dixit, eos baculo percuti.

٦٧ أَعْرَضَ ثَوْبُ ٱلْمُلْبِسِ

67. Apparuit vestis suspecti.

Proverbium hoc scholio explicatur, quod addere placet, quum in interpretando dubium sit: وذلك اذا عرض القرفة فلم يدر الرجل من ياخذ ويروى عرض فمن روى اعرض ([1]كان معناه ظهر كقول عمرو بن كلثوم واعرضت اليمامة واشمخرت ومن روى عرض (كان معناه صار عريضا والملبس المغطى وهو المتهم كانه قل ظهر ثوب المتهم يعنى ما هو فيه واشتمل عليه من التهمة وهذا قريب من قولهم اعرضت ([2]القرفة وذلك اذا قيل لك من تتهم فتقول بنى فلان للقبيلة باسرها وهذا قريب من قولهم اعرضت) الشى اذا جعلته عريضا قال ابو عمرو وكان ابوحاضر الاسيدى من بنى اسيد بن عمرو بن تميم من اجمل الناس واكملهم منظرا فراه عبد الله بن صفوان بن امية الجمحى يطوف بالبيت فراعه جماله فقال لغلام له ويحك ادننى من الرجل فانى اخاله امرءا من قريش العراق فادناه منه وكان عبد الله اعرج فقال ممن الرجل فقال ابو حاضر انا امرؤ من نزار فقال عبد الله اعرض ثوب الملبس نزار كثير ايهم انت قال امرؤ من مضر قال مضر كثير ايهم انت قال احد بنى عمرو بن تميم ثم احد بنى اسيد بن عمرو وانا ابو حاضر فقال ابن صفوان افة لك عهيرة تياس والعهيرة تصغير العهر وهو الزنا قلت لعله ادخل الهاء فى عهيرة للمبالغة او ارادة القبيلة وذهبه على الذم او اراد يا عهيرة تياس قل ابو عمرو وتزعم العرب ان

1) Verba inclusa in codice Lugd. non sunt.

2) Verba inclusa nonnisi codex Berol. habet.

بنى اسيد تياسوا العرب وقال الفرزدق فى ابى حاضر وبعضهم يرويها لزياد الاعجم وكان ابو حاضر احد المشهورين بالزنا

أَبَا حَاضِرٍ مَا بَالُ بُرْدَيْكَ أَصْبَحَا عَلَى ٱبْنَةِ فَرُّوجٍ رِدَاءً ومِيزَرَا

أَبَا حَاضِرٍ مَنْ يَزْنِ يُظْهَرْ زِنَاؤهُ ومَنْ يَشْرَبِ الصَّهْبَاءَ يُصْبِحْ مُسَكَّرَا

وبنت فروج اسمها حمامة وكان ابو حاضر يتهم بها

»Id dicitur, si suspicio lata est, ut vir nesciat, quem capiat. Et legitur عرض. Lectioni اعرض significatio apparendi tribuenda est, ut in verbis Ahmru ben-Celtsum: »Apparuit regio Aljemamah et alta fuit.« Sin vero lectionem عرض admittis, significatio »factus est largus« voci tribuenda est. Vocabulum الملبس idem est, quam المغطى et is suspectus est, quasi dixit: »Apparuit vestis suspecti« id est: id quod in ea est et quam complectitur, suspicio. Hoc autem non multum recedit a loquendi modo اعرضت القرفة „Suspicio larga fuit.“ (Conf. prov. 90.) nempe, quum interrogatus: De quonam suspicionem habes? respondes: De quibusdam, totam gentem complectens. Et hoc non diversum est a loquendi modo: اعرضت الشى „Largam feci rem.“ Dixit Abu-Ahmruus: Abu-Hadhirus Osaidita ad gentem Osaid ben-Ahmru ben-Tamim pertinens pulcherrimis hominibus et externo corporis habitu perfectissimis accensebatur. Quem videns Ahbd-Allahus ben-Zafwan ben-Omajjah Aldjomahita, quum in templo sacro Meccae circumiret, et viri pulchritudinem admirans servo dixit. Eheu! Adduc mihi istum virum! puto enim eum esse e Koraischitarum in Iraca numero. Adduxit igitur eum. Ahbd-Allahus autem naturâ claudus erat. Interrogavit autem advenientem: Cuiusnam gentis est vir? Dixit Abu-Hadhirus: Ego sum unus gentis Nesar. Dixit Ahbd-Allahus: „Apparuit vestis suspecti.“ Nesar nomen est, quod multas gentes complectitur; ad quamnam earum tu pertines? dixit: Ego vir gentis Modhar sum. Dixit alter: Et Modhar gentes multas com-

plectitur; e quanam autem earum tu oriundus es? Dixit: Ego sum unus gentis Banu-Ahmru ben-Tamim, tum unus gentis Banu-Osaid ben-Ahmru et ego sum Abu-Hadhir. Dixit Abu-Zafwan: Phui! O adulterium hircum regens! Vocabulum عهيرة est deminutivi forma a voce عهر derivanda, cui vocabulo adulterii significatio est. Dixit: Fortasse litteram ة addidit, ut vis significationis augeretur aut gentem designare voluit, et accusativi casum posuit vituperii causa, quod voci inesse voluit, ut esset pro يا عهيرة تياس. „O adulterium hircum regens.“ Dixit Abu-Ahmruus: Arabes contendunt, gentem Banu-Asad esse hircos regentes inter Arabes. Poeta Alferasdakus Abu-Hadhirum versibus, quos alii Sijado Alahdjam adscribunt, designavit. Abu-Hadhiri stuprum divulgatum erat.

O Abu-Hadhire! cur vestes tuae duae striatae sunt matutino tempore super Ebnat-Alfarrudja tanquam pallium et velamen? O Abu-Hadhire, qui adulterium facit, eius adulterium adparet et qui vinum bibit, ebrius fit![1])

Nomen feminae cognominatae Bint-Farrudj, erat Hemamah. Adulterii cum ea commissi Abu-Hadhirus suspectus erat“. Kamusi auctor, qui sub radice لبس proverbium hoc adnotavit et triplici modo vocem الملبس[2]) enunciari posse dixit, de eo proverbium adhiberi contendit, qui multis suspectus sit. Kamusi autem interpres Turcicus, qui, ut mihi videtur, falso modo proverbium اعرض الثوب الملبس adnotavit, fusius rem explicans dixit, اعرض hoc in proverbio significare صار ذا عرض „Largus factus est“ nempe suspecti vestimentum largum est, ut ad omnes pertineat, qui eum suspectum habeant. Vocabulum ملبس idem quod مغطى „tectus“ significat

1) Versuum metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

2) المُلْبِس et المَلْبَس المُلَبَّس

cat i. e. suspicione circumdatus. At ملبس ut منبر et مفلس participii activi sc. tegentis significationem praebent. Sunt autem, qui verbo اعرض significationem verbi ظهر „apparuit“ tribuant, i. e. Suspecti suspicio apparuit. De eo proverbium adhibetur, qui multis suspectus est. Samachscharius dixit, proverbium de eo adhiberi, qui rem haud accurate verbis descripserit; sed vago tantum modo dixerit. c. prov. 90.

٦٨ أُعْلُلْ تَخْطَبْ

68. Iterum bibe, pinguis fies!

Si una vice post alteram bibis, pinguis fies. Haec verba, quae camelum spectant, cum otio rem peragendam esse docent, ut bonus successus sit. Meid. Dj. Samachscharius dicit, proverbium significare, quamlibet rem sive bona sit, sive mala, fructum suum ferre. Scharaf-Aldinus autem contendit, proverbium adhiberi de viro avido, qui opes colligat et non satietur.

٦٩ عَنْ صَبُوحٍ تُرَقِّقُ

69. Propter potum matutinum metonymiam adhibes.

Vocabulum رقق significat „exornavit“ i. e. Exornas sermonem tuum per metonymiam propter potum matutinum. Proverbii huius originem talem fuisse tradunt: Vir quidam Djaban appellatus a quibusdam nocte hospitio exceptus quum cibo et potu vespertino (غبوق) satiatus esset, dixit: اذا صبحتمونى كيف اخذ فى طريقى وحاجتى „Quum potum matutinum mihi praebueritis, quomodo viâ meâ incedam et opus meum perficiam? „Illi autem protulerunt proverbii verba significaturi, eum potum matutinum dixisse, ut intelligerent, potum matutinum ei praebendum esse. Verbum autem رقق cum praepositione عن coniunctum est, quia verbi كنى

significationem habet. In eum dicitur proverbium, qui per metonymiam aliam rem indicare vult. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere أعن legitur, ex quo videre licet, in proverbio interrogationem esse.

٧٠ عَدَا القارِصُ فَحَزَرَ

70. Transgressum fuit lac acre (fines) et tum valde acidum fuit.

Vocabulum قارص lac acre, linguam pungens significat. Proverbium in re gravi adhibetur. conf. Dj. In proverbio autem voci القارص aut nominativi aut accusativi casus tribuitur. Quod si nominativi casum admittis, obiectum omissum est, scilicet حده finem suum, sin vero accusativi casum esse statuis, subiectum اللبن lac supplendum erit; i. e. عدا اللبنُ القارصَ „Lac transgressum est lac acidum i. e. lactis acidi finem. Dixit poeta Alahdjdjadj appellatus:

يَا عُمَرَ بْنَ مَعْمَرٍ لَا مُنْتَظَرْ بَعْدَ ٱلَّذِى عَدَا ٱلْقُرُوصَ فَحَزَرْ

„O Ohmare fili Mahmari! non est tempus exspectandi, postquam lac pungentis fines transgressum est et acidum factum est.“

Versus metrum Redjes est. c. l. m. p. 230.

٧١ إِسْتَعْجَلَتْ قَدِيرَهَا فَامْتَلَتْ

71. Acceleravit carnem suam in olla coctam; sed eam in cineres coniecit.

In eum dicitur, qui ob festinationem in re peragenda tantum parte voti potitur. In meo codice vocales primae praeteriti personae adscriptae sunt, ut verti possit: „Rogavi, ut carnem coctam accelerarct; sed carnem in cineres coniecit. In Scharaf-Aldini opere قدرها „ol-

lam suam" legitur; Samachscharius cum nostro legendi modo consentit. Uterque proverbium sic explicarunt:
اصله ان امراة كانت تطبخ قدرا فتناولت قطعة فملتها يوضع
فى الامر يعجل به قبل اوانه قال

وَإِذَا ٱلْعَذَارِى بِٱلدُّخَانِ تَقَنَّعَتْ وَٱسْتَعْجَلَتْ نَصْبَ ٱلْقُدُورِ فَمَلَّتِ

„Proverbii origo talis erat: Mulier ollam coquebat. Tum segmentum (carnis) sumsit idque cineribus coquendum supposuit. Adhibetur in re, quae ante tempus suum acceleratur. Dixit poeta:

Quando virgines fumo tanquam velo tectae sunt, accelerant ponere ollas, et tum in cineres (carnes) coniiciunt." Versus metrum Camil est. c. l. m. p. 212.

٧٢ عَرَفَ ٱلنَّخْلُ اهْلَهُ

72. Cognoverunt palmae gentem suam.

Proverbii origo talis fuisse traditur: Gens Ahbd-Alkais et Schann ben-Afza quum e suis regionibus in meliorem terram Albahrain appellatam profecti secum ibi degentes Ijaditas et Asditas coniunxissent, ad palmarum amputatos ramos equos suos alligarunt. Id quod videntes Ijaditae verba dixerunt, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt. Significant, rem commissam esse ei, qui eam perficere possit.

٧٣ أَعْطِ أَخَاكَ تَمْرَةً فَإِنْ أَبَى فَجَمْرَةً

73. Fratri tuo dactylum da; si recusat, prunam

Metrum Redjes (conf. l. m. p. 231) habens in eum dicitur, qui contemtum honoris dignitati praefert.

٧٤ عَرِّ فَقْرَهُ بِفِيهِ لَعَلَّهُ يُلْهِيهِ

74. Paupertatem ori eius illini, fortasse haec eum occupabit.

De paupere dicitur, qui in vitiis perseverat, quamquam opibus adjuvatur. Ne igitur ad eum adjuvandum opes eroga, fieri enim potest, ut paupertate sua occupatus et pressus a prava agendi ratione recedere cogatur. Verbum عَرِّ hoc in proverbio illiniendi, tegendi significationem habet. Alii autem أَغْرِ legunt, quod Meidanio praeferendum videtur. Dicitur غَرَوْتُ السهمَ „glutine pennas ad sagittam affixi.“ Alasharius dixit, proverbii sensum esse: Sine eum in errore suo perseverare, si eum in viam rectam dirigere non potes. Fortasse in interitum incidet, ut te non amplius adfligat.

٧٥ عِنْدَ ٱلنَّوَى يَكْذِبُكَ ٱلصَّادِقُ

75. Apud migrationem verax tibi mentitur.

Almofadhdhelus dixit, viro servum fuisse, qui nunquam mendacium proferret. Alius quidam, se illum servum ad mendacium proferendum impulsurum esse, quum dixisset, uterque pignore dato certabat. Re constituta alter ille dominum rogavit, ut servus apud ipsum pernoctaret. Factum est. Servo carnem pulli cameli (حوار) et lac dulce, quod in utrem acidum immiserant, apponebant. Tum postero mane impedimentis sublatis servum ad dominum remittentes, iter ingressi sunt; sed quum servus e conspectu abiisset, substiterunt. Servus a domino interrogatus dixit, illos sibi carnem neque macram neque pinguem cibo dedisse, lac autem neque merum neque affusum oxygalae sibi bibendum obtulisse. Illos autem, quum ipse abiret, castris motis iter suscepisse. Tum aut in itinere fuisse aut castra posuisse. His autem verbis addidit: وفي النوى يكذبك الصادق „et in migratione verax tibi mentitur“ quae postea in proverbium venerunt. Sic dominum, ut caveret, monuit. Adhibetur autem proverbium de eo, qui verax ad mendacium compellitur. Abu-Säihdus dicit, proverbium de eo adhiberi, qui ad extremum eius, quod ipsi notum sit, perveni-

ens nil amplius addat, ne mendacium proferat. Legitur quoque sic proverbium: وفى النوى ما يكذبك „et in migratione est id quod te ad mendacium impellit.“ Verborum autem sensus est: فى نواهم يكذب الصادق ان اخبر ان اخر عهدى بهم هذا „Quod attinet ad eorum migrationem, verax mentitur, si nuntiat, se eos tales postremum vidisse.“ vid. Erpen. prov. II, 53. Samachscharius dicit, proverbium adhiberi de viro, qui veracitate notus ad mendacium cogatur.

٧٦ عَدُوُّ ٱلرَّجُلِ حُمْقُهُ وَصَدِيقُهُ عَقْلُهُ

76. Viri inimica est ipsius stultitia, et prudentia est amica.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur.

٧٧ عَلَى ٱلشَّرَفِ ٱلْأَقْصَى فَٱبْعَدْ

77. Super summo cacumine, tum peri!

Male precantur hisce verbis. Idem est ac si quis dixerit: اعلك كاينا او مطلا على المكان المرتفع „Peri, dum es vel immines super loco alto sc. decidens.“

٨ عِيلَ مَا هُوَ عَايِلُهُ

78. Victa sit res eum vincens!

Verbis hisce viro bene precantur, cuius verba aut facta admiratione adficiunt. Legitur quoque sic proverbium: عيل ما هو عالَه „Victa sit res, quae eum vicit et adflixit.“ Samachschar.

٧٩ أَعُوذُ بِكَ مِنَ ٱلْخَيْبَةِ فَأَمَّا ٱلْهَيْبَةَ فَلَا هَيْبَةَ

79. Ne me frustreris, precor! quod ad timorem attinet, nullus est timor.

Verba haec Solaico ben-Solacah adscribuntur, qui timidum se non esse, hisce verbis significavit.

٨٠ عِلْمَانِ خَيْرٌ مِنْ عِلْمٍ

80. Duae scientiae meliores sunt, quam una scientia.

Vir in via incedens filio comitanti dixit: O fili mi! de via nobis interroga! Filius quum responderet, se viam nosse, pater verba ista dixit indicaturus, bonam esse rerum investigationem aliis in consilium adhibitis.

٨١ عُضْلَةٌ مِنَ ٱلْعُضَلِ

81. Infortunium ex infortuniis.

Hoc de viro multum versuto adhibetur, quemadmodum باقعة من البواقع (conf. C. II, 40.) dicunt. Vocis عضلة significationem cohaerere putant cum loquendi modo عضل به الفضاء »Nimis angustus fuit ei campus apertus« vel عضلت المرأة »difficilem partum habuit mulier", quum ei infans quasi adhaereret, ut nomen عضلة istam significationem accepisse videatur, quoniam in rebus adhaeret aut quoniam rem tractanti difficilem reddit. Conf. Dj. s. عضل.

٨٢ عَادَ ٱلْحَيْسُ يُحَاسُ

82. Rex mixta iterum miscetur.

Dicitur هذا الامر حيس »Haec res non firma est.« Vocabulum حيس cibi nomen est parati ex dactylis mixtis cum butyro et oxygala cibi, quo edentis vires non multum augentur, tum vocabulum حيس rem mixtam designat. Proverbii sensus autem hic esse dicitur: Corruptum iterum corrumpitur عاد الفاسد يفسد. Proverbii originem hanc fuisse tradunt: Vir, cui ut rem perficeret, imperatum erat, eam non bene peregit. Ab imperante hanc ob causam quum vituperatus esset, alius quidam rem correcturus peiorem reddidit. Hoc videns dixit imperans verba, quae postea in

proverbii consuetudinem venerunt. Samachscharius rem paulo aliter explicat; sed sensus idem est. Kamusi auctor diversum praeterea explicandi modum adnotavit.

٨٣ اُعْتُبِرَ السَّفَرُ بأَوَّلِهِ

83. Iter initio suo edocuit.

Proverbium significat, omnem rem initio suo, qualis futura sit, hominem docere, Samach. Scharaf-Aldin.

٨٤ عَلَى ٱلْخَبِيرِ سَقَطْتَ

84. Gnarum rei invenisti.

Verbum سقط hoc in proverbio locum verbi عثر »pede offendit« tenet, quia pede offendens super id, quod offendit, cadere solet. Proverbium Almalico ben-Djobair[1]) Alahmeri tribuitur, qui Arabum sapientibus accensebatur. Interrogatus erat de viro, cui primum pulsatus fuisset baculus. Proverbii verbis Ferasdakus usus est, quum in Iracam profecturus Alhosainus Ahlii filius cum in regionem Hidjasi tendentem, quaenam incolarum Cufae erga ipsum mens esset, interrogasset. Significant verba, se optime rem scire. Proverbium Haririus p. ١٤٧ adhibuit. Djeuharius (s. v. نوط) dixit, cum hoc alterum proverbium consentire: كالحادى وليس له بعير „ut camelorum ductor, cui camelus non est"; at vero sub radice عطو sic proverbium explicavit: اى يتناول ما لا مطمع فيه ولا متناول »i. e. capit id, quod desiderabile non est et in quo locus capiendi non est.« Samachscharius denique de formante (vel aurifabro) instrumentis carente adhiberi dixit: يضرب للصايغ بغير آلة

٨٥ عاطٍ بِغَيْرِ أَنْواطٍ

85. Capiens et non sunt res suspensae.

---

1) Sic in Meidanii codicibus. In Samachscharii codice حبى, in Harii opere p. ١٤٧ جنى legitur.

In eum dicitur, qui res sibi arrogat, quas non possidet.

٨٦ عَادَةُ ٱلسُّوءِ شَرٌّ مِنَ ٱلْمَغْرَمِ

86. Consuetudo prava peior est quam debitum.

Si virum re adsuefecisti, tum ei rem recusas, maiorem tibi molestiam res parat, quam debitum. Alii causam in eo vident, quod creditor debito soluto contentus sit, consuetudo autem hominem non relinquat. conf. Golii Adag. 77.

٨٧ ٱلْعَجَبُ كُلُّ ٱلْعَجَبِ بَيْنَ جُمَادَى وَرَجَبِ

87. Res admiranda, omnino res admiranda inter mensem Djumadam et Redjebum.

Verba haec Ahzimus ben-Almokschäihrr Dhabbita dixit. Eius frater Abidahus amore uxoris Alchonaifisi ben-Cheschrem Schaibanitae captus erat. Chonaifisus vir multum suspiciosus et fortis quum audivisset, Abidahum ad uxorem suam ivisse, sumta lancea equum conscendens Abidaho insidias paravit. In Abidahum, qui votis potitus et versus canens, quibus ipsum Chonaifisum perstringeret, reverteretur, impetum fecit. Abidahus eum videns dixit: Memor sis reverentiae (حرمة) Cheschremi. At ille respondit: Per Cheschremi reverentiam te occidam! Dixit: Moram mihi concede, donec loricam mihi induerim. Sed Chonaifisus respondens: Num armis carens loricam sibi induet? eum occidit. Ahzimus de fratris caede certior factus vestes laceras sumens, gladium cingens, equum conscendit et ad atrium occisoris fine mensis Djumadae posterioris tetendit; voluit enim eum statim occidere, ne mensis Redjeb intercederet, quo hominem occidere nefas erat. Ibi alta voce clamavit: O fili Cheschremi! opem fer viro, qui rem sibi impositam perficere non potest. Interroganti Chonaifiso, quis ille sit, alter respondit: Vir e gente Banu-Dhabbah, cui violenter eripuerat frater meus uxorem, hunc occidit. Ego

solus vindictam sumere non possum. Chonaifisus igitur sumta lancea cum eo exiit. Ahzimus, quum a gente eius satis longo spatio abesset, propius accedens capite eum truncavit et ista verba dixit, quae in proverbii consuetudinem venerunt.

٨٨ عِيُّ ٱلصَّمْتِ أَحْسَنُ مِنْ عِيِّ ٱلْمَنْطِقِ

88. Impeditâ linguâ esse cum silentia melius est quam impeditâ linguâ esse cum sermone.

Simili modo dicitur: السكوت ستر ممدود على العي وفدام على الفدامة „Silentium est velum extensum super linguae impotentia et tegumentum super linguae difficultate.“ Proverbii sensus est: Si quis, qui clare et distincte non loquitur, omnino silet, melius hoc habendum est, quam si verba faciens clare et distincte non loquitur. Dixit poeta:

خَلِّ جَنْبَيْكَ لِرَامِ وَٱمْضِ عَنْهُ بِسَلَامِ

مُتْ بِدَاءِ ٱلصَّمْتِ خَيْرٌ لَكَ مِنْ دَاءِ ٱلْكَلَامِ

عِشْ مِنَ ٱلنَّاسِ إِنِ ٱسْتَطَعْتَ سَلَامًا بِسَلَامِ

„Fac, ut iaculans locum laterum tuorum vacuum inveniat et ab eo noxa liberatus eris. Morbo silentii morere! Melius tibi erit, quam morbo sermonis adfligi. Vive incolumis ab hominibus, si incolumitatem acquirere potes!“

Versuum metrum Raml est. c. l. m. p. 239. Tertius versus in codice Berol. tanquam novum proverbium scriptus est.

Narravit Ebn-Auhnus, se cum aliis apud Rabiahum ben-Ahbd-Alrahman consedisse, qui sermones caederet et Arabem campestrem interrogaret: Qualis inter vos eloquentia est? Illum respondisse: Breviter et simul recte loqui. Tum alterum sic perrexisse: Quale autem eloquentiae contrarium (عي) vo-

bis videtur? Arabem respondisse: Talis est vester loquendi modus. Conf. prov. 113.

٨٩ أَلْعَلْفُوفُ مُولَعٌ بِٱلصُّوفِ

89. Senex delirus lanae deditus est.

In senem delirum dicitur, qui lusui cuidam deditus est.

٩٠ أَعْرَضَتِ ٱلْقِرْفَةُ

90. Lata facta est suspicio.

Si quis dicit: سرق ثوبى رجل من العراق او خراسان „Furatus est vestem meam vir ex Iraca aut Chorasana" proverbii verba ei dicuntur, suspicio enim regionem amplectitur, ut proverbium in eum dicatur, cuius suspicio in plures cadit. In meo codice vocales additae sunt, ut vertatur: „Suspicionem largam fecisti." Quem secutus sum enunciandi modum, is in codice Scharaf-Aldini adnotatus est. Conf. Samachschar. et prov. 67. schol.

٩١ إِعْقِلْ وَتَوَكَّلْ

91. Alliga et fiduciam habe!

Proverbium nos monet, ut prudentia et cautione in rebus utamur. Narrant, virum Mohammedem interrogasse: ارسل ناقتى واتوكل. „Num dimittam camelam meam et confidam?" Mohammedem respondisse: اعقلها وتوكل „Alliga eam et fiduciam habe!" In meo codice proverbium hoc post sequens locum habet.

٩٢ عَادَ مُؤَخَّرُ ٱلْأَمْرِ إِلَى ٱلْوَزَعَةِ

92. Rediit postrema rei pars ad probibentes.

Sic proverbium explicatur: الوزعة جمع وازع يعنى اهل الحلم الذين يكفون اهل الجهل „Vox وزعة pluralis est a

singulari وازع derivandus i. e. prudentes, qui ignorantes repellunt.

٩٣ عَدْوَكَ إِذْ أَنْتَ رُبَعٌ

93. Cursum tuum! (sc. curre) nam pullus cameli es.

Id est: Curre, dum iuvenis es. Accusativus عدوك ex omisso imperativo اعدل curre! pendet. Monet nos proverbium, ut iusto tempore et perficiendi potestate data rem agamus. Enunciatur quoque عدوك „inimicum tuum“, tum imperativus احذر „cave“ supplendus est i. e. Cave inimicum tuum, dum debilis es.

٩٤ عَيْرٌ رَعَى أَنْفُهُ ٱلْكَلَأَ

94. Asinus, cuius nasus herbas pavit.

Id est: Herbarum odorem percepit et eas quaesivit. In eum dicitur, cui res indiciis apparentibus indicatur.

٩٥ عَلِقَتْ بِثَعْلَبَةَ ٱلْعَلُوقُ

95. Tsalabaho mors adhaesit.

Tsalabah viri nomen est. De eo dicitur, qui in rem gravem et perniciosam incidit. Conf. Dj. v. علق

٩٦ عَنْ ظَهْرِهِ يَحُلُّ وِقْرًا

96. A dorso suo onus grave solvit.

Suo commodo inservit, quomodo camelus onustus celeriter incedit, ut onus mox a dorso suo deponatur. Nec non voci يحل quartae formae vocales tribuunt et significationem يضع deponit ei esse dicunt. In Samachscharii opere عن ظهرها تحل وقرا est, ut suffixum et pronomen in ver-

bo ad iumentum (دابّة) referatur. Idem proverbium de viro, qui se defendat, adhiberi dicit.

٩٧ عَضَّ عَلَى جِذْمِ مِنْ نَابِهِ

97. Momordit super radicem dentis sui.

De eo dicitur, qui diu vivens multa expertus est. Dixit poeta:

أَلْآنَ لَمَّا ٱبْيَضَّ مَسْرُبَتِي وَعَضَضْتُ مِنْ نَابِي عَلَى جِذْمِ

„Nunc, quum crines in pectore albi sint, et radices dentium meorum momorderim."

Versus, qui in Hamasa a Bohtario collecta legitur, ad metrum Sarih pertinet. c. l. m. p. 245.

٩٨ عَجِّلْ لِابِلِكَ ضَحَاءَهَا

98. Celeriter para camelis tuis prandium!

Monet proverbium, ut celeriter rem agamus non cunctantes.

٩٩ عُودِى إِلَى مَبَارِكِكِ

99. Redi, o camela! ad locum, ubi procumbere soles.

A camelis fugientibus desumtum proverbium in eum translatum est, qui rem vehementer fugit.

١٠٠ عَادَ فِي حَافِرَتِهِ

100. Rediit in via sua.

In eum dicitur, qui pravam agendi rationem reliquit, tum ad eam rediit. In Firuzabadii Djeuhariique operibus على loco vocis في legitur.

١٠١ عِشْ تَرَ مَا لَمْ تَرَ

101. Vive, videbis quod non vidisti.

Cuius vita longa est, is rerum experientiâ docetur.

١٠٢ عَمُّ ٱلْعَاجِزِ خُرْجُهُ

102. Patruus viri debilis eius hippopera est.

Legitur quoque sic proverbium: عمك خرجك »Patruus tuus est hippopera tua.« Sic Samachscharius habet. Proverbii huius originem talem fuisse narrarunt. Vir quidam cum patruo suo iter suscipiens nil commeatus secum sumserat, quod in patruo spem poneret. Esuriens autem quum diceret: O patrue mi! cibum mihi da! ille respondit: عمك خرجك »Patruus tuus hippopera tua est.« In eum dicitur, qui ab alio se cibum accepturum esse confidit. Samachscharius dixit, proverbium iubere hominem, suas ipsius opes erogare.

١٠٣ عَلَى هٰذَا دَارَ ٱلْقُمْقُمُ

103. Super hoc circumversus est urceus.

Proverbii huius originem hanc fuisse narrant. Hariolus, ut in domo furti auctorem cognoscat, inter duos digitos indices posito urceo fascinationibus, quae flando fiunt et incantationibus utitur. Tum si furem se invenisse putat, urceus circumvertitur, (dum hariolus ista verba dicit,) et ad personam furti ipsi suspectam pervenit. Proverbium significat, personam rei notitiam habere vel ad eam rem spectare. Samachscharius sic proverbium explicavit: هو الجمع الكثير والقمقمان مثله يضرب من يسال عن الشى فيخبر بقمدار علمه »Haec vox (قمقم) copiam magnam significat, ut قمقمان Proverbio is utitur, qui rem interrogatus tantum nuntiat, quantum scit.«

١٠٤ عَلِّقْ سَوْطَكَ حَيْثُ يَرَاهُ أَهْلُكَ

104. Flagellum tuum ibi suspende, ubi id gens tua videt.

Hoc Mohammedi adscribitur. Proverbii sensus est: Talem te erga gentem tuam gere, ut te metuant.

١٠٥ أُعْطِيَ مَقُولًا وَعُدِمَ مَعْقُولًا

105. Loquendi facultate donatus est, ingenio caret.

In eum dicitur, in cuius verbis, quae multa profert, prudentia non est. Conf. 138.

١٠٦ عَاقُولُ حَدِيثٍ

106. Anfractus narrationis.

Vox عاقول fluvii aut vallis pars curva est, quae res ibi latentes custodit et servat, quapropter proverbium hominem designat, qui rei ipsi narratae non obliviscitur.

١٠٧ أَعْشَارٌ ٱرْفَضَّتْ

107. Segmenta dispergebantur.

Vocabulum اعشار partes dissectas mactati animalis significat. Dicitur quoque برمة اعشار »Olla in plures partes fracta«. Proverbium in gentem adhibetur, quae in varias regiones dispersa est.

١٠٨ عِزُّ ٱلرَّجُلِ ٱسْتِغْنَاؤُهُ عَنِ ٱلنَّاسِ

108. Viri potentia in eo consistit, quod hominibus carere potest.

Verba haec sapienti antiquo tempore viventi adscribuntur.

١٠٩ عَلَى غَرِيبَتِهَا تُحْدَى ٱلْإِبِلُ

109. Propter peregrinam inter eos cameli impelluntur.

In meo codice تُجْرَى »ad cursum adiguntur« legitur. Peregrina camela percutitur, ut currat. Tum quod illa currit, caeteri cameli currunt. Samachscharius dicit, proverbium docere, exemplum severitatis in inobsequentem edendum esse, ut caeteri deterreantur et adhiberi in omni re, quam caeteri uno praecedente imitantes faciant.

١١٠ عَطَشًا أَخْشَى عَلَى جَانِي كَمْأَةٍ لَا قُرًّا

110 Sitim tubera terrae colligenti metuo, non frigus.

In fine veris tubera terrae colliguntur. Mane exiens isto tempore frigore adficitur, post vero sole ardente sitis toleranda est, quae nisi exstinguitur, durat. Proverbium nos monet, ut finis et exitus rei rationem habeamus, neque propter bonum rei initium socordes simus.

١١١ أَعْذِرْ عَجَبْ

111. Excusa, o Ahdjabe!

Ahdjab nomen fratris Scharichi iudicis [1]) erat, qui exercitus commeatui praepositus erat. Ahdjabus fratrem, ut ipsi cibi portionem augeret, rogaverat. Quod quum ille se posse negaret, Ahdjabus malae voluntatis eum accusavit. Tentavit igitur facere; sed quum ab aliis prohibitus esset, fratri ista verba dixit significaturus, rem fieri non posse. Abu-Ahmruus paulo diverso modo rem sic narra-

---

1) Hoc in Samachscharii et Scharaf-Aldini commentario legitur.

vit: Frater Ahdjabo dixerat, se eadem nocte, dum dorsum cultri adhiberet, secantem imitaturum esse. Si gens istius rei nullam rationem haberet, se precibus fratris satisfacere posse; sin vero eam animadverteret, se scire, gentem sibi debitam commeatus portionem conservaturam esse. Quum igitur gens illud tentanti inclamasset, fratri ista verba dixit. Verbis proverbii utitur se excusans manifesta excusatione.

١١٢ عُثَيْثَةٌ تَقْرِمُ جِلْدًا أَمْلَسَا

112. Tinea parva cutem glabram adrodit.

Metrum Redjes est. In virum dicitur, qui vim suam exserere in rem tentat, rem autem perficere non potest. Alahnafus ben-Kais, qui principem Ahlijjum ben-Abi-Thaleb rogaverat, ut praefecturam ipsi traderet et hac de causa ab Haritsaho ben Badr absens vituperatus erat, contra Haritsahum haec verba adhibuit. Dixit poeta Almochajjelus:

فَإِنْ تَشْتِمُونَا عَلَى لُؤْمِكُمْ فَقَدْ يَقْرِمُ ٱلْعَثُّ مَلْسَ ٱلْأَدَمْ

„Quod si nos, quum ipsi viles sitis, vituperatis, scitote, tineam cutem glabram arrodere.“ (Metrum Motakarib est. est. c. l. m. p. 281.)

Proverbium significat, virum eiusque sermonem contemnendum esse. Djeuharius dicit, proverbium de viro, qui vim suam exserere tentet, sed nil valeat, adhiberi. Samachscharius dicit, proverbium de vili adhiberi, qui nobilis dignitatem diminuere tentet et de eo, qui in re, quam susceperit, nil valeat.

١١٣ عَيٌّ صَامِتٌ خَيْرٌ مِنْ عَيٍّ نَاطِقٍ

113. Linguae difficultate laborans, qui silet, melior est, quam linguae difficultate laborans, qui loquitur.

Enunciatur quoque عى „linguae difficultas“. Proverbium

ei, qui bene loqui nescit, silentium commendat. Conf. prov. 88.

١١٤ أَعْذَرَ مَنْ أَنْذَرَ

114. Excusatus est, qui monuit.

Qui te iussit cavere res, quae tibi superveniunt, is a te excusandus est.

١١٥ أَعْمَى يَقُودُ شَجَعَةً

115. Caecus ducit paralysi laborantes.

Debilis debili opem fert. Vocabulum شجعة pluralis a شاجع derivandus, ut videtur, paralysi laborantes significat; sed Alashario شجعة debilis, infirmus est.

١١٦ أَلْعِدَةُ عَطِيَّةٌ

116. Promissum est donum.

Id est: Turpe est, promisso non stare, ut turpe est, donum repetere. Proverbium igitur nos monet, ut promissa perficiamus. Alii dicunt, proverbii sensum esse: Promissum dono aequale est putandum, quemadmodum dicitur: سرور الناس بالامال اكثر من سرورها بالاموال „Gaudium, quod homines ex spe percipiunt, maius est, quam gaudium, quod ex opibus percipiunt."

١١٧ عِلَّةٌ مَا عِلَّةُ أَوْتَادٍ وَأَخِلَّةٍ وَعَمَدِ ٱلْمِظَلَّةِ أَبْرِزُوا لِصِهْرِكُمْ ظُلَّةٌ

117. Praetextus! quomodo est praetextus paxillorum, thecarum et columnarum umbraculi? Procedite! propinquo vestro est umbraculum.

Mulier in matrimonium viro data erat, sed a suis ad

novum maritum non ducebatur, dicebant enim, ipsis deesse utensilia domus. Mulier igitur illos impellens ista verba dixit, quae praetextum, cur res intermittatur, falsum esse significant.

١١٨ عَجِلَتْ بِخَارِجَةَ ٱلْعَجُولُ

118. Alahdjula in Charidjaho properavit.

Charidjahum mater Alahdjula ante tempus quum peperisset nondum perfecto infantis corpore, istis proverbii verbis significant, rem ante tempus suum properanter actam esse. Est lusus verborum inter عجول et verbum عجلت.

١١٩ عَنْ مُهْجَتِي أُجَاحِشُ

119. A sanguine meo depello.

Eadem ratione dicitur: جاحش عن خيط رقبته „Repulit a medulla spinae dorsi" i. e. Vitam suam defendit.

١٢٠ عَلِقَتْنِي مِنْ هٰذَا ٱلأَمْرِ قِيرَةٌ

120. Pix mihi propter hanc rem adhaeret.

Id est: Id quod mihi ingratum et molestum est.

١٢١ عِنْدَ رُؤُوسِ ٱلْإِبِلِ أَرْبَابُهَا

121. Apud capita camelorum domini eorum sunt.

Proverbium, quod nonnisi in codice Berol. et Pocock. legitur, de eo adhibetur, qui decipit et contra alterum iniustus est. Id est: Apud me est, quo te repellam.

١٢٢ عَنِ ٱلشَّرِّ لَا تَتَنَاسَيْنَ

122 A malo (eum repellere) ne intermittas!

Scholion proverbium sic explicat: ويروى لا تنسين يضرب لمن لا يردعه عن الشر زجر زاجر وعن من صلة الزجر لا تنسين. „Legitur quoque كانه قال زجره عن الشر لا تتركن. Adhibetur de eo, quem a malo increpantis increpatio non repellit. Et praepositio عن e nomine الزجر pendet; quasi dixisset: زجره عن الشر لا تتركن."

١٢٣ أَعْرِفُ ضَرْطِى بِهَلَالِ

123. Cognosco crepitum ventris meum per Helalum.

Junusus ben-Habib dixit: Narrant, Rokjah filiam Djoschami ben-Moahwijjah quum Tsomairum (al. Nomairum), Helalum et Suwaahum peperisset, tum autem per temporis spatium non concepisset, adiisse fatidicam in loco Dsu-l'Chalazah[1]) degentem, quae, postquam eam inspexisset eiusque ventrem palpasset, tale responsum dederit: رب قبايل فرق، ومجالس حلق، وظعن حزق، فى بطنك رق، »Fortasse gentes agminum et conventus hominum multorum et pilenta agminum in ventre tuo sunt tenue.[2]) Postea mulierem, partus dolores quum sentiret, ista verba dixisse significaturam, infantem puerum futurum esse, quemadmodum Helalus puer fuisset. Proverbio utuntur, ut rem, de qua alter dubitat, confirment; fieri enim dicunt, ut ex una rei parte altera cogoscatur.

---

1) Chalazah nomen idoli fuisse dicunt, quod in templo hanc ob causam Dsul-Chalazah appellato a Chasahmitis coleretur. Templum illud modo templi Meccensis Caahbam Jemanensem appellabant. Alii nomen a planta Chalazah ibi crescente deductum esse contendunt.

2) Ex hoc exemplo videre licet, ut apud caeteras gentes sic apud Arabes responsa talia esse rhythmica et ambigua.

١٢٤ . أَعِنْ أَخَاكَ وَلَوْ بِٱلصَّوْتِ

124. Opem fer fratri tuo, et si voce!

Incitat nos proverbium, ut fratri omni modo auxilium feramus.

١٢٥ عَلَى شَصَاصَآءَ تَرَى عَيْشَ ٱلشَّقِيِّ

125. In inopia miseri vitam vides.

Miser semper pressus et adflictus est.

١٢٦ عِنْدَ ٱلتَّصْرِيحِ تُرِيحُ

126. Quum veritas manifesta est, quietem capis.

Quum veritas manifesta est, nil restat dubii in animo tuo et quietus es.

١٢٧ ٱلْاعْتِرَافُ يَهْدِمُ ٱلْاقْتِرَافَ

127. Confessio (vitii in merce) lucrum perdit.

١٢٨ عَجَّجَ لَمَّا عَضَّهُ ٱلظِّعَانُ

128. Clamavit, quum eum funis, quo pilentum adstringitur, premeret.

In eum dicitur, qui clamat, quum officia exequi debet. Similis ratio est proverbio est. C. VIII, 1. Conf C. V, 143.

١٢٩ عَطَوْتَ فِي ٱلْحَمْضِ

129. In depascendis salsis et amaris plantis manu sumsisti.

In eum dicitur, qui in verbis modum excedit.

١٢٠ عَارِيَّةٌ كَسَبَتْ أَهْلَهَا ذَمًّا

130. Res mutuo data, quae in causa erat, ut ii, qui eam dedissent, vituperarentur.

Quidam, quum rem mutuo datam repetentes vituperarentur, haec verba dixerunt. In eum dicitur, qui ipsi benefacientem vituperat.

١٣١ عَرَفَتِ ٱلْخَيْلُ فُرْسَانَهَا

131. Equi equites suos noscunt.

In eum dicitur, qui adversarium pugnâ non aggreditur, quum eius notitiam habeat.

١٣٢ أَلْعَبْدُ مَنْ لَا عَبْدَ لَهُ

132. Servus est is, cui servus non est.

De eo dicitur, qui opus suum ipse facit, quum neminem habeat, qui id perficiat. Talis vilis est. Samachscharius Scharaf-Aldin.

١٣٣ عِنْدَكِ وَهْيٌ فَارْقَعِيهِ

133. Apud te est ruptura; repara eam (o femina!)

In eum dicitur, qui vitiorum suorum immemor alios vituperat.

١٣٤ عَنَاقُ ٱلْأَرْضِ إِنْ ذَنْبِي ٱقْتُفِرَ

134. Meles ego sum, si crimen meum investigatum erit.

Nomine عناق الارض animal parvi canis magnitudine et تفة quoque appellatum designatur. Quod quum ungulas contrahat, vestigia nulla in terra relinquere dicitur. Proverbii verbis is utitur, qui crimine liber est, ut sensus sit: Si crimen meum

investigas, nullum fuisse videbis, quum vestigia relicta non sint.

١٣٥ عَوْدُكَ وَٱلْبَدْءُ دَرَنٌ بِبَدَنٍ

135. Reditus et initium tuum est sordes in corpore.

Celeritatem quum Arabes designare volunt, dicere solent: ما هو الا درن ببدن »Non est hoc nisi sordes in corpore« quia corpus sordibus celeriter contaminatur. Proverbii autem sensus est: Reditus tuus ad hanc rem et eius aggressus celer est. De eo dicitur, qui rem, in quam incidit, sive mala sive bona sit, celeriter aggreditur.

١٣٦ عَلَيَّ فَاضَ مِنْ نِتَاقِ ٱلْأَلْبَةِ

136. Contra me accrevit ex prole mea turba.

Scholion proverbium sic explicavit: فاض الشي يفيض فيضا كثر ونتقت المراة تنتق نتقا اذا كثر اولادها والالبة جمع الب يقال الب يالب اذا رجع والنتاج والنتاق واحد وهذا من قول امراة اجتمع عليها ولدها وولد ولدها فظلموها وقهروها فقالت انا التى فعلت هذا بنفسى حيث ولدت هولاء يضرب لمن جنى على نفسه شرا »De re dicitur فاض F. J. n. a. فيض, quum multa est et de femina نتقت F. J. n. a. نتق, quum magnam prolem habet. Vox البة pluralis vocis الب est. Dicitur الب F. J. i. e. rediit. Vocabulum نتاق idem significat quod نتاج. Verba autem proverbii mulieri tribuuntur, cui ipsius filii nepotesque congregati malum intulerant et quam iniuste tractaverant, quae mulier dixit: Ego per me ipsam hoc feci, quum tales pepererim. De eo adhibetur, qui sibi ipsi malum infert.“ Quae in scholiis legitur vocis الب rediit significatio, ea in lexicis non reperitur. Vox البة, quae pluralis vocis الب, cui in codice Berol. Meddae

signum litterae Elif superscriptum est, esse dicitur, redeuntes proprie significat. Cui autem significationi verbum فاض, quo de aquae copia exundante utuntur, non bene convenire videtur.

١٣٧ إِعْزِ ٱلْحَدِيثَ لِلْخَطِيبِ ٱلْأَوَّلِ

137. Refer narrationem ad primum auctorem!

Haec verba in eum dicuntur, qui rem dubiam aliis narrat, ut ei dicant, quemnam huius rei auctorem habes?

١٣٨ عَلَى بَدْءِ ٱلْخَيْرِ وَٱلْيُمْنِ

138. Cum initio bono et felicitate!

Haec verba in nuptiis dicuntur i. e. Sit eius initium bonum et fortunatum. Legitur quoque: على يد الخير واليمن i. e. Sit res tua in boni et felicitatis potestate. In Samachscharii opere legimus, verba ista Ohbaid-Allahum ben-Ahmir dixisse.

١٣٩ عَلِمُوا قِيلًا وَلَيْسَ لَهُمْ مَعْقُولٌ

139. Sermonem edocti sunt; sed prudentia carent.

Conf. prov. 105.

١٤٠ إِسْتَعَنْتُ عَبْدِي فَٱسْتَعَانَ عَبْدِي عَبْدَهُ

140. Servum meum in auxilium vocavi; tum servus meus servum suum in auxilium vocavit.

Servo is designatur, qui potestate inferior altero est; servus autem servi duobus gradibus inferior est.

١٤١ ٱلْعِتَابُ قَبْلَ ٱلْعِقَابِ

141. Objurgatio ante poenam.

Vox العتاب aut nominativi aut accusativi casum obtinet. Quod si accusativum admittis, imperativus استعمل adhibe supplendus est. Verba proverbii Ausus ben-Haritsah filium suum Malicum adhortans dixisse fertur. Monet nos proverbium, ne ad malum aliis inferendum properemus.

١٤٢ العِتَابُ خَيْرٌ مِنْ مَكْتُومِ الحِقْدِ

142. Objurgatio melior est, quam odium occultum.

Legitur quoque خير من مكنون الحقد, id quod eundem sensum praebet. Proverbium sapienti antiquo tempore viventi adscribitur.

١٤٣ أَعْمَرْتَ أَرْضًا لَمْ تَلُسْ حَوْذَانَهَا

143. Cultam dixisti esse terram, cuius bonum olus tu non edisti.

حوذان oleris nomen est boni odoris et gustus. In eum dicitur, qui rem, quam non expertus est, laudat. Metrum proverbii Redjes est. Conf: l. m. p. 231.

١٤٤ المُعْتَذِرُ أَعْيَى بِالْقِرَى

144. Excusans se cibum, quo excipitur hospes, pessime parat.

Apud Arabes laudi inservit, quod hospes ante verba cibo excipitur, vituperant vero Arabes, quod si quis verbis et excusatione et tussiendo excipitur. Dicunt, avaro rogato anhelationem et tussim supervenire. Poeta Djerirus sic cecinit:

وَٱلتَّغْلِبِيُّ إِذَا تَنَحْنَحَ لِلْقِرَى حَكَّ ٱسْتَهُ وَتَمَثَّلَ ٱلأَمْثَالَا

„Tahglebita quum tussiendo vocem oh oh! emittit loco cibi hospiti oblati, anum suum fricat et parabolas usurpat.[1])

---

1) Versus metrum Camil est. c. l. m. 212.

Saidus Alaranib interrogatus de gente Chosaah dixit: جوع واحاديث „Fames et narrationes" Praeterea ad rem explicandam alius poetae verba citarunt:

وَرُبَّ ضَيْفٍ طَرَقَ ٱلْحَىَّ سُرَى صَادَفَ زَادًا وَحَدِيثًا مَا ٱشْتَهَى

إِنَّ ٱلْحَدِيثَ جَانِبٌ مِنَ ٱلْقِرَى

„Saepe hospes nocturno itinere ad gentem veniens commeatum et narrationem, quamdiu cupit, invenit; nam narratio est latus cibi hospiti oblati." Metrum Redjes est. p. 231.

Observandum est, commeatus ante narrationem mentionem factam esse, ut ordo rei indicetur. Hoc vero proverbio excusatio in hospitio vituperatur, nam in illa avaritiae indicium est. Hoc probat sequens proverbium.

١٤٥ ٱلْمَعْذِرَةُ طَرَفٌ مِنَ ٱلْبُخْلِ

145. Excusatio est latus avaritiae.

Proverbium hoc explicandi causa cum praecedente in codice Berol. et Pocock. coniunctum est. In meo tamen codice et in Lugdunense separatum legitur. Nec non in operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii tanquam proverbium adnotatum est.

١٤٦ عَثْرَةُ ٱلْقَدَمِ أَسْلَمُ مِنْ عَثْرَةِ ٱللِّسَانِ

146. Caespitatio pedis non tam perniciosa est, quam linguae caespitatio.

١٤٧ عُقْرَةُ ٱلْعِلْمِ ٱلنِّسْيَانُ

147. Amuletum sterilitatis in scientia est oblivio.

Vocabulo عقرة amuletum designatur, quod mulier, ne concipiat, ad hypochondria appendere solet.

١٤٨ عَادَ إِلَى عِكْرِهِ

148. Rediit ad radicem suam.

Conf. prov. 4. quod idem significat. Conf. prov. 162. Dicitur quoque eodem sensu رجع الى عكره

١٤٩ على جَارَتى عِقَقٌ ولَيْسَ عَلَىَّ عِقَقٌ

149. Super vicina mea sunt crines et non sunt super me crines.

Vocabulum عقة, quod idem est ac عقيقة, crinium partem significat, in proverbio autem antiae intelligendae sunt. Verba haec mulier dixit, quae alteram mariti uxorem odio habebat, quod illa a marito multum verberabatur. Proverbii autem sensus est: Illa a marito verberatur, diligitur et in honore habetur. De eo dicitur, qui alteri invidià haud digno invidet.

١٥٠ عِتَابٌ وَضِنٌ

150. Objurgatio et amor.

Quamdiu unus alterum obiurgat, tamdiu amoris vinculum non ruptum est.

١٥١ عَذَرَتْنِى كُلُّ ذَاتِ أَبٍ

151. Excusavit me quaelibet patrem habens.

Quum patrem cum filia sua rem habuisse dicerent, haec verba illa filia protulit significatura, quamlibet filiam rem negaturam esse. In re adhibetur, cuius existentia omnino negatur.

١٥٢ عَمُّكَ أَوَّلُ شَارِبٍ

152. Patruus tuus primus bibentium est.

Id est: Patruus tuus omnium dignissimus est, qui ex

te commodum capiat; ei igitur ante omnes utilis sis. Proverbium significat, cuidam prae caeteris rem peculiariter tribuendam esse.

١٥٣ أَعِنْدِي أَنْتَ أَمْ فِي ٱلْعِكْمِ

153. Utrum apud me es an in vinculo, quo sarcina ligatur?

Verba haec significant, verba tua parum intelligere eum, quem alloqueris. Huic simillimum est: اعندى انت امر فى الربق »Utrum apud me es an in laqueis« Scharaf-Aldin.

١٥٤ أَعِضَّ بِهِ ٱلْكَلَالِيبَ

154. Fac forcipes eum mordere!

Malum ei infer!

١٥٥ عَلَى وَضَرٍ من ذا ٱلْإِنَاءِ

155. Super sordibus ex hoc vase.

Praepositio على e verbo ازجى الدهر »Tempus transigam« pendere dicitur. In eum dicitur, qui pauco contentus est.

١٥٦ عَرِّضْ لِلْكَرِيمِ وَلَا تُبَاحِتْ

156. Nutu tantum propone generoso (rem); sed ne dilucide expone!

Dilucide rem tuam generoso exponàs necesse non est; simpliciter ei rem proponas.

١٥٧ عَمِلَ بِهِ ٱلْفَاقِرَةَ

157. Res vertebras frangens eum adfecit.

Vocabulum فاقرة res vertebras frangens cogno-

men magni infortunii est. Proverbii sensus est: Maxima calamitate eum adflixit. Similis loquendi modus in Alcor Sur. 75 v. 25 est. Conf. Abulf. Ann. III p. 54.

١٥٨ عِرْضٌ مَا وَقَعَ فِيهِ حَمْدٌ وَلَا ذَمٌّ

158. Corpus est, in quod neque malum neque bonum incidit.

In eum dicitur, in quo neque bonum neque malum est.

١٥٩ عَذَابٌ رَعَفَ بِهِ ٱلدَّهْرُ عَلَيْهِ

159. Poena, quod tempus celeri cursu ei adtulit.

In eum dicitur, quem tempus magno malo adflixit.

١٦٠ ٱلْعَوْدُ أَحْمَدُ

160. Iteratio maiore laude digna est.

Vocabulum احمد derivari potest aut a حامد, ut sit magis laudans aut a محمود, ut sit magis laudandus. Si quis beneficium alteri infert, laudem meretur, sin autem beneficia repetit, maiore laude dignus est. Primus, qui haec verba dixerit, Chidaschus ben-Habis Tamimita fuisse dicitur. Hic puellam Rebab appellatam e gente Sadus, quae pars gentis Dsohl erat, in matrimonium petens repulsam passus erat, parentes enim ob puellae pulchritudinem divitem generum petebant. Post aliquot tempus, amore quo in puellam flagrabat, commotus, propius ad amatae habitaculum accessit et versus cecinit, quibus querebatur, quod ipsi viro virtute praedito alius quidam dives vilis praeferreretur. Puella, quae eius vocem cognosceret, his versibus commota, ad eum misit rogans, ut postero mane parentes ipsam in matrimonium petens adiret. Puella autem matrem rogaverat, ut ipsa Chidascho nuberetur. Postero mane Chidaschus ad parentes venit et salutans dixit:

العود احمد والمرء يرشد والورد يحمد »Reditus maiore laude dignus est, et vir in viam rectam dirigitur et aditus ad aquam laudatur«, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Verborum causam in eo viderunt Samachscharius et Scharaf-Aldinus, quod plerumque experientiâ edoctus ad rem redit. Poetae proverbii verba de beneficiis iterum dandis saepissime adhibuerunt. Sic Alachthalus:

فَقُلْتُ لِسَاقِينَا عَلَيْكَ فَعُدْ بِنَا إِلَى مِثْلِهَا بِٱلْأَمْسِ فَٱلْعَوْدُ أَحْمَدُ

„Et dixi potum nobis praebenti: Agedum! Reduc nos ad similem ei, quem hesterno die accepimus; nam reditus maiori laude dignus est.[1])

Et Morakkischus:

وَأَحْسَنَ سَعْدٌ فِي ٱلَّذِي كَانَ بَيْنَنَا فَإِنْ عَادَ بِٱلْإِحْسَانِ فَٱلْعَوْدُ أَحْمَدُ

„Sahdus in nostro mutuo statu pulchre egit. Si iterum pulchre ageret; nam iteratio maiori laudi est.“

Nec non Rubahus:

وَقَدْ كَفَى مِنْ بَدْئِهِ مَا قَدْ بَدَا وَإِنْ ثَنَى فِي ٱلْعَوْدِ كَانَ أَحْمَدَا

„Eius initium, quod fecit, suffecit, et si rem repeteret, maiori laude dignus esset.“[2])

١٦١ عِنْدَ ٱلرِّهَانِ تُعْرَفُ ٱلسَّوَابِقُ

161. In certamine praecedentes (equi) cognoscuntur.

In eum dicitur, qui rem, quam non possidet, sibi arrogat. Ad metrum Redjes referri potest. Conf. p. 231.

١٦٢ عَلَيْكَ وَطْبَكَ فَادْهِ

---

1) Versuum illorum metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

2) Versus metrum Redjes est. c. l. m. p. 231.

162. Utrem tuum cape! tum lac eius ede!

Verbum ادوى significat »rem دواية i. e. superiorem pulmenti seu lactis etc. partem edit.« In codice Lugdun. وطئك legitur. De construendae vocis عليك modo conferas prov. 177. Monet nos proverbium, ne aliorum opibus confidamus.

١٦٣ عَادَ ٱلْأَمْرُ عَلَى نِصَابِهِ

163. Rediit res ad principium suum.

In re adhibetur, cui praepositi sunt, quos res spectat. Conf. prov. 147.

١٦٤ اَلْعَزِيمَةُ حَزْمٌ وَٱلْاِخْتِلَاطُ ضَعْفٌ

164. Constans consilium est firmitas animi; perturbatio autem est infirmitas.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur. Vituperat proverbium perturbationem et incertitudinem in consilio capiendo. Cecinit poeta:

إِذَا كُنْتَ ذَا رَأْيٍ فَكُنْ ذَا عَزِيمَةٍ فَإِنَّ فَسَادَ ٱلرَّأْيِ أَنْ تَتَرَدَّدَا

„Quum consilium cepisti, firmus in consilio sis; consilium enim corrumpitur, si incertus haeres."

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٦٥ عَلَى ٱلْخَازِي هَبَطْتَ

165. In hariolum incidisti.

Voce الخازى is designatur, qui ex faciei et membrorum signis futura cognoscit. Proverbii sensus est: Rei peritissimum invenisti. Conf. p. 84.

١٦٦ عَاشَ عَيْشًا ضَارِبًا بِجِرَانٍ

166. Vixit vitam pectus suum in terram demittentem.

Hic loquendi modus a camelis derivatus est, qui pectore in terram posito quiescunt. Vita commoda et tranquilla cum camela pectus in terram demittente comparatur. Vocabulum جران interior colli pars in camelo est pectus versus, quae terram, quum decumbit, tangit. Proverbii sensus est: Vixit vitam commodam et tranquillam.

١٦٧ أَعْطِنِي حَظِّي مِنْ شُوَايَةِ ٱلرَّضْفِ

167. Da mihi portionem meam cocti in lapide ardente!

Junusus dixit: Verba haec protulit mulier quaedam multum a marito suo dilecta et honorata cibo et vestitu, ut aliis in invidia esset. Alia quaedam mulier dedecore eam affectura ipsam interrogaverat, quomodo maritus erga ipsam se gereret. Quam optime, respondens, ei agendi rationem narravit. Altera autem dixit: Quaenam est mariti tui pulchra erga te agendi ratio, quum tibi recusaverit portionem tuam cocti in lapide ardente. Illa quum verborum sensum nesciret, interrogans audivit, optimum cibum esse. Tum verbis istis fidem habens, a marito suo istum cibum petiit. Maritus autem statim cognovit, uxorem deceptam esse, sed rem recusare noluit optans, ut, se nonnisi amore commotum rem non dedisse, intelligeret; dixit igitur: Summa cum voluptate hanc tibi rem concedo et faciam quidem hac nocte, quum pastores domum venerint. Quum pastores potum vespertinum sibi parassent, uxorem advocari iussit, et lapidem candentem, super quo lac coctum erat, in manibus eius posuit. Mulier autem illam decipiens dixerat, calidum esse in manu quando senties lapidem, ne illum abiice, sed manum alteram et linguam in usum adhibe! Quod consilium quum secuta esset, factum est, ut et manum et linguam laederet. Dolorem istum

percipiens et poenitentiam manifestans dixit: قدكان عيى وشيبى يصربنى من شر „Quod loqui non poteram et debilitas mea (silentium meum) a malo me defendebat", quae verba in proverbium venientia caespitantem vituperant, qui cum studio rei incumbit, in qua ei iam satisfactum fuit. Ista autem priora proverbii verba in eum adhibentur, qui ad illam rem se adtollit, in qua ei felicitas (portio bona) non est. Vocabulum شواية الرضف significat lactis portionem, quae in lapidem candentem funditur, cuius pars tantum exigua remanet.

١٦٨ أَعِلَّةً وَبُخْلًا

168. Num praetextus et avaritia?

Mohammedes, quum uxori suae Ahjeschae dixisset: ارجى على مرطك „Laxa super me indumentum tuum" et illa se menstruis excusasset proverbii verba, dixisse narratur.

١٦٩ أَعْشَبْتَ فَٱنْزِلْ

169. Pabulum invenisti; descende igitur!

Votis tuis potitus contentus sis!

١٧٠ الْعُقُوبَةُ أَلْأَمُ حَالَاتِ ٱلْقُدْرَةِ

170. Poena est potestatis vilissima conditio.

Veniam dare peccatis generositatis est.

١٧١ الْعَجَلَةُ فُرْصَةُ ٱلْعَجَزَةِ

171. Festinatio est occasio debilium.

Mora laudatur et festinatio vituperatur.

١٧٢ الْعَاقِلُ مَنْ يَرَى مَقَرَّ سَهْمِهِ مِنْ رَمْيِهِ قَبْلَ إِرْسَالِهِ مِنْ فُوقِهِ

172. Prudens est is, qui locum ubi decidit sagitta videt, antequam illa a crena demittitur.

Eum describit proverbium, qui rerum exitum cognoscit.

١٧٣ اَلْعَيْنُ أَقْدَمُ مِنَ ٱلسِّنِّ

173 Oculus prior est, quam dens.

Novum non vincit antiquum.

١٧٤ عِنْدَ ٱلْإِمْتِحَانِ يُكْرَمُ ٱلرَّجُلُ أَوْ يُهَانُ

174. Quum vir tentatur, honoratur aut despicitur.

١٧٥ عِنْدَ ٱلنَّازِلَةِ تَعْرِفُ أَخَاكَ

175. In calamitate fratrem tuum cognoscis.

١٧٦ عَلَيْهِ مِنَ ٱللّٰهِ تَعَالَى أَصْبَعٌ حَسَنٌ

176. Ei a Deo optimo maximo pulcher digitus est.

Simili ratione dicitur de pastore: للراعى على ماشيته اصبع „Pastori pro pecore suo digitus est" i. e. pecoris curam habet „Proverbii autem sensus est: Talis eius conditio est, ut Deum eum tuitum esse cognosci possit.

١٧٧ عَلَيْهِ وَاقِيَةٌ كَوَاقِيَةِ ٱلْكِلَابِ

177. Qualis canum custodia est, talis ei custodia est.

Id est: Ut canis catulos suos custodit, sic custoditur. In vilem custoditum et defensum dicitur.

١٧٨ عَلَيْكَ نَفْسَكَ

178. Tuam rem gere!

Post vocem عليك, quae excitandi significationem

habet, ut post عندك et دونك, accusativi casum ponere licet, quum verbi خذ „cape“ locum teneat. Nec non nominativi casus admittitur, ut pronomini vis addatur, quasi diceres: عليك انت نفسك زيدا. Denique genitivi casus poni potest, si nonnisi pronomen ك firmare vis عليك نفسك زيدا, ut نفسك cum praepositione على cohaereat.

١٧٩ عَقْرَى حَلْقَى

179. Pedes ei incidat (Deus) et gutturis dolore eum adficiat!

Sunt verba, quibus Arabes male precantur, proprie a camelo desumta. Eorum sensus est: Pereat! Dubitant de proverbii legendi modo; sunt enim, qui عقرا وحلقا, ut verbum suppleatur, legendum esse dicant, dum alii contendunt, Mohammedem ipsum ista verba عقرى وحلقى protulisse, quae a عقير et حليق tanquam plurales derivari possint. Conf. Kam. et Dj. v. حلق et عقر

١٨٠ عَرَكَهُ عَرْكَ ٱلْأَدِيمِ وَعَرْكَ ٱلرَّحَى بِثِفَالِهَا وَعَرْكَ ٱلصَّنَّاعِ أَدِيمًا غَيْرَ مَدْهُونٍ

180. Fricuit eum quemadmodum cutis fricatur; quemadmodum mola inferiorem lapidem fricat; quemadmodum opifex cutem non unctam fricat.

١٨١ عَالَى بِهِ كُلَّ مَرْكَبٍ

181. Omne iumentum eum conscendere iussit.

Omnem rem molestam eum subire iussit.

١٨٢ عَسَى غَدٌ لِغَيْرِكَ

182. Fortasse crastinus dies alii (quam tibi).

Ne usque ad crastinum diem rem tuam differ; fieri enim potest, ut ante crastinum diem moriaris.

١٨٣ عَسَى ٱلْبَارِقَةُ لَا تُخْلِفُ

183. Fortasse nubes fulgurans spem non tollit.

Proverbium adhortatur, ut spem benefactorum non abiiciamus.

١٨٤ عَذَرْتُ ٱلْقِرْدَانَ فَمَا بَالُ ٱلْحَلَمِ

184. Excusavi ricinos magnos et quid volunt ricini parvi?

In scholiis nil explicandi proverbii causa legitur praeter hoc: هذا قريب من قولهم استنت الفصال حتى القرعى „Hoc non multum differt a proverbio“ Currunt pulli cameli a matre ablactati et ipsi pulli pustulis laborantes.“ Conf. C. XII, 23. Secutus sum codices Lugdun. et Berolin. In meo غدوت, in Pocockiano عادت legitur. Pocockius vertit: Assueti sunt redivii et quid volunt حلم, addens: Num forsan vult sanguinem sugere adsueti sunt maiores, num et minores idem facient.

١٨٥ عَاثَ فِيهِمْ عَيْثَ ٱلذِّئَابِ يَلْتَبِسْنَ بِٱلْغَنَمِ

185. Grassatus est in iis modo luporum, qui ovibus se immiscent.

In eum dicitur, qui omni modo gentis res perturbat.

١٨٦ أَعْرَبَ عَنْ ضَمِيرِهِ ٱلْفَارِسِيِّ

186. Dilucide (vel arabice) mentem suam Persicam explicavit.

In eum dicitur, qui omnia, quae in animo habet, loquitur.

١٨٧ عِنْدَ فُلَانٍ كَذِبٌ قَلِيلٌ

187. Apud quendam paucum mendacii est.

Verax est, non mentitur. Verbis autem انه يمتذق significant, eum mendacem esse.

١٨٨ عَلَيْهِ ٱلْعَفَارُ وَٱلدَّبَارُ وَسُوءُ ٱلدَّارِ

188. Contra eum sit terra, interitus et pravitas domus!

Vocibus سوء الدار „Pravitas domus" interpretes infernum intelligendum esse dicunt. Sensus est: Pereas!

١٨٩ عَلَيْهِ ٱلْعَفَاءُ والذِّئْبُ ٱلْعَوَّاءُ

189. Contra eum sit interitus (vel terra) et lupus latrans!

Et haec verba male imprecando inserviunt.

١٩٠ عَرَفْتُ شَوَاكِلَ ذٰلِكَ الأَمْرِ

190. Vias parvas istius rei nosco.

Omne id quod obscurum aut aliis dubium est, ego nosco.

١٩١ عَجَبٌ مِنْ أَنْ يَجِيَ مِنْ جَحِنٍ خَيْرٌ

191. Mirum est, quod e planta parva commodum proveniat.

In pumilum dicitur, qui aliis utilitati non est.

١٩٢ أَعَانَكَ ٱلْعَوْنُ قَلِيلًا أَوْ أَبَاهُ وَٱلْعَوْنُ لَا يُعِينُ إِلَّا مَا ٱشْتَهَاهُ

192. Auxiliator tibi parum auxilii praestitit, aut illud recusavit; nam auxiliator nonnisi in eo, quod cupit, auxilium praestat.

Sic scholion proverbium explicavit: قال ابو الهيثم يعنى من اعانك من غير ان يكون ولدا او اخا او عبدا يهمه ما اهمك ويسعى معك فيما ينفعك فانما يعينك بقدر ما يحب ويشتهى ثم ينصرف عنك „Dixit Abu-l'Haitsamus: I. e. qui tibi auxilium fert, dum tibi non est aut filius aut frater aut servus, ut earundem rerum quam tu curam habeat et rebus, quae tibi utilitatem adferant, tecum occupatus sit, is in auxilio tibi ferendo suam ipsius voluntatem desideriumque sequetur, tum vero a te recedet.“ In codice Berolin. proverbium post vocem اباه abruptum est, tum legitur: العون المعين والعون لا يعين الا من اشتهاه قال ابو العيثم يعنى etc.

١٩٣ العَجْزُ وَطِيءٌ

193. Debilitas est mollis (lenis).

De eo dicitur, qui ignaviae indulget, ut victum sibi non quaerat et laudem sibi non paret, aut qui litem timens rem sibi debitam non postulat.

١٩٤ العَجْزُ رِيبَةٌ

194. Debilitas est dubium.

Qui rem sibi proposuit, viam, qua ad eam perveniat, inveniet; sed qui debilem se esse confitetur, in eius re est dubium. Abu-l'Haitsamus dixit, verissimum hoc esse proverbium.

١٩٥ عَهْدُكَ بِٱلْفَالِيَاتِ قَدِيمٌ

195. Diu est, quod caput tuum perscrutantes (feminas pediculorum causa) vidisti.

Pocockius عهدى legisse videtur. In eum quadrat proverbium, cui rei perficiendae occasio, quae nonnisi cum difficultate reparari potest, praeterlapsa est.

١٩٦ عُرْفُطَةٌ يُسْقَى مِنَ ٱلْغَوَادِقِ

196. Arbor Ohrfuthah aquosis nubibus irrigatur.

Arbor ista aspera tactu est. Verba de pravo dicunt, qui honore adficitur. Proverbium hoc in codice Berol. post 140 legitur. Ibi تسقى legitur. Pocockius عرفط habet. Utrumque ferri potest. Ad metrum Redjes referri potest. c. p. 231.

١٩٧ عَوْرَآءُ جَاءَتْ وَٱلنَّدِىُّ مُقْفِرٌ

197. Obscoenum verbum venit et consessus erat vacuus.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 160. In scholiis sic legitur: العوراء الكلمة الفاحشة والندى والنادى المجلس والمقفر الخالى يضرب لمن يوذى جليسه وتعظمه عليه من غير استحقاق „Vocabulum عوراء verbum obscoenum significat et vocabulum ندى et ناد consessum designat. مقفر idem est, quod خال vacuus. Adhibetur (proverbium) de eo, qui socio in consessu noxam infert et quem tu contra eum, licet eo dignus non sit, honore adficis".

١٩٨ عُرْجَلَةٌ تَعْتَقِلُ ٱلرِّمَاحَ

198. Pedites lanceas cruribus supponunt.

Vocabulum العرجلة in scholiis vocibus الرجالة فى الحرب

pedites in bello explicatur; in Kamuso autem vocibus القطعة من الخيل agmen equorum s. equitum. Nec non designat ovium et caprarum agmen. Haec vox in meo lexico nescio quo casu omissa est. Verbum اعتقل significationem supposuit eques lanceam inter equi latus et crus suum habet. De eo proverbium adhibetur, qui rem de se praedicat, quae non est in sua potestate posita.

١٩٩ أُعْتُوبَةٌ بَيْنَ ظِمَاءٍ جُوعٍ

199: Causa obiurgationis inter sitientes famelicos.

Scholion proverbium sic explicavit: يقال بينهم اعتوبة يتعاتبون بها اى اذا تعاتبوا اصلح ما بينهم العتاب يضرب بينهم „Dicitur لقوم فقراء اذلاء يفتخرون ما لا يملكون اعتوبة يتعاتبون بها „Inter eos est causa obiurgationis, ob quam invicem se obiurgant" i. e. Quum invicem se obiurgant, mutua ipsorum conditio obiurgationem reparat. De hominibus pauperibus, vilibus dicitur, qui res, quas non possident, gloriantur". Ad metrum Redjes referri potest.

٢٠٠ عَارِيَةُ ٱلْفَرْجِ وَبَتٌّ مُطَّرَحٌ

200. Femina nuda pudenda habens, et cilicium est proiectum.

In eum dicitur, qui tenui victu et sordido amictu contentus est, quamquam meliorem vitae conditionem sibi comparare potest.

٢٠١ عَشِيرَةٌ رِقَاعُهَا تَوَسَّعَ

201. Gens cuius Rikahus se dilatavit.

Ex scholiis ad Cap. XXVI, 45. videre licet, vocem رقاع nomen viri esse maligni. Ibidem persona viri verbi وسع subiectum est. Haec vero res, nec non verborum ordo in

nostro proverbio in causa erat, cur a vocalibus, quae in codice Berol. voci توسع, sunt enim ibi vocales feminini secundae formae superscriptae, recederem. A Meidanio proverbium hisce verbis explicatum est: يعنى ان افنية العشيرة اوسع واحمل لجناياته يضرب لمن يرجع بجنايته الى العشيرة ويوذيهم بالقول والفعل i. e. Campos gentis ampliores esse et magis portantes eius crimen. De eo adhibetur, cuius crimen gentem spectat, et qui ei tum verbis tum factis nocet."

٢٠٦ عَيْنٌ بِذَاتِ ٱلْحَبَقَاتِ تَدْمَعُ

202. Fons in loco Dsat-Alhabakat plorat.

Vocabulum الحبق nomen oleris est in terra plana et salebrosa crescentis (pulegii). ذات الحبقات proprie est „abundans pulegio (terra)", tum nomen proprium esse videtur. Vocabulum تدمع plorat de aqua pauca intelligendum est. Proverbium, cuius metrum Redjes (c. l. m. p. 231) est, de viro opulento adhibetur, qui parum utilis est et nonnisi vilibus opem fert; sequitur enim versus hic:

وَارِدُهَا ٱلذِّئْبُ وَكَلْبٌ أَبْقَعُ

„Perveniunt ad eam (aquam) lupus et albo nigroque variegatus canis."

٢٠٣ عَيْشُ ٱلْمُضِرِّ حُلْوُهُ مُرٌّ مُقِرٌ

203. Dulcedo vitae viri plures uxores habentis amara, valde amara est.

Proverbium, quod ad metrum Redjes (c. l. m. p. 160) referri potest, in eum dicitur, qui tantum habens, quantum ad vitam sustinendam necessarium est, altiora petit et in res ingratas incidit.

٢٠٤ عَيْنُكَ عَبْرَى وَٱلْفُؤَادُ دَدٌ

204. Oculus tuus lacrymatur et animus tuus in lusu est.

In eum dicitur, qui laetus ob aliena mala tristitiam ostendit.

٢٠٥ أَعْلَامُ أَرْضٍ جُعِلَتْ بَطَائِحَا

205. Montes terrae in valles mutati sunt.

Versus est metri Redjes (c. l. m. p. 161). De nobilibus, qui humiles et viles facti sunt, nec non de eo, qui gratias merens nullam accipit, adhibetur.

٢٠٦ عَافِيكُمْ فِى ٱلْقِدْرِ مَاءٌ أَكْدَرُ

206. Pars redundans, quam in ollae fundo reliquistis, aqua turbida est.

In eum dicitur, qui pro beneficiis ipsi illatis gratias debitas non persolvit; mos enim erat, in olla, quam mutuo acceptam reddebant, iuris partem relinquere.

٢٠٧ عُرَاضَةٌ تُورِى ٱلزِّنَادَ ٱلْكَابِلَ

207. Donum, quod ex ignitabulo pravo ignem elicit.

In eum dicitur, qui pulchro sermone homines decipit. Adhibent quoque proverbium, ut significent, dona favoris conciliandi causa data vim habuisse. Quod adiectivum masculinum cum voce زناد pluralis coniunctum sit, huiusce rei causam Meidanius in eo videt, quod زناد quoque singularis forma sit. Quae vero ex Sohairi versu افال مزنم „cameli iuvenci partem auris amputatam habentes“, aut Amru-l'Kaisi نزول اليمانى ذى العياب المحمل „Descensus

Jemanensis possessoris cophinorum camelis impositorum“, illustrandi causa adduxit, ea licentia poetica niti videntur. Vox autem زناد, quamquam pluralis forma, tamen de uno ignitabulo adhibita cum masculino coniungi potest.

٢٠٨ عَشَّرَ وَٱلْمَوْتُ شَاجِى ٱلْوَرِيدِ

208. Asini ruditum decies imitatus est et mors venam eius iugularem compresserat.

Mors ad eum adpropinquaverat. De eo dicitur, qui moerore adflictus est, quum moeror ei inutilis sit. Ad oppidum accedentes, in quo pestis grassabatur, decies asini vocem imitantes haud interruptim clamare solebant sperantes fore, ut hoc ipsis utilitati esset. Dixit poeta:

لَعَمْرِى لَئِنْ عَشَّرْتُ مِنْ خِيفَةِ ٱلرَّدَى نَهِيقَ ٱلْحَمِيرِ إِنَّنِى لَجَزُوعُ

„Per vitam meam! Si ob mortis timorem decies asini ruditum imitor, tum ego timidus sum.“

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

٢٠٩ أَعْلَمُ بِمَنْبِتِ ٱلْقَصِيصِ

209. Bene sciens locum, ubi plantae Kaziz proveniunt.

Ad latus plantae قصيص appellatae tubera terrae nasci solent, quem locum nonnisi plantarum gnarus scit. Sensus proverbii est: Locum rerum ipsi necessariarum bene scit. Proverbium hoc nonnisi in codicibus Berol. et Pocock. legitur. In codice meo et L. post prov. 243. eius mentio facta est.

٢١٠ أَعْلَمُ مِنْ أَيْنَ تُؤْكَلُ ٱلْكَتِفُ

210. Bene sciens a quonam loco in edenda scapula incipiendum sit.

Proverbium nonnisi in codicibus Berol. et Pocock. legitur; sed conferas C. I, 164. Alazmäihus dixit, Arabes inde de imprudente dicere solere: Nescit bene edere carnem scapulae (ita ut ius pingue non defluat). Hamsahus hoc et praecedens proverbium sub forma comparativi adduxit, sed quum sequente praepositione من, quae comparativi formam sequitur, destituta sint, vix illum locum occupare possunt.

Forma comparativi.

---

٢١١ أَعَزُّ مِنْ كُلَيْبِ وَايِل

211. Potentior, quam Colaibus Wajil.

Nomen viri, tempore suo gentis Rabiah principis et ducis omnium Nisaritarum, Wajil ben-Rabiah ben-Alharits erat. Tantâ autem potentiâ erat, ut si prato interdixisset, nemo ad id accederet, aut si feram in tutelam recepisset, nemo eam venaretur. In prato aut ad aquae receptaculum, quod ipsi placeret, caniculam mutilatam relinquere solebat, cuius balatu omnes monerentur. Quo autem balatus vox pertingebat, ibi ab aliis non violandum locum esse putabant. Huius caniculae causa Wajilus cognomen كليب Colaib (canicula) accepit. Tanta quoque eius dignitas erat, ut nemo ad aquam nisi iussu eius ipsum praece-

deret, nam in ipsum praecedentem ad puteum aquam hauriens canes ad mordendum instigare solebat; nemo in pabuli copia alium incitaret, ut pabulo nisi ab ipso relicto uteretur, nemo ad ipsum sedentem praeterire auderet, nemo coram ipso alta voce loqueretur, nemo in eius consessu loqui auderet. Colaibo igitur a Djassaso occiso (c. C. XIII, 114.) Mohalhelus hos dixit versus:

نُبِّئْتُ أَنَّ ٱلنَّارَ بَعْدَكَ أُوقِدَتْ وَٱسْتَبَّ بَعْدَكَ يَا كُلَيْبُ ٱلْمَجْلِسُ

وَتَكَلَّمُوا فِى أَمْرِ كُلِّ عَظِيمَةٍ لَوْ كُنْتَ شَاهِدَهُمْ بِهَا لَمْ يَنْبِسُوا

„Certior factus sum, ignem te mortuo esse accensum, et te mortuo, o Colaibe! convenientes in consessu se invicem probrosis verbis petiisse, et locutos esse de omni re gravi. Quod si tu praesens fuisses, ne unum quidem verbum protulissent.“ Conf. Hamas. p. ۴۲۰ sqq. Harir. p. 192.

٢١٢ أَعْيَى مِنْ بَاقِلٍ

212- Maiore cum difficultate loquens, quam Bakilus.

Bakilus e gente Ijad oriundus erat. Abu-Ohbaidus dixit, eum ad gentem Rabiah pertinuisse. Tanta eum sermonis impotentia laborasse narrant, ut interrogatus, quanto dorcas ab ipso emta, quam sub brachio teneret, constaret, manus extenderet et linguam exereret significaturus: undecim drachmis. Dorcadem autem ita dimissam aufugisse, narrant. Hanc ob causam vituperatus hos versus eum dixisse contendunt:

يَلُومُونَ فِى حُمْقِهِ بَاقِلًا كَأَنَّ ٱلْحَمَاقَةَ لَمْ تُخْلَقِ

فَلَا تُكْثِرُوا ٱلْعَذْلَ فِى عِيِّهِ فَلَلْعِيُّ أَجْمَلُ بِالْأَمْوَقِ

خروج اللسان وفتح البنان   أحب الي من المنطق

„Vituperant ob stupiditatem Bakilum, quasi stupiditas a natura non indita sit. Ne ob linquae difficultatem eum multum vituperate, nam profecto linguae difficultas stupido pulchrior est. Exserere linguam et digitos aperire, mihi loquelae praeferendum videtur.

Versus metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281 sq

٢١٣ أعز من الزبا

213. Potentior, quam Alsabba.

Femina haec ex Amalekitarum gente, cuius mater Graeca esset[1]), fuisse dicitur. Mesopotamiae regina erat et inde cum exercitu in Arabum regiones irruptiones faciebat. Duas quoque arces, Marid et Alablak, quae sub ditione Samuelis ben-Ahdija Iudaei erant, invasit. Quum fortiter ei resisterent, dixit: تمرد مارد وعز الابلق „Adversata est arx Marid et potens fuit Alablak“, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Djasimahum occidit. Conf. Cap. VII, 2.

٢١٤ أعيى من يد في رحم

214. Magis haesitans, quam manus in utero.

De eo dicitur, qui in re haesitat. Qui in cameli uterum manum immittit, multum cavet, ne eum laedat. Conf. XV, 46 et plur. locis.

1) In Scharaf-Aldini opere legimus, eam Graecam fuisse et matrem ex Amalekitarum gente ortam habuisse. Arabico sermone utens Kinnisrini provinciam Mesopotamiamque sub ditione tenebat et in utraque Euphratis ripa oppida sita possidebat.

٢١٥ أَعَزُّ مِنَ ٱلْأَبْلَقِ ٱلْعَقُوقِ

215. Rarior, quam variegatus praegnans.

De re dicitur, quae rarissime invenitur, nam vocabulum ابلق in maribus, عقوق nonnisi in feminis adhibetur, ut ista coniuncta vocabula rem, quae non existit, designent. Almofadhdhelus dixit, proverbium Chalido ben-Malic Alnahschali adscribendum esse. Rex Alnohmanus quum quosdam e gente Banu-Masin ben-Ahmru ben-Tamim captivos fecisset, quis eorum sponsor esset, interrogavit. Chalidus respondit, se esse sponsorem et quum Alnohmanus iterum interrogasset وبما احدثوا »et earum rerum, quas denuo fecerunt'', Chalidus respondit: نعم وان كان الابلق العقوق »Certe et si res inaudita fuit«. Arabes autem fidei, quum rarissime inveniatur, cognomen الابلق العقوق »variegati praegnantis« dederunt. Conf. XVII, 8. Conf. Harir. p. 411.

٢١٦ أَعْقَرُ مِنْ بَغْلَةٍ وَأَعْقَمُ مِنْ بَغْلَةٍ

216. Sterilior, quam mula.

Duplex est proverbium eundem sensum habens.

٢١٧ أَعَزُّ مِنْ بَيْضِ ٱلْأَنُوقِ

217. Rarior, quam ova avis Anuk appellatae.

الانوق nomen alterum avis رخمة appellatae est. Species est vulturis, qui in montium cacuminibus, aditu difficillimis et ab hominibus remotissimis nidum exstruit. Cecinit poeta Alachthal:

مِنَ ٱلْجَازِيَاتِ ٱلْحُورِ مَطْلَبُ سِرِّهَا كَبَيْضِ ٱلْأَنُوقِ ٱلْمُسْتَكِنَّةِ فِي ٱلْوَكْرِ

„Ex dorcadibus nigris oculis praeditis, quarum secretum

quaeritur, ut quaeruntur ova avis Anuk, quae in nidis defensa sunt." Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

Narrant, virum quendam Moahwijjahum rogasse, ut ipsi donum daret. Quod quum Moahwijjahus se facturum esse promisisset, virum illum filio quoque suo, et Moahwijjaho denegante, genti suae donum postulasse. Tum Moahwijjahum dixisse:

طَلَبَ ٱلْأَبْلَقَ ٱلْعَقُوقَ فَلَمَّا لَمْ يَنَلْهُ أَرَادَ بَيْضَ ٱلْأَنُوقِ

„Petiit variegatum praegnantem et quum eum non accepisset, ova avis Anuk voluit."

Versus metrum Chafif est. c. l. m. p. 262.

٢١٨ أَعَزُّ مِنَ ٱلْغُرَابِ ٱلْأَعْصَمِ

218. Rarior, quam corvus unum pedem album habens.

Corvus nunquam pedem album habet. De re igitur rarissima adhibetur, quam ob causam Ahjischam Mohammedis uxorem inter feminas talis corvi locum tenere dixerunt.

٢١٩ أَعَزُّ مِنْ قَنُوعٍ

219. Potentior, quam contentus.

Proverbium hoc ex versu poetae desumtum est:

وَكُنْتُ أَعَزَّ عِزًّا مِنْ قَنُوعٍ تَرَفَّعَ عَنْ مُطَالَبَةِ ٱلْمُلُوكِ

„Fui potentior, quam contentus, qui nimis superbus est, quam ut fastidiosum roget."

٢٢٠ أَعَزُّ مِنَ ٱلْكِبْرِيتِ ٱلْأَحْمَرِ

220. Rarior, quam sulphur rubrum.

Sulphur rubrum aurum esse contendunt. Alii autem

dicunt, sulphur rubrum non existere, quamquam eius mentio fiat. Cecinit poeta:

عَزَّ ٱلْوَفَاءُ وَلَا وَفَاءَ وَإِنَّهُ لَأَعَزُّ وِجْدَانًا مِنَ ٱلْكِبْرِيتِ

„Rara est fides, et non existit, nam rarius invenitur, quam sulphur.“

Versus metrum Camil est. C. l. m. p. 212.

٢٢١ أَعَزُّ مِنْ مَرْوَانِ ٱلْقَرَظِ

221. Potentior, quam Merwanus Alkarats.

Vocabulo القرظ fructus acaciae et folia arboris, quibus coria concinnantur, significant. Merwanus ben-Sinbah Ahbsita isto cognomine Alkarats appellabatur, quia tanta eius potentia erat, ut folia illa Karats appellata hominibus colligere interdiceret. Alii autem dicunt, cognomen eum inde accepisse, quod in regionem Jemanae, quae illius arboris قرظ appellatae patria esset, irruptiones fecisset.

٢٢٢ أَعَزُّ مِنْ حَلِيمَةَ

222. Potentior, quam Halima.

Halima erat filia Alharitsi ben-Abi-Schamr regis Arabum in Syria degentium. Cum hoc alterum proverbium cohaeret: ما يوم حليمة بسر Non est dies Halimae secretum“. (c. C. XXIV, 64) Hic dies inter Arabes proelio celeberrimus erat; occidebatur enim isto die Almondsirus ben-Almondsir ben-Mäissema rex Iracae. Dies ab Halima nomen accepit, quia illa patris sui copias ad pugnam excitaverat. Dicunt, isto die tantam pulveris copiam fuisse, ut sole obscurato stellae apparerent. Inde proverbium ortum: لاريَنّك الكواكب ظهرا „Efficiam, ut meridie stellas videas.“

٢٢٣ أَعَزُّ مِنْ أُمِّ قِرْفَةَ

223. Potentior, quam Omm-Kirfah.

Mulier haec e gente Fesarah oriunda Malico ben-Hodsaifah ben-Badr nupta erat. In eius domo quinquaginta gladii quinquaginta virorum ípsi sacrati suspensi erant.

٢٢٤ أَعْدَى مِنَ ٱلظَّلِيمِ

224. Celerius currens, quam struthiocamelus mas.

٢٢٥ أَعْدَى مِنَ ٱلْحَيَّةِ

225. Iniustior, quam serpens.

Conf. XVII, 20.

٢٢٦ أَعْدَى مِنَ ٱلذِّئْبِ

226. Iniustior, quam lupus.

Vocabulo اعدى triplex significatio tribui potest, iniustior, infestior et celerius currens. conf. XVII, 23.

٢٢٧ أَعْدَى مِنَ ٱلْعَقْرَبِ

227. Iniustior (aut infestior), quam scorpio.

٢٢٨ أَعْدَى مِنَ ٱلْجَرَبِ

228. Contagiosior, quam scabies.

٢٢٩ أَعْدَى مِنَ ٱلثُّؤَبَاءِ

229. Contagiosior, quam oscitatio.

Conf. prov. 34.

٢٣٠ أَعْدَى مِنَ ٱلشَّنْفَرَى

230. Celerius currens, quam Alschanfara.

De hoc viro vide Hamasa 242, 243, 244.

٢٣١ أَعْدَى مِنْ سُلَيْكٍ

231. Celerius currens, quam Solaicus.

Ad explicandum proverbium Abu-Ohbaidahus haec adnotavit: Quum procubitores exercitus gentis Becr ben Wajel in gentem Tamim incursionem facturi, Solaicum vidissent, dixerunt: Si Solaicus nos conspicit, gentem suam certiorem faciet. Miserunt igitur duos equites in celeribus equis vehentes, qui eum caperent. Ille dorcadi similis cursu aufugit. Illi autem cum per totum diem persequentes putarunt, eum fatigatum esse, ut, si cecidisset, eum caperent. Mane eius vestigia invenientes viderunt, eum arboris radicem pede offendisse et assiliisse, ut arcus in terram decidens frangeretur. Dixerunt autem: Fortasse hoc initio noctis accidit, post lassus factus erit. Denuo igitur eum sequentes invenerunt eius vestigia multum distantia et viderunt, eum urinam in terram demisisse et vestigia terrae altius impressisse. Qua ex re quum cognoscerent, eum nullo modo fatigatum esse, a persequendo destiterunt. At Solaico gentem suam de hostis adventu certiorem facienti propter viae magnam distantiam fides non habebatur. Solaicus ad gentem Banu-Sahd pertinebat, quae pars gentis Tamim erat. Mater eius, a qua nomen accepit, Solacah appellata, nigra erat. Abu-Ohbaidahus eum simul cum Almontaschiro ben-Wahab Bahelita et Aufo ben-Mathr Masenita, qui ob cursum celerem celebres erant, nominavit.

٢٣٢ أَعَقُّ مِنْ ضَبٍّ

232. Crudelior in prolem, quam lacerta.

Narrant, lacertam multum custodire ova sua, ne a serpente aut maioris speciei lacerta vorarentur. Quum vero pullos ex ovis prodeuntes conspiciat, eam putare, pullos esse animalia in ova irruentia, ut eos in errorem inducta occidat.

٢٣٣ أَعَقُّ مِنْ ذِيبَةٍ

233. Crudelior in propinquum, quam lupa.

Narrant lupam, quum conspiciat lupum cum ipsa degentem vulneratum et sanguine infectum, irruere eumque vorare. Cecinit poeta:

فَتًى لَيْسَ لِابْنِ الْعَمِّ كَالذِّئْبِ إِنْ رَأَى بِصَاحِبِهِ يَوْمًا دَمًا فَهُوَ آكِلُهُ

„Vir, qui erga patruelem suum non agit lupi modo, qui quum in socio suo sanguinem vidit, eum vorat.

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 162.

٢٣٤ أَعْطَشُ مِنْ ثَعَالَةَ

234. Magis sitiens, quam vulpes.

Mohammedes ben-Habib voce ثعالة vulpem designari dixit, Abu-Alahrabius autem Tsoahlah (ثعالة) viri nomen ad gentem Banu-Mudjaschih pertinentis esse putavit. Virum hunc cum Bohaiho ben-Ahbdallah ben-Modjaschih praedatum exiisse narravit. Summopere fame sitique in deserto adflictos coactos fuisse, ut alter alterius urinam biberet. Aucto autem siti utrumque periisse.

أَعْطَشُ مِنَ ٱلنَّقَّاقَةِ

235. Magis sitiens, quam coaxans (rana).

Legitur quoque النقاق. Ranae sitis magna tribuitur, quod omnino aqua destituta vivere non potest.

٢٣٥ أَعْطَشُ مِنَ ٱلنَّمْلِ

236. Magis sitiens, quam formica.

Sic dicitur, quod formicae in locis aqua carentibus degunt.

٢٣٧ أَعْذَبُ مِنْ مَاءِ ٱلْبَارِقِ

237. Dulcior, quam aqua nubis fulgurantis.

Dicitur quoque اعذب من ماء الغادية „Dulcior, quam aqua nubis matutinae“ et ماء المفاصل „aqua inter arenarum colles“ et ماء الحشرج „aqua glareae.“ De vocis حشرج significatione non consentiunt, alii voce حصى, alii voce حسى eam explicant. conf. lex. m.

٢٣٨ أَعْجَلُ مِنْ نَعْجَةٍ إِلَى حَوْضٍ

238. Magis festinans, quam ovis ad aquae receptaculum.

Dicunt ovem aquam videntem inde nullo modo averti posse.

٢٣٩ أَعْجَلُ مِنْ مُعَجِّلِ أَسْعَدَ

239. Magis festinans, quam qui Asahdum ad festinationem impulit.

Conf. X, 184.

٢٤٠ أَعْبَثُ مِنْ قِرْدٍ

240. Magis lusui deditus, quam simia,

Sic dicitur, quoniam simia hominis factum semper imitatur.

٢٤١ أَعْيَثُ مِنْ جَعَارِ

241. Magis corrumpens, quam hyaena.

٢٤٢ أَعْقَدُ مِنْ ذَنَبِ ٱلضَّبِّ

242. Plures nodos habens, quam cauda lacertae.

Narrant Arabem oppidanum campestri vestimentum dedisse. Campestrem oppidano dixisse: لاكافينك على فعلك بما اعلمك كم فى ذنب الضب من عقدة „Gratias tibi solvam pro facto tuo eo, ut te doceam, quot nodi in lacertae cauda sint". Quum oppidanus se nescire respondisset, campestrem viginti et unum dixisse.

٢٤٣ أَعْزَبُ رَأْيًا مِنْ حَاقِنٍ

243. Remotior a prudente consilio, quam urinae difficultate laborans.

Simile est proverbium: لا رأى لحاقن „Non est prudentia urinae difficultate laboranti."

٢٤٤ أَعْزَبُ رَأْيًا مِنْ صَارِبٍ

244. Remotior a prudente consilio, quam alvo suppressa laborans.

In Scharaf-Aldini opere عقلا loco vocis رايا legitur.

٢٤٥ أَعْمَرُ مِنْ قُرَادٍ

245. Longiorem vitam habens, quam ricinus camelos infestans.

Arabes ricinum septingentos annos vivere dicunt. Huiusce falsae opinionis causa in eo est, quod ricini eis semper molesti sunt, ut non cessare videantur.

٢٤٦ أَعْمَرُ مِنْ ضَبٍّ

246. Longiorem vitam habens, quam lacerta.

Alsidjadjus Alazmäihi auctoritate nixus dixit, lacertae foetum, quum centesimum aetatis annum attigerit, dentes amittere et isto demum tempore nomine lacertae ضب appellari. Rubahus poeta cecinisse dicitur:

لو أنّنى عُمِّرتُ سِنَّ ٱلْحِسْلِ أو عُمْرَ نوحٍ زَمَنَ ٱلْفِطَحْلِ

وَٱلصَّخْرُ مُبْتَلٌّ كَطِينِ ٱلْوَحْلِ صِرْتُ رَهِينَ هَرَمٍ أو قَتْلِ

„Si mihi vitae anni concessi fuissent, ut foetui lacertae aut Noachi vita tempore Alfithahl, quo saxa humida erant ut lutum, tamen ego decrepitae aetatis aut caedis oppigneratus factus essem.“

Versuum metrum Sarih est. c. l. m. p. 246.

٢٤٧ أعمر من نسرٍ

247. Diutius vivens, quam vultur.

Arabes vultures quingentos annos vivere dicunt. conf. C. VII, 47.

٢٤٨ أعمر من نصرٍ

248. Diutius vivens, quam Nazrus.

Nazrus ben-Dohman, sic tradidit Abu-Ohbaidahus, princeps gentis Ghathfan erat. Quum ad summam senectutem pervenisset, in adolescentem mutatus esse dicitur. Poeta quidam cecinit:

كَنَصرِ بن دهمان ٱلهنيدة عاشها وتسعين حولًا ثمّ قوّم فٱنصاتا

وعاد سواد ٱلرأس بعد بياضه وراجعه شرخ ٱلشباب ٱلّذى فاتا

فعاش بخير في نعيم وغبطة ولكنّه من بعد ذا كلّه ماتا

„Ut Nazrus ben-Dohman, qui centuriam annorum et no-

naginta annos vixit; tum erectus est, et caput album iterum nigrum factum est, ut ad iuventutis, quae transierat, initium reverteretur. Tempus igitur peregit commoditate et bono statu gaudens. Sed posthac mortuus est, ut nil eius remaneret.«

Versuum metrum Thawil est. C. l. m. p. 161. Littera ا in fine vocabulorum فانصاتا , فاتا , ماتا metri causa addita est.

٢٤٩ أَعْمَرُ مِنْ مُعَاذٍ

249. Diutius vivens, quam Moahdsus.

Proverbium hoc seriore aetate et quidem post Mohammedis tempus ortum est. Moahdsus ben-Muslim Merwanidarum et Ahbbasidarum tempore vixit. Centesimo et quinquagesimo anno confossus est. Poeta in hunc virum plures versus dixit, quorum priores tres hi sunt:

إِنَّ مُعَاذَ بْنَ مُسْلِمٍ رَجُلٌ لَيْسَ لِمِيقَاتِ عُمْرِهِ أَمَدُ

قَدْ شَابَ رَأْسُ ٱلزَّمَانِ وَٱكْتَهَلَ ٱلدَّهْرُ وَأَثْوَابُ عُمْرِهِ جُدُدُ

قُلْ لِمُعَاذٍ إِذَا مَرَرْتَ بِهِ قَدْ ضَجَّ مِنْ طُولِ عُمْرِكَ ٱلْأَبَدُ

„Moahdsus ben-Muslim vir est, cuius vitae tempori finis non est. Temporis caput albuit et aetas canescere incepit, dum ei vitae vestes novae sunt. Dic Moahdso, quum ad eum transis: Aeternitas ob spatium vitae tuae longum territa exclamat."

Versus metrum Monsarih est. c. l. m. p. 255.

٢٥٠ أَعْقَلُ مِنِ ٱبْنِ تِقْنٍ

250. Ingeniosior, quam Ibn-Tikn.

Unus Ahditarum erat. Lokmanus ben-Ahd camelos, quos ille vendere nolebat, furari cupivit, sed ob sum-

mam eius prudentiam nulla furandi occasione potitus est. Dicitur quoque: اعلم من ابن تقن „Doctior, quam Ebn-Tikn."

٢٥١ أَعْجَزُ مِنْ هِلْبَاجَةٍ

251. Debilior, quam fatuus (omnia vitia habens).

Vocabulum هلباجة virum nihili, qui in omni vitio est, designat. Multitudo autem vitiorum in causa esse videtur, cur in eo describendo Arabes dissentiant.

٢٥٢ أَعْجَزُ مِمَّنْ قَتَلَ الدُّخَانُ

252. Debilior quam is, quem fumus occidit.

In operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii قتله „occidit eum" legitur. Conf. I, 134. XXIII, 7.

٢٥٣ أَعْجَزُ عَنِ ٱلشَّىْءِ مِنَ ٱلثَّعْلَبِ عَنِ ٱلعَنْقُودِ

253. Debilior in re assequenda, quam vulpes, quae uvarum racemum attingere nequit.

Arabes vulpem, quum uvas conspexerit, quas attingere non potuerit, eas acidas esse dixisse, fabulantur. Dixit poeta:

أَيُّهَا ٱلعَايِبُ سُلْمَى أَنْتَ عِنْدِى كَثُعَالَهْ
رَامَ عُنْقُودًا فَلَمَّا أَبْصَرَ ٱلعُنْقُودَ طَالَهْ
قَالَ هٰذَا حَامِضٌ لَمَّا رَأَى أَنْ لَا يَنَالَهْ

„O tu, qui Sulmam vituperas, vulpi ex mea sententia similis es, qui racemum cupivit. Qui quum intellexisset, racemum nimis remotum esse, dixit: Hic acidus est, quum sciret, se eum attingere non posse.

٢٥٤ أَعْجَزُ مِنْ مُسْتَطْعِمِ ٱلعِنَبِ مِنَ ٱلدِّفْلَى

254. Debilior, quam qui uvas e nerio edere vult.

Hoc ex poetae versu desumtum est:

هَيْهَاتَ جِئْتَ إِلَى دِفْلَى تُحَرِّكُهَا مُسْتَطْعِمًا عِنَبًا حَرَّكْتَ فَٱلْتَقِطِ

„Apage! venisti ad nerium movens id, dum uvas edere cupis. Movisti, carpe igitur!

Versus metrum Basith est. c. l. m. p. 190.

٢٥٥ أَعْجَزُ مِنْ جَانِي ٱلْعِنَبِ مِنَ ٱلشَّوْكِ

255 Debilior, quam qui uvas e rubeto colligit.

Proverbium cum versu sequente cohaerere putant:

إِذَا وَتَرْتَ ٱمْرَأً فَٱحْذَرْ عَدَاوَتَهُ مَنْ يَزْرَعِ ٱلشَّوْكَ لَا يَحْصُدْ بِهِ عِنَبَا

„Si virum malevolum tibi reddis, eius inimicitiam cave; nam qui spinas serit, is uvas inde non colliget.“

Hamsahus dixit, poetam proverbium a verbis hisce sapientis derivasse: من يزرع خيرا يحصد غبطة ومن يزرع شرا يحصد ندامة وانى يجتنى من شوكة عنبا „Qui bonum serit bonum statum inde metet, et qui malum serit, poenitentiam demetet et quomodo a spinis uvae decerpuntur?“

٢٥٦ أَعْطَفُ مِنْ أُمِّ إِحْدَى وَعِشْرِينَ

256. Propensior, quam mater viginti et unius.

Id est: Quam gallina in pullos propensa est.

٢٥٧ أَعَزُّ مِنِ ٱسْتِ ٱلنَّمِرِ

257. Magis defensus, quam podex pardi.

Dicitur quoque امنع

٢٥٨ أَعَزُّ مِنْ أَنْفِ ٱلْأَسَدِ

258. Magis defensus, quam leonis nasus.

٢٥٩ أَعْطَشُ مِنْ قِمَعٍ

259. Magis sitiens, quam infundibulum.

٢٦٠ أَعْجَلُ مِنْ كَلْبٍ إِلَى وُلُوغِهِ

260. Magis festinans, quam canis in cibo sorbendo.

Sic dicunt, quod canis in sorbendo summa cum celeritate linguam movet.

٢٦١ أَعْرَضُ مِنَ ٱلدَّهْنَاءِ

261. Amplior, quam locus Aldahna.

Vocabulum الدهناء aut brevius, omissa Medda aut longius enunciandum nomen proprium deserti in terra Nedjd ditionis gentis Tamim est. Kam. Samachscharius arenae nomen in terrae gentis Sahd esse contendit, sed Sahditae pars gentis Tamim sunt.[1]) Nomen proprium in proverbio significari, Scharaf-Aldinus dixit.

٢٦٢ أَعْرَى مِنْ إِصْبَعٍ وَمِنْ مِغْزَلٍ وَمِنْ حَيَّةٍ وَمِنَ ٱلْأَيْمِ وَمِنَ ٱلرَّاحَةِ وَمِنَ ٱلْحَجَرِ ٱلْأَسْوَدِ

262. Nudior, quam digitus; quam colus; quam serpens; quam vola manus; quam lapis niger.

Colo nuditas tribuitur, quoniam mulier nendo nil in eo relinquit. Dixit poeta:

---

1) In pluribus gentibus sunt familiae, quae Sahd nomen gerunt ex gr. Sahd gentis Hodsail, gentis Kais, gentis Becr, gentis Tamim.

وَأَبْلِغْ سَلَامَانَ إِنْ جِئْتَهَا فَلَا يَكُ شِبْهًا لَهَا ٱلْمِغْزَلُ

يُكَسِّي ٱلْأَنَامَ وَيَعْرَى ٱسْتُهُ وَيُنْسَلُ مِنْ خَلْعِهِ ٱلْأَسْفَلُ

„Perfer nuntium Salamanae, si ad eam venis! Ne colus ei similis sit, qui gentes vestit, dum ipsius podex nudus est, et inferius tegumentum spoliando ei detrahitur.“

Versus metrum Motakarib est. c. l. m. p. 281 sq:

Vocabulum مغزل proprie instrumentum, quo netur, designans, tum de colo tum de fuso adhiberi potest.

Lapis niger est ille lapis in templo Meccano situs in angulo, qui Bazram respicit. Eum Arabes in templo ex ritu circumeuntes osculantur.

٢٦٣ أَعْلَقُ مِنْ قُرَادٍ وَمِنَ ٱلْحِنَّاءِ

263. Firmius adhaerens, quam ricinus; quam cyprus (quo tingitur manus).

٢٦٤ أَعْطَى مِنْ عَقْرَبٍ

264. Magis donans, quam Ahkrabus.

Nonnisi in codice Berolinens. scholion hoc legitur: لم يذكر حمزة معنى قوله اعطى من عقرب ويمكن انه يقال انه اسم رجل معطاء او يقال ارادوا هذه العقرب المعروفة واعطى على هذا من العطو الذى هو التناول اى انه اكثر تناولا لاعراض الناس من العقرب الذى (التى) تطير كلما مرت به فاما عقرب الذى يضرب به المثل فيقال اتجر من عقرب وامطل من عقرب فهو ممن لا يضرب به المثل فى كثرة العطاء هذا ما سنح لى فى معنى هذا المثل والله اعلم »Hamsahus proverbii „Magis donans quam Ahkrabus“ اعطى من عقرب sensum non explicavit. Nil obstat, quin vox عقرب viri multum donantis nomen sit aut quin scorpionis omnibus noti signi-

ficationem habeat. Hac significatione admissa, vocabulum اعطى a radice cepit, arripuit derivandum est, ut proverbii sensus sit: Magis laedens hominum honores, quam scorpio, qui in omnem rem, ad quam transit, assilire solet. Quod vero attinet ad virum Ahkrab appellatum, de quo duo proverbia: انجز من عقرب et امطل من عقرب in usum venerunt, eius liberalitas in proverbii consuetudinem non venit. Haec sunt, quae de proverbii sensu sese mihi obtulerunt. Quid rectum sit, Deus optime scit".

٢٦٥ أَعْدَلُ مِنَ ٱلْمِيزَانِ

265. Aequior, quam bilanx.

٢٦٦ أَعْتَقُ مِنْ بُرٍّ

266. Antiquior, quam triticum.

Sic dicunt Arabes, quod triticum primum omnium semen, quod in terram homines sparserint, fuisse putant.

٢٦٧ أَعْلَمُ مِنْ دَغْفَلٍ

267. Doctior, quam Daghfalus.

Daghfal filius Hentselahi ad gentem Schaiban pertinens vir genealogiae peritissimus erat. Moahwijjahus ob scientiam eius admiratione adfectus, interrogavit virum: بمر علمت „Quomodo scis? Vir sic respondit: بلسان سوول وقلب عقول على ان للعلم افة واضاعة ونكدا واستجاعة فافته النسيان واضاعته ان تحدث به غير اهله واستجاعته ان صاحبه نهم لا يشبع ونكده الكذب فيه„ Per linguam interrogantem et animum intelligentem; sed scientiae est damnum et perditio et impeditio et famis instigatio. Damnum est oblivio, perditio est, quod indignos doces, famis instigatio, quod sciens avidus est et nunquam satiatur, dene-

gatio est mendacium in ea.“ Poeta Alcomait huiusce viri in versu sequente mentionem fecit:

فَمَا ٱبْنُ ٱلْكَيِّسِ ٱلنَّمِرِيُّ فِيكُمْ وَلَا أَنْتُمْ هُنَاكَ بِدَغْفَلِينَا

„Non est inter vos Ebno-l'Cajjisus Namirita, et vos non estis Daghfali“.

Versus metrum Wafir est. c. l. m. p. 204. De viro conf. Hamas. p. 124. l. 2.

٢٦٨ أَعْمَرُ مِنَ ٱبْنِ لِسَانِ ٱلْحُمَّرَةِ

268. Longaevior, quam Ibn-Lisan Alhommarah.

Vir iste ad gentem Becr ben-Wajel pertinens scientia et eloquentia insignis erat. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere loco vocis اعمر legitur اعلم „doctior“. Conf. quoque C. XIX, 5 schol.

٢٦٩ أَعْلَمُ مِنْ دَعِيٍّ

269. Melius sciens, quam is, qui de origine, quam de se praedicat, suspectus est.

٢٧٠ أَعْمَقُ مِنَ ٱلْبَحْرِ

270. Profundior, quam mare.

٢٧١ أَعَزُّ من ٱلتِّرْيَاقِ وَمِنَ ٱبْنِ ٱلْخَصِيِّ وَمِنْ مُخِّ ٱلْبَعُوضِ وَمِنْ عُقَابِ ٱلْجَوِّ

271. Rarior quam theriaca; rarior quam filius eunuchi; rarior, quam medulla culicum; Potentior quam aquila aeris.

In opere Scharaf-Aldini legitur: اعز من الترياق الاكبر

„Rarior quam theriaca maior (vel maxima). Neque filius eunuchi neque culicum medulla reperitur. Causa haec est, cur rarissima dicatur. Aquilae aeris autem potentia tribui videtur, quod, quamdiu in aere est, in nullius potestatem venit.

Proverbia recentiora.

٢٧٢ عِزُّ ٱلْمَرْءِ مِنَ ٱبْتِغَآئِهِ عِزَّ ٱلنَّاسِ

272. Viri honor e desiderio eius oritur, quo hominum honorem cupit.

In hoc proverbio multum discrepant codices. Codex Berol. عز المومن ابتغاوه عن الناس „Credentis Mohammedani honor in eo consistit, qnod homines non desiderat.« Codex P. عز المومن ابتعاده عن الناس „Credentis Mohammedani honor in eo consistit, quod ab hominibus remotus est.“ In codice Berol. B. legitur: عز الرجل استغناوه عن الناس „Potentia viri in eo consistit, quod hominibus carere potest.“

٢٧٣ عَارُ ٱلنِّسَآءِ بَاقٍ

273. Dedecus mulierum manet.

٢٧٤ عَيْنُ ٱلْقَلَادَةِ وَرَأْسُ ٱلتَّخْتِ وَأَوَّلُ ٱلْجَرِيدَةِ
وَعَيْنُ ٱلْقَصِيدَةِ وَنُكْتَةُ ٱلْمَسْأَلَةِ

274. Oculus collaris; caput throni; initium agminis equitum; versus carminis; punctum quaestionis.

In hisce verbis nonnisi proverbialiter loquendi modi esse videntur, non ipsa proverbia.

٢٧٥ عِنايَةُ ٱلقاضِى خَيْرٌ مِنْ شاهِدَىْ عَدلٍ

275. Cura iudicis melior est, quam duo testes iusti.

In codice Berol. proverbiorum recentiorum شاهدين legitur.

٢٧٦ عَيْنُ ٱلْهَوَى لا تُصَدِّقُ

276. Oculus amoris verax non est.

In codice proverbiorum recentiorum تصدق legitur Teschdido non addito et sic in Berol.

٢٧٧ عَلَيْكَ بِٱلْجَنَّةِ فَإِنَّ ٱلنَّارَ بِٱلْكَفِّ

277. Pete tibi paradisum, nam ignis in manu est.

٢٧٨ عُصارَةُ لُوْمٍ فِى قَرارَةِ خُبْثٍ

278. Succus vilitatis in aqua frigida turpitudinis.

قرارة est aqua frigida, quae ollae affunditur, ne cibus aduratur, nec non pars cibi in ollae fundo adhaerens. Dubito vero, num voci قرارة eadem significatio, quam قارورة ampulla hoc in proverbio potius tribuenda sit.

٢٧٩ عَلَيْهِ ٱلدَّمارُ وسُوءُ الدّارِ

279. Super eo (sit) interitus et pravitas domus (Gehenna)!

Conf. prov. 188. Verba male precando inserviunt.

٢٨٠ عَلَيْهِ مَا عَلَى ٱلطَّبْلِ يَوْمَ ٱلْعِيدِ

280, Super eo sit, quod est super tympano die festi!

Id est: Verberetur!

٢٨١ عَلَيْهِ مَا عَلَى أَصْحَابِ ٱلسَّبْتِ

281. Super eo (sit) idem, quod est super iis, qui Sabbathum venerantur!

Iudaei hoc modo significantur. Id est: Dira imprecatio.

٢٨٢ عَلَيْهِ مَا عَلَى أَبِى لَهَب

282. Super eo (sit) idem, quod super Abu-Lohabo est.

Abu-Lohabus Mohammedis inimicissimus persecutor erat; quapropter Mohammedes capite centesimo undecimo Corani, quod aut تبت aut ابو لهب inscriptum est, eum diris devovit.

٢٨٣ عَلَى هٰذَا قُتِلَ ٱلْوَلِيدُ

283. Propter hoc Alwalidus occisus est.

Viri nomen est Alwalidus ben-Tharif Alcharedji. De re magna dicitur, quam indignus petit.

٢٨٤ عُذْرٌ لَمْ يَتَوَلَّ ٱلْحَقُّ نَسْجَهُ

284. Excusatio, cui faciendae veritas non praefuit.

٢٨٥ عُقُولُ ٱلرِّجَالِ تَحْتَ أَسِنَّةِ أَقْلَامِهَا

285. Ingenium virorum sub cuspidibus pennarum est.

٢٨٦ عَلَى حَسْبِ ٱلتَّكَبُّرِ فِى ٱلْوِلَايَةِ يَكُونُ ٱلتَّذَلُّلُ فِى ٱلْعَزْلِ

286. Ut superbia in praefectura erat, sic despectus ademta provincia erit.

٢٨٧ عَلَيْكَ مِنَ ٱلْمَالِ مَا يَعُولُكَ وَلَا تَعُولُهُ

287. Super te ex opibus tantum, quantum te alit et non tu alis.

Tantas opes tibi compares, quantae ad te alendum sufficiunt, non quantae molestae tibi sunt.

٢٨٨ اَلْعَادَةُ تَوْأَمُ ٱلطَّبِيعَةِ

288. Consuetudo est naturae frater cum ea natus.

٢٨٩ اَلْعَزْلُ طَلَاقُ ٱلرِّجَالِ وَحَيْضُ ٱلْعُمَّالِ

289. Remotio a munere est virorum repudium et menstrua praefectorum.

Dixit poeta:

وَقَالُوا ٱلْعَزْلُ لِلْعُمَّالِ حَيْضٌ لَحَاهُ ٱللّٰهُ من حَيْضٍ بَغِيضِ

»Dixerunt: Remotio a munere praefectis est menstruus sanguis. Dedecore adficiat eum Deus per odiosum menstruum sanguinem!“

Versus metrum Wafir est. c. l. m. p. 204.

٢٩٠ الْعَادَةُ طَبِيعَةٌ خَامِسَةٌ

290. Consuetudo est quinta natura.

٢٩١ الْعِرْقُ نَزَّاعٌ

291. Natura similis est camelo mansionem suam desideranti.

Nisi fallor, natura, quod semper ad primam suam conditionem redit, cum camelo comparatur, qui desiderio consueti loci adfectus est. Pocockius vertit: „Natura attractiva est" et explicandi gratia addidit: sc. natura originis primae ad se trahit frequentes posteros, ut sc. referant genitores suos, ut illud Senecae: Generosa in ortus semina exsurgunt suos.

٢٩٢ الْعِزُّ فِي نَوَاصِي ٱلْخَيْلِ

292, Honor in antiis equorum (est).

٢٩٣ الْعِفَّةُ جَيْشٌ لَا يُهْزَمُ

293. Castitas vitae est exercitus, qui in fugam non convertitur.

٢٩٤ الْعِرْقُ يَسْرِي إِلَى ٱلنَّائِمِ

294. Natura ad dormientem noctu venit.

٢٩٥ الْعَقْلُ يُهَابُ مَا لَا يُهَابُ ٱلسَّيْفُ

295. Ingenium magis venerantur (timent), quam ensem venerantur.

٢٩٦ الأعمى يخرا فوق السطح ويحسب الناس لا يرونه

296. Caecus super tecto cacat et ipsum homines non videre putat.

٢٩٧ العجيزة أحد الوجهين

297. Podex est altera facies.

٢٩٨ عادة ترضعت بروحها تنزعت

298. Consuetudo, quam sugens matrem accepit, nonnisi cum vita removetur.

Conf. Proverb. Salom. C. XXII, 6.



Caput XIX.

Littera Ghain.

١ غُرَّةٌ بَيْنَ عَيْنَيْ ذِي رَحِمٍ

1. Macula alba inter oculos uterini.

Sic proverbium in scholio explicatum est: Id est: Non latet amor et sinceritas tua, quemadmodum tibi non latet amor uterini tui, dum eum observas, hic enim adspicit oculo claro, dum inimicus a latere adspicit. Huic simile est, quod Cap. V, 10. legimus. Proverbii autem verba sunt pro غرته غرة ذى رحم „Macula eius alba in fronte est macula alba uterini."

٢ غَضَبَ الْخَيْلِ عَلَى اللُّجُمِ

2. Irascitur, quemadmodum equi habenis irascuntur.

In eum dicitur, qui ira inutili ardet. Accusativus غضب ex omisso verbo غضب pendet i. e. غضب غضب الخيل

»Irascitur irâ equorum.« In Samachscharii codice legitur اللاحمر الدلاص „firmis habenis.“

٣ غَلَبَتْ جِلَّتُهَا حَوَاشِيَهَا

3. Vicerunt magni cameli parvos camelos.

Suffixum ها ad camelos ابل referendum est. In eum dicitur, cuius res magna evasit, postquam parva fuerat.

٤ غَشَمْشَمٌ يَغْشَى ٱلشَّجَرَ

4. Torrens (est), qui arbores obruit.

Vocabulum غشمشم proprie audacem tum hoc in proverbio torrentem, qui arbores evellit designat, ut سيل suppleatur. In camelum furentem transfertur. Proverbium in virum dicitur, qui non curat, quid iniuste peragat. Supplendum autem est هذا hic vel هو is est torrens etc.

٥ غَرْثَانُ فَارْبُكُوا لَهُ

5. Esuriens (est); cibum igitur Rabicah ei parate!

Rabicah cibi species est, qui vario modo paratur. Ebn-Doraidus فابكلوا legit i. e. parate cibum Bacil, qui lacte schisto et butyro illi addito paratur. Proverbium docere videtur, ante omnia rei quam maxime necessariae satisfaciendum esse. Narrant, Ebn-Lisan Alhommarah esurientem et sitientem ad suos intrasse et, quum ei puer recens natus adferretur, dixisse: Per Deum! Nescio, num eum edam an bibam? Uxorem eius ista verba audientem dixisse illa, quae post in proverbii consuetudinem venerint. Cibo autem et potu satiatum eum dixisse: كيف الطلا وامه. »Quomodo infans et mater se habet?« Quae quoque verba in proverbium venientia significant, curam viri abiisse, ut ad aliam rem animum adplicare posset. Conf. C. XXII, 197.

٦ غَزْوٌ كَوَلْغِ ٱلذِّئْبِ

6. Impetus hostilis, ut sorbitio lupi.

Vocabulum وَلْغ, sorbitionem ferarum, dum lingua repetitis vicibus lambunt, significat. Comparatione igitur, impetum hostilem una vice post alteram factum et haud interruptum esse, indicant.

٧ غُدَّةٌ كَغُدَّةِ ٱلْبَعِيرِ وَمَوْتٌ فِي بَيْتِ سَلُولِيَّةٍ

7. Carbunculus pestilentialis ut carbunculus cameli et mors in domo feminae Saluliticae.

Proverbii causam talem fuisse narrant. Ahmirus ben-Althofail et cum eo Arbadus ben-Kais, qui frater germanus una matre natus Lebidi ben-Rabiah Ahmeritae erat, ad Mohammedem accesserat. Ahmruus autem Arbado imperaverat, ut tempore, quo ipse cum Mohammede sermonem haberet, eundem a tergo veniens occideret. Arbadus rem peracturus, quum gladium e vagina extrahere vellet, non potuit. Mohammedes autem, qui Ahmirum Arbado signa facientem videret, se circumvertens pone se Arbadum conspiciens dixit: اللهم اكفنيهما بما شيت „O Deus! Serva me ab his duobus per id, quod vis!“ Demisit igitur Deus die sereno fulmen, quo Arbadus combureretur. Ahmirus igitur fugam capiens dixit: „O Mohammedes! invocasti Dominum tuum et iste Arbadum occidit. Per Deum! Ego implebo terram contra te equis glabris et iuvenibus imberbibus. Mohammedes autem haec audiens dixit: يمنعك الله تعالى من ذلك وابناء قيلة „Deus te et filios Kailae (i. e. gentes Aus et Chesredj) impedibit, quominus id faciatis!“ Ahmirus tum e domo feminae Saluliticae[1]), ubi pernoctaverat, mane exiens in genu suo ortum carbunculum pestilentialem conspexit, quo ut in eam rediret, coactus ista verba dixit, quae postea in proverbium venerunt. Vocibus غدة

1) Gens Salul apud Arabes multum contemta erat.

et موت duplex in proverbio casus tribui potest aut nominativi aut accusativi. Si nominativi casum esse statuis, غدتى et موتى supplendum est, ut sit pro غـدة غـدتـى . . . . وموتـى موت . . . ,,Carbunculus meus est carbunculus . . . et mors mea est mors . . . . Sin accusativum admittis, verbum supplendum est . . . اغد غدة واموت موتا ,,Laboro carbunculo . . . et morior morte . . . . Proverbium duas res malas designat, quarum una alterâ peior est.

٨ غَمَرَاتٌ ثُمَّ يَنْجَلِينَ

8. Aquarum gurgites, tum recedunt.

Vocabulum غمرة magnam aquae molem significat, qua res teguntur, tum in infortunia transfertur, quibus homines obruuntur. Ante غمرات supplendum est هذه »hae res sunt aquarum gurgites.“ Legitur quoque الغمرات, ut هى supplendum sit ,,hae sunt gurgites aquarum.“ Potest quoque verbum post الغمرات suppleri ex gr. الغمرات تظلم ,,Gurgites aquarum (infortunia) iniuria adficiunt i. e. laedunt. Proverbium, quod de rebus magnis, gravibus, in quibus ferendis patientia utendum est, adhibetur, Alaghlabo Ihdjlitae adscribitur.

٩ غَنِيَتِ الشَّوْكَةُ عَنِ ٱلتَّنْقِيحِ

9. Non opus est aculeis spinas privari.

Proverbium ei dicitur, qui virum docendo intelligentem reddere studet, cui id opus non est.

١٠ أَغَيْرَةً وَجُبْنًا

10. Num zelotypiam et ignaviam (coniungis)?

Proverbii, quod duo mala coniuncta esse significat, originem talem fuisse dicunt. Viro ignavo, qui quum pu-

guaretur, domi manserat, et uxorem eminus conspicientem dimicantes ob zelotypiam, qua laborabat, verberaverat, uxor ista dixit verba. Accusativus ex omisso verbo pendet, ut sic enuntiandum sit: اتغار غيرة وتجبن جبنا „Num zelotypia laboras et ignavia adfectus es?" aut اتجمع غيرة وجبنا „Num zelotypiam et ignaviam in te coniungis?" Zelotypiam in aliis locis Arabes laudi habent, quum in ea studium defendendi iuris sui videant.

١١ غَرَّنِى بُرْدَاكِ مِنْ خَدَافِلِى

11. Vestes tuae duae effecerunt, ut vestimenta trita mea non curarem.

Vocabulum خدافل „vestimenta trita" singulari caret. Nonnulli غدافلى enunciant; sed خدافلى rectior enunciandi modus est. Vir quidam a muliere vestes duas mutuo accipiens suas tritas abiecit et mulieri, quae vestas suas repeteret, ista dixit verba. Proverbium in eum dicitur, qui alius opes cupiens suas perdidit.

١٢ غَثُّكَ خَيْرٌ مِنْ سَمِينِ غَيْرِكَ

12. Emaciatus tuus melior est, quam pinguis alius.

Almofadhdhelus dixit, horum verborum auctorem Mahnum ben-Ahthijjah Almodshidjitam esse. Erat inter gentem Modshidj aliamque gentem bellum vehemens. Impetu in istam gentem facto Mahnus ad virum in terram prostratum, ab ipso auxilium petentem transiit. Mahnus precibus illius viri hisce verbis: على كفيت البلاء „Te ab infortunio defendam", quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, respondit. Aliquo tempore post accidit, ut ista gens gentem Modshidj in fugam coniiceret et plures, inter quos Mahnus esset, eiusque frater Rauk appellatus, qui infirmus

et stupidus haberetur, captivos faceret. Mahnus illum virum, quem liberaverat, conspiciens rogavit, ut beneficii praeteriti haud immemor esset hisce versibus utens:

يَا خَيْرَ جَازٍ بِيَدٍ أُولِيتَهَا أَنْجِ مُنَجِّيكْ

هَلْ مِنْ جَزَاءٍ عِنْدَكَ ٱلْيَوْمَ لِمَنْ رَدَّ عَوَادِيكْ

مِنْ بَعْدِ مَا نَالَتْكَ بِٱلْكَلْمِ لَدَى ٱلْحَرْبِ غَوَاشِيكْ

„O optime remunerator! Propter beneficium in te collatum eum, qui te liberavit, libera! Num hodie remuneratio apud te est viro, qui noxam tibi inlatam avertit, posteaquam vulnere in bello morbo adfectus eras". [1])

Vir, qui frater principis illius gentis erat, statim a fratre petiit, ut captivum ipsi daret. Libertate eum donavit et alterum captivum, quem liberum quoque dimitteret, sibi eligere iussit. Fratrem suum, istum stupidum et debilem nullam principis et poetae gentis suae, qui inter captivos erat, rationem habens sibi elegit, et hac de causa ab aliis, quod principem gentis suae neglexisset, vituperatus, ista proverbii verba protulit.

١٣ الغَبْطُ خَيْرٌ مِنَ ٱلْهَبْطِ

13 Elatio melior est, quam deiectio.

'Traditione ad nos delata Mohammedis verba sunt: اللهم غبطا لا هبطا, quorum sensus esse dicitur: اللهم ارتفاعا لا اتضاعا „O Deus! elationem non deiectionem (te rogamus)."

١٤ غُلٌّ قَمِلٌ

14. Pediculosum vinculum cervicis.

Proverbium hoc de muliere prava, quae aliis multum molesta est, adhibent. Alazmäihus dixit, Arabes captivum

1) Versus sunt hypercatalectici, quos, quamquam pede مستفعلن et مفتعلن metro Redjes similes sunt, tamen ad metrum Camil referre debemus. c. p. 215.

vincire solitos esse vinculo pilis tecto. Si diu tali vinculo homo vinciebatur, pediculi interdum orti captivum multum cruciabant, ut tali vinculo omnis res, qua homo vexaretur, significare solerent.

١٥ غَيْضٌ مِنْ فَيْضٍ

15. Parum de multo.

Vocabulum غيض diminutionem, decrementum, (et de aqua), فيض autem copiam magnam (et de aqua) significat. Simili ratione dicitur: برض من عد „Parum de aqua perenni.“ conf. II, 44. et XVIII, 60 et Kam.

١٦ غُلَّ يَدَا مُطْلِقِهَا وَاسْتُرِقَّ رَقَبَةُ مُعْتِقِهَا

16. Vinctam manum habet is, qui dimissus est e vinculis et in servitutem redactus est is, qui libertate donatus est.

In eum dicitur, qui beneficiis in ipsum collatis in servitutem redigitur.

١٧ غَادَرَ وَهْيَةً لَا تُرْقَعُ

17. Rupturam reliquit, quae non reparatur.

De magno infortunio et crimine, quod reparari non potest adhibetur.

١٨ غَضْبَانُ لَمْ تُؤْدَمْ لَهُ ٱلْبَكِيلَةُ

18. Iratus, cui cibus Bacilah opsonio non datus fuit.

Proverbium, cui metrum Sarih est (c. l. m. p. 246), Djeuharius tanquam versum citavit. Conf. Djeuh. s. بكل: Vocabulum بكيلة (Bacilah) cibus est, paratus ex lacte schisto (اقط) cum farina mixto, qui haud coctus cum

butyro editur. Similis est proverbii ratio, quam quinto huius capitis.

١٩ الغَمْجُ أَرْوَى وَالرَّشِيفُ أَشْرَبُ

19. Qui cum vehementia bibit, is citius sitim explet, qui paulatim sugendo bibit, is plus bibit.

Sic proverbium in scholiis explicatum est: الغمج الشرب الشديد والرشيف القليل قال ابو عمرو اى انك اذا اقبلت ترشف قليلا قليلا اوشك ان يهجم عليك من ينازعك فاحتكر لنفسك يضرب فى اخذ الامر بالوثيقة والحزم „Vocabulum غمج significat vehementer bibere, رشيف parum bibere. Dixit Abu-Ahmruus: Id est: Quum ad aquam accedens paulatim paulatim bibis, fieri potest, ut is, qui tibi adversetur, in te irruat; retine igitur et conserva tibi commeatum. Proverbium monet, ut rem prudenter et caute aggrediamur.«

٢٠ غَلَبْتُهُمْ إِنِّى خُلِقْتُ نُشَبَةً

20. Vici eos; ego vir rei omnino deditus a Deo creatus sum.

His verbis proverbium explicatum est: يضرب لمن طلب شيا فلج حتى احرز بغيته „Adhibetur de eo, qui rem petit et rei insistit, donec desiderio potiatur“. Ad metrum Redjes referri potest.

٢١ إِسْتَغَاثَ مِنْ جُوعٍ بِمَا أَمَاتَهُ

21. Contra famem in auxilium petiit, quod eum occidit.

In eum dicitur, qui id auxilio petiit, quod ipsi perniciei erat.

٢٢ غَدًا غَدُهَا إِنْ لَمْ يَعُقْنِي عَائِقٌ

22 Cras est crastinus dies eius (facti), si impediens me non impediverit.

Suffixum ها ad factum (فعلة) referendum est. Id est: Cras istam rem perficiam, si nil me impedit.

٢٣ اغْفِرُوا هٰذَا ٱلْأَمْرَ بِغَفْرَتِهِ

23. Tegite hanc rem tegumento suo!

Modo ipsi conveniente rem tractate!

٢٤ الغَضَبُ غُولُ ٱلْحِلْمِ

24. Ira est daemon mansuetudinis (intelligentiae).

Ira mansuetudinem (intelligentiam) perdit. Dicere solent: اية غول اغول من الغضب „Quis daemon magis obruit inopinantem, quam ira?" Omnis autem res, quae hominem subito irruens perdit, eius daemon seu Ghul appellatur.

٢٥ غَلِقَ ٱلرَّهْنُ بِمَا فِيهِ

25. Pignus cum eo, pro quo datum erat, cessit.

Verbum غلق proprie significat, pignori datam rem reposci non posse, quum sub ista conditione, ut nisi intra certum tempus redimeretur, reposci non posset, data esset. Quam vero consuetudinem Islamiticae religionis leges aboleverunt. De eo proverbium dicitur, qui in rem incidit, e qua non egreditur.

٢٦ غَنَطُوكَ غَنْطَ جَرَادَةِ ٱلْعَيَّارِ

26. Moerore te adfecerunt simili moerori ob locustam Alahjjari.

Abu-Ohbaidahus dixit: Hoc significat, virum, qui ob summum moerorem morti propinquus esset, liberatum esse. Proverbii originem talem fuisse narrant. Alahjjarus vir dentes fractos habens quum frigida nocte locustas invenisset, earum copiam in ignem coniecit, ut assarentur. Ex iis, quas in os sibi iniecisset, una avolavit. Vir hanc ob causam magna ira exarsit. Illa autem res apud Arabes proverbii locum obtinuit. Adduxit Albajarius versus Masruhi Calbitae, quibus Djeririum poetam perstrinxerat:

وَلَقَدْ رَأَيْتَ فَوَارِسًا مِنْ قَوْمِنَا غَنَظُوكَ غَنْظَ جَرَادَةِ ٱلْعَيَّارِ

وَلَقَدْ رَأَيْتَ مَكَانَهُمْ فَكَرِهْتَهُمْ كَكَرَاهَةِ ٱلْخِنْزِيرِ لِلْإِيغَارِ

„Profecto tu vidisti e gente nostra equites, qui moerore te adfecerunt, qualis moeror ob locustam Alahjjari erat; et profecto eorum locum vidisti, et tum eos aegre tulisti, quemadmodum sus aegre fert, quod aquam bullientem praeparant (ad mactandum)."

Adhibetur autem proverbium in eo, qui timidus se submittit. Sunt quoque, qui dicant Djeradah (locustam) nomen equi Alahjjari fuisse, qui in pugnae angustiam unde exitus non esset, incidisset. Proverbium hemistichium metri Camil est. c. l. m. p. 213.

٢٧ غَنِيَ حَتَّى غَرَفَ ٱلْبَحْرَ بِدَلْوَيْنِ

27. Dives est, ita ut mare duobus situlis hauriat.

De eo dicitur, qui ob conditionem bonam elegentiam nimiam ostendens, se iactavit.

٢٨ ٱلْغِرَّةُ تَجْلُبُ ٱلدِّرَّةَ

28. Lactis paucitas lactis copiam adducit.

Meidanius dixit, vocem غرة nomen esse a tertia verbi forma غار derivandum. Quod si camelae lac paucum est,

sperare licet, fore ut augeatur. De eo adhibetur, cuius quum dona pauca sint, futura esse multa sperant.

٢٩ غَاطُ ٱبْنُ بَاطٍ

29. Gathus filius Bathi.

Sic proverbium in scholiis explicatur: يقال غاط في الشى يغيط ويغوط اذا دخل فيه يقال هذا رمل تغوط فيه الاقدام اى تغوص وباط مثل قاض من بطا يبطو اذا اتسع ومنه الباطية لهذا الاناء „Dicitur: غاط في الشى futurum يغوط et يغيط i. e. intravit in rem. Dicitur: هذا رمل تغوط فيه الاقدام »Haec est arena, in quam pedes intrant i. e. submerguntur“. Et vocabulum باط (Bathin) ut قاض Kadhin (iudex) enuntiandum derivari potest a بطا futurum يبطو „amplus est“. Inde nomen باطية ortum est, quo vas appellatur.“ Proverbium rem perturbatam significat, in qua rectum non cognoscitur. Proverbium quoque adhibet is, qui alterum in narrando res miscentem et turbantem mendacii arguere vult.

٣٠ غَرِيتَ بِٱلسُّودِ وَفِي ٱلْبِيضِ ٱلْكُثْرُ

30. Deditus es nigris et in albis est multitudo.

In eum dicitur, qui semper rei ob propensum in eam animum deditus est eam nunquam relinquens.

٣١ غَذِيمَةٌ بِٱلظُّفْرِ لَيْسَتْ تُقْطَعُ

31. Planta Ghadsm est, quae e terra unguibus non evellitur.

Planta Ghadsm in segetibus crescens evellitur et abiicitur. Supplendum autem est ante vocem غذيمة „terra plantae غذم ferax“ vocabulum غذم. I. e. haec est planta etc., quae unguibus non evellitur“. Proverbium desi-

gnat malum grave, quod depelli non potest, ita ut malum cum illa planta, quae difficile evellitur, comparatum sit.

٣٢ غَمَامُ أَرْضٍ جَادَ آخِرِينَ

32. Nubes terrae benefica fuit erga postremos (multum dissitos).

In eum dicitur, qui propinquos negligens in peregrinos beneficia confert.

٣٣ الغُرَابُ أَعْرَفُ بِالتَّمْرِ

33. Corvus dactylos optime novit.

Optimos dactylos corvus sibi eligit. Inde proverbiali modo dicunt: وجد تمرة الغراب „Invenit dactylum corvi.“ i. e. rem praestantem invenit.

٣٤ عَبَّبَهُ غَيَابُهُ

34. Occultet eum res ipsum tegens!

Vox غياب id designat, quo res tecta est, ut conspici non possit, tum in sepulcrum transfertur. Id est: Sepeliatur! Verbis hisce dira imprecantur.

٣٥ غَايَةُ ٱلزُّهْدِ قِصَرُ الأَمَلِ وَحُسْنُ ٱلعَمَلِ

35. Extremitas (seu finis) devotionis est spei brevitas et pulchritudo agendi rationis.

٣٦ غُزَيِّلٌ فَقَدَ طَلًّا

36. Dorcas parva desideravit pullum recens natum

Id est: Molliter educatus vitam suam delicatam desideravit. In eum dicitur, qui molliter educatus aerumnam, in quam incidit, patienter non fert.

٣٧ غَبَرَ شَهْرَيْنِ ثُمَّ جَاءَ بِكَلْبَيْنِ

37. Cunctatus est absens duos menses, tum duos canes apportavit.

In eum dicitur, qui diu cunctans rem pravam apportat. Huic simile proverbium est: صام حولا ثم شرب بولا »Iejunavit annum, tum bibit urinam.«

٣٨ أَغْلَظُ ٱلْمَوَاطِىءِ لَحَصَا عَلَى ٱلصَّفَا

38. Durissimus locus, in quo inceditur, glarea super petra est.

لحصا est loco verborum موطى لحصا. De re dicitur, in quam introire, et inde exire difficile est. In codice Lugdunensi scholion praecedentis proverbii et hoc ipsum proverbium desunt, ut verba يضرب للامر يتعذر الدخول فيه والخروج منه cum praecedente proverbio coniuncta sint.

Forma comparativi.

---

٣٩ أَعْنَى عَنِ ٱلشَّىْءِ مِنَ ٱلأَقْرَعِ عَنِ ٱلْمُشْطِ

39. Minus indigens re, quam calvus pectine indiget.

Hoc desumtum esse dicunt e versu Saihdi ben-Ahbd-Alrahman ben-Hassan:

قَدْ كُنْتُ أَغْنَى ذِي غِنًى عَنْكُمْ كَمَا أَغْنَى ٱلرِّجَالِ عَنِ ٱلْمِشَاطِ ٱلْأَقْرَعُ

»Iam inter omnes ego vobis potissimum carere potui, quemadmodum calvus pectinibus non indiget.“

٤٠ أَغْنَى عَنْهُ مِنَ ٱلتُّفَّةِ عَنِ ٱلرُّفَّةِ

40. Eo minus indigens, quam animal Toffah stramine.

Animal illud quale sit definire non ausus sim. Nonnisi carne vescitur, stramine igitur omnino carere potest. Dicitur quoque: انا اغنى عنك من التفة الى الرفة „Ego te melius carere possum, quam animal Toffah stramine.“ Aliud proverbium est: استغنت التفة عن الرفة „Animal Toffah stramine carere potest.“ Conf. Kam. s. v. تف.

٤١ أَغَرُّ مِنَ ٱلدُّبَّا فِي ٱلْمَاءِ

41. Magis decipiens, quam cucurbita in aqua.

Alterum huic simile proverbium est: لا يغرنك الدبا وان كان في الماء »Ne te decipiat cucurbita, et si in aqua est.« Hamsahus dixit, se horum proverbiorum sensum nescire. Dixit autem Meidanius, prius proverbium a posteriore derivatum esse. Arabs campester coctam cucurbitam capiens quum os suum laesisset, dixit: »Ne cucurbita et si in aqua est, te decipiat! Inde illud alterum proverbium derivatum est.

٤٢ أَغَرُّ مِنْ سَرَابٍ

42. Magis decipiens, quam vapor meridiei tempore in deserto.

Iter facientes vaporem in deserto aquam esse, quum aquae speciem habeat, putant. Alterum est proverbium:

كالسراب يغر من راءه ويخلف من رجاه »Ut vapor meridianus, qui decipit videntem, et fallit sperantem.«

٤٣ أَغَرُّ مِنْ الأَمَانِي

43. Magis decipiens, quam spes.

Proverbium ex hisce poetae verbis desumtum esse dicunt:

إِنَّ الأَمَانِيَّ غُرُورْ وَالدَّهْرَ عُرْفٌ ونُكُرْ

مَنْ سَابَقَ الدَّهْرَ عَثَرْ

»Desideria sunt deceptiones et tempus est donum et abnegatio. Qui cum tempore cursu certat, is pedem offendit.«

Versuum metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 231.

٤٤ أَغَرُّ مِنْ ظَبْيٍ مُقْمِرٍ

44: Magis socors, quam dorcas luna splendente.

Dicunt pullum dorcadis noctu non cavere, ut a feris voretur. Alii dicunt, dorcadem facilius venando capi posse luna lucente, quam nocte obscura, quia luna lucente cernere non possit. Vocem اغر aut a غرارة socors fuit aut ab اغتر deceptus fuit derivandam esse putant. conf. Cap. XXV, 117.

٤٥ أَغْدَرُ مِنْ غَدِيرٍ

45. Magis decipiens, quam aquae receptaculum.

Hamsahus dixit, proverbium hoc cohaerere cum Alcomaiti versu:

وَمِنْ غَدْرِهِ نَبَزَ الأَوَّلُونَ بِأَنْ لَقَّبُوهُ الغَدِيرَ الغَدِيرَا

„Propter eius perfidiam conviciati sunt veteres eo, quod ei cognomen receptaculi aquae dederunt.“

Proverbii metrum Motakarib est. c. l. m. p. 281.

٤٦ أَغْدَرُ مِنْ كُنَاةِ ٱلْغَدْرِ

46. Perfidiores, quam qui cognomine perfidiae utebantur.

Meidanius scholio sequente proverbium explicavit: هم بنو سعد تميم وكانوا يسمون الغدر فيما بينهم اذا راموا استعماله بكنية هم وضعوها له وهى كيسان قال النمر بن تولب

اِذَا كُنْتَ فِي سَعْدٍ وَأُمُّكَ مِنْهُمُ غَرِيبًا فَلَا يَغْرُرْكَ خَالُكَ مِنْ سَعْدِ

اِذَا مَا دَعَوْا كيسان كَانَتْ كُهُولُهُمْ اِلَى ٱلْغَدْرِ أَدْنَى مِنْ شَبَابِهِمِ ٱلْمُرْدِ

„Ii sunt Banu-Sahd, qui ad gentem Tamim pertinent. Appellabant autem perfidiam inter ipsos, quum ea uti volebant, cognomine, quod ei imposuerant, nempe كيسان. Dixit poeta Alnamir ben-Taulab:

„Quum in gente Sahd, dum mater tua ad eam pertinet, peregrinus es, ne avunculus tuus e gente Sahd socordem te reddat! Quotiescunque كيسان vocant, eorum senes propius ad perfidiam accedunt, quam adolescentes eorum imberbes.“

Versuum metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

Grammaticus Abu-l'Nada haec de cognominis causa retulit: اصل هذا ان بنى زرارة خرج بعير لكسرى يطلب بها اليمن فحدثت سعد انفسها باخذها فقال بعض شيوخهم اتغدرون بابن عمكم وهو فيها فاجابه بعضهم الغدر فى بعض المواطن اكيس فجعلوا شعارهم كيسان „Huiusce causa in eo posita erat, quod gens Banu Sorarah camelorum agmen, a Cosroe in Arabiam felicem missum eduxerat. Gens Ba-

nu-Sahd quum de illo capiendo inter se sermones faceret, senex quidam eorum dixit": Num erga patruelem vestrum, qui in eo est, perfide agere vultis? Quidam respondit: „Perfidia quibusdam locis astutior est." Haec ob verba vocem كيسان signum, quo se distinguerent, fecerunt," Scharaf-Aldin. Samachschar. Silentio praetermittendum non est, et in codice Lugd. et in opere Samachscharii كنانة الغدر „pharetra perfidiae" loco verborum كناة الغدر in proverbio legi.

١٤٧ أَغْوَى مِنْ غَوْغَآءِ الْجَرَادِ

47. Magis errans, quam confusum locustarum parvarum agmen

Vocabulum غوغاء locustas fluctuantes inter se antequam volant, significat. Dixit Abu-Ohbaidahus, voce غوغاء significari animalia culicibus similia, sed non mordentia, et non nocentia. Aliis autem sunt locustae aetate iis succedentes, quae دبا appellantur.

٤٨ أَغْزَلُ مِنْ عَنْكَبُوتٍ وَأَغْزَلُ مِنْ سُرْفَةٍ

48. Melius filia ducens, quam aranea; quam animalculum Sorfah appellatum.

Conf. XIV, 86.

٤٩ أَغْزَلُ مِنَ آمْرِئِ ٱلْقَيْسِ

49. Magis excellens carmine amatorio, quam Amru-l'Kaisus.

De hoc celeberrimo poeta conf. Amru-l'Kaisi Moall. ed Hengstenberg. Bonnae 1823. p. 5. Huiusce poetae Diwanum Parisii nuper edidit vir ill. de Slane conf. Pocock. Tograi p. 133.

٥٠ أَغْزَلُ مِنْ فُرْعُلٍ

50. Magis attonitus, quam hyaenae pullus.

Dicitur غزل الكلب „Attonitus substitit canis, territus voce dorcadis, quam secutus erat". Hoc pullus hyaenae praedam sequens fortasse facit, ut inde proverbium desumtum esse videatur. Alii فرعل F o r o h l viri antiquo tempore viventis nomen fuisse putant.

٥١ أَغْدَرُ مِنْ قَيْسِ بْنِ عَاصِمٍ

51. Perfidior, quam Kaisus ben-Ahzim.

Abu-Ohbaidahus dixit, virum hunc fuisse perfidissimum. Viri nomen erat Kaisus ben-Ahzim ben-Sinan ben-Chaled ben-Minkar Tamimita Alhalim (mansuetus). Cognomen erat البدغ, id est: i n q u i n a t u s m e r d a h u m a n a. Narrant eum vicini sui, mercatoris, quem ligavisset, merces sumsisse, vinum bibisse, donec ebrius esset et ipsam carnem sumere incepisse[1]) جعل يتناول الناجم hunc versum dicentem:

وتاجرٍ فاجرٍ جاء الإلهُ بهِ كأنّ عثنونَهُ أذنابُ أجمالِ

„Quoties mercatorem impium Deus adduxit, cuius barba caudis camelorum similis erat."

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Tributo gentis Banu-Minkar colligendo praepositus quum de morte Mohammedis certior factus esset, tributum collectum inter gentem suam distribuit, hos versus recitans:

أَلا أَبْلِغَا عَنّي قُرَيْشًا رِسالَةً إذا ما أَتَتْهُمْ مُهْدَيَاتُ الوَدائِعِ

حَبَوْتُ بِمَا جَمَّعْتُهُ آلَ مِنْقَرٍ وأَيْأَسْتُ مِنْهَا كُلَّ أَطْلَسَ طَامِعِ

„Eheu! Genti Koraisch de me nuntium perferte, quotiescunque adducta deposita iis adferuntur. Tributum a me collectum genti Minkar dono dedi, et omni lupo avido eius spem eripui."

Versuum metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

Tum a religione Mohammedica deficiens prophetissae

1) Scharaf Aldinus اللاحم habet.

Sadjahae filiae Ohkfani aedituus (مؤذن) factus est. Scharaf-Aldin.

٥٢ أَغْدَرُ مِنْ عُتَيْبَةَ بْنِ ٱلْحٰرِثِ

52. Perfidior, quam Ohtaibahus ben-Alharits.

Quum Onaisus ben-Merdas Solamita cum agmine gentis Banu-Solaim ad eum tanquam hospitem venisset, eorum opibus potitus viros in vincula coniecit, ut se ex captivitate redimere cogerentur. Quapropter Ahbbasus ben-Merdas frater Onaisi sequentes versus dixit:

كَثُرَ ٱلْخَنَاءُ فَمَا سَمِعْتُ بِغَادِرٍ كَعُتَيْبَةَ بْنِ ٱلْحَارِثْ بْنِ شَهَابِ

جَلَّلْتَ حَنْظَلَةَ ٱلدَّنَاءَةَ كُلَّهَا وَدَنِسْتَ آخِرَ هٰذِهِ ٱلْأَحْقَابِ

„Multae sunt noxae; sed non audivi perfidum fuisse, quemadmodum Ohtaibahus ben-Alharits ben-Schahab erat. Gentem Hentselah vilitate omni operuisti et tu postremus horum temporum contaminatus es."

Versuum metrum Camil est. c. l. m. p. 212.

٥٣ أَغْلَى فِدَاءً مِنْ حَاجِبِ بْنِ زُرَارَةَ وَأَغْلَى فِدَاءً مِنْ بِسْطَامِ بْنِ قَيْسٍ

53. Cariore pretio redemtus, quam Hadjibus ben-Sorarah; et cariore pretio redemtus, quam Bisthamus ben-Kais.

Conf. Cap.. I, 146. adnot. 1. Abu-Ohbaidahus dixit, eos fuisse, qui maximo pretio in foro Ohcats redimerentur. Qui minimum dicunt, ducentos camelos pretium fuisse, qui summum, quadringentos. In codice Berolinensi additur: Adnotavit Abu-l'Neda, dici quoque: اغلى فداء من الاشعث بن قيس الكندى ..Ma-

iori pretio redemtus, quam Alaschahtsus ben-Kais Cendita“ Hic vir quum gentem Mudshidj invadens captivus factus esset, se pretio duorum millium camelorum et mille aliarum opum redemit. Dixit poeta:

فَكَانَ فِدَاؤُهُ أَلْفَى بَعِيرٍ وَأَلْفًا مِنْ طَرِيفَاتٍ وَتُلْدِ

„Pretium redemtionis eius erant duo millia camelorum et mille ex opibus recentibus et antiquis.“

Versus metrum Wafir est. c. l. m. p. 209. Bisthamus ille ab Ohtaibaho ben-Alharits captivus factus, (sic Scharaf-Aldinus adnotavit), quadringentis camelis et triginta equis redemtus est. Saidus ben-Sorarah autem, Abu-Ahcraschah cognominatus et propter magna supercilia حاجب cognomen gerens a Dsu-l'Rokaibaho et a fratribus e gente Ahbs Alsahdaman appellatis captivus factus duo millia camelorum et mille captivos, qui dimittebantur, tanquam libertatis pretium dedit. Dixit Bahelita:

حَتَّى ٱفْتَدَوْا حَاجِبًا مِنَّا وَقَدْ جَعَلَتْ سُمْرُ ٱلْقُيُودِ بِسَاقَىْ حَاجِبٍ أَثَرَا

بِأَلْفِ عَبْدٍ وَأَلْفَىْ رَائِمٍ جَعَلُوا أَوْلَادَهُنَّ لَنَا مِنْ لُومِهِمْ جُزُرَا

„Donec ex captivitate redemerunt Hadjibum a nobis, et iam cruribus Hadjibi fusca vincula vestigia impresserant, datis mille servis et duobus millibus pullos amantium camelarum, quarum pullos ob vilitatem suam mactandos nobis dederant.“

Versuum metrum Basith est. c. l. m. p. 190.

٥٤ أَغْلَمُ مِنْ تَيْسِ بَنِى حِمَّانَ

54. Libidinosior, quam hircus gentis Banu-Himman.[1])

---

1) Familia Banu-Himman ad gentem Tamim pertinebat. Auctor familiae erat Ahbd-Alohssa ben-Cahb. Cognomen Himman accepit eo, quod labia nigro colore tingebat (حمم)

Narrant hircum illum septuaginta capras inivisse, postquam eius venae in collo incisae fuissent eosque hanc rem sibi gloriae duxisse. Narrant Malicum ben-Masmah Alahnafo, dum genti Rabiah maiorem, quam genti Modhar gloriam tribueret, jocando dìxisse: Stultus gentis Becr ben-Wajel (Habannakah) celebrior est, quam princeps gentis Tamim (Alahnaf) et statim Alahnafum respondisse: Hircus gentis Banu-Himman celebrior est, quam princeps gentis Becr ben-Wajel (Malic ben-Masmah). Dixit poeta:

وَأَنْهَى بَنِي حِمَّانَ عَسْبُ عَتُودِهِمْ عَنِ ٱلْمَجْدِ حَتَّى أَحْرَزَتْهُ ٱلْأَكَارِمُ

„Gentem Banu-Himman hirci sui initus ita oblectavit, ut laudis obliviscentes ipsi nobilissimi eum custodirent.“

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

Conf. C: XXI, 137 et III, 152 sqq. XXI, 136.

٥٥ أَغْيَرُ مِنْ دِيكٍ وَمِنْ عُقَيْلٍ وَمِنْ جَمَلٍ وَمِنَ ٱلْفَحْلِ

55. Magis zelotypus, quam gallus; quam Ohkailus; quam camelus; quam admissarius.

Ohkailus ben-Ohlfah in proverbio dictus est.

٥٦ أَغْرَبُ مِنْ غُرَابٍ

56. Nigrior, quam corvus.

٥٧ أَغْوَصُ مِنْ قِرِلَّى

57. Magis se in aquam immergens, quam avis Kirilla.

Conf. C. VI, 203, XVI, 74.

٥٨ أَغْنَجُ مِنْ مُفَنَّقَةٍ

58. Pluribus gestibus amatoriis utens, quam molliter educata.

Legitur quoque مقنعة „calanticâ induta"

٥٩ أَغْلَظُ مِنْ حَبْلِ ٱلْجِسْرِ

59. Crassior, quam pontis funis.

Codices in legendo proverbio non consentiunt. Codex meus habet جمل; codex Berol. حمل, codex Lugdun. حبل. Hunc codicis Lugdun. legendi modum, et Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus consentientibus, praeferendum esse putavi.

٦٠ أَغْشَمُ مِنَ ٱلسَّيْلِ

60. Impetuosius proruens, quam torrens.

٦١ أَغْدَرُ مِنَ ٱلذِّئْبِ

61. Perfidior, quam lupus.

Conf. Cap. VII, 126. In codice Berol., Pocock., Scharaf-Aldini Samachschariique operibus ذيب legitur.

٦٢ أَغْلَمُ مِنْ خَوَّاتٍ

62. Libidinosior, quam Chawwatus.

Hic est Chawwatus ben-Djobair, cuius mentio iam praeteriit.

٦٣ أَغْلَمُ مِنْ هِجْرِسٍ وَمِنْ ضَيْوَنٍ

63. Libidinosior, quam simius; quam felis mas.

Proverbia recentiora.

---

٦٤ غِيرَةُ ٱلْمَرْأَةِ مِفْتَاحُ طَلَاقِهَا

64. Zelotypia uxoris clavis repudii est.

٦٥ غَدَاؤُهُ مَرْهُونٌ بِعَشَايِهِ

65. Cibus matutinus eius oppigneratus est ob cibum vespertinum.

De paupere dicitur.

٦٦ غُرَابُ نُوحٍ

66. Corvus Noae.

٦٧ غَضَبُ ٱلْعُشَّاقِ كَمَطَرِ ٱلرَّبِيعِ

67. Ira amantium similis est veris pluviae.

Pluvia veris cito cessat.

٦٨ غَضَبُ ٱلْجَاهِلِ فِي قَوْلِهِ وَغَضَبُ ٱلْعَاقِلِ فِي فِعْلِهِ

68. Ira stulti in verbis et ira prudentis in factis.

٦٩ غُبَارُ ٱلْعَمَلِ خَيْرٌ مِنْ زَعْفَرَانِ ٱلْعُطْلَةِ

69. Pulvis operis melior est, quam crocus otii.

٧٠ غَاصَ غَوْصَةً فَجَاءَ بِرَوْثَةٍ

70. Immersit se in aquam, et fimum reportavit.

Magnas molestias sine utilitate perpessus est.

غَابَ حَوْلَيْنِ فَجَاءَ بِخُفَّيْ حُنَيْنٍ ٧١

71. Absens erat per duos annos et Honaini ocreas reportavit.

E diuturna absentia nil commodi cepit. Conf. Cap. VII, 121.

غِشُّ ٱلْقُلُوبِ يَظْهَرُ فِي فَلَتَاتِ ٱلْأَلْسُنِ وَصَفَحَاتِ ٱلْوُجُوهِ ٧٢

72. Odium animorum in incursu inopinato linguarum et in tabulis facierum adparet.

Posterior proverbii pars in codice Berol., qui proverbia recentiora continet, omissa est.

غُلُولُ ٱلْكُتُبِ مِنْ ضَعْفِ ٱلْمُرُوءَةِ ٧٣

73. Perfidia (odium) librorum (oritur) ex infirmitate virtutis viri.

غِنَى ٱلْمَرْءِ فِي ٱلْغُرْبَةِ وَطَنٌ وَفَقْرُهُ فِي ٱلْوَطَنِ غُرْبَةٌ ٧٤

74. Opulentia viri in peregrinatione est domicilium et eius paupertas in domicilio est peregrinatio.

٧٥ غَبْنُ ٱلصَّدِيقِ نَذَالَةٌ

75. Fraus amici turpitudo est.

٧٦ الْغِيرَةُ مِنَ ٱلْإِيمَانِ

76. Zelotypia pars fidei Mohammedicae est.

٧٧ الْغَزْوُ أَدَرُّ لِلِّقَاحِ وَأَحَدُّ لِلسِّلَاحِ

77. Incursio in terram hostilem efficit, ut camelae, quae mulgentur, plus lactis emittant et arma acutiora sint.

٧٨ الْغَايِبُ حُجَّتُهُ مَعَهُ

78. Absens argumentum suum secum habet.

٧٩ الْغَنَاءُ رُقْيَةُ ٱلزِّنَاءِ

79. Opulentia est incantamentum scortationis.

٨٠ الْغَلَطُ يَرْجِعُ

80. Error redit.

٨١ الْغُرَبَاءُ بُرُدُ ٱلْآفَاقِ

81. Peregrini regionum legati (vel tabellarii, cursores) sunt.

٨٢ الْغَرْثَانُ لَا يُمْعِكُ

82. Famelicus moram solvendi non prorogat.

In codice Berol. vocales passivi sunt. In codice meo, quocum codex Lugd. consentit, proverbium hoc scholio explicatur: مثل يضرب للملح فى طلب الشى „Proverbium est, quod adhibetur de viro, qui rem petens instanter urget.“ At vero in codice Berol. nonnisi اى يمطل „i. e. moram concedit“ sequitur. Tum legitur tanquam novum proverbium غريمه لا ينام „Debitor eius non dormit“, quae verba scholio مثل يضرب للملح فى طلب الشى „proverbium, quod adhibetur de viro, qui rem petens instanter urget“ explicata sunt. Quamquam in hoc Pocockii codex consensisse videtur, dubitare tamen licet, num verba غريمه لا ينام ad proverbium pertinent an potius praecedentis proverbii causa apposita sint, fieri enim potuit, ut scriba errore ductus, quod ipsi غريمه لا ينام novum proverbium videretur, vocem يمطل praecedentis proverbii explicandi gratia adscriberet. Quid verum sit, affirmare non ausus sim.

٨٣ غَضَبُهُ عَلَى طَرَفِ أَنْفِهِ

38. Ira eius super nasi extremitate est.

De eo dicitur, qui pronus ad iram est.

Caput XX.

Littera Fa.

١ فِى بَطْنِ زُهْمَانَ زَادُهُ

1. In ventre Sohmani ipsius alimentum est.

Abu-l'Haitsamus et Ebn-Doraidus Sohman; Abu-l'Neda et Ebn-Alahrabius Sahman canis nomen fuisse retulerunt. De eo dicitur, qui res ipsi necessarias possidet. Abu-Ahmruus autem proverbii originem hanc fuisse narravit: Vir quidam camelum mactatum quum dissecaret, cani suo Sohman appellato portionem dedit. Canis autem quum iterum veniret, vir ista verba dixit, quae in virum dicuntur, qui rem accepit et iterum petit. Placet autem addere Samachscharii scholion, in quo proverbium prolixius explicatum est: زهمان بالفتح اسم رجل اتى قوما قد نحروا جزورا فاستطعمهم منها فاطعموه ثم عاودهم فقالوا ذلك ارادوا انك قد زودت منها الساعة وذلك فى بطنك يضرب لكل من اخذ حظه من الشى ثم جاء بعد يطلبه ويروى بالضم من قولك رجل زهمان وزهمانى وهو الشبعان يضرب لمن يدعى

لى طعام وهو شبعان وقيل هو من زهم الرجل اذا تخم يضرب
لمن معه عدته التى يعتضد بها كالمتخم الـذى تغنيه تخمته
وامتلاوه من تكلف كفاية الزاد وقيل زهمان اسم كلب ومعناه
ان زاده فى بطن كلب فهو مفقود الزاد وكان اصله ان رجلا اعد
لنفسه زادا فغفل عنه فاكله كلب يضرب لمن لا نصيب له

,,Vocabulum زهمان cum vocali Fatha enunciandum viri nomen est, ad homines, qui camelum mactaverant, venientis et rogantis, ut ipsi inde cibum darent. Eum cibarunt; sed iterum venienti proverbii verba dixerunt significaturi, eum modo cibum accepisse, qui in ventre ipsius esset. Proverbium de omni viro adhibetur, qui portionem rei ipsi destinatam accepit et tum eandem postulat. Nec non vocabulum زهمان cum vocali Dhamma effertur, quemadmodum dicitur رجل زهمان et رجل زهمانى i. e. vir satiatus. Proverbium de viro, qui satiatus ad cibum invitatur, adhibent. Dicunt, vocem زهمان a verbo زهم ,,indigestione stomachi laboravit" derivandam esse. Proverbium de viro adhibetur, quocum res ipsi necessariae, quibus nitatur, sunt, quemadmodum indigestione laborans, cuius conditio sc. cibo impleti in causa est, cur cibo carere possit. Alii dixerunt, vocem زهمان canis nomen esse, ut proverbii sensus sit: Cibus eius in ventre canis est, dum ipse cibo destitutus est. Huiusce proverbii originem sic narrarunt: Vir quidam sibi cibum paraverat, quem ab ipso non custoditum canis consumsit. Proverbium igitur de eo dicitur. cui portio non est."

٢ فِي ٱلصَّيْفِ ضَيَّعْتِ ٱللَّبَنَ

2. Aestatis tempore lac amisisti.

Legitur in Scharaf - Aldini et Samachscharii opere proverbium omissa praepositione فى, ut voci accusativi casus sit. Sermo ad Dachtenusam filiam Lokaithi ben-Serarah directus est. Femina ista seni Ahmruo ben - Ahmru

ben-Ohdas nupta maritum odio habebat. Repudio igitur dimissa et iuveni pulchro nupta quum victus inopia laboraret, ad pristinum maritum lac petens misit. Ille autem istis proverbii verbis utens lac recusavit. Quae quum mulier audiret, mariti sui humerum manu percutiens dixit: هذا خيار ومذقة „Hoc est bonum et lac aquâ mixtum i. e. hic maritus cum lactis inopia melior est quam Ahmruus. In Samachscharii opere هذا ومذقة خير legitur. Mariti illius pristini responsum in proverbii usum veniens de eo adhibetur, qui rem petiit, quam suo vitio amiserat. Aestatis autem tempore quum illa maritum, ut ipsam repudio dimitteret, rogavisset, maritus aestatis tempore lac eam amisisse dixit. Mulieris quoque verba proverbii loco in eum dicuntur, qui magnum non assecutus pauco contentus est. In Kamusi opere legimus, proverbii originis ratione habita, verbo feminini vocales semper tribuendas esse, etsi sint, qui aut de uno aut de pluribus proverbium adhiberi posse putent. Maritus autem, qui feminam repudio dimiserat, ibi Musirus appellatur. Praeter hanc alteram proverbii originem Kamusi auctor hoc adnotavit: Alaswadus ben-Hormos mulierem Alahnud appellatam, foedam adspectu in matrimonium duxerat, et corde in pulchram inclinato repudio eam dimiserat. Postea vero facti poenitentia commotus quum nuntium mitteret, ut eam in gratiam reconciliaret, his versibus mulier respondisse narratur:

أَتَرَكْتَنِى حَتَّى إِذَا عُلِّقْتُ أَبْيَضَ كَٱلشَّطَنْ
أَنْشَأْتَ تَطْلُبُ وَصْلَنَا فِى ٱلصَّيْفِ ضَيَّعْتِ ٱللَّبَنْ

»Num me deseruisti, donec, quum ego tanquam funis amore cum albo coniunctus essem, coniunctionem nostram petere incepisti? Aestatis tempore lac perditisti.«

Versuum metrum Camil est. c. l. m. p. 216.

٣ فِرَقْ بَيْنَ مَعَدٍّ تَحَابْ

3. Separa gentem Maahd et se invicem amabunt.

Alazmäihus dixit: Saepe fit, ut propinqui, qui separati sint, se ament, et coniuncti se invicem odio persequantur. Ohmarus chalifa Abu-Musae Alaschahri scripsisse narratur: مر ذوى القربى ان يتزاوروا ولا يتجاوروا „Impera propinquis, ut se invicem visitatum veniant et vicini non sint«. In proverbio تحاب pro تتحاب scriptum est. Vocalis Dhamma, quae litterae ت in codice Berol. inscripta est, falsa mihi videtur.

٤ فِي رَأْسِهِ خُطَّةٌ

4. In capite eius magna res est.

De eo dicitur, qui rem necessariam in animo habet, quam peragere sibi proposuit. Vulgus dicit: فى راسه خطبة »In capite eius sermo habendus est«. Conf. Abulf. An. T. III p. 112.

٥ فِي رَأْسِهِ نُعَرَةٌ

5. In capite eius musca caerulea est.

Vocabulo نعرة musca caerulea significatur, quae in asini nares introire solet. Proverbium hocce de inquieto et inconstante adhibetur.

٦ فِي وَجْهِ ٱلْمَالِ تَعْرِفُ إِمْرَتَهُ

6. In facie pecorum eius incrementum cognoscitur.

De eo dicitur, ex cuius pulchra exteriore forma eius interna pulchritudo bonaque administratio cognoscitur. De enuncianda voce امرة non consentiunt. Djeuharius litterae م Djesm dedit, et sic in carminibus legitur; Asharius vero

nec non Abu-Saidus aliique grammatici litterae ر signum Teschdidi imponendum esse censuerunt.

٧ فَتَلَ فِي ذِرْوَتِهِ

7. Fricuit eius summum gibbum.

In Samachscharii opere: فتل فى ذروته وغاربه „Fricuit eius gibbum eiusque collum" legitur. In Kamuso Djeuhariique opere legitur: ما زال يفتل من فلان فى الذروة والغارب „Non cessavit fricare cuiusdam gibbum et collum" i. e. Non cessavit quendam blanditiis decipere. Hocce proverbium a camelo, cuius gibbus fricatur, ut se submittat, desumtum in hominem translatum est, qui lenibus verbis et adulatione decipitur. Praepositio فى cum verbo فتل coniuncta est, ut sensus restringeretur, nam non totus gibbus, sed pars eius fricatur. Dicere voluit: فتل بعض ما فى ذروته „Fricuit partem eius, quod in gibbo eius erat".

٨ أَفْلَتَ فُلَانٌ جُرَيْعَةَ ٱلذَّقَنِ

8. Salvus evasit quidam cum sorbitione parva menti.

Vix e periculo mortis salvus evasit. Proverbium in scholiis sic explicatum est: افلت يكون لازما ومتعديا وهو ههنا لازم ونصب جريعة على الحال كانه قال افلت قاذفا جريعة وهى تصغير جرعة وهى كناية عما بقى من روحه يريد ان نفسه صارت فى فيه وقريبا منه كقرب الجرعة من الذقن „Verbum افلت significationem intransitivam et transitivam habet. Hoc in proverbio ei intransitivi significatio tribuenda est. Vox جريعة accusativi casum obtinuit ratione eius, quod Arabum grammatici حال statum appellarunt; quasi dixisset قاذفا جريعة »projiciens parvam sorbitionem«. Vox جريعة autem est diminutivi forma a voce جرعة derivanda, qua per metonymiam pars restans spiritus vitae designatur. Dicere vult, animam in eius ore fuisse et ei propinquam, quemadmodum mento sorbitio propinqua est.« Dicitur quo-

que: افلت بجريعة الذقن et بجريعاء الذقن »Mortis periculo se eripuit cum parva menti sorbitione«. Sic quoque Samachscharius et Scharaf-Aldinus. Abu-Saidus autem in verbis افلتنى جريعة الذقن vocem افلتنى duplici modo explicari posse contendit, uno, quo transitivi significationem accipit »me eripuit« altero, quo est pro افلت منى »Ex me ereptus est« Sic in versu Amru-l'Kaisi:

وَأَفْلَتَهُنَّ عِلْبَآءٌ جَرِيضًا وَلَوْ أَدْرَكْنَهُ صَفِرَ ٱلْوِطَابُ

»Ereptus est ex iis magnus nervus (dux), extremum vitae spiritum ducens, et si eum assecuti essent, utres vacui fuissent (i. e. mortuus esset)«

Vox افلتهن est pro افلت منهن. Suffixum ad equites (خيل) referendum est. Versus metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204. Mohalhelus proverbium versui sequenti inseruit dicens:

مِلْنَا عَلَى وَآبِلٍ وَأَفْلَتَنَا أَخُو عَدِيٍّ جُرَيْعَةَ ٱلذَّقَنِ

„Deflexinus contra Wajilum et frater Ahdijji e nostra potestate sorbitione parva menti liberatus est."

Versus metrum Monsarih est. Cf. l. m. p. 255. Conf. doct. Bertheaui lib. p. 17. text. et Kam. Djeuh. v. جرع.

٩ أَفْلَتَ وَلَهُ حُصَاصٌ

9. Salvus evasit et ei crepitus ventris erat.

Adhibetur in timidum, qui fuga se eripuit. Sunt verba Mohammedis traditione ad nos delata, qui dixit, Satanam crepitum ventris, ut asini crepitum, dum emittat, abire temporis precum annuntiationem audientem. Sunt autem, qui voci حصاص celeris cursus significationem tribuant. conf. Kam.

١٠ أَفْلَتَ وَأَنْحَصَّ ٱلذَّنَبُ

10. Salvus evasit et cauda pilos amiserat.

Vix salvus evasit. Proverbii originem hanc fuisse narrant. Vir quidam arrepta cauda camelum quum teneret, camelus relictis in manu tenentis pilis aufugit. Scharaf-Aldinus Moahwijjahum ben-Abi-Sofijan proverbii auctorem esse dixit. Dixit haec verba, quum legatum, quem ad imperatorem Graecorum misisset, salvum conspiceret. Conf. doct. Bertheaui libr. p. 16. text. et Kam. حص.

١١ فَاهَا لِفِيكَ

11. Os eius ori tuo!

Male precando inserviunt verba. Abu-Ohbaidus dixit, proverbii sensum esse: »Ponat in ore tuo Deus terram« quemadmodum dicatur: بفيك الحجر. In ore tuo lapis sit et بفيك الاثلب »In ore tuo sint terra et lapides. Horum verborum sensum esse: Tibi sit frustratio. Alius quidam dixit, فاها os eius metonymiam esse, qua terra significaretur, quum os terrae humus esset, qua aqua imbiberetur. Sunt autem, qui dicant, ore eius significari os infortunii, ut sensus proverbii sit: Deus os infortunii ori tuo immittat! qua frustratio significaretur. Verbum جعل supplendum est.

١٢ أَفْوَاهُهَا مَجَاسُّهَا

12. Ora eorum (camelorum) sunt loci, ubi palpantur.

In camelis, quod pulchro modo pabulum consumunt, indicio est, eos pingues esse, ut hoc videnti eos palpare non opus sit. Abu-Saidus sic retulit proverbium: احناكها مجاسها »Palata eorum sunt loci ubi palpantur.« Sensus proverbii est. Ex exteriore habitu interior rei conditio cognoscitur.

١٣ فِي ٱلْخَيْرِ لَهُ قَدَمٌ

13. In bono ei pes.

Caeteros in bono praevertit. Cecinit Hassanus ben-Tsabet Alanzari:

لَنَا ٱلْقَدَمُ ٱلْأُولَى إِلَيْكَ وَخَلْفُنَا لِأَوَّلِنَا فِي مِلَّةِ ٱللّٰهِ تَابِعُ

»Nobis est pes primus ad te et primos nostros in religione Dei post venientes sequuntur.«

Metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

١٤ أَفْضَيْتُ إِلَيْهِ بِشُقُورِي

14. In campum apertum prodii ad eum cum rebus necessariis meis.

Secreta mea ei dixi. Djeuharius adnotavit, simili ratione dici: افضيت اليه بعجرى وبجرى »In campum prodii ad eum cum nodis in corpore et nodis in ventre" i. e. Vitia mea tam externa quam interna ei patefeci. Vox شقور tam cum vocali Fatha quam cum vocali Dhamma enunciatur. Conf. C. VII, 17.

١٥ فِي ٱسْتِهَا مَا لَا يُرَى

15. In podice eius (feminae) est, quod non cernitur.

De deformi corporis formâ praedito dicitur, cuius interna conditio peior est, quam externa. Proverbium quoque in eum dicitur, qui se scire rem putat, quae eum latet.

١٦ اِفْتَحْ صُرَرَكَ تَعْلَمْ عُجَرَكَ

16. Aperi crumenas tuas, cognosces vitia tua.

Vocabulum عجرة nodum significat in baculo aliave

re. Proverbii sensus est: Ad te ipsum redi et bonum tuum a malo tuo discerne!

١٧ الفَحْلُ يَحْمِى شَوْلَهُ مَعْقُولًا

17. Camelus, dum ligatus est, defendit camelas suas.

Camelum indoles generosa ad defendendas camelas impellit, etsi vinculo ligatus est. Vocabulum شول eas camelas proprie designat, quae omni lacte carent aut post partum septimum vel octavum mensem agentes. In virum generosum, qui omnimodo familiam suam contra mala defendit, transfertur. Ad metrum Sarih pertinet. p. 246.

١٨ فَلِمَ رَبَضَ ٱلْعَيْرُ إِذَنْ

18. Quamnam ob causam onager decubuit?

Verba haec Amru-l'Kaiso poetae adscribuntur. Quum ille ab imperatore Graecorum vestem venenatam accepisset, exiens onagrum decumbentem, quem invenit, malo omini sibi duxit. Cuius rei solatium ipsi ferre studentibus ista dixit verba significaturus, se moriturum esse. Proverbium de re adhibetur, cui insunt indicia contraria aliorum sermoni. conf. Amru-l'Kaisi Moallaka p. 8. edit. cl. Hengstenberg.

١٩ فِى بَيْتِهِ يُؤْتَى ٱلْحَكَمُ

19. In domo sua ad iudicem veniendum est.

Proverbium hoc Arabes lacertae adscribunt. Fabulantur, vulpem lepori dactylum, quem is cepisset, eripuisse et edisse. Utrumque ad lacertam venisse, ut ea iudicium ferret. Leporem dixisse: O pater parvae lacertae! Lacertam respondisse: سميعا دعوت „Audientem vocasti". Dixisse lepus: „Venimus ad te litigantes". Respondisse illam: عدلا حكمتما „Iustum vobis iudicem constituistis". Dixisse leporem: Exi

igitur ad nos! Respondisse illam: ,,في بيته يوتى الحكم In domo sua ad iudicem veniendum est.“ Dixisse leporem: Inveni dactylum. Respondisse lacertam: ,,حلوة فكليها Dulcis est, ede igitur eum!“ Dixisse alterum: Eripuit eum vulpes. Respondisse lacertam: ,,لنفسه بغى الخير Sibi expetivit bonum.“ Alterum dixisse: Colaphum ei inflixi. Lacertam respondisse: ,,بحقك اخذت Ius tuum adhibuisti“. Dixisse alterum: Et colaphos mihi inflixit“ Respondisse lacertam: ,,حر انتصر Generosus se vindicavit“. Dixisse alterum: Iudica igitur inter nos! Respondisse lacertam: حدث حديثين امراة فان ابت فاربعة ,,Mulieri bis rem dicas, et si nolit, tum quater.“ Conf. Cap. VI, 6. Lacertae autem responsa omnia in proverbii consuetudinem venerunt. Djeuharius proverbium s. v. حكم adnotavit. Ad metrum Redjes referri potest. p. 231.

٢٠ فى ٱلْاعْتِبَارِ غِنًى عَنِ ٱلْاخْتِبَارِ

20. Qui exempla videt, doceri eum opus non est.

٢١ أَفْنَيْتِهِنَّ فَقَةً فَاقَةً اذْ أَنْتِ بَيْضَاءُ رَقْرَاقَةْ

21. Perdidisti eas (opes) unam partem post alteram, quando eras alba et mollis.

Verbis hisce Arabs quidam uxori suae, eam opes paulatim in adolescentia perdidisse obiecit. Proverbium de eo adhibetur, qui opes suas dilapidavit. Suffixum هن ad اموال ,,opes“ referendum est.

٢٢ فِى ٱلْجَزِيرَةِ تَشْتَرِكُ ٱلْعَشِيرَةُ

22. In insula gens societate iuncta est.

Proverbio hoc ad mutuum nobis solatium ferendum incitamur.

٢٣ فَرَّ الدَّهْرُ جَذَعًا

23. Tempori in os inspectum fuit et erat iuvencus.

Ad cogroscendam cameli aetatem dentes inspicere solent. Camelo iuvenco sex menses, antequam ثنى appellatur, nomen جذع datur. In proverbio tempus cum camelo comparatum est, ut tempus nunquam senescere significaretur, quippe quod iuvenili semper aetate sit. Proverbii autem sensus est: Si hodie, quod petimus, nos fugit, postea id assequemur. In Kamusi opere verba فر الامر حذعا verbis رجع عودا لبدئه explicata sunt.

٢٤ فِى مِثْلِ حُوَلَاءِ ٱلسَّلَا

24. In statu simili aquae membranae, qua cameli foetus involutus est.

Simili modo dicitur: فى مثل حولاء الناقة „In statu simili aquae camelae“, vocabulum enim حولاء aquam significat, qua membrana foetus cameli impleta est. De eo dicitur, qui pabuli copiâ gaudet. Huic simile proverbium est: فى مثل حذقة البعير „In statu simili pupillae oculi cameli.“

٢٥ فَسَا بَيْنَهُمْ ٱلظَّرِبَانُ

25. Pepedit inter eos animal Thsariban appellatum.

Animal ita appellatum paulo maius quam canis catulus foetidum emittit crepitum ventris. Narrant, animal hoc in latibulum lacertae ano erecto pedere, ut lacertam voret. Cognominatum quoque est: مفرق النعم „Dispersor pecorum“ quoniam pecora congregata crepitu ventris dispergit. Proverbium autem significat, homines inimicitia dispersos esse. Conf. Cap. XX, 82; XXV, 147; XXVII, 66 et Kam. Dj.

٢٦ فى ٱلْقَمَرِ ضِيَاءٌ وَٱلشَّمْسُ أَضْوَأُ مِنْهُ

26. In luna est lux et sol est magis lucens.

Significat, unam rem alteri praeferendam esse.

٢٧ أَفِقْ قَبْلَ أَنْ يُحْفَرَ ثَرَاكَ

27. Convale, priusquam terra tua effodiatur!

Verbo افاق significatio est „convaluit a morbo, ad se rediit ab ebrietate.“ Vitium vel ira cum ebrietate aut morbo comparatum esse videtur. Abu-Säihdus dixit, proverbii sensum esse: Priusquam dedecus tuum excitetur i. e. sine id occultum esse. Cecinit Abu-Thalebus:

أَفِيقُوا أَفِيقُوا قَبْلَ أَنْ يُحْفَرَ ٱلثَّرَى وَيُصْبِحَ مَنْ لَمْ يَجْنِ ذَنْبًا

كَذِى ٱلذَّنْبِ

„Redite in viam! Redite in viam, priusquam terra effoditur, et is, qui crimen non commisit, ei similis fit, qui crimen commisit!“

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

٢٨ فِى عِضَةٍ مَا يَنْبُتَنَّ شَكِيرُهَا

28. In frutice spinosa quacunque eius surculus crescit.

شكير surculorum nomen est, qui ex arboris radicibus progerminant. Proverbium filium patri similem esse significat. In Samachscharii opere ومن عضة legitur, quod versus dimidium est, cui praecedit: اذا مات منهم حيث شرق ابنه Legitur quoque وفى عضة ما ينبت العود

٢٩ فِى كُلِّ شَجَرٍ نَارٌ وَٱسْتَمْجَدَ ٱلْمَرْخُ وَٱلْعَفَارُ

29. In omni arbore ignis est, sed multum ignis arbores March et Ahfar continent.

Proverbio utuntur significaturi, unam rem alteri praeferendam esse. Abu-Sijadus dixit, fieri interdum, ut, quum March appellatae arbores densae et perplexae sint, vento flante ignis excitetur, quo tota sylva comburatur. Dixit poeta Alahscha:

زِنَادُكَ خَيْرُ زِنَادِ ٱلْمُلُوكِ خَالَطَ فِيهِنَّ مَرْخًا عَفَارًا

وَلَوْ بِتَّ تَقْدَحُ فِي ظُلْمَةٍ حَصَاةً بِنَبْعٍ لَأَوْرَيْتَ نَارًا

„Ignitabulum tuum est optimum regum ignitabulum, quia in eo lignum arboris March et Ahfar coniunctum est. Et si nocte obscura glarea cum ligno arboris Nabah ad accendendum usus esses, ignem elicuisses."

Versuum metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281. Prioris versus posterius hemistichium mancum est; quapropter in manuscriptis varii legendi modi, qui corrigendo orti esse videntur, reperimus. E ligno arboris Nabah ignis elici non potest, sed sagittis conficiendis inservit. In posteriore versu proverbium est: لو اقتدح بالنبع لاورى نارا „Si ligno arboris Nabah tanquam ignitabulo usus esset, ignem elicuisset", quod de viro ingenioso adhibetur. Superior ignitabuli pars e ligno arboris Ahfar, inferior e ligno arboris March appellatae confici solet. Conf. Kam. et Dj. s. v. مجد et مرخ.

٣٠ فِي نَظْمِ سَيْفِكَ مَا تَرَى يَا لُقَيْمُ

30. In dispositione gladii est id, quod vides, o Lokaime!

Narrant Lokmanum ben-Ahd vehementissimae hiemis tempore iumentum, quod nullam unquam vocem ederet, sellà instruxisse et gentes suae viros, ut cum ipso praeda-

tum proficiscerentur, advocasse; sed hominem eum secutum esse. Quum sororis filius Lokaimus appellatus adolevisset, hunc sibi tale iumentum, quale Lokmanus haberet, comparasse, et quum Lokmanus socios invitasset, se eum secuturum esse, dixisse. Incursione hostili facta utrumque camelos in suam potestatem redegisse, et cum his ad suos rediisse. Tum eos convenisse, ut Lokaimus camelos ad pabulum vespertinum educeret, Lokmanus vero mactati cameli carnes assaret. Lokmanum autem, ut Lokaimum, quem odio haberet, redeuntem ad cibum sumendum perderet, foveam igne impletam et supra tectam parasse in loco Schardj appellato, cuius spinas ibi crescentes resecuisset. Lokaimum advenientem, quum in loco, ubi spinas esse sciret, spinas non videret, dixisse: اشبه شرج شرجا لو ان اسيمرا „Similis esset locus Schardj loco Schardj, si spinae adessent," (de quo proverbio conf. C. XIII, 31.) et quum in illam foveam igne impletam et tectam camela incidens fugam cepisset, Lokaimum has Lokmani insidias evitasse. Nec non Lokmanum in suo gladio ita ut gladii acies tegeretur, carnes et iecur et gibbum disposuisse ea causa adductum, ut Lokaimum illa capturum gladio trucidaret; at Lokaimum quum et illum dolum animadvertisset, dixisse في نظم سيفك ما ترى يا لقيم „In dispositione gladii tui est id quod vides, o Lokaime!" Quum autem Lokmanus societatem in camelorum possessione nollet, ut dividerentur, proposuisse Lokaimum. Lokmanum dixisse, se camelos dividi non probaturum esse nisi ligatum, se igitur eum rogare, ut ipsum ligaret. Quum igitur exceptis circiter decem camelis divisi essent, avida facta anima, ita ut anhelitum ex imo pectore duceret, quo vinculi lora rumperentur, Lokmanum dixisse: الغادرة والمتغادرة والافيل النادرة „Retromanens a grege, et cum aliis retromanens a grege et camelus anniculus rarus"; quae verba in proverbium venerunt, i. e. omnes divide! Lokaimum autem dixisse: قبح الله النفس الخبيثة „Deus animam turpem ab omni bono remo-

veat! Prius autem illud proverbium in dolo ac perfidia adhibetur, posterius in avaritia et summa diligentia, qua in tractando negotio quis utitur.

٣١ فَاقَ ٱلسَّهْمُ بَيْنِى وَبَيْنَهُ

31. Crena sagittae inter me et eum rupta fuit.

Rerum conditio, quibus coniuncti eramus, corrupta fuit.

٣٢ اَلْفِرَارُ بِقِرَابٍ أَكْيَسُ

32. Fugiens cum vagina ensis astutior.

Dixit Almofadhdhelus, proverbium hoc Djabiro ben-Amru Masenitae adscribendum esse. Hic vir die quodam in via vestigia duorum virorum videns, quum hariolus esset, dixit: ارى اثر رجلين شديدا كلبهما عزيزا سلبهما والفرار بقراب اكيس „Video vestigia duorum virorum, quorum malitia vehemens est, quorum raptus potens est et fugiens cum vagina gladii astutior est.“ Sic autem proverbium intelligendum est: ذو الفرار بقراب اذ فاته السيف اكيس ممن يفيت القراب ايضا „Fugiens cum gladii vagina, quum gladium amisit, astutior est, quam ille, qui vaginam quoque amisit. C. Dj. s. قرب Samachscharius dixit, proverbium hortari ad celerem fugam in re periculosa. Scharaf-Aldinus autem proverbii sensum talem esse descripsit: Fuga nostra, dum saluti propiores sumus, magis convenit, quam quod, dum manemus, in rem ingratam incurrimus; voci enim قراب eandem significationem, quam voci قريب tribui dixit. Tum proverbium vertendum est: Fuga, dum propinqui sumus (saluti), astutior est.

٣٤ فِى ذَنَبِ ٱلْكَلْبِ يَطْلُبُ الإِهَالَةَ

33. In cauda canis adipem quaerit.

De eo dicitur, qui beneficia a vile petit.

٣٤ أَفْعَلُ ذَاكَ آثِرًا مَّا

34. Faciam id primum ante omnia.

Dicitur quoque: افعله اثر ذى اثير eodem sensu. Alazmäihus proverbii sensum esse dixit: افعل ذلك عازما عليه „Faciam id, dum mihi id facere proposui.“

٣٥ فَرَقًا أَنْفَعُ مِنْ حُبٍّ

35. Quod te timent, utilius est, quam quod te amant.

Hadjdjadjus haec verba Alghadhbano ben-Alkabahtsara1) Schaibanitae dixisse fertur. Quum Ahbd-Allahus ben-Aldjarud et incolae oppidi Bazrae Alhadjdjadjum imperio privassent et praedati essent, ille dixit: يا اهل العراق تعشوا الجدى قبل ان يتغداكم „O incolae Iracae! vesperâ edite hoedum, priusquam matutino tempore vos edet!“ Quum autem Alhadjdjadjus Ahbd-Allahum ben-Djarud occidisset, Alghadhbanum eiusque adiutores cepit et in vincula coniecit. Tum Ahbd-Almalicum ben-Merwan de caede Ebn-Aldjarudi certiorem fecit. Ahbd-Almalicus autem mittens Ahbd-Alrahmanum ben-Masuhd Fesaritam, omnes e vinculis dimittere caeterisque timentibus securitatem concedere, Hadjdjadjum iussit. Hac de causa Hadjdjadjus Alghadhbanum e carcere ad ipsum adduci iussit, et advenientem ita allocutus est.“ Tu pinguis es! Respondit ille: Chalifae hospes pinguis sit oportet. Tum ille: Num tu Iracae incolis dixisti? تعشوا الجدى قبل ان يتغداكم „O incolae

---

1) Codex meus et Berolin. القبعثرى, codex Lugdun. القبعرى habet.

Iracae! vesperâ edite haedum, priusquam matutino tempore vos edet.“ Respondit hic: Neque profuit sermo ei, qui dixit neque nocuit ei, in quem dictus fuit. Denique Hadjdjadjus dixit: اوفرقا خير من حب »Nonne timor melior est, quam amor« i. e. Profecto! quod te timent melius est, quam quod te amant.« Accusativus فرقا ex omisso verbo pendet.« Proverbium autem simile est sequenti: رهبوت خير من رحموت »Timor melior est quam misericordia“.

٣٦ الفَرَعُ أَوَّلُ ٱلنِّتَاجِ

36. Qui Diis mactatur pullus, geniturae initium est.

Vocabulo فرع pullum camelae primum, qui Diis mactabatur, significabant. De rerum initio igitur proverbium adhibent.

٣٧ فِي سَبِيلِ ٱللّٰهِ تَعَالَى سَرْجِي وَبَغْلِي

37. In via Dei est sella mea et mulus meus.

Mikdamus ben-Ahthif Ihdjlita a Cosroe rege Persarum, ad quem venerat, abiens mulum sellâ instructum dono acceperat. Qui quum periisset et sella fracta esset, se consolans hunc dixit versum:

نَفَقَ ٱلْبَغْلُ وَأَوْدَى سَرْجُنَا فِي سَبِيلِ ٱللّٰهِ سَرْجِي وَبَغْلِي

»Periit mulus et periit sella nostra. In via Dei est sella mea et mulus meus.“

Versui metrum Raml est p. 238 sq. Adhibetur igitur proverbium in consolando de iactura et damno, quod nobis tempus intulit.

٣٨ فِيحِي فَيَاحِ

38. Multum dispersa sis, o incursio hostilis!

Verbo genus feminini datum est, quia voci غياح significatio vocis غارة, quae est generis feminini, tribuenda est.

٣٩ فَتًى وَلَا كَمَالِكٍ

39. Hic iuvenis est, et non ut Malicus.

Verba haec Motammemus ben-Nowairah in fratrem suum Malicum ben-Nowairah dixit, quum hic propter defectum a religione occisus esset. conf. Hamas p. ٣٧١. Ante فتى supplendum est هذا hic vel هو is.

٤٠ فَضْلُ ٱلْقَوْلِ عَلَى ٱلْفِعْلِ دَنَاءَةٌ

40. Augmentum verborum super facto vilitas est.

Si quis in se describendo plura loquitur, quam fecit, vilitatis indicium est. Huic contrarium est: فضل الفعل على القول مكرمة „Quod plus facit, quam loquitur, generositati tribuendum est.“ Samachscharius ista duo proverbia in unum coniunxit.

٤١ فَشَاشِ فُشِّيهِ مِنِ ٱسْتِهِ إِلَى فِيهِ

41. O mulier ventum emittens, exprime ei ventum e podice suo in os!

Age contra eum quemadmodum vis, nam se defendere non potest. Sic Meidanius; at vero Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de irato, qui simul impotens sit. Id est: Iram eius amove, quemadmodum ventum ex utre exprimis.

٤٢ اِفْتَدِ مَخْنُوقُ

42. Te libera, o strangulate!

De quolibet molestiâ adflicto dicitur, qui hisce verbis, ut e periculo se liberet, excitatur. Sic quoque legunt Samachscharius et Scharaf-Aldinus. Legitur quoque sic proverbium: افتدى مخنوق „Se liberavit strangulatus.“

٤٣ فِي حُسْنٍ مَسٍّ أَبْصَرَ أَنَّ أَمْرَهُ مَكْسٌ

43. In pulchritudine contactus vidit, rem suam esse iniustitiam.

De viro dicitur, qui gentem, quam ipsi iniuriam inlaturam esse cognovit, relinquit.

٤٤ أَفْرَعَ فِيمَا سَاءَنِي وَصَعَّدَ

44. Decidit in eo, quod mihi displicuit et se extulit.

Omnimodo mihi noxam ut inferret, operam dedit.

٤٥ فِي عِيصِهِ مَا يَنْبُتُ ٱلْعُودُ

45. Quod in arboreto denso eius crescit, lignum Aloes est.

Si arboreti nobilis natura est, lignum ibi crescens nobile est; vile arboretum lignum vile producit. Ramo radicis natura est.

٤٦ فِي ٱلْأَرْضِ لِلْحُرِّ ٱلْكَرِيمِ مَنَادِحُ

46. In terra nobili generoso loca ampla sunt.

Nobilis generosus uni regioni addictus non est, tota terra ei patet. Ad metrum Camil referri potest. c. p. 212.

٤٧ أَفَقَ فَذَرَقَ

47. Convaluit et tum fimum excrevit.

De eo dicitur, qui antea moerore pressus curis liberatus fuit.

٤٨ فِى ٱلْمَالِ أَشْرَاكٌ وَإِنْ شَحَّ رَبُّهُ

48. In opibus sunt participes et si earum possessor avarus est.

Infortunia et haeres avaro tandem opes eripiunt.

٤٩ فِى ٱلنُّصْحِ لَسْعُ ٱلْعَقَارِبِ

49. In monito fido scorpionum morsus est.

Verba haec Ohbaido ben-Dharijjah Namiritae adscribuntur. Hic virum, qui principi obtrectabat audiens inter alia haec verba dixit. Conf. prov. 116.

٥٠ الإِفْرَاطُ فِى ٱلْأُنْسِ مَكْسَبَةٌ لِقُرَنَاءِ ٱلسُّوءِ

50. Nimium in hominum consuetudine lucrum sociis malis est.

Verba haec Actsamus ben-Zaifi dixit. In Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus sic legitur proverbium: الافراط فى الانس يكسب قرناء السوء „Nimium in consortio acquirit (nobis) socios pravos.“

٥١ فِى ٱلطَّمَعِ ٱلْمَذَلَّةُ لِلرِّقَابِ

51 In cupiditate collis vilitas est.

Proverbio simile est illud alterum: الناس غل المطامع „Vilia reddit colla hominum numella cupiditatum“. I. e.: Cupiditates vinculum sunt, quo homo maximo dedecore adficitur.

٥٢ أَفْرَخَ قَيْضٌ بَيْضِهَا ٱلْمُنْقَاضِ

52. Pullos emisit cortex ovi sui rupti.

Res eius manifesta fuit, ut pullus ex ovo prodit. Dixit Abu-l'Haitsamus, proverbium post mortem Sijadi ben-Abi-Sofijan adhibitum esse. Simile est proverbium: افرخ القوم بيضهم „Gens ex ovis suis pullos exclusit.“ Suffixum ها ad gallinam referendum videtur.

٥٣ أَفْسَدَ ٱلنَّاسَ ٱلْأَحْمَرَانِ

53. Res duae rubrae homines corruperunt.

Res duae rubrae sunt caro et vinum. Sed pro الاحمران quoque الاحامرة rubrae dicunt. Vocabulum hoc odoramentum خلوق appellatum et crocum simul complectitur.*)

٥٤ فِي ٱللّٰهِ تَعَالَى عِوَضٌ عَنْ كُلِّ فَايِتٍ

54. In Deo optimo maximo est supplementum omnis rei, quae nobis elapsa est.

Verba haec Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis dixisse fertur.

٥٥ فِي ٱلتَّجَارِبِ عِلْمٌ مُسْتَأْنَفٌ

55. In experientiis nova scientia est.

٥٦ فِي ٱلْعَوَاقِبِ شَافٍ أَوْ مُرِيحٌ

---

1) Djeuharius nonnisi odoramentum خلوق appellatum adnotavit.

56. In eventibus est medicans aut placans.

Id est: In consideratione eventuum.

٥٧ فَعَلْتُ ذٰلِكَ عَمْدَ عَيْنٍ

57. Feci id diligenter et data opera.

Dicitur quoque proverbiali modo: فعلته عمدا على عين, quod eundem sensum praebet. Verba عمد عين proprie significant proposito oculi. I. e. dum oculus in rem intentus erat.

٥٨ فِي آسْتِ ٱلْمَغْبُونِ عُودٌ

58. In podice decepti lignum est.

In deceptum dicitur. I. e. Deceptus ei similis est, qui foedissimae libidinis vitio laborat. conf. Cap. VII, 119.

٥٩ فُوَّقْ بِلَحْمِ حِرْبَاءَ لَا بِلَحْمِ تَرْبَاءَ

59. Singulti agone mortis cum carne chamaeleonis et non cum carne terrae.

Hoc in proverbio intelligendo quum dubium remaneat, quod ipso scholio non removetur, integrum scholion addere placet: الحرباء جنس من العظاء معروف والترباء التراب وفوق من فاق بنفسه يفوق فوقا اذا اشرفت نفسه على الخروج ويقال فوق من فواق حلب الناقة يقال تفوق الفصيل وفاق اذا شرب ما في ضرع امه واصل هذا ان رجلا نظر الى اخر ينظر الى ابله وهي تفوق فخاف ان يعين ابله فتسقط فتنحر فقال فوق بلحم حرباء اى احتلب لحم الحرباء لا لحوم الابل واراد بلحم ترباء لحما يسقط على التراب ويقال الترباء الارض نفسها

Vocabulum حرباء speciem notam lacertae (chamaeleonem) significat et ترباء idem est quod تراب terra. Vox فوق derivanda est a

فاق بنفسه, cuius futurum يفوق, nomen actionis فووق est et significat, hominis animam in eo esse, ut e corpore exeat. Alii dicunt, vocem فق derivandam esse a فواق, quod, lac camelae in ubera post tempus mulgendi redire, significat. Dicitur فاق الفصيل et تفوق „Pullus camelinus omne lac in ubera rediens ebibit.“ Proverbii autem originem hanc fuisse tradunt: Vir quidam alium vidit camelas suas pullis lac propinantes observantem et timens, ne cameli maligno oculo adfecti caderent et mactarentur, dixit: فق بلحم حرباء i. e. mulge (احتلب) carnem chamaeleonis, non carnes camelorum. Vocibus لحم ترباء significare vult carnem in terram decidentem. Alii dicunt, vocem ترباء terram ipsam designare.“

٦٠ انْفَلَقَتْ بَيْضَةُ بَنِي فُلَانٍ عَنْ هٰذَا ٱلرَّأيِ

60. Ruptum fuit ovum cuiusdam gentis, ut hoc consilium adpareret.

Consilium cum avium pullis ex ovis ruptis prodeuntibus comparatum est. De hominibus dicitur, qui unum idemque consilium ceperunt. conf. prov. 69.

٦١ فَارَقَهُ فِرَاقًا كَصَدْعِ ٱلزُّجَاجَةِ

61. Se separavit ab eo modo, quo vitrum ruptum est.

Se ita separavit, ut nunquam iterum coniungi posset, quemadmodum vitrum ruptum non coniungitur.

٦٢ فِي ٱلْعَافِيَةِ خَلَفٌ مِنَ ٱلرَّاقِيَةِ

62. Sanitas loco incantatoris est.

Qui sanus est, incantatore et medico non eget. Sunt, qui راقية formam infinitivi (incantatio), ut باقية et واقية esse dicant.

٦٣ فَعَلْنَا كَذَا وَٱلدَّهْرُ إِذْذَاكَ مُسْجَلُ

63. Id fecimus et tempus tunc libere demissum erat.

Proverbii sensus est, unum alterum non timuisse. In Kamusi opere legitur فعلناه loco verborum فعلنا كذا.

٦٤ فُرَارَةٌ تَسَفَّهَتْ قُرَارَةً

64. Agnus ad se trahit oves.

Proverbium similem proverbio C. XXV, 16. sensum offert. In ovibus observare licet, unam alteram sequi, ut si una in locum praecedat, tota grex sequatur. De grandaevo adhibetur, quem parvus ad stultitiam animique levitatem impellit. c. C. XXI, 44. et Abulf. T. II p 72.

٦٥ إِفْعَلْ هٰذَا وَخَلَاكَ ذَمٌّ

65. Fac hoc et vituperium ad te praeteribit (te non tanget).

Alsiccitus dixit: Dicendum non est وخلاك ذنب „Crimen ad te praeteribit." Alferra autem dixit, utrumque (خلاك ذنب et خلاك ذم) apud Arabes in usu esse. Verba proverbii Kazirus Lachmita Ahmruo ben-Ahdi dixisse fertur; sed in illa historia (conf. Tom. I. p. 428.) prior proverbii pars diversa a nostro est. In Kamusi opere proverbii verbum خلاك pro خلا منك esse legimus. In meo codice vox خلاك cum Teschdido litterae ل scripta est, id quod non probandum videtur, quippe quum ut in versu Ebn-Rewahahi, sic in Kamusi opere prima forma reperiatur:

فَشَأْنَكِ فَٱنْعَمِي وَخَلَاكِ ذَمٌّ وَلَا أَرْجِعْ إِلَى أَهْلِي وَرَاءِي

„Rem tuam (o femina) perage! tum iucunda vita utere!

et tu a vituperio libera eris et ego ad meam gentem meumque consilium non redibo.“

Versus metrum Wafir est. c. l. m. p. 204. Adhibetur autem proverbium in excusatione eius, qui non cunctans rem necessariam petit. Ad proverbii sensum proxime accessit Ohrwahus ben-Alward in versibus hisce:

وَمَنْ يَكُ مِثْلِي ذَا عِيَالٍ وَمُقْتِرًا مِنَ ٱلْمَالِ يَطْرَحْ نَفْسَهُ كُلَّ مَطْرَحِ

لِيَبْلُغَ عُذْرًا أَوْ يَنَالَ رَغِيبَةً وَمُبْلِغُ نَفْسٍ عُذْرَهَا مِثْلُ مُنْجِحِ

„Qui mei similis familiam numerosam habet, et opibus destitutus est, is se ipsum in omne periculum mittit, ut excusationem adferat aut desiderio potiatur, nam qui pro se excusationem adfert, ei, qui rem ad felicem eventum perduxit, similis est.“[1])

Sapiens quidam dixit: انى لاسعى فى الحاجة وانى منها لايس وذلك للاعذار ولئلا ارجع على نفسى بلوم „Ego rei necessariae operam do, etsi consequendi spem abjecerim, ut excusationem adferam et ipse a vituperio liberatus sim.“

٦٦ أَفْرِخْ رُوعَكَ

66. Pullos excludat animus tuus!

Abu-l'Haitsamus dixit, rectum vocis روع enunciandi modum esse cum Dhamma, licet omnes cum Fatha enunciaverint vocem et vocalem Fatham formae nominis actionis propriam esse contendit. Id est: Curis liber sis, ut animus tuus tranquillus sit. Curae cum pullis, qui ex ovo excluduntur, comparatae sunt, ut animus iis vacuus sit. Et verti potest Pullos exclusit animus tuus Conf. C. XXI. 31. Cf. XXV, 20 Schol. et doct. Berth. libr. pag. 19. Ab aliis voci

1) Versuum metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

افرخ imperativi vocales tribuuntur. A curis liberes animum tuum!" Haririus rhythmi causa, ut mihi videtur, dixit: ليفرخ كربكم (p. ١١٩), cuius rei causa in eo video, quod nonnulli voci روع timoris significationem tribuerint. Alii Moahwijjahum, alii Mohammedem ipsum proverbii auctorem esse putarunt. A proverbii usu paulum deflexit poeta Dsu-l'Rommah appellatus in hoc versu:

وَلّى يَمُدُّ ٱنْهِزَامًا وَسْطَهَا زَعِلًا جَذْلَانَ قَدْ أَفْرَخَتْ عَنْ رُوعِهِ ٱلْكُرَبُ

„Abiit extendens fugâ eius medium alacer, laetus, nam moerores eius cor reliquerant."

Versus metrum Basith est. C. l. m. p. 190. Voces افرخت عن روعه الكرب inversae sunt pro افرخ روعه عن الكرب conf. Samachschar. Scharaf-Aldin.

٦٧ أَفْرَعَ بِٱلظَّبْيِ وَفِي ٱلْمِعْزَى دِثْرٌ

67. Mactavit dorcadem et multae ei sunt caprae.

Proverbio metrum Redjes esse videtur. Verbum افرع proprie significat: camelae pullum aut ovis agnum diis in honorem mactavit. Proprius igitur proverbii sensus est: Dorcadem Diis mactavit, quamquam multas capras possidebat. De eo dicitur, qui, quamquam multos cognatos habet, tamen ab aliis auxilium petit. Praepositio ب in voce بالظبى superflua est.

٦٨ أَفْرَطَ لِلْهِيمِ حُبَيْنًا أَقْصَعَا

68: Praemisit ad sitientes camelos hydrope laborantem, protuberans pectus et depressum dorsum habentem.

Proverbio metrum Redjes est. Misit ad rem difficilem peragendam virum debilem. Vocabulum حبين deminutivi

forma est, a احبن hydropisi laborans derivanda. Proverbium de eo dicitur, qui virum debilem in auxilium vocat.

٦٩ فَصِيلُ ذَاتِ ٱلزَّبْنِ لَا يُخَيَّلُ

69. **Pullus camelae calcitrantis est; ferae specie non terretur.**

Vocabulo ذات الزبن camelam significant, quae et mulgentem et pullum sugentem pede percutit. Arabes, si camela in pullum amore propensa non erat, induti pelle ferae ferae speciem prae se ferentes ad istum pullum, ut camela terreretur, manibus pedibusque adrepere solebant. Quae res saepius in causa erat, ut camela pullum, quem antea neglexisset, amaret. Sed quum res in tali camela, quae pullum sugentem pede percutere soleat, inutilis sit, proverbium ortum est, quod in eo adhibetur, qui natura alienus ab hominum bona consuetudine, amoris ipsi manifestati signis propitius non redditur.

٧٠ أَفْرَخَ ٱلْقَوْمُ بَيْضَتَهُمْ

70. Gens ex ovo suo pullos exclusit.

Id est: Secretum suum ostendit conf. prov. 50.

٧١ فِي دُونِ هٰذَا مَا تُنْكِرُ ٱلْمَرْأَةُ صَاحِبَهَا

71. In hoc mutato statu est causa, cur mulier dominum suum non noscat.

Verba haec puellae e gente Mosainah adscribuntur. Alhacimus ben-Zachr Tsakefita solus quum esset, in loco Amarah appellato duas sororos tum pulchritudine tum morum elegantia insignes viderat eisque vestibus datis benefecerat. Sequente autem anno cum familia Meccam iter facientem una puellarum ita interrogavit, ut eum igno-

rare videretur. Quapropter vir dixit: Tu talis es. Puella autem admiratione adfecta, per patrem et matrem meam te libero, quomodo me cognovisti, quum tu mihi ignotus sis, interrogavit, et quum nomen suum vir indicasset, illa respondit: رايتك عاما اول شابا سوقة واراك العام شيخا مالكا وفى دون هذا ما تنكر المراة صاحبها »Vidi te anno praeterlapso tanquam adolescentem e vulgo, et te video hoc anno tanquam senem regem et in hoc mutato statu est causa, cur mulier dominum suum non noscat.«

٧٢ فَاتِكَةٌ وَاثِقَةٌ بِرِيٍّ

72. Audax, fiduciam ponens in copiosa rigatione.

Narrant mulierem, cui lactis abundantia esset, lac effundere coepisse, ut eam maritus, cur non potius ipsi lac bibendum dedisset, interrogaret, tum eam respondisse illis proverbii verbis, quae in perditorem adhibentur, qui opulentiâ nititur.

٧٣ فِصْفِصَةٌ حِمَارُهَا لَا يَقْمِصُ

73. Medica herba, cuius asinus tolutim non incedit.

De eo dicitur, qui beneficia in indignos confert.

٧٤ فَقْدُ ٱلْإِخْوَانِ غُرْبَةٌ

74. Defectus fratrum peregrinitas est.

Qui fratres et adjutores non habet, in patria peregrinus est.

٨٤ فَلِمَ خُلِقَتْ إِنْ لَمْ أَخْدَعِ ٱلرِّجَالَ

75. Quamnam ob causam procreata est (barba), si viros non decipio.

Apud verbum خلقت vox اللحية barba supplenda est. Proverbium hoc in deceptione et dolo viri fraudulenti adhibetur.

Forma comparativi.

٧٦ أَفْلَسُ مِنَ ٱبْنِ ٱلْمُذَلَّقِ

76. Pauperior, quam Ebn-Almodsallakus.

Nomen hoc cum littera ذ Ds et د D scriptum reperitur. Vir ad gentem Banu-Ahbd-Schems ben-Sahd ben-Said Manath pertinens tam pauper erat, ut unius diei alimentum non haberet. Pater eius et proavi pauperrimi erant. Cecinit poeta:

فَإِنَّكَ إِذْ تَرْجُو تَمِيمًا وَنَفْعَهَا كَرَاجِى ٱلنَّدَى وَٱلْعُرْفَ عِنْدَ ٱلْمُذَلَّقِ

„Tu, quum a gente Tamim utilitatem speras, ei similis es, qui liberalitatem et beneficentiam ab Almodsallako sperat. Versus metrum Thawil est. C. l. m. p. 161.

٧٧ أَفْقَرُ مِنَ ٱلْعُرْيَانِ

77. Pauperior, quam Alohrjanus.

Alohrjanus ben-Sahalah ad gentem Thai pertinens poeta erat. Almofadhdhelus narravit, eum aliquamdiu abiisse, opes ut quaereret, sed pauperiorem factum esse. Quidam errore ductus proverbium sic protulit: افقر من الغرثان „Pauperior quam famelicus"

٧٨ أَفْسَدُ مِنَ ٱلْجَرَادِ

78. Magis corrumpens, quam locusta.

Locustae plantas et arbores corrumpunt. Rarius est, quod comparativi forma a quartae coniugationis significatione transitiva derivetur.

٧٩ أَفْسَدُ مِنْ أَرَضَةِ بَلْحُبْلَى

79. Magis corrumpens, quam teredo gentis Banu-l'Hobla

Hamsahus dixit, gentem Banu-l'Hobla esse Anzaritarum (Medinensium Mohammedem adiuvantium) partem sc. familiam Ebn-Abi ben-Saluli fuisse.

٨٠ أَفْسَدُ مِنَ ٱلسُّوسِ فِي ٱلصُّوفِ فِي ٱلصَّيْفِ

80. Magis corrumpens, quam tinea in lana tempore aestatis.

Dicitur quoque: افسد من السوس فى الصوف „Magis corrumpens, quam tinea in lana."

٨١ أَفْسَدُ مِنَ ٱلضَّبُعِ

81. Magis corrumpens, quam hyaena.

Hyaena in ovium gregem irrumpens multas oves dilacerat. Qui autem lacerandi et corrumpendi modus in causa erat, cur annum sterilem cum hyaena compararent dicentes: اكلتنا الضبع „Edit nos hyaena", ut sensus sit: Perdidit nos annus sterilis. Ebn-Alahrabius autem dixit, hyaena non significari annum sterilem, sed potius gentis infirmitatem anno sterili, ut hyaenae et lupi eam vorarent. Cecinit poeta:

أَبَا خُرَاشَةَ إِمَّا كُنْتَ ذَا نَفَرٍ فَإِنَّ قَوْمِيَ لَمْ تَأْكُلْهُمُ ٱلضَّبُعُ

„O Abu-Choraschahe! si tua familia paucos tantum complectitur; at vero gentem meam hyaena non voravit.“ Metrum versus Basith est. c. l. m. p. 190.

٨٢ أَفْسَدُ مِنْ بَيْضَةِ ٱلْبَلَدِ

82. Corruptior, quam ovum struthiocameli relictum.

Ovum, quod in deserto struthiocamelus reliquit, si ad id non redit, corrumpitur.

٨٣ أَفْسَى مِنْ ظَرِبَانٍ

83. Magis pedens, quam animal Thsariban appellatum.

Animal hoc ad proverbium 25 descriptum est.

٨٤ أَفْسَى مِنْ خُنْفُسَاءَ

84. Magis pedens, quam scarabaeus.

Sic dicitur, quia in manu eum tangentis pedit.

٨٥ أَفْسَى مِنْ نِمْسٍ

85. Magis pedens, quam ichneumon.

Multum pedere hoc animal dicitur. Sunt, qui dicant نمس nomen scarabaei maris (ذكر الخنافس) esse.

٨٦ أَفْحَشُ مِنْ فَالِيَةِ ٱلْأَفَاعِي

86. Turpior, quam animal pediculos viperarum quaerens.

Et dicitur: افحش من فاسية الافاعى Turpior, quam pedens viperarum«. فالية الافاعى et فاسية الافاعى cognomina sunt animalis scarabaeo similis. In codicibus Scharaf-Aldini et Samachscharii legitur: افحش من فاسية omissa voce الافاعى. Abu-l'Dokaischus فالية الافاعى nomen dominae scarabaeorum (سيدة الخنافس) punctis notatae esse contendit.

٨٧ أَفْحَشُ مِنْ كَلْبٍ

87. Turpior, quam canis.

Sic dicitur, quia canis homines adlatrat.

٨٨ أَفْرَغُ مِنْ يَدٍ تَفُتُّ ٱلْيَرْمَعَ

88. Otiosior, quam manus, quae molles lapides fricando comminuit.

Sic dicitur, quod otiosus et meditatione defixus strias in terra ducere et lapides molles conterere solet. Vocabulo يرمع lapis mollis significatur. Inde proverbialis locutio orta est: تركته يفت اليرمع Reliqui eum fricando comminuentem lapidem mollem.« i. e. vehementer tristem et curis occupatum.

٧٩ أَفْرَغُ مِنْ حَجَّامِ سَابَاطَ

89. Minus occupatus, quam chirurgus Sabathi.

Sabath nomen loci in provincia Almadajin sub Persarum ditione erat. Narrant, virum illum militibus transeuntibus ea conditione, ut redeuntes Danekum unum ei solverent, cucurbitas imposuisse. Praeterlapsis autem una et duabus hebdomadibus, quo tempore nemo operis causa ad eum accessisset, ne ob otium vituperaretur, matrem suam ad eum processisse, cui tot vicibus cucurbitas imposuisset, ut omni sanguine exhausta subito moreretur. Cecinit poeta:

مَطْبَخُهُ قَفْرٌ وَطَبَّاخُهُ أَفْرَغُ مِنْ حَجَّامِ سَابَاطَ

„Culina eius desertum est eiusque coquus minus occupatus est, quam chirurgus Sabathi"

Versus metrum Sarih est. c. l. m. p. 244.

Alii autem dicunt, virum illum Cosroi iter facienti cucurbitas imposuisse, et tantum operis pretium ab eo accepisse, ut nunquam ad opus faciendum rediret. Conf. Harir. ٥٥٧, ٥٩٣. Kam. s. سبط

٩٠ أَفْرَسُ مِنْ سُمِّ ٱلْفُرْسَانِ

90. Melior eques, quam equitum venenum.

Venenum equitum cognomen est Ohtaibahi ben-Alharits ben-Schehab gentis Tamim equitis, qui quoque صياد الفوارس „Venator equitum" cognominabatur. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus proverbium افرس من صياد الفوارس adnotatum legitur. Narrant, Arabes dixisse: Si a coelo dactyli decidissent, nemo eos collegisset, nisi Ohtaibahus propter alacritatem suam.

٩١ أَفْرَسُ مِنْ مُلَاعِبِ ٱلْأَسِنَّةِ

91, Melior eques, quam colludens cuspidibus.

Colludens cuspidibus cognomen Ahmiri ben-Malic ben-Djahfar ben-Cilab equitis gentis Kais erat. In cognominis causa non consentiunt. Sunt, qui dicant, Dhirarum ben-Ahmru, quem pluries postravisset, dixisse: من انت يا فتى كانك ملاعب الاسنة „Quis tu es, o iuvenis? tu cuspidibus colludere videris? Alii dicunt, cognominis causam in versibus esse, quibus Ausus ben-Hodjar fratrem eius Thofailum ben-Malic, qui die pugnae يوم السوبان appellatae ei opem non tulisset, castigaverit:

لَعَمْرُكَ مَا آسَى طُفَيْلُ بْنُ مَالِكٍ بَنِي أُمِّهِ إِذْ ثَابَتِ ٱلْخَيْلُ تَدَّعِي

وَوَدَّعَ إِخْوَانَ ٱلصَّفَاءِ بِقُرْزُلٍ يَمُرُّ كَمَرِّيخِ ٱلْوَلِيدِ ٱلْمُقَزَّعِ

فِرَارًا وَأَسْلَمْتَ ٱبْنَ أُمِّكَ عَامِرًا يُلَاعِبُ أَطْرَافَ ٱلْوَشِيجِ ٱلْمُزَعْزَعِ

„Per vitam tuam! Thofailus ben-Malic fratres suos non adiuvit, quum equites congregati essent gloriantes de genere in proelio. Et probis valedixit in elegante equo, qui transit sicut sagitta longior agilis pueri, fugâ et deseruisti fratrem tuum Ahmirum colludentem cuspidibus hastae trementis."

Versuum metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

Conf. Abulf. Ann. T. I. p. 100. Praeter hunc virum Ahbd-Allah ben-Alhozain Haretsita et Aus ben-Malic Djarmita cognomen illud habebant.

٩٢ أَفْرَسُ مِنْ عَامِرٍ

92. Melior eques, quam Ahmirus.

Erat filius Althofaili et filius fratris viri Ahmiri ben-Malic. conf. prov. 91. Vir hic arte equestri, aliisque virtutibus suo tempore celeberrimus erat. In operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii, nec non in quibusdam Meidanii exemplaribus proverbium sic legitur: افرس من عامر بن الطفيل.

٩٣ أَفْرَسُ مِنْ بِسْطَامٍ

93. Melior eques, quam Bisthamus.

In operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii افرس من بسطام بن قيس legitur. Filius Kaisi cognomen Abu-l'Zahba gerens et ad gentem Schaiban pertinens eques gentis Becr erat.

٩٤ أَفْتَكُ مِنَ ٱلْبَرَّاضِ

94. Audacius irruens, quam Albarradhus.

Albarradhus filius Kaisi ad gentem Cenanah pertine-

bat. Vir hic vafer et audax familiam suam multa iniuria adflixerat, ut eum relegarent. Meccam perveniens cum familia Harb ben-Omajjah foedus et societatem inivit. Tum ex provincia Hidjasi in regionem Iracae tendens ad aulam Nohmani ben-Almondsir pervenit ibique mansit. Alnohmanus autem quotannis ad nundinas Ohcatsi agmen camelorum cum aromatibus et pannis pretiosis mercaturae causa mittere solebat. Die quodam, quum Albarradhus et Alrahhalus (sic enim cognominabatur, quia frequenter ad reges veniebat Ohrwahus ben-Ohtbah ben-Djafar ben-Cilab) apud regem praesentes essent, hic dixit: Quisnam camelorum agmen Ohcatsum ducet? Barradhus respondit, se id per gentem Cenanah ducturum esse. At rex dixit, se virum velle, qui camelos per gentes Cananah et Kais duceret. Tum Ohrwahus dixit: Vir iste vafer et relegatus regis camelos ducere non potest, ego eos per gentem absinthii et abrotoni regionis Nedjd et Tehamae ducturus sum. Consentiente rege iter cum camelis ingressus est. At Albarradhus viri vestigia secutus, quum Ohrwahus in medio gentis suae ad Fadaci latus esset et camelorum agmen decubuisset, sumsit sagittas, quae sortibus inserviebant, ut sagittarum iactu de Ohrwahi caede sortiretur. Ohrwahus ad virum haec molientem transiens, quid ageret, interrogavit. Quum, se sortes de caede eius interrogare respondisset, Ohrwahus, eum tali rei perpetrandae imparem esse dixit. Albarradhus his verbis ira incensus gladii ictum ei inflixit, quo occideretur, tum camelorum agmen abduxit. Haec autem res in causa erat, cur inter gentem Chindif et Kais bellum Alfidjar. (conf. Hamasa p. ٣٥١, et C. XXIX, 4.) appellatum oriretur. Istud Albarradhi factum proverbii causa erat. Abu-Tammamus ad gentem Thai pertinens poeta illius facti mentionem fecit in versibus sequentibus:

وَٱلْفَتَى مَنْ تَعَرَّقَتْهُ ٱللَّيَالِي وَٱلْفَيَافِي كَٱلْحَيَّةِ ٱلنَّضْنَاضِ

كُلَّ يَوْمٍ لَهُ بِصَرْفِ ٱللَّيَالِي فَتْكَةٌ مِثْلُ فَتْكَةِ ٱلْبَرَّاضِ

„Et iuvenis, quem noctes et deserta cognoverunt, similis serpenti confestim morsu necanti, cui quovis die in vicissitudine noctium audax irruptio similis irruptioni Albarradhi est.“

Versuum metrum Chafif est. c. l. m. p. 262.

أَفْتَكُ مِنَ ٱلْجَحَّافِ ٩٥

95. Audaciore impetu irruens, quam Alhadjdjafus.

Viri nomen est Alhadjdjafus ben-Hocaim Solamita. Eius patruelis Ohmairus ben-Hobab Solamita tempore belli civilis inter gentem Kais et Calb propter partes Sobairiticas et Merwaniticas in Syria gesti ab agmine Taghlebitarum quodam incursu hostili occisus erat. Bello finito ad Ahbd-Almalicum ben-Merwan chalifam seu imperatorem Hadjdjafus venit et Alachthalo ibi praesenti, qui eum sequente versu allocutus erat:

أَلَا سَائِلِ ٱلْجَحَّافَ هَلْ هُوَ ثَائِرٌ بِقَتْلَى أُصِيبَتْ مِنْ سُلَيْمٍ وَعَامِرِ

„Interroga Alhadjdjafum, num ulturus sit caesos e gente Solaim et Ahmir“ (Metrum Thawil est. p. 161.)

sic respondit:

بَلَى سَوْفَ أَبْكِيهِمْ بِكُلِّ مُهَنَّدٍ وَأَبْكِي عُمَيْرًا بِٱلرِّمَاحِ ٱلْخَوَاطِرِ

„Imo! deplorabo eos per omnem gladium Indicum et deplorabo Ohmairum per lanceas vibratas.“ Metrum Thawil p. 161. Tum dixit: Non putavi te ista audacia, et si fuissem captivus, contra me usurum esse. Alachthalo, qui ob ista verba timore perculsus tremeret, Ahbd-Almalicus, se ei defensorem futurum esse promisit. Alachthalus imperatori respondit, se non dubitare, quin vigilans ipsi defensor futurus sit, sed quomodo idem dormiens facere possit. At vero Alhadjdjafus abiit vestes suas humi trahens, ut Ahbd-Almalicus diceret: In eius occipite perfidia est. Tum Alhadjdjafus gente sua congregata Alruzafam pervenit et inde

contra Taghlebitas profectus est. In via quadringentos, ad aquam Albischr appellatam quingentos occidit. Alachthalus huius rei certior factus imperatorem hoc versu allocutus est:

لقد أوقع الجحاف بالبشر وقعة الى الله منها المشتكى والمعول

„Iam ad aquam Albischr Alhadjdjafus gentem meam clade adfecit, de qua cum Deo querendum et in eo fiducia ponenda est.“ Metrum Thawil est. p. 161.

Hadjdjafi autem sanguinem quum imperator devovisset, ad imperatorem Graecum confugit et inde post septem annorum spatium mortuo Abd-Almalico, quum ab eius successore Alwalido ben-Ahbd-Almalic securitatis promissum accepisset, rediit.

٩٦ أفتك من الحرث بن ظالم

96. Audaciore impetu irruens, quam Alharitsus ben-Thsalim.

Proverbium eo ortum esse dicunt, quod Chaledum ben-Djafar ben-Cilab, qui sub tutela Alaswadi ben-Almondsir regis esset, impetu facto occidisset. Regi, qui fugientem assequi non posset, consilium dederant capiendarum puellarum e gente Balijj, (quae pars gentis Kodhah erat), quas summo in amore haberet. Rex consilium secutus eas cum camelis abduxit. Sed Alharitsus rei certior factus a fuga rediit et locum, ubi pascerentur, quaesivit. Unam autem camelam earum Allaffah appellatam, lactis abundantem, quae a duobus viris mulgeretur, conspiciens viris dixit: Recedite ab ea et quum ad sinistrum cameli latus stans eius vocem noscens crepitum ventris emitteret, dixit: است البائن اعلم „Podex stantis ad sinistrum camelae latus magis gnarus est.“ (De hoc proverb. vid. C. XII, 17.) et puellas et pecora liberavit. Tum supellectilem sellae Senani ben-

Abi- Haritsah sumens ad sororem suam Selmam filiam Thsalemi, quae apud Senanum erat et filium regis Schorahbilum ben- Alaswad adoptaverat, venit et illi mariti signum sc. sellae suppellectilem ostendens rogavit, ut ad filium a patre missus accedere sibi liceret. Quum soror rem permisisset, Alharitsus filium occidit. Haec autem res proverbii causa erat.

٩٧ أَفْتَكُ مِنْ عَمْرِو بْنِ كُلْثُومٍ

97. Audaciore impetu irruens, quam Ahmruus ben-Celtsum.

Causa hujus proverbii est, quod regem Ahmruum ben-Hind in domo regia sua inter Hiram et Euphratem subito invasit, velum rupit et tapetes spoliavit et tum in desertum suum in Syria incolumis rediit nemine ex Taghlebitis vulnerato. conf. Ahmrui b. Celth. Moall. p. 3. sq. ed. clar. Kosegarten.

٩٨ أَفْصَحُ مِنَ ٱلْعِضَّيْنِ

98. Disertior, quam duo viri Alidhdhan cognominati.

Hi duo viri erant Said ben- Harits Namirita et Daghfal ben - Hentsalah Dsohlita, qui uterque maxime gnarus erat et dierum pugna celebrium et dictorum auctorum. Dixit poeta:

أَحَادِيثُ عَنْ أَبْنَاءِ عَادٍ وَجُرْهُمٍ يُثَوِّرُهَا ٱلْعِضَّانِ زَيْدٌ وَدَغْفَلُ

,,Nuntii de filiis Ahdi et Djorhomi, quos perscrutantur duo viro Idh cognominati Saidus et Daghfalus.“

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161.

٩٩ أَفْيَلُ مِنَ ٱلرَّأْيِ ٱلدَّبَرِيِّ

99 Imprudentior, quam consilium elapsa occasione datum.

١٠٠ أَفْسَدُ مِنَ الأَرَضَةِ وَمِنَ الجُرَذِ

100. Magis corrumpens, quam teredo; quam glis.

Loco vocis الجرذ in meo codice الجراد locusta legitur, sed de hoc proverbio conf. prov. 77.

١٠١ أَفْسَى مِنْ عَبْدِيّ

101. Saepius pedens, quam vir ad gentem Ahbd-Kais pertinens.

Proverbium hoc cum proverbio, quod C. VII, 98 legitur, cohaerere videtur, familia enim Mahw ad gentem Ahbd-Alkais pertinebat. Codex meus habet افشى, codex Berolin. افنى. Cum codice Lugd. et Pocockiano Scharaf-Aldinus et Samachscharius consentiunt.

١٠٢ أَفْرَغُ مِنْ فُؤَادِ أُمِّ مُوسَى

102. Vacuior (curis), quam animus matris Mosis.

Hoc ex Corani verbis واصبح فواد امر موسى فارغا „Et erat animus matris Mosis curis vacuus" conf. Sur. XXVIII, 9.

١٠٣ أَفْسَقُ مِنْ غُرَابٍ

103. Improbior, quam corvus.

Explicandi hujus proverbii causa nil additum est.

١٠٤ أَفْوَهُ مِنْ جَرِيرٍ

104. Maiore ore praeditus, quam Djerirus.

Non dubito, quin poetae nomen sit satyris celebris.

١٠٥ أَفْخَرُ مِنْ حَارِثِ بْنِ حِلِّزَةَ

105. Magis se jactans, quam Haritsus ben-Hillisah.

Hoc ad Haretsi carmen Moallaka inscriptum respicere videtur conf. v. 22 sqq. edit. cl. Vullersi Bonn. 1827.

Post hoc proverbium in scholio codicis Berol. proverbium tale legitur: افلس من زح „Pauperior quam is, qui nucem pueris ludo inservientem praeparat.“ Scholion, quod additum est, sic sonat: قال الطبرى زح مولدة عندهم وهو الذى ينقح للصبيان فى لعبهم بالجوز حتى تتدحرج الجوزة الى الحفيرة فيرشى لذلك ويكتسب منه „Dixit Thabarita: Vocabulum زح recentioris temporis vocabulum ex eorum (grammaticorum) sententia est. Eum designat vox, qui pueris in ludo nucis, quem ludunt, emedullat[1] (nucem), ut in foveam volutando nux incidat. Is autem propter hanc rem donum accipit et questum inde facit.“ Sed dubito de vocis ينقح significatione. Loco vocis يرسى, quod in codice legitur, ex coniectura يرشى posui.

Proverbia recentiora.

١٠٦ فِي سَعَةِ ٱلْأَخْلَاقِ كُنُوزُ ٱلْأَرْزَاقِ

106. In amplitudine naturarum sunt thesauri rerum ad vitam necessariarum.

---

1) Fortasse ينفخ „inflat“ loco vocis ينقح legendum.

١٠٧ فِي بَعْضِ ٱلْقُلُوبِ عُيُونٌ

107. In quibusdam animis fontes (vel oculi) sunt.

١٠٨ فِي فِي مَآءٌ وَهَلْ يَنْطِقُ مَنْ فِي فِيهِ مَآءٌ

108. In ore meo aqua est et num loquitur, qui in ore suo aquam habet?

١٠٩ فِي رَأْسِهِ خُيُوطٌ

109. In capite eius fila sunt.

١١٠ فِي كَفِّهِ مِنْ رُقَى إِبْلِيس مِفْتَاحٌ

110. In eius manu incantamentorum diaboli clavis est.

١١١ فِي شَمِّكَ ٱلْمِسْكَ شُغْلٌ عَنْ مَذَاقَتِهِ

111. Dum musci odorem percipis, eius gustum explorare non opus est.

١١٢ فَرَّ مِنَ ٱلْقَطْرَةِ وَقَعَدَ تَحْتَ ٱلْمِزْرَابِ

112. Fugit guttam et sedit sub canali aquae.

In Burckhardtii libro p. 139. legitur: فر من المطر قعد „Fugit pluviam, sedit."

١١٣ فَرَّ مِنَ ٱلْمَوْتِ وَفِي ٱلْمَوْتِ وَقَعَ

113. Mortem fugit et in mortem incidit.

١١٤ فَرَّ اخزاهُ اللّهُ خيرٌ مِن قُتِلَ رَحِمَهُ اللّه

114. Fugit, ignominia eum Deus adficiat! melius est, quam (dicere): Occisus est, misericordia Deus eum beet!

Burckhardtius p. 143 adnotavit, proverbium adhiberi ad deridendum militem timidum. "Sed si verborum rationem habemus, proverbium quoque in excusanda fuga turpi adhiberi posse videtur.

١١٥ فَوقَ كُلِّ طَامَّةٍ طَامَّةٌ

115. Super omni infortunio est infortuninm.

Conf. Djeuh. s. طم

١١٦ فَالُوذَجُ الْجِسْرِ وَفَالُوذَجُ السُّوقِ

116. Edulium Faludedj pontis et edulium Faludedj fori.

Edulium illud ex amylo, aqua et melle conficitur. Videtur tale edulium in ponte aut foro vaenum expositum pravum fuisse, quapropter proverbium in hominem externam speciem sine internis virtutibus habentem adhibetur.

١١٧ فِى نُصْحِهِ حُمَةُ الْعَقْرَبِ

117. In eius sincero consilio aculeus scorpionis est.

١١٨ فَمٌ يُسَبِّحُ وَيَدٌ تُذَبِّحُ

118. Os, quod laudat Deum et manus, quae mactat.

Hypocrisin designat conf. Buckhardt. libr. p. 138.

١١٩ فَرَشْتُ لَهُ دِخْلَةَ أَمْرِى

119. Expandi ei internam rei meae conditionem.

١٢٠ فَوْتُ ٱلْحَاجَةِ خَيْرٌ مِنْ طَلَبِهَا إِلَى غَيْرِ أَهْلِهَا

120. Quod re necessaria potiri non possumus, melius est, quam quod eam ab iis petimus, a quibus eam petere non debemus.

١٢١ فِي تَقَلُّبِ ٱلْأَحْوَالِ عِلْمُ جَوَاهِرِ ٱلرِّجَالِ

121. In rerum vicissitudinibus scientia naturarum virorum est.

١٢٢ فَازَ بِخَصْلِ ٱلنَّاصِلِ

122. Potitus est jactu felici sagittae, cuius cuspis exciderat.

Sagitta, quae cuspide caret, praedam non vulnerat, quapropter proverbium in frustratum adhibetur.

١٢٣ اَلْفُضُولُ عِلَاوَةُ ٱلْكِفَايَةِ

123. Abundantia est additamentum eius, quod satis est.

١٢٤ الافلاس بِذرقة

124. Paupertas est protectio.

١٢٥ اِفْرِشْ لَهُ بِنَفْخَةٍ

125. Expande ei cum flatu!

Videtur significare: Adjuva eum parum!

١٢٦ اَلْفَضْلُ لِلْمُبْتَدِى وَإِنْ أَحْسَنَ ٱلْمُقْتَدِى

126. Praestantia est incipienti et si pulchre rem agit imitans.

Codex meus et Lugdunensis المعتدى habent. Et in Burckhardtii libro p. 143 المقتدى legitur. Similis est loquendi modus: الفضل للمتقدم „Antecessori meritum est.

١٢٧ اَلْفُرَصُ تَمُرُّ مَرَّ ٱلسَّحَابِ

127. Occasiones sicut nubes transeunt.

Non redeunt occasiones elapsae.

١٢٨ اَلْفِتْنَةُ يَنْبُوعُ ٱلْأَحْزَانِ

128. Bellum civile tristitiae fons est.

١٢٩ اَلْفَاخِتَةُ عِنْدَهُ أَبُو ذَرٍّ

129. Palumbes torquatus apud eum Abu-Dsarr est.

Abu- Dsarr cognomen viri Djondabi ben- Djenadah appellati erat. Proverbium significare videtur, virum res omnio dissimiles discernere non posse.

١٣٠ أَلْفِطَامُ شَدِيدَةٌ

130. Ablactatio est res difficilis (dura.)

Codex Berolin. شديد habet. Proverbium hoc etiam sic legitur: الفطامة صعبة على الكبير „Ablactatio magno (aetate provecto) difficilis est."

Caput XXI.

Littera Kaf.

١ قَطَعَتْ جَهِيزَةُ قَوْلَ كُلِّ خَطِيبِ

1. Djahisa verba cuiuslibet oratoris abrupit.

Narrant, gentem congregatam fuisse, ut de pace inter duas gentes ob caedem factam componenda sermo esset. Quare quum occupati essent, venisse servam nomine Djahisa nuntiantem, occisorem ab amico occisi necatum esse. Hanc rem audientes dixisse illa verba, quae proverbii loco de eo adhibentur, qui negotium hominum abrumpit stupidis, quae profert, verbis. Samachscharius adnotavit, proverbium adhiberi de re, quae praeterita confici non posse putetur. Proverbium hemistichium posterius metri Camil est. p. 213.

٢ قَوِّرِى وَٱلْطِفِى

2. Excide et leniter age!

Verborum causam, quae vir uxori suae dixerit, hanc fuisse narrant: Amator ab uxore, ut ipsi e mariti podicis pelle[1], duas corrigias excideret, petierat. Primum id quidem gravius ducens uxor amatorem suum vituperabat; sed, quum a petendo non desisteret ille, precibus satisfaciendi occasionem quaesivit. Diu de re dubitans tandem penem pueri sui parvi nervo, quem absconderat, ligavit, ut ille urinam emittere non posset. Puer plorans a patre audiebatur et quum pater, quid esset, uxorem rogaret, haec marito dixit, puerum difficultatibus urinae laborare et remedium huiusce rei futurum esse, quod ei segmentum longum e pelle podicis mariti excideretur. Primum quidem maritus rem denegans, tandem, quum puer majoribus doloribus cruciaretur, precibus cedens uxori ista proverbii verba dixit. Proverbium autem in virum indoctum imperitum, ut caveat, adhibetur.

٣ قِيلَ لِحُبْلَى مَا تَشْتَهِينَ فَقَالَتِ ٱلتَّمْرَ ووَاهَا لِيَهْ

3 Dicebatur gravidae: Quid cupis? et dicebat: Dactylos; et heu mihi!

Id est: Cupio omnem rem, cuius mentio cum dactylis mihi fit et illa mihi placet. Voce واها nobis placere rem significamus. Proverbium in eum dicitur, qui rem quamlibet, cuius mentio fit, cupit.

٤ قَبْلَ ٱلنِّفَاسِ كُنْتِ مُصْفَرَّةً

4. Ante puerperium flava fuisti.

De avaro dicitur, qui quum opibus abundet, in inopia avaritiae excusationem quaerit.

٥ قَبْلَ ٱلْبُكَا كَانَ وَجْهُكَ عَابِسًا

---

1) In verbis ان تقد له شراكين من شرج است زوجها vocabulum شرج nil nisi saccum testiculorum (scrotum) designare potest, licet in lexicis talis significatio non legatur.

6. Ante fletum vultus tuus austerus erat.

De eo dicitur, qui natura austerus est. Dicitur quoque in avarum, qui, quum in opulentia avarum se gesserit, in temporis angustia avaritiae excusatione utitur. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: قبل البكا كنت عابسة „Ante fletum eras (o femina) austera.“

٦ قَدْ تَجَذَتْهُ ٱلأُمُورُ

6. Res dentibus genuinis eum instruxerunt.

Proprie est: Annosum eum reddiderunt et tum experientiâ eum edocuerunt, ut sapiens, expertus fieret.

٧ أَقْصِدْ بِذَرْعِكَ

7 Intende cum potestate tua!

Vocabulum ذرع extensio manus aut brachium tum potestatem designat. Verborum igitur sensus est: Virium tuarum rationem habeas, neque plus, quam possis, perficere velis! Ei verba dicuntur, qui plus minatur, quam quod perficere potest.

٨ إِنْقَطَعَ ٱلسَّلَا فِي ٱلْبَطْنِ

8. Rupta fuit cutis, qua foetus involutus est, in ventre.

Significat proverbium, rem ad extremum finem pervenisse. conf. Kam. Dj.

٩ قَلَبَ ٱلأَمْرَ ظَهْرًا لِبَطْنٍ

9. Convertit rem a dorso in ventrem.

Omnimodo convertit rem, ut eam penitus cognosceret. Significat, virum rem bene et cum prudentia tractasse.

١٠ قَدَحَ فِي سَاقِهِ

10. Vituperavit eius originem.

Vocabulum ساق proprie truncum arboris significans in hominis originem translatum est. In eum dicitur, qui res socio ingratas agit. In Kamusi opere legitur: اتق الله في جنبة ولا تقدح في ساقه quod verbis لا تقتله ولا تفتنه „Ne occide eum et ne in turbas eum iniice!" explicatum est. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: قد قدح في ساقه

١١ قَرَعَ لَهُ ظُنْبُوبَهُ

11. Percussit ei (rei) os tibiae suum.

Diligentia et studio usus fuit et non lassus fuit. Sic in versu Selamahi benl- Djendal:

إِنَّا إِذَا مَا أَتَانَا صَارِخٌ فَزِعٌ كَانَ ٱلصُّرَاخُ لَنَا قَرْعَ ٱلظَّنَابِيبِ

„Nobis, quotiescunque ad nos veniebat clamans, timidus, clamor erat percussio os tibiae. i. e. clamore eius tanquam percussione ossis tibiae ad auxilium ferendum instigabamur". Metrum Basith est. p. 190. Conf. Dj. s. ظنب et Hamas p. v. Conf. quoque lexic. m. s. ظنب. In Samascharii opere in proverbio loco vocis له legitur للامر.

١٢ قَدْ شَمَّرَتْ عَنْ سَاقِهَا فَشَمِّرِي

12. Iam illa (calamitas) tibiam denudavit, denuda igitur tibiam (o anima)!

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 130. Id est: Quum calamitas lacinia sublata parata sit ad te invadendum, tu (o anima) ad resistendum parata sis! In priore proverbii parte الداهية, in posteriore يا نفس supplendum est. Conf. el Hamakeri Wakid p. 158.

١٣ قَبْلَ ٱلضِّرَاطِ ٱسْتِحْصَافُ ٱلْأَلْيَتَيْنِ

13. Ante crepitum ventris clunium compressio est.

Id est: Antequam res accidit, instrumenta parantur.

قُرْبُ ٱلْوِصَادِ وَطُولُ ٱلسِّوَادِ ١٤

14. Propinquitas pulvinaris et longitudo sermonis in aurem.

De re adhibetur, quae virum ad rem ipsi ingratam impellit. Filiae Alchossi quum diceretur: Quaenam est causa, cur amori operam dederis? Tu gentis tuae princeps! hisce proverbii verbis respondit. Quidam dixit in explicando, addendum fuisse: وحب السفان »et amor coitus« conf. Abulfed. Annal. Tom. III, 208.

قَدْ يَبْلُغُ ٱلْقَطُوفُ ٱلْوَسَاعَ ١٥

15. Iam pervenit propinquis passibus incedens ad eum, qui amplis passibus incedit.

Vocabulum قطوف in iumento propinquis passibus incedente adhibetur et huic contrariam significationem vocabulum وساع habet. Proverbium adhibent, ut virum, qui nonnisi rerum ipsi necessariarum parte potitus est, contentum reddant.

قَدْ يَبْلُغُ ٱلْخَضْمُ بِٱلْقَضْمِ ١٦

16. Iam pervenitur ad esum toto ore per esum cum dentium extremitatibus

Qui cibum edit adhibitis dentium extremitatibus, (quod fit, quum cibus paucus et talis est, ut multum in os ingeri non possit), non minus satiatur, quam qui toto ore edit. Legitur quoque sic: قد يدرك الخضم بالقضم aut

ينال الخصم بالقضم. Sensus non multum variatur. conf. Samachsch. Poeta proverbium versui inseruit:

تَبَلَّغْ بِأَخْلَاقِ ٱلثِّيَابِ جَدِيدَهَا وَبِٱلْقَضْمِ حَتَّى تُدْرِكَ ٱلْخَضْمَ بِٱلْقَضْمِ

„Contentus esto tritis vestibus, dum novas assequeris et esu adhibitis dentium extremitatibus, donec per esum extremis dentibus ad esum toto ore pervenias."

Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161. Proverbii autem sensus est: Leniter agendo ad longe remotum finem tandem pervenimus. conf. Kam. Djeuhar. v. قضم

١٧ قَدِ ٱسْتَنْوَقَ ٱلْجَمَلُ

17. Iam camelus camelae similis factus est.

Sunt, qui proverbium Tharafaho ben-Alahbd adscribant. Narrant, poetam Almosajjebum ben-Ahlas apud regem versibus camelum ita descripsisse, ut camelae similis esset. Hanc autem causam fuisse, cur Tharafahus ista verba dixerit. Alii dicunt, poetam Almotalammesum versus in gente Kais ben-Tsahlebah dixisse, dum Tharafahus in propinquo cum pueris lusui deditus esset, et quum Almotalammesus isto modo camelum descripsisset, Tharafahum ista verba dixisse. Versus vide apud Reisk. prolog. ad Tharafam p. 144. et cl. Vullersi Moallak-Tharaf. p. 3. Abu-Ohbaidus dixit, proverbium significare, res permixtas et confusas esse.

١٨ قُودُوهُ بِي بَارِكًا

18. Ducite eum, dum in genua procumbit, mecum!

Narrant, mulierem camelum in genua procumbentem conscendisse, et quum ei iumentum conscendere placeret, ista verba dixisse, quae proverbii loco de eo dicuntur, qui mollioris vitae consuetudinem haud nactus, molli vita utitur.

١٩ قَرِّبِ ٱلْحِمَارَ مِنَ ٱلرَّدْهَةِ وَلَا تَقُلْ لَهُ سَا

19. Prope accedere sine asinum ad foveam, in qua aqua restagnat et ne ei Sa dic!

Sa vox est, qua asinus increpatur vel ad aquam vocatur. In virum dicitur, qui rei, quam suscepit, gnarus est. Id est: Committe ei rem, et ne eum ob factum vituperes, quum eum recte agere videas.

٢٠ اِقْلِبْ قَلَّابُ

20. Verte o convertens!

De vocis قلاب significatione dubito. Forma est similis formae جعار; sed in lexicis vocabulum non explicatur. In virum dicitur, qui vitium, quod commisit, reparat eo, ut id a significatione et ratione sua devertat. In codice Berolinensi et Pocockiano proverbium post proverbium 135 insertum est. Ohmari chalifae tribuitur; sed grammaticus Abu-l'Neda auctorem proverbii Ahdijjum ben-Djenab fratrem Sohairi appellavit. Scharaf-Aldinus hanc explicationem adtulit: يضرب للفصيح الذى يقلب لسانه فيضعه حيث شاء وقيل يضرب لمن تفرط منه سقطة فيتلافيها بقلبها الى غير معناها واصله ان زهير بن جناب الكلبى وفد على بعض الملوك ومعه اخوه عدى وكان عدى احمق فلما دخلا شكى الملك الى زهير علة نالت امه فقال عدى ايها الملك اطلب لها كمرة حارة فغضب الملك وامر بقتله فقال زهير ايها الملك انما اراد الكماة فانا نسخنها ونتداوى بها فى بلادنا فاسترد الملك فرد فقال زعم زهير انك اردت الكماة فقال اقلب قلاب انما اردت كمرة الرجال فعرف حمقه واطنه خلا سبيله

„De homine diserto adhibetur, qui linguam suam vertit, ut eam ubi velit, ponat. Alii dicunt, id adhiberi de viro, qui in sermone vitium, quod commiserit, mutato vocis sensu re-

paret. Proverbii originem talem fuisse narrant. Sohairus ben-Djenab Calbita regem, quem Nohmanum ben-Almondsir fuisse dicunt, adierat secum ducens fratrem suum Ahdium virum stupidum. Apud Sohairum quum rex matris suae morbum questus esset, Ahdius dixit: O rex, quaere ei penis caput (كمرة) calidum! Quibus de verbis iratus rex eum occidi iussit. At Sohairus dixit: O rex: Is tuber terrae (كماة) significare voluit, quod in nostra regione calefactum medicamenti loco adhibemus. Tum rex imperavit, ut reduceretur et tum reducto dixit: Sohairus contendit, te tuber terrae dicere voluisse. At ille dixit: اقلب قلاب „Verte convertens" Ego virorum penem significare volui. Tum eius stupiditatem cognovit eumque, quemadmodum puto, libere dimisit. conf. Samachsch.

٢١ قَدْ يَضْرِطُ ٱلْعَيْرُ وَٱلْمِكْوَاةُ فِى ٱلنَّارِ

21. Iam pedit asinus et instrumentum, quo uritur, in igne est.

Verba haec Ohrfuthahus ben-Ahrfadjah princeps gentis Hissan (هزان) dixit. Eodem tempore, quo ille gentis Hissan princeps erat, Alhozainus ben-Nobait Ohclita gentis Ohcl (عكل) principatum tenebat. Utraque autem gens mutuis incursionibus se invicem vexabat, ita tamen ut gens Ohcl omnes, quos faceret, captivos occideret, gens Hissan omnes captivos dato pretio libere dimitteret. Vir autem gentis Hissan quum in camelo adveniens captivos dimittendi consuetudinem vidisset, multum homines vituperavit simul certiores eos faciens, quosdam e Gente Ohcl exiisse, ut camelos quaererent. Hos igitur captivos factos, quum magnum pretium solvere non possent, capite truncarunt. Gens autem Ohcl rei certior facta in fines gentis Hissan incursionis faciendae consilium cepit. Illi autem moniti in occursum iverunt. Vehementer pugnatum est. Multis vulneratis et

uno viro gentis Hissan occiso, gens Ohel in fugam, duobus captivis relictis, se convertit. Ohrfuthahus autem captivis dixit: Quisnam vestrum praestantior est, ut eum pro altero occidam; fortasse alter redimetur. Quum autem quilibet, alterum se praestantiorem esse dixisset, Ohrfuthahus ambos occidi iussit. Quum alter occisus esset, alter crepitum ventris emisit, quae res in causa erat, cur Ohrfuthahus ista verba proferret. Proverbium in virum dicitur, qui rei multum curae impendens timorem concipit, antequam res accidit. Abu-Ohbaidus dixit: Quando avarus rem dono dedit timore rei gravioris ductus, dicere solent: Iam asinus crepitum ventris emittit. Sunt autem, qui proverbii auctorem fuisse dicant Mosafirum ben-Abi Ahmru ben-Omajjah. Vir iste Ahtabahi filiae eum non reiicientis amore flagrabat. Puella autem ei dixerat: Parentes me tibi in matrimonium non dabunt, quod pauper es. Fortasse autem itinere ad regem facto opes tibi comparabis. Hiram igitur his verbis commotus profectus est. Accidit autem, ut tempore, quo ibi commoraretur, quidam Meccâ adveniret, et inter alia, Abu-Sofijanum Hindam in matrimonium duxisse narraret. Inde summa tristitia adfectus in morbum incidit. Alnohmanus eum uri iussit. Quum igitur medicus instrumenta in igne posuisset et unum eorum ei applicasset, rem videns unus ex Alnohmani asinis[1]) crepitum ventris emisit. Mosafirus hoc audiens ista verba dixit. Alii dicunt, medicum ventris crepitum emisisse.

٢٢ قَبْلَ عَيْرٍ وَمَا جَرَى

22: Ante asinum et quod cucurrit.

Id est: Ante omnia. Dicitur: لقيته اول وهلة et اول ذات يدين nec non قبل عير وما جرى ,,Ante omnia (primum) ei occurri.‟ Sed in explicanda voce عير interpretes non consentiunt. Dixit Abu-Ohbaidus: Quando vir nuntium rei

1) Verti quoque potest: Unus e barbaris Alnohmani.

adtulit, antequam id necesse iudicatum erat aut mentio rei factum erat, dicitur: فعل كذا وكذا قبل عـيـر وما جرى „Fecit hoc ante asinum et quod cucurrit.“ Dicunt, onagrum dictum esse, qüia maiore cautione, quam caetera animalia, quae reti capiantur, utatur. Onager quoque caetera animalia celeritate cursus superat, ut eius celeritas in proverbii consuetudinem venerit. Dixit Alazmäihus, sensum eius esse: Priusquam onager currit. Alius quidam dicit, vocabulo effigiem in oculo i. e. لعـبـة (pupillam oculi) significari, ut id, quo moveatur, nictus s. intuitus sit. Oculi motum eius cursum esse, ut proverbii sensus sit: Priusquam nictat seu adspicit homo. In Samachscharii opere عين loco vocis عير in textu legitur. Eiusdem vero explicandi rationem, quum diversa sit, verbotenus adnotare placet: اى قبل انسان العين وجـريـه وهو حركته للنظر يضرب للمبكر يعنى انه بكر قبل انتباه العيون وقيل هو حمار الوحش وهو اول غاد للمرعى اى بكر قبـل الحمار وذهابه الى المرعى ويجوز ان يكون ما موصـولة بمعنى الـذى ويكون المعنى قبل حمار الوحش وقبل ما جرى من ساير الحيوان وقيل يضرب مثلا للمخبر بلا استخبـار ولا ذكر لما اخبر به وقيل جاء قبل عير وما جرى يريدون السرعة اى قبل لحظة العين „Id est: Ante pupillam oculi eiusque cursum, quo eius motus adspiciendi causa significatur. Adhibetur de mane veniente i. e. de eo, qui, antequam oculi evigilant, venit. Alii dicunt, onagrum significari, qui ante omnes ad pratum mane veniat i. e. mane venit ante asinum ad pratum venientem. Licet quoque voci ما significationem pronominis الذى qui tribuere, ut sensus sit: Ante onagrum et ante caetera animalia, quae currunt. Sunt, qui proverbium adhiberi dicant de nuntiante antequam interrogatus sit, nondum eius, quod nuntiavisset, mentione facta. Dicitur: جاء قبل عير وما جرى „Venit ante pupillam oculi et quod cucurrit“ quibus verbis celeritas significatur i. e. ante nictum

oculi.“ Poeta Alschammachus proverbium versui inserens dixit:

وَتَعْدُو ٱلْقِبِصَّى قَبْلَ عَيْرٍ وَمَا جَرَى وَلَمْ تَدْرِ مَا بَالِي وَلَمْ أَدْرِ مَا لَهَا

„Currit cursu celeri ante asinum et quod cucurrit et nescivit, quinam animus meus esset, et nescivi, quid ei esset.“

Metrum versus Thawil est. c. l. m. p. 161. Legitur quoque القمصى.

٢٣ قَدْ حِيلَ بَيْنَ ٱلْعَيْرِ وَٱلنَّزَوَانِ

23. Iam impeditus fuit onager ab impetu.

In Samachscharii libro قد omissum est. Verba haec, quae hemistichium metri Camil (p. 213.) sunt, Zachrus ben-Ahmru frater Alchansaae (conf. Hamas. ٣٨٨ sqq.) dixit. Narravit Tsahlabus: Zachrus ben-Ahmru incursionem in regionem gentis Banu-Asad ben-Chosaimah faciens omnes eius camelos ceperat. Gens ipsa in auxilium vocata cum praedatoribus, quos secuta erat, in loco Dsat-Atsal appellato concurrit. Isto in proelio Zachrus ab Abu-Tsauro Asadita lanceae ictu in latere vulneratus, sed non statim occisus diuturno morbo ex vulnere contabuit. Per anni spatium aegrotus, quum inde familia multam molestiam perciperet, uxorem suam, quae, quomodo maritus sese haberet, a muliere interrogata esset, audivit dicentem: لا حــى فيرجــى ولا ميت فينعى قد لقينا منه الامرين „Neque vivus est, ut speretur, neque mortuus, ut plangatur. (Conf. Cap. XXIII, 437.) Iam ex eo summam molestiam percepimus.“ Alii referunt, virum quendam uxorem Zachri, quae ex mariti morbo taedium cepisset, interrogasse: تباع الكفل „Num podex venditur? (erat enim pulchra et magnis coxis praedita mulier) eamque respondisse: نعم عما قليل „Certe! Brevi tempore.“ (I. e. matrimonium mecum ineundum erit mortuo

marito). Quae verba quum Zachrus audiret, iuravit, se, si vires haberet, eam antea in mortem praemissurum esse, et intranti uxori dixit: Da mihi gladium meum, ut videam, num manus mea eum tollere valeat. Rei autem perficiendae impar hos dixit versus:

أَرَى أُمَّ صَخْرٍ لَا تَمَلُّ عِيَادَتِي وَمَلَّتْ سُلَيْمَى مَضْجَعِي وَمَكَانِي

فَأَيُّ ٱمْرِئٍ سَاوَى بِأُمٍّ حَلِيلَةً فَلَا عَاشَ إِلَّا فِي شَقَا وَهَوَانِ

أَهُمُّ بِأَمْرِ ٱلْحَزْمِ لَوْ أَسْتَطِيعُهُ وَقَدْ حِيلَ بَيْنَ ٱلْعَيْرِ وَٱلنَّزَوَانِ

وَمَا كُنْتُ أَخْشَى أَنْ أَكُونَ جِنَازَةً عَلَيْكِ وَمَنْ يَغْتَرُّ بِٱلْحَدَثَانِ

فَلَلْمَوْتُ خَيْرٌ مِنْ حَيَاةٍ كَأَنَّهَا مُعَرَّسُ يَعْسُوبٍ بِرَأْسِ سِنَانِ

لَعَمْرِي لَقَدْ أَنْبَهْتُ مَنْ كَانَ نَايِمًا وَأَسْمَعْتُ مَنْ كَانَتْ لَهُ أُذُنَانِ

„Video matrem Zachri, quae taedio me visitandi non capitur, dum Solaima lecti mei et loci mei fastidiosa est. Quis autem vir putavit, aequalem esse uxorem matri? Is non vivet nisi vitam miseram et despectam. Cogito rem propositi, si eam perficere possim; sed onager ab impetu iam impeditus fuit (i. e. Non possum gladio occidere uxorem, quum vires mihi desint.) Non autem timebam, ne aegrotus tibi molestus essem; sed quis in furtunae casibus vana spe decipitur? Et profecto mors melior est, quam vita, quae tanquam pullum parvum cameli vendit principem pro cuspidis summa parte. (In vulnus suum, quo ei pereundum est, alludere videtur.) Per vitam meam! Tu (o uxor) excitasti dormientem et verba dixisti, quae aures habens audivit.“

Non multum post vitam exspirans ad latus montis Ahsib in propinquo oppidi Medinae sepultus est.

٢٤ قَرَارَةٌ تَسَفَّهَتْ قَرَارًا

24. Ovis ad stultitiam instigat oves.

Quod si in aquam aut lutum incidit ovis, ceterae eam sequi solent. Conf. Cap. XX, 63. In virum adhibetur, cui stulte loquenti adsentiunt homines. Almondserius dixit, legendum esse فرارة , ut proverbium significet, agnum ad matrem fugientem oves sequi.

٢٥ ٱلْقِرْدَانُ حَتَّى ٱلْحَلَمِ

25. Ricini et adeo ricini parvi.

De eo dicitur, qui quamquam infimi ordinis homo est, ut tacere debeat, loquitur.

٢٦ ٱلْقَرَنْبَى فِى عَيْنِ أُمِّهَا حَسَنَةٌ

26. Scarabaeus in oculis matris suae pulcher est.

Vocabulo قرنبى insectum scarabaeo simile longis pedibus praeditum punctis in dorso notatum significatur. Conf. Dj.

٢٧ قِيلَ لِلشَّقِيِّ هَلُمَّ إِلَى ٱلسَّعَادَةِ قَالَ حَسْبِى
مَا أَنَا فِيهِ

27. Dicebatur misero: Accede ad felicitatem! Dixit: Status meus mihi sufficit.

De eo dicitur, qui sorte misera contentus bonum relinquit et sincerum consilium non admittit.

٢٨ قَدْ يُدْفَعُ ٱلشَّرُّ بِمِثْلِهِ إِذَا أَعْيَاكَ غَيْرُهُ

28. Malum malo repellitur, quando aliud (remedium) non habes.

Cum proverbio congruum sensum poeta Alfindus expressit versibus, qui pag. 11. Hamasae leguntur.

٢٩ قَدْ قَلِينَا صَفِيرَكُمْ

29. Odimus sibilum vestrum.

Proverbii huius originem talem fuisse narrant. Mulier quaedam amatorem habens sibilo eius adventum cognoscebat, et tum erecto extra tentorium ano ei facultatem sui fruendi dabat. Quod quum filius eius intellexisset, consueto tempore amatoris sibilum imitans clavo ardente matris anum ussit. Quae res erat in causa, cur mulier postea sibilanti amatori ista verba diceret.

٣٠ إِنْقَضَبَتْ قُوًى مِنْ قَوِيَةٍ

30. Pullus avis ex ovo prodiit.

Huic proverbio idem sensus est quam proverbio C. II, 48. adnotato.

٣١ قَدْ أَفْرَخَ رَوْعُهُ

31, Iam animus eius pullos exclusit.

Curis et metu animus eius liber est. Dixit Alasharius, omnes, quos novi, lexicographi vocababulum روع cum vocali Fatha enunciant praeter Abu-l'Haitsamum, id quod mihi Almondsirius narravit. Conf. XX, 66. Si vertis: „Pullos exclusit metus tuus", sensus esse videtur hic: Ut pullus ex ovo sic metus ex animo abiit, ut animus metu liber esset.

٣٢ قُرْبَ طِبٍّ

32. Propinqua est scientia.

Et legitur proverbium: قرب طبا. Voci autem طبا accusativi casus est eodem modo, quo vocem نعم accusativus sequitur. Proverbii originem sic describunt: Vir puellam in matrimonium duxerat. In eo, ut eam iniret, interrogavit: Num virgo an laesa es? Mulier proverbii verbis respondens indicare volebat, virum rem statim experturum esse. Eodem sensu dicunt: انت على المجرب „Tu in eo es, ut rem experiaris.

٣٣ قَدْ صَرَّحَتْ بِجِلْذَانِ

33. Iam manifesta fuit in regione Djilsan.

Djilsan nomen regionis est propinquae Thajifo omnino aequabilis, ut omnis in ea res conspiciatur, quapropter proverbium de re omnino clara et manifesta dicitur. Conf. C. XII, 130.

٣٤ قَدْ بَيَّنَ ٱلصُّبْحُ لِذِى عَيْنَيْنِ

34. Iam clara facta est Aurora duos oculos habenti.

De re ab omni parte distincta et clara dicitur. Verbum بين hoc in proverbio significationem formae تبين habet.

٣٥ قَدْ سِيلَ بِهِ وَهُوَ لَا يَدْرِى

35. Iam a torrente abreptus est, et ipse nescit.

Eodem sensu dicitur: قد سال به السيل وهو لا يدرى „Torrens eum abripuit et ipse nescit.“ De eo dicitur, qui inopinato in calamitatem incidit.

٣٦ اِقْدَحْ بِدِفْلَى فِى مَرْخٍ ثُمَّ شُدَّ بَعْدُ أَوْ أَرْخِ

36 Percute cum ligno arboris Difla lignum arboris March (ignis eliciendi causa); tum post firmiter liga aut laxa!

Legitur quoque اقدح بعفار او مرخ ثم شد ان شئت او ارخ „Percute cum ligno arboris Ahfar vel March; tum firmiter liga, si vis aut laxa! „Etiam sic legitur ارخ يديك واسترخ ان الزناد من مرخ " Laxa manus tuas et laxus esto, nam ignitabulum ex ligno arboris March confectum est" i e. si ex eo ignem excutere vis, lente agas, nam illud lignum quam citissime ignem accendit. Almasenius dixit, ignitabulo aptissimum esse lignum arboris March, tum lignum arboris Ahfar, denique lignum arboris Difla. Alahmarus dixit: Proverbium hoc dicitur, quando virum turpem contra turpem incitas, et statim inter eos malum oritur. Ebn-Alahrabius autem dixit, adhiberi proverbium de generoso, quem ab aliis precibus non oporteat incitari, ut beneficia conferat.

٣٧ اَلْقَيْدُ وَالرَّتَعَةُ

37. Vinculum et cibi abundantia.

Ahmruus ben-Alzahik ben-Chowailid ben-Naufal ben-Ahmru ben-Cilab a gente Schabir ben-Hamdan captivus factus erat. Ibi bene habitus ex emaciato pinguis factus est. Postea fuga e vinculis liberatus quum a suis interrogatus esset de causa conditionis suae, ista dixit verba, quae in proverbii consuetudinem venerunt. Vir in proverbio cum camelo comparatus est, qui vinctus in prato libere pascitur et quod vult, consumit. De homine curis libero et commode vivente proverbium adhibetur. Scharaf-Aldin. Conf. Kam.

٣٨ قَدْ أَنْصَفَ ٱلْقَارَةَ مَنْ رَامَاهَا

38. Iam iuste egit erga gentem Karah, qui cum ea sagittarum iactu certavit.

Gens Karah orta ex familiis duorum filiorum Alhuni ben-Chosaimah, Ahdhal et Aldisch appellatorum, ante Mohammedem sagittarii celebres erant, postea Arabiam felicem habitabant. Nomen inde accepisse dicuntur, quod, quum Alschodachus[1] eos inter gentem Banu-Cananah distribuere vellet, congregabantur. Narrant, duos viros, quorum unus Karahita esset, occurrisse. Karahitam alteri proposuisse, ut aut lucta aut cursu aut sagittarum jactu certarent, et alterum sagittarum jactum elegisse. Dixisse autem Karahitam: Iuste egisti erga me! et hos protulisse versus:

قَدْ أَنْصَفَ ٱلْقَارَةَ مَنْ رَامَاهَا أَمَّا إِذَا مَا فِئَةٌ نَلْقَاهَا نَرُدُّ أُولَاهَا عَلَى أُخْرَاهَا

„Erga gentem Karah iuste egit, qui cum ipsa sagittarum iactu certat. Quotiescunque agmini occurrimus, primos eorum super postremos retrudimus."

Metrum versuum Sarih est. c. l. m. p. 246.

Tum Karahitam alteri cor sagitta diffidisse. Ebn-Wafidus dixit, proverbii verba dicta esse in bello, quod inter gentem Koraisch et gentem Becr ben-Ahbd-Menaf ben-Cenanah gestum esset. Gens Karah cum Koraischitis erat. Cum his, qui sagittarii erant, altera hostium pars in pugna sagittarum iactu certabat. Dicere autem solebant Arabes انصفهم هاولاء „Hi iuste egerunt erga eos", si opere et arte, quam tractabant, illis pares erant.

٣٩ قَبْلَ ٱلرِّمَاءِ تُمْلَأُ ٱلْكَنَائِنُ

1) Nomen الشداخ vario modo aut Alschodach aut Alschoddach aut Alschaddach enunciatur. Unus eorum erat, qui inter gentem Kodhaah et Kozajj de templo Caahbah iudicium ferebant.

39. Ante certamen iactus pharetrae implentur.

Poeta Rubahus dixit: قبل رماء يملا الجفير „Ante iactus certamen pharetra impletur.“ Horum verborum metrum aut Redjes (conf. p. 230) aut Sarih est. conf. p. 246. Proverbii autem sensus est: Ante rem ipsam praeparatio fit. Conf. prov. 41.

٤٠ قَلَبَ لَهُ ظَهْرَ ٱلْمِجَنِّ

40. Obvertit ei dorsum clypei.

De eo dicitur, qui ex amico inimicus factus est. Haririus proverbio usus est. Conf. p. 230, 454. In opere Samachscharii sic legitur: قلبت له ظهر المجن.

٤١ قَبْلَ ٱلرَّمْيِ يُرَاشُ ٱلسَّهْمُ

41. Ante iactum sagitta pennis instruitur.

Conf. prov. 39 Parandum est instrumentum ante usum.

٤٢ قَدْ رَكِبَ رَدْعَهُ

42. Iam sanguine suo vectus est.

Sic scholion: Dicitur: „به ردع من زعفران او دم „In eo est sordes et vestigium croci aut sanguinis“. De occiso autem dicitur: „ركب ردعه „Suo sanguine vectus est.“ quando in faciem super sanguine prosternitur. Alii dicunt verborum ركب ردعه sensum esse: Intravit collum suum in ventrem suum, desumtum a verbis „ارتدع السهم „Rediit, intravit cuspis sagittae in radicem suam.“

٤٣ قَدْ أَلْقَى عَصَاهُ

43. Iam baculum suum proiecit.

Quievit finito itinere aut opere. Dixit poeta Djerir appellatus:

فَلَمَّا ٱلْتَقَى ٱلْحَيَّانِ أُلْقِيَتِ ٱلْعَصَا وَمَاتَ ٱلْهَوَى لَمَّا أُصِيبَتْ مَقَاتِلُهْ

„Quum gentes ambae occurrissent, baculus abjectus est et periit amor, quum eius loca mortem adferentia laesa essent.“[1]

Narrant, Abu-l'Ahbbaso Alsaffah, quum imperator salutatus orationem solitam habere vellet, e manu excidisse baculum, eumque, cui mali ominis res videretur, hunc dixisse versum:

فَأَلْقَتْ عَصَاهَا وَٱسْتَقَرَّتْ بِهَا ٱلنَّوَى كَمَا قَرَّ عَيْنًا بِٱلْإِيَابِ ٱلْمُسَافِرُ

„Proiecit baculum suum et suo loco substitit, quemadmodum iter faciens reditu laetatur.“

Metrum versus Thawil est. c. l. m. p. 162.

٤٤ قَشَرْتُ لَهُ ٱلْعَصَا

44. Decorticavi ei baculum.

In sincero amore adhibetur. I. e. detexi ei intimas animi mei cogitationes. Et dicitur: اقشر العصا „Decortica baculum i. e. Palam inimicitiam ostende! In Samachscharii opere قشر له العصا „Decorticavit ei baculum“ legitur. conf. C. XXVIII, 157.

٤٥ قَتْلُ مَا نَفْسٍ مُخَيِّرُهَا

45. Occisio animae est electio eius.

Conf. prov. 63 Ahthäus ben-Muzibb narravit, duos viros communes opes habuisse. In duas partes quum unus eas dividisset, alteri eum dixisse: Elige! Alterum modo hanc modo illam portionem adspicientem utramque bonam esse putasse.

1) Amor comparatur cum animali, quod vulneribus mortem adferentibus laesum est. Metrum Thawil est p. 162.

Quod quum alter videret, ista eum verba dixisse, ut significaret, se permittentem, ut alter eligeret, eius animam occidisse, quippe quum alter tanta cupiditate esset, ut utramque portionem habere vellet, neque aut unam aut alteram eligere posset. Vox ما supperflua est. Legitur quoque sic proverbium: قتل نفسا تخيرها „Occidit animam electio sua“ i. e. Quando ei, a quo rem tibi necessariam petis, arbitrium (imperium) tribuisti, te sibi praefert: اى اذا جعلت الحكم الى من تسالہ الحاجة حمل لك على نفسه

۴٦ قَدْ عَلِقَتْ دَلْوَكَ دَلْوٌ أُخْرَى

46. Situlae tuae altera situla adhaesit.

Proverbii huius originem fuisse dicunt, quod situla aquam haurientis quum in puteum demitteretur, cum altera situla eodem tempore demissa cohaereret, ut prior aquam haurire non posset. Proverbium significat, virum rem sibi necessariam acturum ab altero, qui idem perficere studeret, quominus rem suam ageret, impeditum fuisse. In Samachscharii codice قد علقت دلوك دلوا اخرى legitur.

۴٧ قَدْ نَهَيْتُكَ عَنْ شَرْبَةٍ بِٱلْوَشَلِ

47. Iam tibi interdixi, ne aquam paucam biberes.

Id est: Interdixi tibi, ne precibus vilem adires.

۴٨ قَلَّ خَيْسُهُ

48. Paucum sit eius lac!

Abu-Ahmruus dixit, vocabulum خيس lac significare. Dicitur quoque: قلل الله خيسه „Lac eius Deus paucum reddat!“ In Kamusi opere legitur: اقل الله خيسه

٤٩ قَدْ قِيلَ ذٰلِكَ إِنْ حَقًّا وَإِنْ كَذِبًا

49. Id iam dictum fuit, sive verum sit sive falsum.

Verba haec, quae versus metri Basith (p. 190) hemistichium sunt, dixisse narrant Alnohmanum ben-Almondsir Lachmitam Rabiaho ben-Sijad Ahbsitae, qui eius compotor et amicus esset. Quodam tempore Ahmirus ملاعب الاسنة (colluser cuspidum) cognominatus, Auhfus ben-Alahwaz, Sohairus ben Malic, Lebidus ben-Rabiah, Schammasus Fesarita et Kallabahus Asadita ad regem Alnohmanum iter fecerant. Lebidum autem, quia omnium minimus natu erat, apud camelos reliquerant. Rex eos honore adfecit, donec Rabiahus, qui auctoritate apud regem multum valebat, eos calumniatus erat. Summa igitur tristitia adfecti ad camelos redierunt totam rem Lebidum celaturi, quippe cuius mater e gente Ahbs oriunda, apud Rabiahum parentibus orbata educata esset. Sed Lebidus eorum tristitiam videns, precibus urgere eos non destitit, donec ei tristitiae causam patefecissent. Lebidus haec audiens, si ipsum ad regem duxissent, promisit, se regis animum ab Rabiaho omnino alienaturum esse. Relicto igitur Kallabaho Asadita apud camelos, cum Lebido ad regem reversi sunt. Introducti Alnohmanum invenerunt cum Rabiaho cibum matutinum sumentem. Lebidus, loquendi venia data, Rabiahi podicem lepra adfectum versibus describens regi tantum fastidium movit, ut statim cibo abstineret Rabiahum interrogans: Num tu talis es? Ille respondit: Non, per Deam Allat! Hic filius turpis (feminae) mentitus est. Sed dixit Alnohmanus: Cibi iam me fastidium cepit. Hac de causa Rabiahus iratus surrexit, et versibus regem lacessivit. Dixit autem, se non prius abiturum esse, donec rex miserit, qui inspectione illum mentitum esse cognosceret. Rex autem respondens hos dixit versus:

شَرِّدْ بِرَحْلِكَ عَنِّى حَيْثُ شِئْتَ وَلَا تُكْثِرْ عَلَىَّ وَدَعْ عَنْكَ ٱلْأَبَاطِيلَا

فَقَدْ رُمِيتَ بِدَاءٍ لَسْتَ غَاسِلَهُ مَا جَاوَرَ ٱلنِّيلَ يَوْمًا أَهْلُ إِيلِيلَا

قَدْ قِيلَ ذٰلِكَ إِنْ حَقًّا وَإِنْ كَذِبًا فَمَا ٱعْتِذَارُكَ مِنْ شَىْءٍ إِذَا قِيلَا

,,Abeas a me cum iumento tuo, quo vis, neque multa mihi verba facias; sed omittas illas nugas! Iam tibi morbus objectus est, quem tu non abluis, quamdiu gens Ilil Nilum incolit. Iam dictum fuit id, sive verum sit sive falsum. Quomodo autem te de re excusare potes, quum dicta est.''

Pluribus res narratur a de Sacyo conf. Notice sur le poete Lebid p. 114 sqq.

٥٠ قَدِ ٱتَّخَذَ ٱلْبَاطِلَ دَغَلًا

50. Vanum sibi tanquam silvam densam elegit.

Id est: Vanum sibi tanquam locum, quo effugeret, elegit. In eum dicitur, qui rebus vanis se omnino dedidit.

٥١ قَدْ أَحْزِمُ لَوْ أَعْزِمُ

51. Providus et constans ego sum, si consilium ceperim.

Scholion proverbii verba sic explicavit: اى ان عزمت الراى فامضيته فانا حازم وان تركت الصواب وانا اراه وضيعت العزم لم ينفعنى حزمى كما قل سعد بن ناشب المازنى اذا هم القى بين عينيه عزمه ونكب عن ذكر العواقب جانبا ,,Id est: Si consilium capio, tum id exsequor, nam ego providus sum; sed si rectum facere omitto, dum id video, et consilium capere negligo, providentia mea nil mihi prodest, quemadmodum Sahdus ben-Naschib Masinita dixit: ,,Quum cura sollicitus est, ante oculos consilium suum

ponit, et latus a finis commemoratione deflectit.“ Versus metrum Thawil est. c. l. m. p. 161. et Hamas. p. ٣٢.

٥٢ قَدْ بَلَغَ مِنْهُ ٱلْبَلَغِينَ

52. Summa calamitate eum adflixit.

Vocabulum بلغ in proverbio significationem vocis مبلغ habere videtur, ut sensus sit: بلغ منه كل مبلغ „Ad summum terminum eius pervenit.“ Pluralis autem summam calamitatem designat. Conf. Kam. s. v. بلغ

٥٣ قَدْ أُلْنَا وَإِيلَ عَلَيْنَا

53. Iam nos reximus et alius nos rexit.

Narrant, proverbium hoc Sijadum in sermone publice habito dixisse. De viro experientia edocto adhibetur. Samachschar.

٥٤ قَدْ حَمِيَ ٱلْوَطِيسُ

54. Iam fervefacti sunt lapides rotundi.

Alazmäihus aliique dixerunt, vocabulo وطيس significari lapides rotundos, in quibus, quum fervefacti sint, nemo pedem ponat. De re gravi duraque proverbium adhibetur. Alii vocabulo وطيس fornacis significationem tribuerunt, et bellum vehemens et grave esse, proverbium significare dixerunt. Conf. Kam.

٥٥ قَدْ تَقْطَعُ ٱلدَّوِيَّةَ ٱلنَّابُ

55. Iam camelus annosus desertum peragrat.

De sene dicitur, cui vires restant.

٥٦ اُقْتُلُونِي وَمَالِكًا

56. Me occidite et Malicum!

Verba haec Ahbd-Allahus ben-Alsobair dixisse fertur. Manibus collo iniectis quum Ahbd-Allahus ben Alsobair cum Alaschtaro Alhanafi, cui Malicus nomen erat, pugnaret et uterque in terram procideret, Ahbd-Allahus istis verbis suos advocavit. De eo adhibetur proverbium, qui omni modo, esti ipse noxa adficiatur, alteri nocere vult.

٥٧ قَدْ كَانَ ذٰلِكَ مَرَّةً فَالْيَوْمَ لَا

57. Fuit illud una vice; sed hodie non (est).

Verba haec Fathimae filiae Morri, feminae Chotsahmiticae, tribuuntur. Eorum causam sic narrant: Ahbd-Almothallebus cum filio suo Ahbd-Allaho, ut eum cum Amina filia Wahabi ben-Ahbd-Manaf ben-Sohrah ben-Cilab matrimonio iungeret, advenerat. Ahbd-Allahus ad Fathimam, Meccae degentem, quae librorum studio eo pervenisset, ut in iuvenis facie prophetici muneris indicia cognosceret, transiit. Fathima istius honoris cupida ab eo postulavit, ut centum camelorum pretio dato rem cum ipsa haberet. Iuvenis autem rem facere recusans abiit; at post matrimonio cum Amina inito cupidine camelorum commotus rediit. Tum illa rem nolens ista verba dixit, quae in poenitentia criminis proverbii loco adhibentur.

٥٨ قُصَيْرَةٌ عَنْ طُوَيْلَةٍ

58. Brevis pro longa.

Abu-Alahrabius dixit, brevem dactylum, longam significare palmam. In abbreviando sermone proverbium adhibetur.

٥٩ تَقَمَّمَ ٱللّٰهُ تَعَالَى عَصَبَهُ

59. Prehendat (contrahat) Deus eius nervos!

Ebn-Alahrabius aliique dixerunt, verborum sensum esse: Congregat Deus unam eius partem cum altera et contrahat eius nervos, ut loquendi modus derivatus sit a voce قمقام, qua exercitus in omnibus regionibus collectus, ut magnus sit, designatur. Kamusi auctor dixit, sensum esse: Colligat et contrahat eum vel eum in ricinorum parvorum potestatem tradat! Exsecrationi verba haec inserviunt, et quidem, ut Samachscharius dicit, contra iratum.

٦٠ أَلْقَوْمُ طَبُّونَ

60. Gens solertes sunt.

Alter proverbii legendi modus est: القوم ما اطبون „Gens multum gnari, solertes sunt.“ Vox ما hoc in proverbio superflua est.

٦١ أَلْقَوْلُ مَا قَالَتْ حَذَامِ

61. Verbum (verum) est, quod Hadsami dixit.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere proverbium sic explicatum est: Bello orto inter Alrajjanum, cuius filia Hadsami erat, et Ahthisum ben-Ihladj ben-Dsi-l'Djenah, uterque vulneribus adflictus e pugna ad exercitum rediit. Alrajjanus, qui pugnando imparem se sentiret, noctu et postero mane fugae se dedit. Quod videns Ahthisus equites eos insequi iussit. Qui adpropinquantes ad locum, ubi Alrajjani socii quieti indulgebant, aves Katha appellatas excitarunt. Quas quum versus locum castrorum volantes femina illa Hadsami adpellata conspexisset, socios suos de hostium adventu monuit. Socii monitum neglexe-

runt praeter Daimasum ben-Thsalim Alanzari, qui hoc versu recitato:

إِذَا قَالَتْ حَذَامِ فَصَدِّقُوهَا فَإِنَّ ٱلْقَوْلَ مَا قَالَتْ حَذَامِ

„Quando Hadsami loquitur, veracem eam habete, nam verba vera sunt, quae Hadsami locuta est.“ [1])

ut castra moverent, socios commovit. Haec erat salutis causa. Dixit Ebn-Alcalbius: Proverbii auctor est Lodjaimus ben-Zahb, cuius uxor Hadsami erat. Haec quum de nocturno impetu suos commonefecisset, maritus ipsam hoc versu laudavit. Proverbio viri verbis fidem habendam esse declarant. conf. Meid. schol.

٦٢ قَدْ أَسْمَعْتَ لَوْ نَادَيْتَ حَيًّا

62. Iam effecisses, ut audiretur, si vivum allocutus esses.

In eum dicitur, qui adhortationem neque admittens neque intelligens cum mortuo comparari potest.

٦٣ قَاتِلُ نَفْسٍ مُخَيِّلُهَا

63: Occisor animae est id, quod ei videtur.

Dicitur يمضى فلان على المخيل „Quidam perseverat in re, quam sibi imaginatus est i. e. in re incerta et dubia et يمضى فلان على ما خيلت. Femininum autem referendum est ad nomen الخطة res, ut sit loco verborum يمضى فلان على الخطة التى خيلت اليه „Quidam perseverat in re (conditione), quam sibi imaginatus est.“ Hic vero proverbialis loquendi modus adhibetur de homine, qui rem, quae non existit, cupit. Legitur quoque sic proverbium: قاتل نفس مخيلتها „Occisor animae est eius arrograntia.“ Hoc autem proverbio superbia vituperatur. Conf. prov. 47. et Kam.

---

1) Metrum versus Wafir est. c. l. m. p. 204.

٦٤ قَبْلَكَ مَا جَاءَ ٱلْخَبَرُ

64. Ante te nuntius advenit.

Vir quidam radicem laserpitii comederat, quae causa erat, cur foetentibus ventis familiae suae molestiam exhiberet. Postero mane, quum suos de cibo sumto certiores faceret, ista verba, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, protulerunt. De eo proverbium adhibetur, qui rem, quam noscis, tibi nuntiat. Conf. Reisk. Miscell. med. pag. 21.

٦٥ قَبْلَ حُسَاسِ ٱلْأَيْسَارِ

65. Antequam prunis carnes imponunt aleatores.

Adhibetur ad festinationem in re significandam, quippe quum aleatores ludo finito carnes celeriter coquere et ad cibum parare soleant. Quapropter dicitur: لافعلن كذا قبل حساس الايسار "Profecto hoc faciam, antequam aleatores carnes assandas prunis imponunt i. e. quam celerrime.

٦٦ قُرِنَ ٱلْحِرْمَانُ بِٱلْحَيَاءِ وَقُرِنَتِ ٱلْخَيْبَةُ بِٱلْهَيْبَةِ

66. Coniuncta est repulsa cum pudore et frustratio cum timore.

Duo sunt proverbia, quae in Samachscharii opere vario colore distincta in codicibus Meid. scribendo coniuncta sunt, ita, ut unum esse videatur. Simili ratione dicunt: الحياء يمنع الرزق „Pudor prohibet victum quotidianum" (dum precibus non utimur. c. C. VI, 238) et الهيبة خيبة „Timor frustratio est."

٦٧ قَرِدَهُ حَتَّى أَمْكَنَهُ

67. Ricinis eum liberavit, donec eum in potestatem redigeret (capistro iniecto).

A camelis desumtum proverbium in homines translatum est. Sensus est: Beneficiis eum decepit, ut in potestatem suam eum redigeret.

٦٨ قَيَّدَ الْإِيمَانُ الْفَتْكَ

68. Vinxit religio Mohammedica caedem inopinatam.

Proverbium hoc Mohammedi Arabum prophetae adscribitur. Sensus est. Impedivit religio Mohammedica, quominus alter alterum inopinato impetu aut dolo occideret.

٦٩ قَدْ أَصْبَحُوا فِى مَخْضِ وَطْبِ خَاثِرٍ

69. Mane occupati erant agitando utre lactis crassi.

Id est: Re vana, futili occupati erant, nam e lacte crasso butyrum elici non potest.

٧٠ أَقْلِلْ طَعَامَكَ تَحْمَدْ مَنَامَكَ

70. Cibum paucum sume, ut somnum tuum laudabilem esse invenias!

In Samachscharii et Scharaf-Aldini opere legitur: اقلل طعاما تحمد مناما

٧١ قَدْ أَخْطَأَ نَوْءُهُ

71. A recto declinavit eius sidus ad occasum se vergens.

Vocabulum نوء sidus significat ad occasum vergens,

dum in Oriente alterum ei oppositum oritur. Pluviam illo tempore exspectant Arabes. Hoc igitur proverbium significat, spe virum deiectum esse. Conf. Abulf. Ann. Tom. II. p. 156.

٧٢ اِقْشَعَرَّتْ مِنْهُ ٱلذَّوَايِبُ

72. Propendula eius coma erecta stetit.

Legitur quoque اقشعرت منه ذوايبه et اقشعرت منه شواته i. e. Erecta stetit eius cutis capitis. Alia denique lectio est الدواير i. e. crines in capitis vertice. Et hi et illi propenduli crines nonnisi in summo terrore eriguntur, quapropter proverbium in timidum adhibent. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachsch.

٧٣ أَقْصَتْهُ شَعُوبُ

73. Propinqua ei mors erat.

In summo periculo erat.

٧٤ أَقْصَرَ لَمَّا أَبْصَرَ

74 Destitit, quum vidisset

Abstinuit petendo, quum malum finem vidisset. Meid. De poenitentia adhiberi verba, quae Actsamus ben-Zaifi dixerit, ScharafAldinus retulit.

٧٥ قِيلَ لِلشَّحْمِ أَيْنَ تَذْهَبُ قَالَ أُقَوِّمُ ٱلْمُعْوَجَّ

75. Dictum fuit adipi: Quo abis? dixit: Curvum rectum reddo.

Id est: Pinguedo vitia occultat. In vilem, qui dives est et in honore habetur, dicitur.

٧٦ قَدْ هَلَكَ ٱلْقَيْدُ وَأَوْدَى ٱلْمِفْتَاحُ

76. Iam periit vinculum, et clavis periit.

In rem dicitur, quae perdita reparari nequit, siquidem quando vinculum periit, clavis aperiendo non amplius inservire potest.

٧٧ ٱلْإِنْقِبَاضُ عَنِ ٱلنَّاسِ مَكْسَبَةٌ لِلْعَدَاوَةِ وَإِفْرَاطُ ٱلْإِنْسِ مَكْسَبَةٌ لِقُرَنَاءِ ٱلسُّوءِ

77. Qui ab hominum consuetudine abstinet, is inimicitiam sibi comparat; qui hominum consuetudini nimium indulget, is pravos socios sibi parat.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi tribuuntur. Proverbium monet nos, ut mediam semper in rebus viam teneamus. Dixit poeta:

إِنْ كُنْتُ مُنْبَسِطًا سُمِّيتُ مَسْخَرَةً أَوْ كُنْتُ مُنْقَبِضًا قَالُوا بِهِ ثِقَلُ

وَإِنْ أُعَاشِرْهُمُ قَالُوا لِهَيْبَتِنَا وَإِنْ أُجَانِبْهُمُ قَالُوا بِهِ مَلَلُ

„Quod si audax lingua sum, appellor ludibrium, aut sum modestus, dicunt: In eo est tarditas; et si familiariter cum iis versor, dicunt: Propter verecundiam erga nos; sin vero eos evito, dicunt: In eo est fastidium.

Metrum versuum Basith est. c. l. m. p. 190.

٧٨ اِقْصِدِى تَصِيدِى

78. Intende, venaberis.

Qui quaerit, invenit. Proverbio ad quaerendum incitamur.

٧٩ قَتَلَ أَرْضًا عَالِمُهَا

79. Occidit terram gnarus eius.

Propria verbi قتل significatio esse dicitur, „vilem reddidit", quemadmodum dicunt: قتل الخمر vile reddidit vinum aquâ admixtâ. Proverbii autem sensum hunc esse statuunt: „Virum scientia praeditum terram subigere posse, ut in proverbio scientiae laus sit.

٨٠ قَتَلَتْ أَرْضٌ جَاهِلَهَا

80. Occidit terra ignarum eius.

De eo dicitur, qui rem tractandam suscipit, cuius omnino ignarus est. Contrarium praecedentis proverbii est. In scholiis sic legimus: يضرب لمن يباشر امرا لا علم له بـه واما قولهم قتل فلان فلانا فهو من القتال وهو الجسم فكانه ضرب واصاب قتاله كما يقال بطنه اذا اصاب بطنه „De eo adhibetur, qui suscipit rem, cuius omnino ignarus est; sed in eorum loquendi modo قتل فلان فلانا „Occidit quidem quendam" verbum قتل a nomine قتال corpus derivatum est, quemadmodum dicitur بطنه „eius ventrem laesit." Nec vero silentio praetermittendum est, in codice Berolin. verba قتل فلان فلانا „occidit quidam quendam" tanquam novum proverbium rubro colore distincta esse. Nec non Samachscharius hoc cum praecedente proverbio in unum contraxit. Idem auctor proverbia sic explicavit: Gnarus vias terrae noscit eamque peragrans non perit, dum ignarus ob ignorantiam suam perit. Observavit quoque esse, qui verbum cum Teschdido scribant et cum loquendi modo رجل مقتّل „vir experientia edoctus et subactus" cohaerere putent.

٨١ قَدْ تَرَهْيَأَ ٱلْقَوْمُ

81. Iam vacillavit gens.

Re perturbata si homines consilium capere nesciunt, proverbii verbis utuntur. Proverbium hoc omissa particula قد Pocockius in capite tertio ante proverbium 78 inseruit.

٨٢ قَدْ يُوتَى عَلَى يَدَى ٱلْحَرِيصِ

82. Iam avidus perit.

De viro dicitur, qui propter aviditatem in interitum irruit. Sic Meidanius. Samachscharius autem dixit, proverbium adhiberi de calamitatibus, quas avidus, etsi saluti operam det, cavere non posset.

٨٣ قَدْ كَادَ يَشْرَقُ بِٱلرِّيقِ

83. Paeen saliva suffocatus est.

Vix e periculo mortis evasit. Tum quoque in eum dicitur, qui propter summum timorem vix verba proferre potest. Sic Samachsch. conf. doct. Bertheaui libr. p. 16.

٨٤ قَدْ يُؤْخَذُ ٱلْجَارُ بِذَنْبِ ٱلْجَارِ

84. Iam punitur vicinus ob crimen vicini.

Proverbium, quod tempore post Mohammedem ortum et ex versibus Alhacamii desumtum est, aut metrum Redjes aut metrum Sarih habet. Conf. l. m. p. 230 et 246.

٨٥ قَوْلُ ٱلْحَقِّ لَمْ يَدَعْ لِى صَدِيقًا

85. Verbum veritatis amicum mihi non reliquit.

Verba haec Abu-Dsarro adscribuntur.

٨٦ قَدْ يُمْتَطَى ٱلصَّعْبُ بَعْدَ مَا رَمَحَ

86. Conscenditur equus difficilis, postquam calcitravit.

Proverbium hoc simillimum ei est, quod C. XV, 10 legitur.

٨٧ قَامَةٌ تَنْمِي وَعَقْلٌ يَحْرِي

87. Statura corporis crescit et ingenium decrescit.

In eum dicitur, qui in pulchra corporis statura virtutibus internis caret. Dixit Abu-Nochailahus:[1])

مَا زَالَ مُذْ كَانَ عَلَى ٱسْتِ ٱلدَّهْرِ ذَا حُمُقٍ يَنْمِي وَعَقْلٍ يَحْرِي

„Non cessavit ex tempore antiquo stultus crescere, dum eius ingenium decrescebat“.

Metrum Sarih est. c. l. m. p. 246.

٨٨ قَدْ يُدْرِكُ ٱلْمُبْطِئُ مِنْ حَظِّهِ

88. Iam potitur cunctans parte portionis suae.

Huiusce proverbii sensus contrarius est proverbio, quod C. I, 158. legitur.

٨٩ قَرْنُ ٱلظَّهْرِ لِلْمَرْءِ شَاغِلٌ

---

1) Duo erant viri cognomen hoc gerentes unus ad gentem Ohcl (عكل), alter ad gentem Sahd pertinens, uterque carminum specie Redjes notus.

89. Tergi adversarius virum occupat.

Vocibus قرن الظهر „tergi adversarius" is designatur, qui in bello a tergo viri venit.

٩٠ قَدْ كُنْتُ قَبْلَكَ مَقْرُورَةً

90. Iam fui ante te frigore adfecta.

Narrant, hyaenam e loco longinquo vidisse ignem et ad eum se convertentem modo ad ignem calefacti se gessisse, dum proverbii verba proferret. In eum dicitur proverbium, qui re laetatur, e qua nil boni percipit.

٩١ قَدْ رَكِبَ ٱلسَّيْلُ ٱلدَّرَجَ

91. Iam torrens viâ processit.

De eo dicitur, qui firmo cum proposito rem aggreditur. Legitur quoque sic: قد علم السيل الدرج „Iam scit torrens viam" i. e. Modum scit, quo ei procedendum est.

٩٢ قَدْ طَرَّقَتْ بِبِكْرِهَا أُمُّ طَبَقٍ

92. Iam difficulter pariendo foetu suo primo infortunium laboravit.

Verbum طرق significat: Cum summa difficultate peperit, ut non leviter prodiret foetus. Vocabulum بكر foetum primogenitum significat. ام طبق testudinis et tum infortunii cognomen est. Proverbium significat, ex infortunii periculo fugam non esse. Qui autem primam verbi formam admittunt, ii noctu veniendi significationem ei tribuunt. I. e. Infortunium noctu rem adtulit inconsuetam, gravissimam.

٩٣ قِيلَ لِلْبَغْلِ مَنْ أَبُوكَ قَالَ ٱلْفَرَسُ خَالِي

93. Dictum fuit mulo: Quis pater tuus est? Dixit: Equus avunculus meus est.

In eum dicitur, qui permiscendo inter se res turbat.

٩٤ قَدْ عَرَفَتْنِى سِيرَتِى وَأَطَّتْ

94. Iam agendi modus me novit et propitius fuit.

De eo adhibetur, qui in nos propitius et misericors est.

٩٥ قَدْ فَكَّ وَفَرِجَ

95. Iam pendula mandibula praeditus erat et distantibus maxillis.

Proverbium hoc senem decrepitum designat. Verbo فرج aut prima (media Kesre) aut secunda in proverbio forma tribuuntur, sensu proverbii immutato. Conf. Djeuh s. فكّ

٩٦ قَدْ وَقَعَ بَيْنَهُمْ حَرْبُ دَاحِسٍ وَٱلْغَبْرَآءِ

96. Iam incidit inter eos bellum Dahis [et Alghabra appellatum

Verbis hisce significant, gentem in malum incidisse, quod longum tempus duraret, bellum enim Dahis et Alghabra appellatum per circiter quadraginta annos a gente Ahbs contra gentem Fesarah et Dsobjan gerebatur. Dixit Almofadhdhelus: Dahis equi nomen erat Kaisi ben-Hadsimah Ahbsitae et Alghabra nomen equae erat Hodsaifahi ben-Badr Fesaritae. Tempore autem ante Mohammedem Hodsaifahus princeps Maahdditarum erat. Belli illius gravissimi, quod per multos annos horum equorum causa inter Ahbsitas et Fesaritas gerebatur causa haec erat: Vir quidam e gente Ahbs Kirwaschus ben-Honajj appel-

latus cum Hamlo ben-Badr fratre Hodsaifahi de equis Dahis et Alghabra, dum ille Dahisum praestantiorem, hic Alghabram praestantiorem esse contenderet, ita ut uterque decem camelos pignoris loco daret, certamen inierat. Hanc vero ob rem quum Kirwaschus cum Kaiso colloqueretur, hic malum eventum praevidens rem dissuasit; at, quum ille rem necessariam factam esse diceret, ad Hamlum ben-Badr se contulit dicens, se pro socio pignus depositurum esse. At Hamlus ben-Badr fastu elatus, se, nisi illos decem camelos adduxisset, pignus depositurum esse, negavit et quum hac de causa iratus Kaisus viginti camelos esse dixisset et Hamlus, imo triginta, dicere perrexisset, dum unus semper augeret alterius numerum, a Kaiso usque ad centum numerus auctus est. Deponebatur autem illud constitutum pignus apud Ghallakum aut Ghallaki filium, virum e gente Banu-Tsahlebah ben-Sahd. Kaisus Hamlo eligendi ius in tribus rebus constituendis concessit, ita ut, si alter primum diceret, alteri duae res constituendae essent Hamlus dicendi initium concessit Kaiso et hic, ut spatium cursus centum sagittarum iactibus definiretur, constituit. Hamlus tempus et locum (مضمار), ubi ad cursum praeparabantur et terminum loci (ميطان), ubi ad cursus certamen emittebantur, elegit. Tum cursus spatium constituebatur. Erat finis cursus fovea in colle a naturâ facta, ubi aqua pluvialis restagnabat, Dsat-Olizad appellata, initium cursus a loco, cui nomen non est, faciendum erat. Equus autem, qui primus ad illam foveam bibendi causa, siti enim antea adfecti erant, accesserat, victoriam reportasse putabatur. Hamlus autem cibum Hais (حيس) appellatum cum situlis in collis angustiis (postea شعب الحيس eadem de causa appellatis) sociis latentibus miserat, ea conditione ut, si Dahis appellatus equus alterum cursu praecessisset, illum a scopo

1) Per quadraginta dierum spatium meliore pabulo aliti in hippodromo exercebantur, ut si pinguefacti essent, graciles et ad cursum apti fierent.

repellerent. Quum vero equi dimissi apparerent, Hamlus dixit: Te vici o Kaise; Kaisus autem respondit: بعد اطلاع ايناس; „Post apparationem (est) cognitio conf. C. II, 110 conf C. X, 11. Quum equi in terra dura currerent, Hamlus iterum dixit: Te vici o Kaise! et Kaisus respondit: Lente! iam currunt in terra dura (conf. X, 11). Quum vero equi in fine cursus essent, Dahisus alterum praecessit, qua de causa Kaisus dixit: جرى المذكيات غلاب „Cursus equorum robustorum victoriae certamen est“ Conf C. V, 1. Tempore autem, quo equus apud illos in angustiis collis latentes viros adveniebat, unus eorum Sohairus appellatus prosiliit et equum Dahis ab illa fovea cursus scopo repulit. Hanc rem vituperans Kaisus ben-Sohair hos dixit versus:

كَمَا لَاقَيْتُ مِنْ حَمْلِ بْنِ بَدْرٍ   وَإِخْوَتِهِ عَلَى ذَاتِ ٱلْإِصَادِ
هُمُ فَخَرُوا عَلَىَّ بِغَيْرِ فَخْرٍ   وَرَدُّوا دُونَ غَايَتِهِ جَوَادِي

„Quomodo mihi factum est a Hamlo ben-Badr eiusque fratribus ad locum Dsat-Olizad. Illi gloriam super me expetiverunt sine gloriae causa, et equum meum generosum a scopo repulerunt“.

Tum Kaisus a Chodsaifaho victoriae pretium postulavit. At Chodsaifahus dixit: Te decepi. Dixit autem Kaisus: ترك الخداع من اجرى من مائة „Is reliquit deceptionem, qui a centum sagittae iactuum spatio cursum incipit“ (c. C. III, 5). Is autem, apud quem certaminis pignus depositum erat Hodsaifaho dixit: Kaisus vicit, num igitur iubes me ei certaminis pignus tradere. Tsahlabita, quum Chodsaifahus annueret, ei certaminis pignus tradidit. Postea autem Ahrcäus ben-Ohmairah et patruelis eius e gente Fesarah in causa erant, cur Chodsaifahum facti poeniteret, et mitteret filium suum Abu-Kirfahum, qui victoriae pretium a Kaiso reposceret. Abu-Kirfaho, qui Kaisum domi non invenit, eius uxor dixit: De Kaisi absentia tibi gaudeo. Filius

rediens patri ista verba dixit. Nihilominus tamen remissus a Kaiso occisus est. Re peracta homines caedis pretium pro occiso Chodsaifahi filio centum gravidas camelas ad Chodsaifahum adduxerunt. Chodsaifahus pretium accipiens camelos familiaribus suis tradidit, ut ibi foetus eniterentur. Tum Malicus ben-Sohair, qui Kaisi frater erat, cum femina e gente Fesarah matrimonium iniens in loco Allokathah, qui propinquus Alhadjiro erat, commorabatur. Huiusce rei certior factus Hodsaifahus filii sui occisi ulciscendi causa istum virum occidit. In istam caedem dixit Ahntarahus:

لِلّٰهِ عَيْنَا[1] مَنْ رَأَى مِثْلَ مَالِكٍ   عَقِيرَةَ قَوْمٍ إِنْ جَرَى فَرَسَانِ

فَلَيْتَهُمَا لَمْ يَجْرِيَا نِصْفَ غَلْوَةٍ   وَلَيْتَهُمَا لَمْ يُرْسَلَا لِرِهَانِ

„Oh! per Deum! quis unquam sicut Malicus ciulatum vidit gentis, si duo equi currunt. Utinam ii non cucurrissent per dimidium sagittae iactus, et utinam ii ad cursus certamen non fuissent emissi"!

Hoc ob factum gens Banu-Djasimah ad Hodsaifahum venerunt, ut nomine familiae Malici ben-Sohair illas camelas, quae tanquam caedis pretium datae essent, reposcerent. Chodsaifahus consilium Sinani ben-Abi Haritsah Masinitae sequens nonnisi matres, pullos natos retinens, reddere volebat. Tum gens Banu-Ahbs et cum iis foederata gens Banu-Ahbd-Allah ben-Ghathfan ad locum Dsu-l'Moraikib contra Fesaritas, quorum princeps tum temporis Hodsaifahus ben-Badr erat, profectae sunt. Occidit isto die Arthathus, unus e familia Banu-Machsum, quae ad gentem Banu-Ahbs pertinebat, Auhfum ben-Badr, Antharahus autem Dhamdhamum aliosque. In hoc proelium Ahntarahus dixit:

وَلَقَدْ خَشِيتُ بِأَنْ أَمُوتَ وَلَمْ تَكُنْ لِلْحَرْبِ دَائِرَةٌ عَلَى ٱبْنَيْ ضَمْضَمِ

---

1) Loquendi modus لله عينا, nisi fallor, admirationem exprimit similem verbis لله دره. Versuum metrum Thawil est conf. l. m. p. 162.

أَلشَّاتِمَىْ عِرْضِى وَلَمْ أَشْتِمْهُمَا وَٱلنَّاذِرَيْنِ إِذَا لَمْ أَلْقَهُمَا دَمِى

إِنْ يَفْعَلَا فَلَقَدْ تَرَكْتُ أَبَاهُمَا جَزَرَ ٱلسِّبَاعِ وَكُلِّ نَسْرٍ قَشْعَمِ

„Iam timueram, ne morerer, dum bellum non fuisset adversum filiis duobusDhamdhami, qui honorem meum laedebant a me non laesi et, licet eis non obviam veneram, sanguin m meum vovebant. Ne illud facerent (timebam); sed iam reliqui (in proelii campo) eorum patrem tanquam ferarum escam omnisque vulturis annosi“.[1]

et tum

وَلَقَدْ عَلِمْتَ إِذَا ٱلْتَقَتْ فُرْسَانُنَا بِلِوَى ٱلْمُرَيْقِبِ أَنَّ ظَنَّكَ أَحْمَقُ

„Et iam scivisti, quum equites nostri ad arenas tenues Almoraikibi occurrissent, opinionem tuam esse falsam“.

Gens autem Banu-Dsobjan ista clade adflicta duce Hodsaifaho ben Badr copiis collectis contra gentem Banu-Ahbs eiusque socios Banu-Ahbd-Allah ben Ghathfan, quorum princeps Alrabiahus ben-Sijad erat, profecta est. In valle Dsu-Hosan appellata utraque pars occurrit. Fugatos Ahbsitas persequentes Dsobjanitae ad locum Almoghaikah (aliis Ghikah و يقال بغيقة) appellatum adsecuti sunt. Ibi, nisi talionis pretium solvissent, hostes delendos esse dixerunt. Rabiahus ben-Sijad pugnandum esse duxit, Kaisus autem liberorum pignore dato hostium animos placare suasit. Convenit pacto, ut liberi Sobaiho ben-Ahmru Tsaghlebitae traderentur. Post Sobaihi mortem ab eius filio Malico Hodsaifahus, eius avunculus, obtinuit, ut sibi liberi traderentur. Traditos ad aquam Aljahmorijjah, quae in valle Bathn-Nachl erat, adduxit. Ibi familias occisorum convocavit et singulos adolescentes pignori datos sibi tanquam sagittae scopum posuit. Singulum quemque autem patrem vocare

---

1) Conf. Antarae Moall. ed. Willmet. p. 47 sq, text. Versuum metrum Camil est. c. l. m. p. 212.

iussit. Tum omnes sagittis petivit et occidit. Contra eos autem, qui eodem die sagittarum iactu non occisi erant, postero mane crudele factum iteravit, donec omnes deleti essent. Harum rerum irâ accensi Ahbsitae eos in isto loco versantes oppresserunt. Duodecim viri occidebantur, inter quos Malicus et Iasidus Sobaihi filii et Ahracijjus ben-Ahmirah erant. Tum congregatis copiis ad latus loci Alhabah (الهباءة) appellati, qui in superiore parte vallis Dsu-Hosan erat, die fervido usque ad meridiem pugnatum est. Solis aestus pugnantes separavit. Hodsaifahus, cuius interiora femora in equitando summo calore laesa erant, ut balneo membra refrigerarentur, cum sociis in puteum, qui apud locum Alhabah erat, descenderat. Kaisus eorum statum divinans cum sociis advenit. Isto die Hodsaifahus, Malicus ben-Badr, Alharitsus ben-Auhf ben-Badr, et Hamlus ben Badr occisi sunt. In Hodsaifaho autem ut exemplum statuerent, eius testiculos amputatos ei in os ingesserunt, eius autem linguam in podicem indiderunt. Gens autem Ghathfan caedem Hodsaifahi aegre ferens omnibus copiis collectis Ahbsitas invadere statuit. Gens Ahbs videns, se tantis copiis resistere non posse, in regionem Iemamah migrandi consilium cepit, ibi enim habebat avunculos gentem Ahblah, quae filia Alduli filii Honaifahae, matris Rewahahi erat. Venerunt igitur ad Ketadahum ben-Maslamah. Ibi quum parvum temporis spatium commorata esset gens, ob verba, quae Kaisus praesente Ketadaho de cranio protulisset, Ketadahus timorem concipiens, eam abire iussit. Castra igitur moventes in regionem Hodjr ad gentem Banu-Sahd ben-Said Menat ben-Tamim profecti sunt. Sed gens Banu-Sahd Aldjaunum regem Hodjri spe praedae, ut gentem Ahbs inopinato impetu cum copiis suis opprimeret, excitavit. Quam rem quum rex se peracturum esse promisisset, quidam ex Sahditis cognatam, quae viro ex Ahbsitis nupta erat, de re certiorem fecit, et haec Kaisum monuit. Kaisus initio noctis, ut feminae gentis et robustiora pecora, relictis ignibus inter viliora impedimenta, proficiscerentur, imperavit. Equites autem ad locum Alfaruk appellatum, qui

spatio dimidii diei a loco Suk-Hodjir remotus erat, disposuit, ut persequentes regis copias et Sahditas pugnâ retinerent. Pugnabatur, donec feminae Âhbsitarum itinere longo abiissent. Sic e periculo liberati ad gentem Banu-Dhabbah pervenerunt. Contenderunt autem, Malicum ben-Becr ben-Sahd et Ahbsum duos esse fratres ex eadem matre natos. Gens autem Banu-Dhabbah, quae antea quam congregata erat, a gente Tamim semper adfligebatur, cum Ahbsitis incursionem in regionem gentis Banu-Hentselah fecit. Inde quum vir gentis Ahbs feminam ad gentem Banu-Hentselah pertinentem secum abduceret, vir quidam e gente Dhabbah, illam feminam solis ardore summopere adflictam, ut linguam exereret videns, Ahbsitam, ut eam leniter tractaret, rogavit. Ahbsita autem interrogans alterum, num misericordia eius adfectus esset, quum alter Certe! respondisset, cuspidem lanceae in eius anum direxit, ut mulier gentem Banu-Hentselah in auxilium vocaret. Dhabbita autem hanc ob rem Ahbsitam occidit. Quae res in causa erat, cur et inde abirent in Syriam profecturi. Sed a gente Banu-Ahmir legatis missis ad foedus cum ipsis faciendum invitabantur. Foedus igitur cum Moahwijjaho ben-Schecl pepigerunt. Sed versibus satyricis Ahbd-Allahi ben-Hammam poetae gentis Banu-Ahbd-Allah ben-Ghathfan, secundum alios Alnabeghahi Dsobjanitae commoti et inde abierunt et ad gentem Banu-Djahfar ben-Cilab pervenerunt. Cum his degebant usque ad diem pugnae a loco Aldjebelah appellatae. Causa separationis haec erat: Vir quidam e gente Banu-Ahbs occiderat Ebn-Aldjaunum, quem Auhfus ben-Alahwaz libertate donaverat. Hanc ob caedem iratus Auhfus gentem Banu-Djahfar, ut Ahbsitas opprimeret, incitabat. Quod audientes Ahbsitae cum Rabiaho ben-Korth uno e gente Banu-Abi-Becr ben-Cilab foedus fecerunt.

Tempore autem, quo Ahbsitae apud gentem Banu-Ahmir degebant, Dsobjanitae in illam gentem die Schahwah (شعواء) appellato alioque die incursionem fecerant. Isto die Thalhahus ben-Sinan Kirwaschum ben-Honajj captivum fecit. Interrogatus, quis esset, se Tsaurum ben-Ahzim

Albaccai esse dixit, sed mulier e gente Ahbs oriunda, quae advenientem Kirwaschum cognovisset, marito suo rem patefecit. Maritus Choraimum ben-Sinan fratrem Thalhahi certiorem fecit. Kirwaschus se a muliere e gente Ahbs oriunda cognitum esse audiens dixit: رب شر حملته عبسية „Saepe mulier ad gentem Ahbs pertinens malum tulit", quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Kirwaschus autem Hizno traditus occidebatur. Degebant autem Ahbsitae cum gente Banu-Ahmir usque ad tempus, quo gens Banu-Ahmir in gentem Banu-Dsobjan incursionem fecit. Isto enim tempore frater Hanbadhi Dhabbabitae a viro Dsobjanita captivus factus erat. Hic tempore nundinarum Ohcatsi Iudaeo oenopolae, uni ex incolis Taimaae in custodiam traditus erat Iudaeus domum revertens captivum, quem inter uxores suas invenerat, castravit, quae res mortis causa erat. Rem audiens Hinbizus gentem Banu-Ahbs adiit, dicens, gentem Ghathfan fratrem suum occidisse, se igitur ab Ahbsitis caedis mulctam petere. Kaisus respondit: Manus mea cum manu vestra est contra gentem Ghathfan, sed Iudaeus captivum cum uxore sua invenit· Hinbizus autem dixit: Et si ventus eum occidisset, profecto! vobis mulcta danda esset. Haec audiens Kaisus dixit gentî suae: Date mulctam et ad gentem vestram ite, nam mors inter gentem Ghathfan melior est, quam vita inter gentem Banu-Ahmir. Tandem utraque pars continuis proeliis fatigata ad pacem propensa erat. In loco Kathan (قطن) duo filii Bagidhi Ahbs et Dsobjan pacis componendae causa convenerunt. Ibi quum Hozainus ben-Dhamdham patris necem ulturus, ut iuramento suo satisfaceret, Baihanum occidisset, non multum aberat, quin tota res irrita fieret; Ahbsitae enim dixerunt, se non esse pacem facturos, quamdiu mare lanam irrigaret. Sed tandem, postquam Charidjahus ben-Sinan filium suum ad fratrem occisi duxerat et ducentos camelos[1] pro filio occiso ei solvere promiserat,

1) Centum solvebat; diminuebat dimidio pretium religio Islamitica.

pax, cui componendae praepositi erant Auhfus et Mahkalus filii Sohaihi ben-Ahmru e gente Thahlebah, composita est.

٩٧ قَدْ وَنَى طَرَفَاهُ

97. Iam debiles sunt eius duae extremitates.

Vocabulo الطرفان duae extremitates penem et linguam aut os et anum designant. Verbis hisce debilem, rei perficiendae imparem designant. Cecinit poeta Alnedjaschi appellatus:

وَإِنَّ فُلَانًا وَالْإِمَارَةَ كَالَّذِى وَنَى طَرَفَاهُ بَعْدَ مَا كَانَ أَجْدَعَا

„Quidam et principatus ei similes sunt, cuius duae extremitates debiles sunt, postquam mutilatae erant“

Metrum versus Thawil est. c. l. m. p. 162.

٩٨ قُدَّتْ سُيُورُهُ مِنْ أَدِيمِكَ

98. Resecta sunt eius lora ex corio tuo.

Dixit Abu-l'Haitsamus, lora, quae ex coriis duobus resecta sunt, inter se differunt, ex uno corio resecta diversa esse non possunt. Dixit poeta:

وَقُدَّتْ مِنْ أَدِيمِهِمِ سُيُورِى

„Et resecta sunt ex corio eorum mea lora“.

Hemistichium metri Wafir est. p. 204. Proverbium de duabus rebus aequalibus adhibetur.

٩٩ أَقَرَّ صَامِتٌ

99. Confessus est tacens.

De eo dicitur, qui interrogatus tacet, is enim tacendo

rem confirmare videtur. Simili ratione dicitur: سكوتها رضاها „Silentium eius (feminae) est eius consensus“.

١٠٠ اَلْقُرُّ فِي بُطُونِ ٱلْإِبِلِ

100. Frigus in ventribus camelorum est.

Dicunt القرّ frigus esse, pro ذهاب القرّ abitus frigoris, quia veris tempore, quo camelae parere solent, simul cum partu frigus abit.

١٠١ قَرِيحَةٌ يَصْدَى بِهَا ٱلْمُقْتَرِحُ

101. Puteus recens fossus, ad quem fodiens sitit.

Vocabulo قريحة puteus recens, in quo aqua apparet significatur. In eum dicitur, qui in colligendis opibus se fatigans earum fructum non percipit.

١٠٢ قُرُونُ بُدْنٍ مَا لَهَا عِقَآءٌ

102. Cornua ibicum annosorum, quibus cuspides non sunt.

١٠٣ قَدْ ضَاقَ عَنْ شَحْمَتِهِ ٱلصِّفَاقُ

103. Iam peritonaeum eius nimis angustum est, quam ut adipem eius capiat.

De eo dicitur, qui tantas divitias habet, ut eas bene tenere et tueri non possit; nec non eum proverbium significat, qui arcana occultare non potest.

١٠٤ قَمْقَامَةٌ حَكَّتْ بِجَنْبِ ٱلْبَازِلِ

104. Parvus ricinus scabit latus cameli nonum annum agentis (i. e robusti).

In debilem, vilem dicitur, qui fortem, potentem laedit.

١٠٥ أَقْرَفُ عَيْنًا وَٱلنِّجَارُ مُذْهَبُ

105. Ignobili stirpe patris est quoad substantiam, dum radix (seu origo) deaurata est.

Verbo اقرف equum aut hominem genere ignobili, sc. ex patre vili, licet mater Arabicae originis esset, natum esse significant. In eum dicitur, qui generosa stirpe oriundus verbis et factis turpem se esse ostendit.

١٠٦ قَرْمٌ مُعَرَّى ٱلْجَنْبِ مِنْ سِدَادِ

106. Admissarius nobilis, cuius latera libera sunt a funibus contortis.

Vocabulum قرم admissarium nobilem, qui geniturae causa comparatus est, significat. Huius latera et dorsum ab ulceribus libera sunt, ut funes contorti, quibus ulcera sanandi causa obturantur, non opus sint. Proverbium virum generosum vitiorum expertem designat.

١٠٧ ٱلْأَقْوَسُ ٱلْأَحْبَى مِنْ وَرَائِكَ

107. Incurvum dorsum habens, per terram prorepens pone te est.

Proverbium hoc a venatore, qui dorso incurvo per terram prorepens ferae insidiatur, derivatum esse videtur. Dicitur in virum, qui rem tractat, quae mala ei minatur Ut caveat proverbii verbis monetur.

١٠٨ قَدْ جَانَبَ ٱلرَّوْضَ وَأَهْوَى لِلتَّجَوُّلِ

108. Iam evitavit pratum, et ad loca lapidosa tetendit.

In eum dicitur, qui bonum relinquens malum eligit. Similis ratio proverbio est: تجنب روضة واحال يعدو „Evitavit pratum et currens advenit" conf. III, 10. 35.

١٠٩ أَقِيلُوا ذَوِى ٱلْهَيْئَاتِ عَثَرَاتِهِمْ

109. Remittite virtute praeditis leviora peccata!

Loco verborum ذوى الهيات praediti formis, qui virtute praediti esse dicuntur, legitur ذوى الهنات possessores rerum parvarum i. e. ii, quorum peccata aut pauca aut leviora sunt.

١١٠ اِسْتَقْدَمَتْ رِحَالَتُكَ

110. Praecessit sella tua.

Vocabulo رحالة sella corio confecta ligno carens, qua in celeri cursu utuntur, significatur. Proverbium in hominem dicitur, qui socio malum inferre festinat. Conf. Dj. s. قدم. Samachscharius dixit, proverbium ab eo desumtum esse, quod sella non bene ligata vacillaret et praecederet, et adhiberi de eo, qui terminum suum transgrederetur. In Scharaf-Aldini opere استقدمت رحالته legitur. Idem dixit, proverbium adhiberi de viro, qui alterum contumeliis et pravo sermone laedere properet. Comparari viri sermonem cum sella non bene ligata, qua dorsum vulneraretur. Legitur quoque استقدمت راحلته „Praecessit eius iumentum".

١١١ قَدْ تُؤْذِينِى ٱلنَّارُ فَكَيْفَ أَصْلَى بِهَا

111. Iam ignis mihi nocet; et quomodo eius fervorem sustineo.

Proverbium significat, rem nobis ingratam esse, ut eam videre aut tolerare nolimus.

١١٢ قَالَتِ ٱلنَّغِلَةُ لَا أَكُونُ وَحْدِى

112. Dixit corruptio corii in depsendo: Non sum sola.

Proverbium in scholiis sic explicatum est: النغل فساد الاديم واصله ان الضائنة ينتف صوفها وهى حية فاذا دبغوا جلدها لم يصلحه الدباغ لانه قد نغل ما حواليه يضرب للرجل يقال فيه خصلة سوء اى لا تنفرد هذه الخصلة بل تقترن بها خصال اخر „Vocabulum نغل significat corruptionem pellis. Huiusce proverbii origo est, quod ovibus, dum vivae sunt, lana evellitur, nam, quum corium concinnatur, coriarius lanam, partibus circumstantibus corruptis, aptare non potest. De viro adhibetur, in quo indoles prava est. I. e. Ista indoles sola non est, sed cum ea indoles aliae coniunctae sunt“.

١١٣ قَدْ بَلَغَ ٱلشِّظَاظُ ٱلْوَرِكَيْنِ

113. Iam pervenit lignum parvum per ansas traiectum ad coxas.

Vocabulo شظاظ lignum parvum designatur, quod per duorum saccorum ansas traiicitur, ut eo nexi sint in iumenti dorso. Adhibetur igitur proverbium in re, quae ultra fines suos transgressa est. conf. C. II. 9. V, 50.

١١٤ قَدْ أَوْضَعْتَ مُنْذُ سَاعَةٍ

114. Iam ad celerem gressum incitasti inde a momento.

De eo dicitur, qui dum rem perficere differebat, non amplius in perficiendo cunctatus est.

١١٥ قَدْ تَخْرُجُ ٱلْخَمْرُ مِنَ ٱلضَّنِينِ

115. Iam prodit vinum ex cado.

Interdum ex avaro donum elicitur.

١١٦ قَدْ يُمْكِنُ ٱلْمُهْرُ بَعْدَ مَا رَمَحَ

116. Iam subigitur equuleus, postquam calcitravit.

De eo dicitur, qui obedit, postquam refractarius fuerat.

١١٧ قُصَارَى ٱلْمُتَمَنِّي ٱلْخَيْبَةُ

117. Extremum optantis est frustratio.

In eum dicitur, qui absurdam et impossibilem rem optat.

١١٨ قَرِينُكَ سَهْمُكَ يُخْطِئُ وَيُصِيبُ

118. Socius tuus est sagitta tua, quae scopum modo non ferit, modo ferit.

Proverbium nos monet, ut amicis non nihil concedamus, siquidem sagittis nostris similes sint.

١١٩ أَقْبِحْ هَزِيلَيْنِ ٱلْفَرَسَ وَٱلْمَرْأَةَ

119. Turpis esse puta duos emaciatos, equum et mulierem!

Narrant Ahmruum ben-Allaits copias, quibus stipendia distribuerentur, lustrasse. Videns equitem equum emaciatum habentem dixit: Hi pecuniam meam accipientes po-

dices uxorum suarum pinguefaciunt. Eques quidam autem dixit: Si princeps uxoris meae podicem vidisset, profecto! podicem iumenti mei pinguem esse putasset. Tum ridens princeps donum ei dari iussit dicens: Eo pinguefac equum et uxorem! Hoc in loco codex L. proverbium 20 inseruit; sed neque hoc neque antecedens suo loco est.

Forma comparativi.

---

١٢٠ أَقْصَفُ مِنْ بَرْوَقَةٍ

120. Debilior, quam planta Barwakah appellata.

Nomen plantae debilis est, cuius rami facillime franguntur. Scharaf-Aldinus et Samachscharius, nec non codex Lugdun. habent من بروقة. Dixit poeta Djerir:

كَأَنَّ سُيُوفَ ٱلتَّيْمِ عِيدَانُ بَرْوَقٍ إِذَا نُضِيَتْ عَنْهَا لِحَرْبٍ جُفُونُهَا

„Quasi gladii gentis Altaim sunt ligna Barwaka, quando ad bellum e vaginis extrahuntur.“

Metrum versus Thawil est. c. l. m. p. 162. conf. prov. اضعف من بروقة

١٢١ أَقْوَدُ مِنْ ظُلْمَةَ

121. Magis lenocinium exercens, quam Thsilmah.

Mulier ista ad gentem Hodsail pertinebat. conf. Kam.

١٢٢ أَقْوَى مِنْ نَمْلَةٍ

122. Robustior, quam formica.

Sic dicitur, quia formica pro corporis parvâ staturâ magna onera portat.

١٢٣ أَقْصَرُ مِنْ غِبِّ ٱلْحِمَارِ وَأَقْصَرُ مِنْ ظَاهِرَةِ ٱلْفَرَسِ

123. Brevior, quam adaquatio asini alternis diebus; brevior, quam adaquatio equi quovis die.

Dicitur quoque: „اقصر من ظماء الحمار Brevior, quam sitis asini“. Asinus sitim diutius ferre non potest, quam uno die praetermisso; equo autem quovis die potus praebendus est. Hisce autem diversis nominibus diversi gradus sitis et potus praebendi appellantur. Quovis die si potus praebetur ظاهرة, alternis diebus (seu tertio die) غب, quarto die ربع, tum خمس, tum سدس, tum سبع, tum ثمن, tum تسع, denique decimo die عشر appellatur. Arabes autem, die quinto si potus praebendus camelis est, hanc sitim اشام الاظماء „infelicissimam sitim“ appellarunt, quod aestatis tempore per maius temporis spatium sitis a camelis ferri non potest.

١٢٤ أَقْضَى مِنَ ٱلدِّرْهَمِ

124. Negotium melius perficiens, quam drachma.

In meo codice درهم, in Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus الدرهم legitur et sic in codice B. et L. Hoc proverbium ex poetae versu desumtum esse dicunt:

لَمْ يَبْرِذُوا لِحَاجَةٍ فِى حَاجَةٍ أَقْضَى مِنَ ٱلدِّرْهَمِ فِى كَفِّهِ

„Non cunctati sunt ob rem necessariam in re necessaria magis negotium perficientes, quam drachma in eius manu"
Versus metrum Redjes est. c. l. m. p: 230.

١٢٥ أَقْطَعُ مِنْ جَلَمٍ وَأَقَدُّ مِنْ شَفْرَةٍ

125. Magis amputans, quam falcula; magis secans, quam scalprum sutorium.

Et illud prius proverbium ex versu poetae derivatum esse censent:

أَقَدُّ لِنُعْمَاكَ مِنْ شَفْرَةٍ وَأَقْطَعُ فِى كُفْرِهَا مِنْ جَلَمْ

„Gratiam tuam magis dissecans, quam scalprum sutorium et in ingratitudine sua magis secans, quam falcula.
Metrum versus Motakarib est. c. l. m. p. 281.

١٢٦ أَقْوَدُ مِنْ مُهْرٍ

126. Ductilior, quam equuleus.

Comparativi forma اقود a significatione passiva derivanda est. Proverbium autem inde ortum esse dicitur, quod equuleus, quum ducitur, praecurrit. Scharaf-Aldinus autem dixit, proverbii sensum esse: „Difficilior ductu, quam equuleus".

١٢٧ أَقْوَدُ مِنْ ظُلْمَةٍ

127. Melior leno, quam tenebrae.

Sic dictum est, quia tenebrae omnes res occultant. Arabes dicere solent: لقيته حتى وارى الظلام كل شخص ولقيته حتى يقول اخوك ام الذئب „Ei occurri ea conditione, ut omnes personas tenebrae occultarent et ei occurri, ut diceret: Num frater tuus (est) an lupus? Conf. prov. 121.

١٢٨ أَقْوَدُ مِنْ لَيْلٍ

128. Melior leno, quam nox.

Hoc ex poetae versu derivatum est:

لَا تَلْقَ إِلَّا بِلَيْلٍ مَنْ تُوَاصِلُهُ فَٱلشَّمْسُ نَمَّامَةٌ وَٱللَّيْلُ قَوَّادُ

„Ne obviam veni nisi noctu ei, quocum te coniungere cupis, nam sol delator est, at nox bonus leo"

Metrum versus Basith est. conf. l. m. p. 190.

١٢٩ أَقْذَرُ مِنْ مِعْبَاةٍ

129. Spurcior, quam pannus, quo mulier menstruum sanguinem excipit.

Conf. Cap. XXVII, 127.

١٣٠ أَقْفَطُ مِنْ تَيْسِ ٱلْبَيَّاعِ

130 Saepius insiliens coitus ergo, quam hircus Albajjahi.

Conf. Cap. III, 153.

١٣١ أَقْفَطُ مِنْ تَيْسِ بَنِى حِمَّانَ

131. Saepius insiliens coitus ergo, quam hircus gentis Banu-Himman.

Conf. prov. اغلم من تيس بنى حمان C. XIX, 54.

١٣٢ أَقْرَشُ مِنَ ٱلْمُجَبِّرِينَ

132. Plus lucrantes (mercaturam exercentes), quam fracturas ossium reparantes.

Qui cognomen المجبرون Fracturas ossium reparantes ducebant, Abu-Ohbaidahus, quatuor viros fuisse dixit: nempe filios Ahbd-Menafi ben-Kozajj, Haschimum, Ahbd-Schamsum, Naufelum et Almothallebum, per quos, quotiescunque Koraischaitis stella occidit, Deus eorum fracturam reparavit. Hac autem de causa illud cognomen acceperunt. Saepius enim quum reges adirent, ab his clientelâ pro Koraischitis donabantur. Haschimus a regibus Syriae donatus est, ut in Syriam et confinia Graeciae proficisci possent, Ahbd-Schemsus ab Abyssiniae rege clientelâ donatus est, ut in Abyssiniam iter facerent, Naufelus autem a rege Persarum, ut in Persidem et Iracam migrarent, denique Almothallebus a regibus Himjaritarum, ut in Arabiam felicem se conferrent.

١٣٣ أَقْرَى مِنْ زَادِ ٱلرَّكْبِ

133. Saepius hospitio excipiens, quam viri cognominati commeatus iter facientium.

Ebn-Alahrabius contendit, hoc Koraischitis proprium proverbium fuisse. Tres inter Koraischitas viri, Mosafir ben-Abu-Ahmru ben-Omajjah, Abu-Omajjah ben-Almoghirah et Alaswad ben-Almothalleb ben-Asad ben-Ahbd-Alussa illud cognomen acceperunt, quod, illis simul cum aliis iter facientibus, aliorum nemo commeatum secum portabat.

١٣٤ أَقْرَى مِنْ حَاسِي ٱلذَّهَبِ

134. Saepius hospitio excipiens, quam aurum sorbens.

Aurum sorbens cognomen erat viri Koraischitae Ahbd-Allahi ben-Djadahn Taimitae. Cognomen autem illud accepisse dicitur, quod poculis aureis uteretur.

١٣٥ أَقْرَى مِنْ غَيْثِ ٱلضَّرِيكِ

135. Saepius hospitio excipiens, qnam vir cognominatus pluvia pauperis.

Proverbium hoc genti Rabiah proprium erat. Cognomen autem illud gerebat Ketadahus ben-Maslamah Hanifita.

١٣٦ أَقْرَى مِنْ مَطَاعِيمِ ٱلرِّيحِ

136. Saepius hospitio excipiens, quam viri, qui vento flante homines cibabant.

Viros, qui cognomen مطاعيم الريح „Vento flante cibantes“ gerebant, quatuor fuisse, quorum unus patruus Abu-Mihdjani Altsakafita esset. Ebn-Alahrabius dixit. Abul'Neda autem dixit: Isti viri erant Cenanahus ben-Ahbd-Ialil Tsakefita, patruus Ebn-Mihdjani et Lebidus ben-Rabiah eiusque pater. Quando ventus Eurus (صبا) flabat, quo tempore pabuli inopia magna esse solebat. viri isti cibare homines solebant.

١٣٧ أَقْرَى مِنْ أَرْمَاقِ ٱلْمُقْوِينَ

137. Saepius hospitio excipiens. quam viri, qui extremi vitae spiritus pauperum cognominabantur.

Abu-l'Iakthsanus dixit, tres illos viros fuisse Caahbum. Hatemum et Haremum.

١٣٨ أَقْرَى مِنْ آكِلِ ٱلْخُبْزِ

138 Saepius hospitio excipiens, quam vir panem edens cognominatus.

Proverbium genti Tamim proprium erat. Ahbd-Allahus ben-Habib Ahnbarita illud cognomen gerebat. Unus e gente Banu-Samrah suo tempore gentis Banu-l'Ahnbar principatum tenebat. Ista gens glorians dicere solebat: E nostrorum numero est panem edens et is, qui aves in tutelam recepit i. e. Tsaurus ben-Schahmah Ahnbarita. Dactylos non amans illud cognomen accepit.

١٣٩ أَقَلُّ مِنْ وَاحِدٍ وَمِنْ أَوْحَدَ وَمِنْ تِبْنَةٍ فِي لِبْنَةٍ وَمِنْ لَا شَيْءَ فِي ٱلْعَدَدِ وَفِي ٱللَّفْظِ مِنْ لَا

139. Paucior quam unus; quam unicus; quam particula straminis in latere; quam nihil in numero; et quam non in verbo.

١٤٠ أَقْصَرُ مِنْ حَبَّةٍ وَمِنْ أُنْمُلَةٍ وَمِنْ فِتْرِ ٱلضَّبِّ وَمِنْ إِبْهَامِ ٱلضَّبِّ وَمِنْ إِبْهَامِ ٱلْحُبَارَى وَمِنْ إِبْهَامِ ٱلْقَطَاةِ وَمِنْ زُبِّ نَمْلَةٍ

140. Brevior, quam granum unum; quam extremitas digiti pulposa; quam intervallum inter lacertae ungulas; quam pollex lacertae;

quam pollex avis Katha; quam membrum virile formicae.

١٤١ أَقْطَفُ مِنْ نَمْلَةٍ وَمِنْ ذَرَّةٍ وَمِنْ قَرِيحِ ٱلذَّرَّةِ
وَمِنْ حَلَمَةٍ وَمِنْ أَرْنَبٍ

141. Magis scabens (carpens), quam formica; quam parva formica; quam parvus fetus formicae parvae; quam parvus ricinus; quam lepus.

Dubito, num voci اقطف in omnibus proverbiis eadem significatio tribuenda sit. In lepore esse potest: „propinquiore gressu incedens", quemadmodum Scharaf-Aldinus vocem explicat. Leporem, quum pedes anteriores breves habeat, celeriter adscendere dicit, ut eam fugientem nonnisi canes anterioribus pedibus brevibus, id quod laudi in canibus habetur, cursu assequantur. In caeteris autem proverbiis scabendi significatio magis convenire videtur, siquidem اقطع من الحلم „Magis amputans, quam parvus ricinus" dicatur.

١٤٢ أَقْبَحُ أَثَرًا مِنَ ٱلْحَدَثَانِ وَمِنْ قَوْلٍ بِلَا فِعْلٍ
وَمِنْ مَنٍّ عَلَى نَيْلٍ وَمِنْ تِيهٍ بِلَا فَضْلٍ وَمِنْ
زَوَالِ ٱلنِّعْمَةِ وَمِنَ ٱلْغُولِ وَمِنَ ٱلسِّحْرِ وَمِنْ
خِنْزِيرٍ وَمِنْ قِرْدٍ

142. Foedior (turpior) vestigio, quam excrementa alvi[1]); quam verbum sine facto; quam exprobratio beneficii; quam superbia sine excellentia; quam finis opulentiae; quam daemon; quam praestigiae; quam sus; quam simia.

١٤٣ أَقْسَى مِنْ صَخْرَةٍ وَمِنَ ٱلْحَجَرِ

143. Durior quam petra; quam lapis.

١٤٤ أَقْرَبُ مِنَ ٱلْبَعْثِ وَمِنْ حَبْلِ ٱلْوَرِيدِ وَمِنْ عَصَا ٱلْأَعْرَجِ

144. Propinquior, quam resurrectio[2]); quam arteria colli; quam baculus claudi

Sic dicitur, quia claudus baculum non deponit aut abiicit.

١٤٥ أَقْطَعُ مِنَ ٱلْبَيْنِ

145. Magis resecans, quam separatio.

١٤٦ أَقْصَدُ مِنَ ٱلْيَدِ إِلَى ٱلْفَمِ

146. Magis directus, quam manus ad os.

١٤٧ أَقْتَلُ مِنَ ٱلسُّمِّ

---

1) Haec mihi voci الحدثان videtur significatio tribuenda.

2) Legitur quoque من البغت „quam res inopinata."

147. Magis necans, quam venenum.

١٤٨ أَقفَرُ مِنْ أَبرَقِ ٱلحَزَّافِ وَمِنْ بَرِّيَةِ خُسَافٍ

148. Vastior, quam Abrako-l'Ahssaf; quam desertum Chosafi.

Scharaf-Aldinus dixit, Abrako-l'Assaf nomen arenae esse in ditione gentis Asad, Sarwado propinquae, a daemonibus habitatae. Kamusi autem auctor, nomen aquae esse dixit in regione gentis Asad. Esse in via inter Hammanat-l'Darradj et Bathn-Alnachl, a quo loco ad locum Altharf et inde Medinam via ducat. Aquam illam isto in deserto vasto sitam esse necesse est. Chosaf nomen deserti in Syria inter Sawadjir et Bales longitudine sex parasangarum esse, Abu-l'Neda tradidit. Auctor Kamusi dicit, desertum esse inter Syriam et Hidjasi provinciam.

١٤٩ أَقدَمُ مِنَ ٱلبُرِّ

149. Antiquior, quam triticum.

Triticum primum semen, quod terrae traderetur, fuisse putant. Scharaf-Aldin.

١٥٠ أَقبَحُ مِنْ جَهمَةٍ قَفِرَةٍ

150. Foedior, quam mulier austerum vultum habens et emaciata.

Proverbia recentiora.

١٥١ قُلِ ٱلنَّادِرَةَ وَلَوْ عَلَى ٱلْوَالِدَةِ

151. Dic rem singularem et si esset contra matrem.

١٥٢ قَيِّدُوا ٱلْعِلْمَ بِٱلْكِتَابَةِ

152. Vincite scientiam scripturâ!

١٥٣ قَيِّدُوا نِعَمَ ٱللّٰهِ تَعَالَى بِٱلشُّكْرِ

153. Vincite beneficia Dei optimi maximi gratiis!

١٥٤ قَبْلَ ٱلسَّحَابِ أَصَابَنِي ٱلْوَكْفُ

154. Ante nubem stillicidium me adfecit.

١٥٥ قَبْرُ ٱلْعَاقِّ خَيْرٌ مِنْهُ

155. Sepulcrum inobsequentis erga parentes melior ipso est.

١٥٦ قَدْ يَخْرُجُ مِنْ ٱلصَّدَفَةِ غَيْرُ ٱلدُّرَّةِ

156. Iam prodit e concha alia res, quam unio.

قَدْ يُقْدِمُ ٱلْعَيْرُ مِنْ ذُعْرٍ عَلَى ٱلْأَسَدِ ١٥٧

157. Iam asinus terrore impulsus contra leonem procedit.

قَدْ يَهْزِلُ ٱلْمُهْرُ ٱلَّذِى هُوَ فَارِهٌ ١٥٨

158. Iam macer est equuleus, qui alacer est.

قَدْ خَلَعَ عِذَارَهُ وَرَكِبَ رَأْسَهُ ١٥٩

159. Iam exuit fraeni lorum genas cingens et vectus est capite suo.

In Djeuharii opere verbis خلع عذاره significatio „seducere studuit" tributa est; sed mihi potius „obedientiam exuit" significare videtur. Posterior proverbii pars significat: Suam voluntatem secutus est.

قَدْ عَبَرَ مُوسَى ٱلْبَحْرَ ١٦٠

160. Iam transiit Moses mare.

Hoc dicitur, si quis summas gratias persolvit; sed silentio praetereundum non est, in codice Berol. et Poc. legi اذا بلغ غاية السكر „si quis ad summam ebrietatem pervenit".

قَدْ جَعَلَ إِحْدَى أُذُنَيْهِ بُسْتَانًا وَٱلْأُخْرَى مَيْدَانًا ١٦١

161. Iam unam aurem suam hortum fecit, alterum campum (circum, Meidan).

De eo dicitur, qui adhortationes non admittit.

١٦٢ قَدْ تَعَوَّدَ خُبْزَ ٱلسُّفْرَةِ

162. Iam adsuefactus est pani commeatus itineris.

Experientia edoctus est.

١٦٣ قَدْ نَامَ مَعَ ٱلصُّوفِيَّة ونَامَ تَحْتَ حُصْرِ ٱلْجَامِعِ

وضَرَبَ بِٱلْجِرَابِ وَجْهَ ٱلْمِحْرَاب

163: Iam dormivit cum Sophis et dormivit sub storeis templi magni et percussit scorteo sacco faciem loci in templo Mihrab appellati.

Mihrab in templo locus est, ubi stat antistes et Meccam versus respiciens in precibus faciendis praeest. In codice Berol. legimus proverbium hocce praecedenti simile esse; sed fortasse tria proverbia sunt.

١٦٤ قَدْ صَارَ مِنْ سَقَطِ ٱلْجُنْدِ

164. Iam viliori parti supellectilis exercitus accensendus est.

In iuvenem imberbem, qui barbatus evasit, dicitur.

١٦٥ قَدْ جَعَلَ إِحْدَى يَدَيْهِ سَطْحًا وَمَلَأَ ٱلأُخْرَى

سَلْحًا

165. Iam fecit unam manum tectum et alteram merda implevit.

In impudicum dicitur.

١٦٦ قَدْ أَفْلَحَ ٱلسَّاكِتَ ٱلصُّمُوتُ

166, Iam prosperum fuit tacenti silentium.

١٦٧ قُلْ هُوَ ٱللّٰهُ أَحَدٌ شَرِيفَةٌ وَلَسْتَ مِنْ رِجَالِ آلِ يا سِينْ

167. Dic: Is Deus unicus, generosus est et tu non eris e numero virorum, qui in capite Corani يس inscripto describuntur.

In capite يس inscripto, tricesimo sexto, improbi et increduli descripti sunt. In codicibus Meidanii proverbium hoc vario modo scriptum legitur. Cod. Lugd. قل هو الله احد شريفة وليست من رجال يا سين; cod. Berol. قل هو الله احد شريفه ولست من رجاال ياسين cod. meus قل هو الله احد شريفة وليس من رجال ال يا سين cod. Pocock. قل هو الله احد شريفة وليس من رجال يس. Praetuli in voce لست codicem Berol., nam caeterorum aut ليس aut ليست legendi modum non intelligo. Vocabulum ياسين duae litterae يا et سين sunt, quibus vox يس composita est. شريفة loco vocis شريف positum esse puto.

١٦٨ قُطِعَتِ ٱلْقَافِلَةُ وَكَانَتْ خَيِّرَةً

168. Oppressa est a praedonibus iter facientium cohors, quae fuit optima.

١٦٩ قِلَّةُ ٱلْعِيَالِ أَحَدُ ٱلْيَسَارَيْنِ

169. Parvus numerus familiae est una opulentiarum duarum

Id est: Una opulantia in eo consistit, ut divitias habeat, altera, ut parvus sit familiae numerus.

١٧٠ قَدِّرْ ثُمَّ ٱقْطَعْ

170. Defini, tum amputa!

١٧١ قَدْ بَرِئَ فَسَنَّ

171. Iam convaluit, tum acuit.

Dubito, me ista verba recte vertisse. Fortasse voci سن eadem significatio, quam اسن „annosus fuit" tribuenda est; sed codices Berolinensis et Pocockianus habent قلم براسين „Calamus scriptorius biceps". Utrum rectum sit, dicere non ausus sim, quippe quum inter recentioris aevi proverbia in libris neque unum neque alterum reperiatur. De sufficiente proverbii verba dicuntur.

١٧٢ قَدِّمْ خَيْرَكَ ثُمَّ أَيْرَكَ

172. Praemitte bonum tuum, tum veretrum tuum!

١٧٣ قَدْ ضَلَّ مَنْ كَانَتِ ٱلْعُمْيَانُ تَهْدِيهِ

173. Iam erravit is, quem caeci ducebant.

I. e. in via, ubi non facile errari potest.

١٧٤ قَدْ تُبْلَى ٱلْمَلِيحَةُ بِٱلطَّلَاقِ

174. Pulchra interdum repudio adfligitur.

١٧٥ قَدْ يُتَّقَى ٱلسَّيْفُ وَهُوَ مُغْمَدٌ

175. Iam timetur gladius, etsi in vagina reconditus est.

١٧٦ قَدْ يَسْتَرِثُّ ٱلْجَفْنُ وَٱلسَّيْفُ قَاطِعٌ

176. Iam efficitur, ut vagina attrita sit, quum gladius secans est.

١٧٧ قَلَمُهُ لَا يَرْعَفُ إِلَّا بِٱلشَّرِّ

177. Calamus eius scriptorius nonnisi malum emittit.

Sic quoque Burchhardtius in libro: Arabic proverbs p. 158.

١٧٨ قَدِ ٱسْتَقْلَعَ ٱلْعُودُ فَٱقْلَعْهُ

178. Ligni evellendi tempus adest; id igitur evelle!

Vox استقلع significat: Optat ut evellatur, evellendi tempus adest.

١٧٩ أَلْقَصَّابُ لَا يَهُولُهُ كَثْرَةُ ٱلْغَنَمِ

179. Lanium ovium multitudo non terret.

In codice Berol. B. كثرة الاغنام legitur.

١٨٠ أَلْقَاصُّ لَا يُحِبُّ ٱلْقَاصَّ

180. Narrator non amat narratorem.

١٨١ أَلْقُلُوبُ تُجَازِي ٱلْقُلُوبَ

181. Animi animis retribuunt.

١٨٢ اَلْقَلْبُ طَلِيعَةُ ٱلْجَسَدِ

182. Animus est corporis excubias agens exercitus.

Id est: Animus corpus custodit, tanquam excubias agens exercitus.

١٨٣ اَلْقَلَمُ أَحَدُ ٱلْكَاتِبَيْنِ

183. Calamus est unus duorum scribarum.

١٨٤ اَلْفِتْنَةُ يَنْبُوعُ ٱلْأَحْزَانِ

184. Bellum civile fons tristitiae est.

Loco vocis الفتنة codex Lugd. القنية „res, quae acquiritur" habet.

١٨٥ اَلْقُبْحُ حَارِسُ ٱلْمَرْأَةِ

185. Turpitudo est custos mulieris.

١٨٦ اَلْإِقْدَامُ عَلَى ٱلْكِرَامِ مَنْدَمَةٌ

186. Audacia contra nobiles est res poenitentiae.

Loco vocis مندمة codex Berol. مذمة „res vituperio digna" habet.

١٨٧ اَلْقَوْمُ أَخْيَافٌ كَقَزَعِ ٱلْخَرِيفِ وَإِبِلِ ٱلصَّدَقَةِ

187. Gens diversi generis homines sunt, ut parvi cameli autumni et cameli decimarum.

Quemadmodum illi diversi sunt, sic gentes.

اِقْطَعْهَا مِنْ حَيْثُ رَكَّتْ ١٨٨

188. Amputa illam, ubi tenuis est!

Vulgus dicit رقت. Codex Pocock. habet اقلعها „Evelle eam".

قَدْ نَرَاكَ فَلَسْتَ بِشَيْءٍ ١٨٩

189. Iam te videmus et tu nihili es.

De falso gloriante dicitur.

Caput XXI.

Littera Caf.

١ كَانَ كُرَاعًا فَصَارَ ذِرَاعًا

1. Fuit pars tibiae tenuior et factum est brachium.

Vocabulum كراع partem tenuiorem tibiae in ovibus et bobus significat. Proverbium de eo dicitur, qui ex vili potens factus est. Narrant Abu-Musam Alaschahri hoc proverbio de quadam gente usum esse.

٢ كَانَ عَنْزًا فَٱسْتَتْيَسَ

2. Fuit capra et factus est hircus.

Idem est sensus, quam praecedenti. In Kamusi opere استتيست العنز „Capra hircus evenit" legitur.

٣ كَانَ حِمَارًا فَٱسْتَأْتَنَ

3. Fuit asinus et mutatus est in asinam.

Sensus est praecedentibus contrarius. Sic in Samachscharii libro. In Meidanii autem scholiis legitur: Hoc autem revera non fit; sed sensus est, eum fuisse robustum et petiisse, ut debilis esset vel debilem et petiisse, ut robustus esset. Verbi autem استاتن significatio est: „Petiit, ut asina esset“.

٤ كَانَ جُرْحًا فَبَرَأَ

4. Fuit vulnus et tum sanatum est.

Narrant, quendam amicum ipsi carissimum, quem morte amisisset, summa tristitia adfectum luxisse, tum vero a lugendo abstinuisse, ut alii mirantes, quaenam causa esset, eum interrogarent. Eum proverbii verba dicisse.

٥ كَانَتْ بَيْضَةَ ٱلدِّيكِ

5. Fuit ovum galli.

Rem semel tantum accidentem significat. Proverbium Baschscharus versui inseruit dicens:

قَدْ زُرْتِنِي زَوْرَةً فِي ٱلدَّهْرِ وَاحِدَةً ثَنِّي وَلَا تَجْعَلِيهَا بَيْضَةَ ٱلدِّيكِ

„Iam una vice per temporis longum spatium me visitasti. Repete et ne eam (visitationem) ovum galli fac!“

٦ كَانَتْ وَقْرَةً فِي حَجَرٍ

6. Fuit fissura in lapide.

Calamitas (nam supplendum est المصيبة calamitas) fuit fissura in petra. In virum dicitur, qui calamitatem fortiter fert, ut eius vestigia multa non remaneant.

٧ كَانَتْ لَقْوَةً لَاقَتْ قَبِيسًا

7. Fuit camela celeriter concipiens, quae admissario bono occurrit.

Vocabulum قبيس eum admissarium significat, qui statim camelas praegnantes reddit. Proverbium celerem fratrum consensum in amore spectat. Legitur صادفت eiusdem significationis loco vocis لاقت, qui legendi modus in Firuzabadii Djeuhariique opere reperitur conf. s. r. قبس et لقى.

٨ كَأَنَّمَا قُدَّ سَيْرُهُ ٱلْآنَ

8. Est ac si lorum eius nunc resectum esset.

Id est: Est ac si eius adolescentia hoc momento incepisset. De eo dicitur, cuius adolescentia per longum temporis spatium non mutatur.

٩ كَأَنَّمَا أُنْشِطَ مِنْ عِقَالٍ

9. Est ac si liberatus esset vinculo pedis et brachii.

انشوطة est nodus facile solvendus. Inde verbum انشط derivatur, cuius significatio est: Fecit talem nodum et tum solvit. Vocabulum autem عقال significat vinculum, quo pes cameli ad brachium adligatur. Proverbium a camelo desumtum, qui illo vinculo celeriter soluto libere abire potest, in virum translatum est, qui e periculo liberatus celeriter surgit. conf. Dj. s. نشط.

١٠ كُلُّ شَيْءٍ مَهَهٌ مَا خَلَا ٱلنِّسَآءَ وَذِكْرَهُنَّ

10. Omnis res levis est praeter uxores et earum mentionem.

Legitur مهه et مهاه, quae voces rem nullius momenti significant. Meidanius posteriorem vocem usus frequentioris esse observavit. Proverbii sensus est: Omnem rem perferre potest vir praeter mentionem, quae uxorum suarum fit. Meidanius in proverbio pulchri significationem quoque admittit. Kamusi auctor vani باطل significationem voci tribui posse contendit i. e. omnis res vana, futilis est, aut propositi قصد i. e. omnis res propositum est etc. Silentio praetereundum non est, in codice Lugdun. مهه et مهاه esse, in codice Berol. مهه et مهاه, ut uterque enunciandi modus ferri posse videatur.

كُلُّ ذَاتِ صِدَارٍ خَالَةٌ ‎ 11

11. Omnis mulier indusio curto tecta matertera est.

Proverbium hoc in zelotypum adhibetur, qui ob zelotypiam omnes feminas, quas videt, in numero materterarum suarum habet. Adscribitur autem proverbium Hammamo ben-Morrah Schaibanitae, qui in gentem Banu-Asad incursionem fecerat. Cuius quum mater Asaditicae originis esset, mulieres ei dixerunt: Num isto modo erga materteras tuas agis? At verbis istis respondit, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt. In codice Berolin. haec addita sunt verba: قلت ويجوز ان تكون الخالة بمعنى المختالة يقال رجل خال اى مختال يعنى كل امراة وجدت صدارا تلبسه اختالت „Dixi: Licet voci خالة significationem vocis مختالة tribuere. dicitur enim رجل خال, i. e. مختال „superbus“, ut proverbii sensus sit: Omnis mulier, quae indusium curtum invenit, quo se tegit, superba est“. Verba autem haec

a scriba cogitante de proverbio: كل ذات ذيل مختال (conf. prov. 23.) addita esse videntur.

١٢ كُلُّ ضَبٍّ عِنْدَهُ مِرْدَاتُهُ

12. Apud quamlibet lacertam lapis est, quo iacitur.

In tribus codicibus et in Samachscharii opere مرداته, in nostro solo مرداة legitur. Narrant lacertam non facile invenire posse latibulum suum, ut signi causa in propinquo latibuli lapis semper inveniatur. Proverbium autem monet nos, ne contra calamitates securi simus, quippe quum cuilibet infortunium accidere possit. De eo autem dicitur, qui periculis se exponit.

١٣ كُلُّ آمْرِئٍ سَيَعُودُ مُرَيًّا

13. Omnis vir tandem fiet vir parvus.

Quilibet vir tandem temporis malis adflictus debilitabitur.

١٤ كُلُّ ذَاتِ بَعْلٍ سَتَئِيمُ

14. Omnis mulier maritum habens tandem marito orbata erit.

Haec verba Actsamo ben-Zaifi adscribuntur. Dixit poeta (Amru-l'Kais. Confer. Samachsch.):

افاطِمَ إِنِّى هَالِكٌ فَتَبَيَّنِى وَلَا تَجْزَعِى كُلُّ آلنِّسَاء تَئِيمُ

„O Fathimah! ego periturus sum, sed intelligens (prudens) sis et ne tristitia adficiaris, nam omnis mulier marito orbata erit".

Metrum Thawil est. p. 163.

١٥ كُلُّ شَاةٍ بِرِجْلِهَا سَتُنَاطُ

15. Omnis ovis ad pedem suum suspendetur.

Id est: Omnis peccans ob crimen suum punietur. Alazmäihus dixit, sensum esse, non decere puniri alium, quam peccatorem. Abu-Ohbaidus dixit, proverbium hoc inter homines frequens esse. Samachscharius adnotavit, alibi تناط برجلها legi. Proverbium Waciho ben-Salamah Ajaditae, qui post Djorhomum templo Meccano praeerat, adscribit. Istum Wacihum in arcem, quem Meccae aedificasse narrant, adscendentem dixisse, se cum Deo colloquium habere. Rhythmice locutus divinavit. Morte appropinquante inter alia ista proverbii verba suis dixit. Conf. Abulf. Ann. T. II p. 540.

١٦ كُلُّ أَزَبَّ نَفُورٌ

16. Omnis camelus multis pilis sub mento praeditus fugax est.

Huiusce rei causa in eo cernitur, quod vento pilos eius movente ad cursum instigatur. Proverbium, quod in timidi vitio adhibetur, Sohairus ben-Djadsimah fratri suo Osaido, qui hirsutus et simul timidus esset, dixisse fertur, quod Osaidus timore perculsus, Chalidi ben-Djahfar ben-Cilab, qui cum sociis vindictam sumturus adveniret, fratri camelis suis picem illinenti adventum nuntiaret. Talis autem cameli Said-Alchailus in versu mentionem fecit dicens:

فَحَادَ عَنِ ٱلطِّعَانِ أَبُو أُثَالٍ كَمَا حَادَ ٱلْأَزَبُّ عَنِ ٱلظِّلَالِ

„Abu-Otsalus a confossione deflexit, quemadmodum hirsutus (camelus) ab umbris deflexit". Metrum est Wafir p. 204.

١٧ كُلُّ آمْرِئٍ سَيَرَى وَقْعَهُ

17. Cuiusvis viri iam cernetur casus.

Exspectandum esse ab hoste impetum, proverbium docet.

١٨ كَلَامٌ كَالْعَسَلِ وَفِعْلٌ كَالْأَسَلِ

18. Sermo similis est melli, factum simile spinae.

Proverbium, diversum esse sermonem et factum, significat.

١٩ كَمْ غُصَّةٍ سَوَّغْتُ رِيقَهَا عَنْكَ

19. Quoties, ut saliva, qua suffocabaris, leniter tibi per gulam descenderet, effeci!

In summo moerore et angore saliva in gutture vir suffocari potest. Proverbii igitur sensus est: Quoties moerorem tuum lenivi, ut adhibeatur in querelis viri de filiorum aut amicorum inobedientia et adverso animo.

٢٠ أَلْكَيُّ لَا يَنْفَعُ إِلَّا مُنْضِجُهُ

20. Ustio inutilis est, nisi sufficiens.

منضج proprie ea est, qua matura et bene cocta fit caro. Proverbium adhibetur, ut ostendatur, rem bene et firmiter agendam esse.

٢١ كَالْعَاطِفِ عَلَى ٱلْعَاضِّ

21. Similis est camelae propensae in mordentem pullum.

Camela in pullum propensa, etsi is papillas mordeat, tamen sugentem non repellit. Proverbium igitur in eum dicitur, qui ipsum non amanti et ipsi male facienti benefacit.

٢٢ كُنْتَ تَبْكِى مِنَ ٱلْأَثَرِ ٱلْعَافِى فَقَدْ لَاقَيْتَ أُخْدُودًا

22. Iam plorabas vestigium deletum (in cute), et iam incidisti in vibicem

In eum dicitur, qui, dum de re parva queritur, in magnum malum incidit.

٢٣ كُلُّ ذَاتِ ذَيْلٍ تَخْتَالُ

23. Omnis femina syrma trahens superba est.

Id est: Omnis dives superbus est.

٢٤ كُلُّ ٱمْرِئٍ فِى شَأْنِهِ سَاعٍ

24. Quilibet vir in suo negotio currit.

Id est: Quivis vir in suo negotio perficiendo diligentiam adhibet.

٢٥ كُلُّ ٱمْرِئٍ فِى بَيْتِهِ صَبِىٌّ

25. Quivis vir in domo sua puer est.

Id est: Verecundiam deponens ioco indulget. Adhibetur proverbium ad pulchrum cum hominibus versandi modum commendandum. In scholiis codicis mei et Lugd. sic legitur: قيل كان زيد بن ثابت من افكه الناس فى اعله كالصبى فاذا التمس ما عنده وجد رجلا .. Dixerunt, Saidum ben-Tsabet iocosissimum fuisse et puero similem inter gentem suam; sed si peteretur id, quod possideret, eum repertum esse virum". In codice Berolinensi sic legitur: قيل كان زيد بن ثابت من افكه الناس فى اهله وازمتهم اذا

جلس مع الناس وقال عمر رضى الله عنه ينبغى للرجل ان يكون فى اهله كالصبى فاذا التمس ما عنده وجد رجلا

„Dicunt, Saidum ben-Tsabet iocosissimum fuisse inter gentem suam et gravissimum, quando cum aliis sederet. Dixit Ohmarus, cui Deus faveat: Virum decet esse inter suos puero similem; sed si petitur, quod possidet, virum se ostendat". A Samachschario quoque ista verba Ohmaro tribuuntur. Ad metrum Sarih referri potest p. 246.

٢٦ كُلُّ فَتَاةٍ بِأَبِيهَا مُعْجَبَةٌ

26. Omnis puella patris sui admiratione plena est.

Proverbium, quod ad metrum Redjes referri potest (p. 231.), significat, virum gentis suae amore et admiratione impletum esse. A nonnullis verba haec Alahdjfahae filiae Ahlkamahi Sahditae adscribuntur, quae ista dixisse fertur, quum socia patrem suum laudaret. Ab aliis verba fatidicae tribuuntur. Quatuor puellae inter se dissentientes, qualis vir optimus esse debeat, ut litem dirimerent, fatidicam adierant. Cui quum quaelibet virum optimum sic descripsisset, ut patris descriptionem esse fatidica intelligeret, verba sequentia eam narrant dixisse: كل واحدة منكن بابيها معاجبة „Unaquaeque vestrum patris sui admiratione plena est". Paulo aliter Samachscharius rem retulit.

٢٧ كُلُّ مُجْرٍ فِي ٱلْخَلَاءِ يُسَرُّ

27. Omnis, qui in loco, ubi solus est, equum ad cursum adigit, laetatur.

Alter proverbii legendi modus est كل مجر بخلاء مجيد „Omnis, qui in loco, ubi solus est, equum ad cursum adigit, equum celerem habet". Narrant, virum equum suum, cui nomen الابيلق esset, in loco, ubi solus esset, ad cur-

sum adegisse et quotiescunque avis praetervolantem aut turbinem videret, equus sub iis ad cursum emisisse, ita ut eius celeritatem admiraretur. Qui autem equus quum in cursus certamine victus esset, possessorem eius ista verba dixisse. Tertius autem huiusve proverbii legendi modus est hic: كل مجر بالخلاء سابق „Omnis, qui in loco, ubi solus est, equum ad cursum mittit, praecedit (vincit)".

٢٨ كُلُّ فَضْلٍ مِنْ أَبِي كَعْبٍ دَرَكٌ

28. Omne beneficium ab Abu-Cahbo collatum lactis copia est.

Ei dicitur, qui a vili et avaro, quem donum rogaverat, parum accipiens queritur. Ista autem verba significant, eum, a quo petierit, vilem esse, ut si paucum dederit, hoc multum haberi debeat. Abu-Cahb muli cognomen est, quod in avarum et vilem translatum esse videtur. Ad metrum Raml proverbium referri potest (p. 237)

٢٩ كُلُّ كَلْبٍ بِبَابِهِ نَبَّاحٌ

29. Omnis canis ad portam suam latrat.

Idem sensus est, quam prov. 27.

٣٠ كُلُّ ٱلصَّيْدِ فِي جَوْفِ ٱلْفَرَاءِ

30. Omnis praeda in ventre onagri est.

Conf. Harir. ۴۰۰. Tres viri venatum exierant. Unus leporem, alter dorcadem, tertius onagrum ceperat. Duo priores sua praeda laetati contra tertium quum gloriati essent, ille proverbii verba dixit significaturus, suam optimam esse praedam, quippe quum onager omnium, quae capiantur, praeda maxima sit. De eo dicitur, qui sociis praestat, ut multorum loco sit. Proverbio hoc Mohammedem usum esse narrant.

٣١ كُلُّ نِجَارِ إِبِلٍ نِجَارُهَا

31. Omnis camelorum origo eorum origo est.

Vir quidam, qui incursione facta aliorum camelos rapere solebat, a pluribus raptos camelos vaenum quum exposuisset, interrogatus, cuiusnam originis essent, respondit:

يَسْأَلُنِى ٱلْبَاعَةُ أَيْنَ دَارُهَا لَا تَسْأَلُونِى وَٱسْأَلُوا مَا نَارُهَا

كُلُّ نِجَارِ إِبِلٍ نِجَارُهَا

„Emturi me rogant: Ubi eorum domus est? Ne me rogetis (hoc)! Rogetis, quale sit eorum signum inustum. Omnis camelorum origo eorum origo est“.

Metrum est Redjes p. 230 sqq. Samachscharius alios versus adnotavit. In eum dicitur, cuius naturae indoles diversae sunt. Kamusi auctor dixit, proverbium de eo dici, qui semper consilium mutet.

٣٢ كُلُّ ٱلْحِذَاءِ يَحْتَذِى ٱلْحَافِى ٱلْوَقِعْ

32. Omnem calceum induit nudipes attritas pedum plantas habens.

Hoc ex poetae versu originem duxit:

يَا لَيْتَ لِى نَعْلَيْنِ مِنْ جِلْدِ ٱلضَّبُعْ وَشُرُكًا مِنْ ثُفْرِهَا لَا تَنْقَطِعْ

كُلُّ ٱلْحِذَاءِ يَحْتَذِى ٱلْحَافِى ٱلْوَقِعْ

„O si mihi essent duae soleae ex cute hyaenae et corrigia e vulva eius, quae non abrumpuntur. Omnem enim calceum induit nudipes attritas pedum plantas habens“.

Proverbium autem significat, necessitatem nos cogere, ut rem, qua potiri possimus, arripiamus. Metr. Redjes p. 231.

٣٣ كُلِي طَعَامَ سَرِقٍ وَنَامِي

33. Ede (o femina) cibum furti et dormi!

Familia, quae camelum mactaverat, ancillae tantum carnis edendum dederat, ut satiata esset. Ista autem ancilla, quae avida et furto addicta esset, adipem, quam dominus lanceae cuspidi imposuerat, furata assandam prunis imposuit. Dominus odorem percipiens, quid esset, interrogavit. Ancilla respondit: „Res, quam adipem putat esse dominus, magni nervi in collo humor est“. Tum dominus ista proverbii verba protulit, quae de avido dicuntur, qui ob aviditatem in res turpes incidit. Dicitur quoque proverbium in suspectum.

٣٤ كُلُّ شَيْءٍ أَخْطَأَ الأَنْفَ جَلَلٌ

34. Omnis res, quae nasum non ferit, levis est.

Vir alterius, quem prostraverat, nasum amputare volebat, sed faciem vulnerans, rem perficere non poterat. Quod quum vir quidam narraret, isti proverbii verba dixit significaturus, rem esse levem et facilem censendam.

٣٥ كُلُّ جِدَّةٍ سَتَبْلِيهَا عِدَّةٌ

35. Omnem rem novam iam atteret numerus (dierum et noctium.)

Dies omnem statum mutant, ut res nova vetus fiat.

٣٦ كُلُّكُمْ لِيَحْتَلِبْ صَعُودًا

36. Omnis vestrum mulgeat camelam, quae abortum passa anni praeteriti pullum amat.

Hisce verbis adolescens, cui talis camela erat, erga alios, quibus non erat, gloriatus est. Samachscharius autem adnotavit, vocabulo صعود camelam significari, quae pullo suo mortuo in anni praeteriti pullum propensa sit, ut eo adducto largius lac emittat. Talis camelae lac optimum esse dicunt. Adhibetur igitur in eum, qui de re gloriatur. In Samachscharii opere فليحتلب legitur.

٣٧ كَبِرَ عَمْرٌو عَنِ ٱلطَّوْقِ

37. Ahmruus torqui nimis magnus est.

Proverbium hoc Djadsimaho Alabrasch adscribitur. Eius originem Almofadhdhalus sic narravit: Djadsimahus Hirae rex in servitium suum regum filios adhibebat. Inter regis ministros Ahdijjus ben-Nazr, pulchritudine insignis erat, ut a Rikascha regis sorore amaretur. Ea autem adolescenti, ut ab ebrio rege ipsam in matrimonium peteret, suasit. Id quum nocte quadam adolescens fecisset, et rex se consentire dixisset, postero mane pulchris vestibus ornatus adolescens ad regem venit, et ab eo interrogatus, quaenam ornatus causa esset, dixit, se Rikascham a rege in matrimonium accepisse. Rex autem dixit, non feci et manum in terra ponens caput et faciem suam percussit. Tum Rikascham sic allocuta est.:

حَدِّثِينِى وَأَنْتِ غَيْرُ كَذُوبٍ   أَبِحُرٍّ زَنَيْتِ أَمْ بِهَجِينِ

أَمْ بِعَبْدٍ وَأَنْتِ أَهْلٌ لِعَبْدٍ   أَمْ بِدُونٍ وَأَنْتِ أَهْلٌ لِدُونِ

„Dic mihi, et tu non mentiris, num cum nobili an cum ignobili scortata sis, aut cum homine inferioris ordinis et tu digna es homine inferioris ordinis“.

Metrum Chafif est. p. 262.

Respondit illa: Minime, tu me in matrimonium dedisti viro aequali, generoso, regio loco orto. Djadsimahus haec

audiens vultum in terram demisit. At Ahdijjus, quum tali modo se gerere regem videret, perculsus timore ad gentem suam fugit et ibi mortem occubuit. Rikascha autem filium peperit. A rege hic, Ahmruus appellatus, vehementi amore amabatur, ipsi enim filius non erat. Puer quum aetatis octavum annum attigisset, quodam die cum regis ministris tuberum terrae colligendorum causa exiit et dum reliqui optima quaeque edebant, ipse nullum edens omnia regi attulit dicens:

هٰذَا جَنَایَ وَخِیَارُهُ فِیهْ   اِذْ كُلُّ جَانٍ یَدُهُ اِلَى فِیهْ

„Haec est pars mea collecta et optima (tubera) in eo sunt, siquidem omnis colligens manum suam versus os direxit".

Metrum Sarih est. p. 245.

Quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Postea puer iste in campo errans diu frustra quaesitus est. Tandem Malicus et Ohkailus filii Faridji e gente Balkain, qui cum donis ad regem proficiscebantur, in quadam valle regionis Alsemawae[1] crines longos et ungues habentem eum invenerunt. Interrogatus, quisnam esset, respondit, se filium feminae Tanuchiticae esse. Viri eum negligentes, ancillam cibum adferre iusserunt. Quod quum puer audiret, dixit ancillae: Cibum mihi adfer! Fecit, sed quum postea potum peteret, dixit: لا تطعم العبد الكراع فيطمع في الذراع „Servo partem cruris edendam ne des, cupit enim habere brachium".[2]
Quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Viri puerum ad regem duxerunt, qui agnoscens eum amplexus et osculatus est. Viris rex dixit: Quod petitis, vobis concessum est. Ut regis compotores essent, rogarunt et istum locum per quadraginta annos usque ad mortem tene-

1) السماوة est locus inter Cufam et Syriam Kam.

2) الذراع est in anteriore parte super parte, quae كراع appellatur.

bant.[1] Puerum autem ad matrem misit rex. Haec balneo lavandum eum curravit, vestibus suis vestivit et torque ornavit. Rex torquem videns ista proverbii verba dixit, quae mihi significare videntur, statu mutato rem non amplius convenientem esse. In Samachscharii opere الطويق parva torques legi videtur. Idem quoque duplicem legendi modum adnotavit aut شب عمرو عن الطوق aut جل عمرو عن الطوق. Sensus non differt.

٣٨ كَالْفَاخِرَةِ بِحِدْجِ رَبَّتِهَا

38. Sicut illa, quae dominae suae sellam gloriatur

Chalilus dixit, vocabulum حدج rem significare, qua mulieres veherentur et a sella رحل, et a pilento هودج diversam. De eo proverbium dicitur, qui rem, in qua ipsi gloriandi causa non est, gloriatur. Proverbium hoc poetae saepius in usum suum converterunt. Sic Alachthalus:

أَجَرِيرُ إِنَّكَ وَٱلَّذِى تَسْمُو لَهُ كَأَسِيفَةٍ فَخَرَتْ بِحِدْجِ حَصَانِ

„O Djerire! Tu et is, per quem elatus es, similes estis servae, quae sellam nobilis feminae gloriatur":

Metrum Camil est conf. p. 216.

Et Althirimmahus:

كَفَخْرِ ٱلْإِمَاءِ ٱلرَّائِحَاتِ عَشِيَّةً بِرَغْمِ حُدُوجِ ٱلْحَىِّ لَمَّا ٱسْتَقَلَّتِ

„Quemadmodum servae vespera advenientes cum fastu gloriantur sellas tribus, quum ablatae sint".

Metrum Thawil est. p. 162.

---

1) Horum virorum consortium in proverbii consuetudinem venit, ut dicatur: هما كندماني جذيمة.

٣٩ كَيْفَ بِغُلَامٍ أَعْيَانِى أَبُوهُ

39. Quid mihi est cum adolescente, cuius pater mihi auxilium ferre non potuit.

Quomodo mihi filius prodesse potest, cuius pater eo praestantior mihi prodesse non potuit. Dixit poeta:

تَرْجُو ٱلْوَلِيدَ وَقَدْ أَعْيَاكَ وَالِدُهُ وَمَا رَجَاؤُكَ بَعْدَ ٱلْوَالِدِ ٱلْوَلَدَ

„In filio spem ponis et eius pater te iam fefellit; quam autem spem post patrem in filio ponere potes?

Metrum Basith. est p. 190.

٤٠ اِكْذِبِ ٱلنَّفْسَ إِذَا حَدَّثْتَهَا

40. Mentire animae, quando cum ea verba facis!

Id est: Ne animae tuae te de felici eventu desperare dicas, nam hoc ab opere te retinebit. Bascharus Almorahhats interrogatus, qui optimus Arabum versus esset, respondit, difficile esse dictu, qui caeteris omnibus praestet, pulchrum vero esse versum Lebidi:

وَٱكْذِبِ ٱلنَّفْسَ إِذَا حَدَّثْتَهَا إِنَّ صِدْقَ ٱلنَّفْسِ يُزْرِى بِٱلْأَمَلِ

„Mentire animae, quando cum ea verba facis, etenim veracitas spem suspectam reddere studet“. Proverbio, quod est versus hemistichium, metrum Raml est. p. 237. Ad audaciam in rebus peragendis hortatur. Samachsch.

٤١ كَدَمْتَ غَيْرَ مَكْدَمٍ

41. Momordisti locum non mordendum.

In eum dicitur, qui rem in loco, ubi quaerenda non est, quaerit.

٤٢ كَطَالِبِ ٱلْقَرْنِ جُدِعَتْ أُذُنُهُ

42 Instar cornu quaerentis, cuius auris amputata fuit.

Arabes dicunt, struthiocamelos abiisse, ut cornu quaererent. Amputatas autem eis esse aures, ut hanc ob causam cognomen مصلم الاذنين „Excisas aures habens“ acciperent. Dixit poeta:

مِثْلَ ٱلنَّعَامَةِ كَانَتْ وَهْيَ سَائِمَةٌ أَذْنَاءَ حَتَّى دَهَاهَا ٱلْجُبْنُ وَٱلْجُنُنُ

جَاءَتْ لِتَشْرِيَ قَرْنًا أَوْ تُعَوِّضَهُ وَٱلدَّهْرُ فِيهِ رَبَاحُ ٱلْبَيْعِ وَٱلْغَبَنُ

فَقِيلَ أُذْنَاكِ صُمٌّ ثُمَّتَ ٱصْطُلِمَتْ إِلَى ٱلصِّمَاخِ فَلَا قَرْنٌ وَلَا أُذُنُ

„Sicut struthiocamelus, qui dum libere incedebat, auribus praeditus erat, donec eum timiditas et insania adfligeret. Venit enim emturus cornu aut permutaturus et in tempore est lucrum mercaturae et deceptio. Dicebatur autem ei: Aures tuae sunt surdae; tum usque ad meatum auris excidebantur ita ut neque cornu neque aures haberes“.

Metrum Basith est. p. 190.

Alii asino hoc accidisse dicunt. Sic in versu poetae:

كَمِثْلِ حِمَارٍ كَانَ لِلْقَرْنِ طَالِبًا فَآبَ بِلَا أُذْنٍ وَلَيْسَ لَهُ قَرْنُ

„Sicut asinus, qui cornu quaerebat. Tum rediit sine auribus et cornu non habens“

Metrum Thawil est. p. 162.

In eum dicitur proverbium, qui rem petit, quae in causa est, cur in interitum irruat.

٤٣ كَفًّا مُطَلَّقَةٍ تَفُتُّ ٱلْيَرْمَعَ

43. Volae manus mulieris repudio dimissae, quae lapidem mollem fricat.

In virum dicitur, qui re ipsi accidente adflictus multum clamat, sed ex clamore nullam utilitatem capit. Dicitur quoque de tristi: تركته يفتّ اليرمع „Reliqui eum lapides molles fricantem". Dixit poeta:

كفى مطلّقة تفتّ اليرمعا

„Manus repudio dimissae, quae lapides molles fricat".
Metrum hemistichii Camil est. p. 212.

كيف توقّى ظهر ما انت راكبه ۴۴

44. Quomodo caves dorsum eius, quo tu veheris?

Vox توقّى pro تتوقّى est. De eo dicitur, qui rem cavet, quam effugere non potest. In tempus transfertur, quo tanquam iumento vehimur; sed ita, ut nos ipsos invitos ad mortem ducat. Samachscharius ex versibus sequentibus Almotalammesi derivatum esse putat proverbium:

عصاني فلم يلق الرشاد وانّما تبيّن من امر الغويّ عواقبه

فاصبح محمولا على ظهر آلة يمجّ نجيع الجوف منه ترائبه

فانّا تجلّلها يعالوك فوقها وكيف توقّى ظهر ما انت راكبه

„Mihi adversatus est et tum rectam viam non invenit. Et ex re errantis finis eius apparuit. Tum portatus est super dorso feretri, dum ossa pectoris sanguinem ventris eius ejiciebant. Et si id (feretrum) gloriâ ornamus, super id ad te adscendent. et quomodo dorsum eius, quo veheris, caves?" Versuum metrum Thawil est et idem omissa prima syllaba proverbio tribuendum.

٤٥ كَمُعَلِّمَةٍ أُمَّهَا ٱلْبِضَاعَ

45. Sicut docens (puella) matrem suam coitum.

In eum dicitur, qui alterum ipso doctiorem docere vult. In Samachscharii opere معلمة legitur. Haririus (p. ٣١٤) proverbium in usum suum convertit. In cod. B. legitur الرضاع lactendum dare infanti.

٤٦ كَانَ جَوَادًا فَخُصِيَ

46. Fuit generosus equus et castratus est.

Dicitur كان جوادا فخصاه الزمان „Fuit equus generosus et tempus eum castravit". De viro robusto dicitur, qui debilis evasit.

٤٧ كَالْأَشْقَرِ إِنْ تَقَدَّمَ نُحِرَ وَإِنْ تَأَخَّرَ عُقِرَ

47. Sicut equus rufus, si praecedit, in iugulo laeditur; sin autem retromanet, in pedum tendinibus vulneratur.

In Samachscharii opere proverbium sic legitur: كالاشقر ان يتقدم ينحر وان يتاخر يعقر. Arabes in equo rufo malum omen videre solebant. Proverbii autem originem in verbis Lokaithi ben-Sorarah, quae die Djebelah (جبلة) equo rufo vehens dicebat: اشقر ان تتقدم تنحر وان تتاخر تعقر „O rufe! Si praecedis, in iugulo te vulnerabunt, sin vero recedis, in pedum tendinibus te vulnerabunt". Arabes dicere solebant, rufos equos esse celeres; spadices autem esse duros. Lokaithi autem verbis hic sensus inest: Ne ista celeritate, quae naturae tuae propria est, in hostem praecurre, aut fugam cape; sed firmiter sta tuo loco! Narrant

duos viros rufos, fures e gente Djorhom, qui cum Ebn-Alaschahtso essent, ad Alhadjdjadjum, Hamido praesente introductos esse et Alhadjdjadjum eos videntem Hamidum interrogasse, num in eorum conditionem versus dicere posset. Hamidum[1] hos metri Redjes versus dixisse:

لَمَّا رَأَى ٱلْعَبْدَانِ لِصَّا جُرْهُمَا   صَوَاعِقَ ٱلْحَجَّاجِ يَمْطُرْنَ ٱلدَّمَا

وَبْلًا أَحَايِينَ وَسَحًّا دِيَمَا   فَأَصْبَحَا وَٱلْحَرْبُ تُفْشِي قُحَمَا

بِمَوْقِفِ ٱلْأَشْقَرِ إِنْ تَقَدَّمَا   بَاشَرَ مَنْهُوضَ ٱلسِّنَانِ لَهْذَمَا

وَٱلسَّيْفُ مِنْ وَرَائِهِ إِنْ أَحْجَمَا

„Quum duo servi, fures e gente Djorhom, fulmina Alhadjdjadji vidissent pluviam sanguinis demittentia, imbrem per temporis spatium, pluviam fortem continuam, fuerunt, dum bellum pericula divulgat, loco equi fulvi, qui si praecedit, cum hastis erectis cuspidibus secantibus congreditur, et post quem gladius est, si prae metu recedit“.

Proverbii causam, quemadmodum dixi, in verbis Lokaithi quaerenda est; sed eo liberius utuntur Arabes.

٤٨ أَكْرَمْتَ فَٱرْتَبِطْ

48. Generosum (equum) invenisti; (eum) igitur alliga!

Legitur quoque استكرمت فاربط, id quod in Samachschari opere reperitur et eundem sensum praebet. Proverbium monet nos, ut rem pretiosam, qua potiti simus, nobis

1) Est Hamid et Homaid nomen. Cognomen habuisse videtur الارقط.

conservemus. In Scharaf-Aldini opere استكرمت فاغتبط „Generosum (equum) invenisti, laetus igitur sis!“ legimus.

٤٩ كَانَتْ عَلَيْهِمْ كَرَاغِيَةِ ٱلْبَكْرِ

49. Fuit (res) contra eos sicut mugitus cameli iuvenci.

Dicitur quoque: كراغية السقب „sicut mugitus foetus camelae.“ In proverbio mugitus cameli iuvenci gentis Tsamud significatur, quum Kodarus ben-Salif camelae prophetae Zalehi tendines in pedibus amputasset. Camelus iuvencus montem adscendens mugiit. Tum poenas illius facti dabant. Quapropter in re, quae malo omini alteri est, saepius a poetis adhibetur. Sic in versibus sequentibus:

وَلَمَّا رَأَى ٱلرَّحْمٰنُ أَنْ لَيْسَ فِيهِمِ رَشِيدٌ وَلَا نَاهٍ أَخَاهُ عَنِ ٱلْغَدْرِ

أَمَالَ عَلَيْهِمْ تَغْلِبُ ٱبْنَةَ وَائِلٍ فَكَانُوا عَلَيْهِمْ مِثْلَ رَاغِيَةِ ٱلْبَكْرِ

„Quum misericors (Deus) vidisset, non esse inter eos probum et fratri suo perfidiam interdicentem, contra eos gentem Taghleb filiam Wajili deflectere sivit. Ii autem contra eos erant sicut mugitus iuvenci cameli“.

Metrum Thawil est. p. 160 Dixit poeta Aldjahdi:

رَأَيْتَ ٱلْبَكْرَ بَكْرَ بَنِي ثَمُودٍ وَأَنْتَ أَرَاكَ بَكْرَ ٱلْأَشْعَرِينَ

„Vidisti camelum iuvencum, camelum iuvencum gentis Tsamud et quod ad te attinet, video te esse camelum iuvencum Alaschahritarum. Metrum Wafir est p. 204.

٥١ أَكْرَمُ نَجْرِ ٱلنَّاجِيَاتِ نَجْرُهُ

1) Alaschahr cognomen Naiti ben-Obad erat, a quo gens Iemanensis originem duxit.

50. Optima origo camelarum velocium est ipsius origo.

In eum dicitur, qui nobili genere ortus est.

٥١ كَٱلْمُهَدِّرِ فِي ٱلْعُنَّةِ

51. Sicut barriens camelus in stabulo.

Vocabulo عنة stabulum (caula) arboribus exstructum significatur. Saepe admissarius, ut ab initu cohibeatur, ibi adligatur. Is hanc ob causam معنى (pro معنن) appellatur. A camelo in stabulo multum mugiente et mugitu nil proficiente in virum translatum est, cuius neque verba neque facta vim habent.

٥٢ كَفَضْلِ ٱبْنِ ٱلْمَخَاضِ عَلَى ٱلْفَصِيلِ

52. Sicut praestantia est pulli cameli, cuius mater concepit, qua pullum ablactatum vincit.

Nulla vel admodum parva inter utrumque differentia est. Ablactatus (فصيل) appellatur pullus, quando aquam bibit et arboris folia edit, quando autem admissarius in camelas tempore, quo شول appellantur, immittitur, camela مخاض eiusque pullus ابن مخاض appellatur. Duos viros virtute paene aequali excellere, proverbium significat.

٥٣ كَفَى بِرُغَائِهَا مُنَادِيًا

53. Mugitus eius aequat vocantem.

Abu-Ohbaidus dixit, proverbium hoc notissimum significare, rem necessariam perfectam esse, antequam petita sit. In eum quoque dicitur, qui tibi tempore, quo eius auxilio eges, praesto non est, inde excusationem petens, quod

rem nesciverit. In eum denique dicitur, qui ante portam stans intrandi veniam non rogat, monenti dicens: Dominus stantem me videt, ut si ipsi placeat, intrandi veniam mihi dare possit. Samachscharius proverbii originem talem fuisse scripsit: Viri cuiusdam camelam in propinquo gentis mugiisse. Quem autem virum quum gens ista hospitio non exciperet, et apud ipsam vituperantem eo, quod adventum nescivissent, se excusaret, virum ista verba dixisse. Monere autem proverbium, ut non petentis desiderio satisfaciamus.

٥٤ كَلَّا زَعَمْتَ ٱلْعِيرُ لَا تُقَاتِلُ

54. Non est, quemadmodum dixisti: Commeatum portantes cameli non pugnant.

Sic scholion: يضرب للرجل قد كان امن ان يكون عنده شى ثم ظهر منه غير ما ظن به „In virum dicitur, cui iam fides habebatur, quod apud eum res esset; tum vero opinioni de eo conceptae omnino contrarium apparuit". Samachscharius dixit, proverbium in iis reperiri, quae de Sabba (الزبا) tradita essent. conf. C. VII, 9.

٥٥ كَٱلْحَادِى وَلَيْسَ لَهُ بَعِيرٌ

55. Sicut praecinens agaso, cui camelus non est.

De eo dicitur, qui rem, quam non possidet, gloriatur. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de viro, qui scientiam, quam non possideat, sibi arroget. Eundem sensum habent verba: عاط بغير انواط „Capiens et non sunt res suspensae". Conf. C. XVIII, 85.

٥٦ أَلْكِلَابَ عَلَى ٱلْبَقَرِ

56. Canes contra boves (mitte!)

Hocce proverbio homines contra homines incitant ratione nulla habita. Accusativus in voce الكلاب e verbo omisso ارسل „dimitte“ pendet. Altera in proverbio lectio est الكراب „sulcare terram boum est“. Hocce proverbium virum eiusque opus relinquendum esse significat.

٥٧ كَٱلثَّوْرِ يُضْرَبُ لَمَّا عَافَتِ ٱلْبَقَرُ

57. Sicut taurus, qui percutitur, quia vaccae potum aversantur.

Arabes, quando vaccae ad aquam adductae aut quia aqua turbida erat aut ipsae siti carebant, non bibebant, taurum percutere solebant, ut vaccas ad aquam propelleret. Cecinit Nahschalus ben-Harri:

أَتُتْرَكُ دَارِمٌ وَبَنِي عَدِيٍّ وَتُغْرَمُ عَامِرٌ وَهُمُ بُرَاءُ

كَذَاكَ ٱلثَّوْرُ يُضْرَبُ بِٱلْهَرَاوِى إِذَا مَا عَافَتِ ٱلْبَقَرُ ٱلظِّمَاءُ

„Num relinquetur gens Darim et Banu-Ahdi et punietur gens Ahmir, quae insons est? Sic taurus fustibus verberatur, quando vaccae sitientes aquam fastidiunt“.

Metrum Wafir. est p. 204.

Dixit Insus ben-Modric:

إِنِّي وَقَتْلِي سُلَيْكًا ثُمَّ أَعْقِلَهُ كَٱلثَّوْرِ يُضْرَبُ لَمَّا عَافَتِ ٱلْبَقَرُ

„Quod ego Solaicum occidi eiusque caedem expio, in eo similis sum tauro, qui percutitur, quod vaccae aquam aversantur“. Metrum Basith est. p. 190.

I. e. Necesse erat, ut Solaicum occiderem. Quum autem eum occidissem, eius caedes mihi expianda erat. „Proverbium significat, ob alius peccata a viro poenas

exigi. Sunt autem, qui dicant, vocabulum ثور in proverbio nomen musci aquatici esse, qui percutiendo ab aquae superficie removeatur, quum vaccae aquam aversentur.

٥٨ كُلُّ شَاةٍ بِرِجْلِهَا مُعَلَّقَةٌ

58. Omnis ovis pede suo suspensa est.

Conf. prov. 15. Dixit Alcalbius: Verba haec Waciho ben-Salamah ben-Sohair ben-Ijad, qui templo sacro in oppido Mecca post Djorhomum praepositus erat, tribuenda sunt. Arcem in inferiore oppidi parte, in loco, ubi postea sartorum forum (سوق الخياطين) esset, eum exstruxisse narrant et in ea posuisse ancillam, cui nomen esset Haswarah, quapropter illa Haswarah Meccae appellata esset. In ista arce scalam habebat, in quam adscendens se cum Deo colloqui dicebat. Quum autem multa bona verba proferret, docti Arabes eum Dei amicum fuisse contendebant. Morte autem ipsi appropinquante genti Ijad congregatae dixit: Audite testamentum meum: الكلام كلامتان والامر بعد البيان من رشد فاتبعوه ومن غوى فارفضوه وكل شاة برجلها معلقة „Sermo duplex est et res post expositionem (cognoscitur). Qui rectâ incedit viâ, eum sequamini, qui errat, eum relinquatis; omnis autem ovis pede suo suspensa est“. Quae postrema verba in proverbii consuetudinem venientia idem quod prov. 15 mihi videntur significare. Bischrus ben-Alhadjir Ijadita sic cecinit:

وَنَحْنُ إِيَادٌ عِبَادُ ٱلْإِلَاهِ   وَرَهْطُ مُنَاجِيهِ فِي سُلَّمِ

وَنَحْنُ وُلَاةُ حِجَابِ ٱلْعَتِيقِ   زَمَانَ ٱلنُّخَاعِ عَلَى جُرْهُمِ

„Nos sumus gens Ijad, Dei ministri et stirps eius, qui cum eo (Deo) in scala colloquebatur, et nos sumus prae-

fecti veli domus antiquae, tempore, quo morbus Nochah gentem Djorhom oppressit".

Metrum Motakarib est. p. 281.

٥٩ كَٱلْخَرُوفِ أَيْنَمَا مَالَ ٱتَّقَى ٱلْأَرْضَ بِصُوفِ

59. Instar agni, quem, ubicunque inclinatur, lana a terra custodit.

De eo dicitur, quem omnis res, qua nititur, sustinet. Samachscharius hunc proverbii legendi modum adnotavit: مثل الخروف يتقلب على الصوف „Instar agni, qui super lana se volvit". De eo dicitur, qui a calamitate incolumis est".

٦٠ كَٱلْكَبْشِ يَحْمِلُ شَفْرَةً وَزِنَادًا

60. Ut aries, qui cultrum magnum et ignitabulum portat.

Virum se interitui exponere, significat. Proverbii originem talem fuisse narrant. Cosroes ben-Kobad regno Hirae et terrarum, quas Arabes in confiniis Persiae incolebant, Ahmruum ben-Hind praefecerat. Hic summa cum severitate regnum tenebat. Quodam anno, quum homines ob sterilitatem summa inopia adfligerentur, rex hominum obedientiam tentaturus arietem saginatum appenso cultro magno et ignitabulo libere dimisit, ut videret, num quis inopia commotus eum mactare auderet. Neminem adhuc eius mactandi cupido invaserat, quum ad gentem Banuleschcor transiret. Vir quidam Ahlbaus ben-Arkam Ieschcorita dixit: Ego arietem hunc capiam et edam. His de verbis a sociis vituperatus animum non abjecit. Senex haec audiens dixit: انك لا تعدم الضار ولكن تعدم النافع „Tu noxius eris; sed non eris utilis", quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Alius quidam ei dixit:

„انك كاين كقدار على ارم Tu es ut lanio super dentibus molaribus“, quae quoque verba in proverbium venerunt. Vir nihilo minus tamen arietem se mactaturum esse dixit, tum autem regem se aditurum et criminis culpam se confessurum esse. Re peracta quum regi se arietem mactasse confiteretur, hic, se eum occisurum esse, dixit. Vir autem dixit: „مليك شى حكمه Possessor rei iudicium de ea tulit“, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Attamen vero rex, quum vir carmen in rem condidisset, quo regem laudaret, eum libere dimisit.

٦١ كَمُجِيرِ أُمِّ عَامِرِ

61. Sicut hyaenam in tutelam recipiens.

Venatores hyaenam ita compulerant, ut in Arabis cuiusdam tentorium confugeret. Arabs exiens venatores, quid vellent, interrogavit. Illi, se praedam in tentorium propulsam capere velle, responderunt. At Arabs, quamdiu ensem manu tenere possum, ad eam non pervenietis, dixit. Venatores quum abiissent, Arabs hyaenae et lac et aquam apposuit. Quod lambens recreatus in somnum incidentis Arabis ventrem fidit eiusque sanguinem bibit. Non multo post patruelis adveniens, quum Arabem occisum videret, neque autem hyaenam in tentorio inveniret, sumto arcu et pharetra eam persecutus occidit. Tum hos cecinit versus:

وَمَنْ يَصْنَعِ ٱلْمَعْرُوفَ فِي غَيْرِ أَهْلِهِ يُلَاقِ ٱلَّذِى لَاقَى مُجِيرُ أُمِّ عَامِرِ

أَدَامَ لَهَا حِينَ ٱسْتَجَارَتْ بِقُرْبِهِ لَهَا مَحْضَ أَلْبَانِ ٱللِّقَاحِ ٱلدَّرَايِرِ

وَأَسْمَنَهَا حَتَّى إِذَا مَا تَكَامَلَتْ فَرَتْهُ بِأَنْيَابٍ لَهَا وَأَظَافِرِ

فَقُلْ لِذَوِى ٱلْمَعْرُوفِ هٰذَا جَزَاءُ مَنْ بَدَا يَصْنَعُ ٱلْمَعْرُوفَ فِى غَيْرِ شَاكِرِ

„Qui beneficium in indignos confert, ei accidit idem, quod viro accidit, qui hyaenam in tutelam receperat. Apposuit ei, quum in propinquitatis tutelam se recepisset,

ei (inquam) purum lac camelorum multum lac reddentium, et pinguefecit eam, ut, quum omnino restituta esset, dentibus et unguibus eum tinderet. Dic igitur benefactoribus: Haec est remuneratio eius, qui beneficium apud ingratum collocavit". Metrum Thawil est. p. 162.

٦٢ كَرِهَتِ ٱلْخَنَازِيرُ ٱلْحَمِيمَ ٱلْمُوغَرَ

62. Oderunt porci bullientem aquam.

Narrant Christianos solere in aquam fervidam injicere porcos, ut bene cocti sint, quod verbum اوغر significare dicunt. Dixit poeta:

وَلَقَدْ رَأَيْتُ مَكَانَهُمْ فَكَرِهْتُهُمْ   كَكَرَاهَةِ ٱلْخِنْزِيرِ لِلْإِيغَارِ

„Iam vidi eorum locum et tum eos odi, quemadmodum porcus odit in aquam fervidam injici".

Metrum Camil est p. 213. Ebn-Doraidus dicit, porcos, ut depilentur, vivos in aquam fervidam injici. Samachscharius, qui الماء الموغر habet, proverbium de fuga timidi adhiberi dicit.

٦٣ كَلْبٌ عَسَّ خَيْرٌ مِنْ كَلْبٍ رَبَضَ

63. Canis, qui noctu obit, melior est, quam canis, qui cubat.

Sed legitur quoque: خير من اسد ربض „melior, quam leo, qui cubat" aut خير من اسد اندس „melior, quam leo, qui latet". Samachscharius habet: كلب اعتس خير من اسد ربض Legitur quoque: كلب عاير خير من كلب رابض „Canis circumvagans melior est, quam canis cubans". Vulgus dicit: كلب طواف خير من اسد رابض „Canis circumvagans melior est, quam leo cubans". Adhibetur

proverbium de debili lucrum faciente, qui praeferendus est robusto, qui piger est.

٦٤ كَذَاكَ ٱلنِّجَارُ يَخْتَلِفُ

64. Sic origo diversa est.

Vulpes, sic narrant, qui, ut biberet, situlam unam conscendens in puteum descenderat, hyaenae inspicienti dixit: Descende et bibe! Illa igitur situlam alteram conscendens demittebatur, dum situla, in qua vulpes erat, adscendebat. Hyaena autem, vulpem adscendentem videns, interrogavit: Quo abis? Vulpes proverbii verbis respondit. Abu-Mohammedes Aldimarti sic proverbium retulit: كذلك التجار تختلف „Sic mercatores diversi sunt". Sic Samachscharius proverbium adnotavit et in re promissis non stantes significari dixit: Conf. Abulf. An. I, 98.

٦٥ كَالْأَرْقَمِ إِنْ يُقْتَلْ يَنْقَمْ وَإِنْ يُتْرَكْ يَلْقَمْ

65. Sicut serpens colore nigro et albo distinctus, si occiditur, vindicatur; si relinquitur, deglutit (mordet).

Meidanius explicandi proverbii causa addidit, ante Mohammedem Arabes putasse, daemonis mortem vindicari, ut interdum occisor moreretur, interdum delirio adfligeretur. Daemones autem serpentum formam induere, Arabes putabant, quapropter serpentis nomen جان etiam daemonem designat. Ad Ohmarum, sic tradunt, vir venit os fractum qui habebat, petens, ut vindicta permitteretur. Quod quum Ohmarus concedere nollet, vir dixit: هو كالارقم ان يقتل ينقم وان يترك يلقم „Is sicut serpens colore nigro et albo distinctus est, si occiditur, vindicatur; si relinquitur, de-

glutit.« Tum Ohmarus dixit: Is ita est, se ipsum significans. Rem ab utraque parte ingratam esse proverbium significat.

٦٦ كَيْفَ أُعَاوِدُكَ وَهٰذَا أَثَرُ فَأْسِكَ

66. Quomodo ad te reverti possum? Hoc vestigium securis tuae est.

Proverbii huius inter Arabes notissimi, quod in virum, qui fidem datam fallit, dicitur, originem sic narrant: Duo fratres sterilitate regionis, quam incolebant, multum adfligebantur. In propinquo vallis erat pabulo abundans, sed a serpente, qui omnem ibi degentem occidebat, defensa. Frater unus inopia pressus ibi, fratre altero desuadente, camelos suos pascebat et serpentis morsu necabatur. Frater alter fratris necem ulturus vallem intravit et serpentem quaesivit. Hunc serpens sic allocutus esse dicitur: Nonne vides, me fratrem tuum occidisse; sed si pacem mecum facere vis, tibi huius vallis usum concedam et quotidie nummum aureum dabo.[1] Pace composita viri status in meliorem statum mutabatur. Tandem autem de fratris morte cogitans serpentem occidere statuit, et ut rem perficeret, securim exacuit. Sed in percutiendo aberrans et petram feriens, ut vestigium remaneret, serpens incolumis in latibulum introgressus est. Tum vir, quem facti poeniteret, foedus ut redintegraret, serpentem rogavit. At ille verbis, quae in proverbii consuetudinem venerunt respondit. Nabeghahus Dsobjanita istam rem versibus descripsit sequentibus:

وَإِنِّي لَأَلْقَى مِنْ ذَوِي الْغَيِّ مِنْهُمْ وَمَا أَصْبَحَتْ تَشْكُو مِنَ الشَّجْوِ سَاهِرَهْ

1) Arabes credebant, serpentes thesauros custodire.

كَمَا لَقِيَتْ ذَاتُ ٱلصَّفَا مِنْ خَلِيلِهَا   وَكَانَتْ تَدِيهِ ٱلْمَالَ غِبًّا وَظَاهِرَهْ

فَلَمَّا رَأَى أَنْ ثَمَّرَ ٱللّٰهُ مَالَهُ   وَأَثَّلَ مَوْجُودًا وَسَدَّ مَفَاقِرَهْ

أَكَبَّ عَلَى فَأْسٍ يُحِدُّ غُرَابَهَا   مُذَكَّرَةٍ مِنَ ٱلْمَعَاوِلِ بَاتِرَهْ

فَقَامَ لَهَا مِنْ فَوْقِ جُحْرٍ مُشَيَّدٍ   لِيَقْتُلَهَا أَوْ يُخْطِئُ ٱلْكَفُّ بَادِرَهْ

فَلَمَّا وَقَاهَا ٱللّٰهُ ضَرْبَةَ فَأْسِهِ   وَلِلْبِرِّ عَيْنٌ لَا تُغَمِّضُ نَاظِرَهْ

فَقَالَ تَعَالَيْ نَجْعَلِ ٱللّٰهَ بَيْنَنَا   عَلَى مَا لَنَا أَوْ تُنْجِزِي لِيَ آخِرَهْ

فَقَالَتْ يَمِينَ ٱللّٰهِ أَفْعَلُ إِنَّنِي   رَأَيْتُكَ مَشْؤُومًا يَمِينُكَ فَاجِرَهْ

أَبَى لِيَ قَبْرٌ لَا يَزَالُ مُقَابِلِي   وَضَرْبَةُ فَأْسٍ فَوْقَ رَأْسِي فَاقِرَهْ

„Mihi profecto ex errantibus inter eos accidit (et mane non querebatur moerorem vigilans), simile ei, quod accidit petram habitanti (serpenti) ex amico suo, cui datis opibus uno die intermisso et quotidie mortem expiabat. Et quum is vidisset, Deum opes augere, rem confirmare et paupertatem tollere, securim sumsit aciem acuens, chalybe confectam, firmum ligonem diffindentem. Tum stetit ei insidians super foramine alte extructo, ut eum necaret, nisi manus properans erraret. Quum autem Deus a percutiente securi eum custodivisset, nam iustitiae est oculus, qui palpebras non contrahit, videns, dixit: Adscende, ut Deus nostram rem dirimat, aut mihi retribuatur. Et dixit: Num iusiurandum Dei faciam, quum te conspexerim infaustum, iusiurandum tuum impium? Per patrem meum! Mihi est sepulchrum, quod non cessat ex adverso mihi esse et percutiens securis super capite meo vertebras frangens".

Metrum Thawil est. p. 162.

٦٧ كُلُّ شَىْءٍ يُحِبُّ وَلَدَهُ حَتَّى ٱلْحُبَارَى

67. Omne animal pullum amat et ipsa otis.

In meo codice loco vocis حتى legitur الا, id quod probandum non est. Ex omnibus animalibus otidem dixit, quod eius stultitia in proverbium venit. Dixit, otidem, licet sit avìs stultissima, tamen pullum amare cumque volatum docere. Dixit poeta:

وَكُلُّ شَىْءٍ قَدْ يُحِبُّ وَلَدَهْ حَتَّى ٱلْحُبَارَىٌّ يَطِيرُ عِنْدَهْ

„Omne animal pullum suum amat, et ipsa avis otis, quae apud eum volat."

Versus metrum Redjes est. c. l. m. p. 231.

٦٨ كَأَنَّ عَلَى رُؤُسِهِمِ ٱلطَّيْرَ

68. Quasi super capitibus eorum aves sint.

De quietis, placidis dicitur. Proverbialem hunc loquendi modum poetae in usum suum saepius adhibuerunt. Sic Dsul-Rommah:

فَظَلَّتْ تُصَادِيهَا وَظَلَّتْ كَأَنَّهَا عَلَى رُؤُسِهَا سِرْبٌ مِنَ ٱلطَّيْرِ نُوَّحُ

„Die ei obviam venit et die sic se gerebat, ut super capitibus eius agmen quiescentium avium esse videretur".

Metrum Thawil est. p. 162.

٦٩ كَأَنَّهُمْ كَانُوا غُرَابًا وَاقِعًا

69. Quasi essent corvus decidens.

Corvus, quando decidit in terram, mox avolare solet. In rem dicitur, quae celeriter absolvitur.

٧٠ كَلَّفْتَنِى بَيْضَ ٱلسَّمَايِمِ

70. Mandasti mihi ova avis Sammah.

Vocabulum سامة Pl. سمايم avis nomen est hirundini similis, cuius ova nemo assequi potest. Sed legitur quoque: بيض السماسم „ova formicarum rubrarum“ et سماسم, si Kamusi auctoritatem sequeris, nomen avis est.

٧١ كَلَّفْتَنِي مُخَّ ٱلْبَعُوضِ

71. Mandasti mihi medullam culicum.

Rem difficilem designat.

٧٢ كُسَيْرٌ وَعُوَيْرٌ وَكُلٌّ غَيْرُ خَيْرٍ

72. Fractum habens lumbum et monoculus, omnes pravi sunt.

Verba haec dixisse fertur Amamah filia Noschbahi ben-Morrah, quam vir monoculus e gente Ghathfan, Chalfus ben-Rewahah appellatus in matrimonium duxerat. Quinque filios quum peperisset, tam immorrigera in maritum evasit, ut eam repudio dimitteret. Post vir quidam e gente Banu-Solaim, Haritsahus ben-Morrah appellatus, lumbum fractum habens, ut claudicaret, repudiatam a patre et fratre, quibus in itinere occurrerat, in matrimonium sibi petiit, et quum dona pulchra offerret, accepit. Mulier autem rem audiens ista verba dixit, quae in proverbium venientia significant, rem ab utraque parte pravam et vituperandam esse. Forma كسير deminutivum est a كسير pro كسيّر. Supplendum autem est زوجاى mariti mei duo sunt. Dixit poeta:

أَيَدْخُلُ مَنْ يَشَآءُ بِلَا حِجَابٍ وَكُلُّهُمُ كُسَيْرٌ أَوْ عُوَيْرُ

وَأُبْقَى مِنْ وَرَآءِ ٱلْبَابِ وَحْدِى كَأَنِّى خُصْيَةٌ وَسِوَاىَ أَيْرُ

„Num intrat, qui vult, sine velo, et omnes ii sunt aut lumbum fractum habentes aut monoculi, et ego solus post portam relinquor, quasi testiculus ego sim et caeteri veretrum sint". Metrum Wafir est. p. 204.

Samachscharius autem, qui عويرٍ وكسيرٍ habet, adnotavit, esse, qui عويرٍ و كسيرٍ duorum scopulorum navigantibus periculosorum nomen esse, putent. De duabus rebus ingratis proverbium adhiberi.

٧٣ كَانَ مِثْلَ ٱلذُّبْحَةِ عَلَى ٱلنَّحْرِ

73. Fuit sicut dolor morbi Dsobhah appellati in gutture.

Vocabulo ذبحة dolor in gutture significatur. Quod si quis virum sibi amicum esse putaverat, tum autem eius perfidiam cognoscens cum alio rem queritur, hic proverbii verbis respondere potest. Illi morbo similis est, quo homo extra non liberatur et, ex quo internum damnum patitur. Samachscharius autem hunc comparandi modum esse dixit: Istam inimicitiam apparuisse modo, quo ille morbus appareat nisi quod ipsi adflicto occulta fuisset.

٧٤ كَانَ ذٰلِكَ زَمَنَ ٱلْفِطَحْلِ

74. Fuit id tempore Fithahl.

In tempore, quod فطحل (Fithahl) appellatur, interpretes non consentiunt. Sunt qui dicant, tempus esse, post quod homines non creati sint, quo lapides molles essent, alii denique Noae tempus esse contendunt. Cecinit poeta Alahdjdjadj appellatus:

وَقَدْ أَتَانَا زَمَنُ ٱلْفِطَحْلِ وَٱلصَّخْرُ مُبْتَلٌّ كَطِينِ ٱلْوَحْلِ

كُنْتُ رَهِينَ هَرَمٍ أَوْ قَتْلِ

„Etsi ad nos venisset tempus Alfithahli, et petra mollis esset ut lutum molle, fuissem oppigneratus senectutis decrepitae aut caedis“. Metrum Sarih est p. 246.

Alius quidam Rubaho poetae sequentes versus tribuit:

لَوْ أَنَّنِي أُوتِيتُ عِلْمَ ٱلْحُكْلِ عِلْمَ سُلَيْمَانَ كَلَامَ ٱلنَّمْلِ

أَوْ أَنَّنِي عُمِّرْتُ عُمْرَ ٱلْحِسْلِ أَوْ عُمْرَ نُوحٍ زَمَنَ ٱلْفِطَحْلِ

وَٱلصَّخْرُ مُبْتَلٌّ كَطِينِ ٱلْوَحْلِ كُنْتُ رَهِينَ هَرَمٍ أَوْ قَتْلِ

„Si mihi concessa fuisset scientia Alhocli, scientia Salamonis, qua formicarum sermonem intelligeret aut si lacertae vita mihi data esset aut Noae vita tempore Alfithahli, quo petra ut lutum molle mollis esset, senectutis decrepitae aut caedis oppigneratus fuissem“.

Metrum Redjes est p. 231. Proverbium, rem antiquo tempore exstitisse, dicit. Samachscharius autem de fertili et bono tempore proverbium adhiberi dixit.

٧٥ كَأَنَّمَا أَلْقَمَهُ ٱلْحَجَرَ

75. Est, ac si lapidem deglutiendum ei dedisset.

De eo dicitur, qui loquens ab altero respondente ad silentium redigitur. Samach.

٧٦ كِلَا جَانِبَيْ هَرْشَى لَهُنَّ طَرِيقُ

76. Utrique lateri clivi Harschae via est.

Nomen هرشى (Harscha) clivo prope ad locum Aldjahfa sito in terra Tehamah, unde mare conspicitur, datum erat.

In utroque eius latere duae viae erant, quae Meccam ducebant. Peregrinatores in istis incedere solebant.
Dixit poeta:

خُذِى أَنْفَ هَرْشَى أَوْ قَفَاهَا فَإِنَّهُ كِلَا جَانِبَىْ هَرْشَى لَهُنَّ طَرِيقُ

„Cape nasum Harschae aut eius occiput, nam utrique lateri Harschae via est“. Metrum Thawil est. p. 153.

De re dicitur, ad quam duabus viis facile perveniri potest.

٧٧ كَانَ ذٰلِكَ كَسِلِّ أُمْصُوخَةٍ

77. Fuit id ut extractio rei Omzucha appellatae.

Vocabulo امصوخة (Omzucha) res appellatur, quae extrahitur ex herba Tsomam (ثمام) appellata. Prodit inde alba res similis tenui ramo, quemadmodum papyrus herba (بردية) extrahitur.

٧٨ كَأَنَّهُ ٱلنَّكَعَةُ حُمْرَةً

78. Quasi fructus plantae Thortsuts rubedine sit.

Chalilus dixit, plantam Thortsuts similem esse gossypio in longum excrescentem, tenuem ad rubrum colorem vergentem. Medici ea in concinnando stomacho utuntur. Duae species, una amara altera dulcis, reperiuntur. Conf. Lexic. meum.

٧٩ كَانُوا مُخِلِّينَ فَلَاقَوْا حَمْضًا

79. Depascebant (cameli) plantas dulces et (pertaesi) ad plantas salsas accesserunt.

Plantae dulces خلة, plantae salsae حمض appellantur. Quando cameli plantas salsas depascunt, mox ardenti siti adficiuntur, ut pascere desinant. A camelis in homines translatum proverbium significat. virum, salutem qui ne-

gligeret, in res adversas incidisse, ut inimici gaudium inde perciperent.

٨٠ كَثُرَ ٱلْحَلَبَةُ وَقَلَّ ٱلرُّعَاةُ

80. Multi sunt mulgentes et pauci sunt pastores.

In pastores dicitur, qui mulgent et pastus defectum non curant.

٨١ كَمَنِّ ٱلْغَيْثِ عَلَى ٱلْعَرْفَجَةِ

81. Ut beneficium, quod pluvia in plantam Alarfadj confert.

Arida illa planta, quum pluvia decidit, statim revirescit, ut celeriter ex illa pluvia utilitatem percipiat. Omnibus clarum esse beneficium, ut nemo non commodum videat, proverbium significat.

٨٢ كَٱلْقَابِضِ عَلَى ٱلْمَاءِ

82. Sicut manu arripiens aquam.

Hominem designat, cuius spes rei consequendae fallitur. Proverbiali hoc loquendi modo poetae saepius usi sunt. Sic in versu sequente:

فَأَصْبَحْتُ مِنْ لَيْلَى ٱلْغَدَاةَ كَقَابِضٍ عَلَى ٱلْمَاءِ لَا يَدْرِي بِمَا هُوَ قَابِضُ

„Hodie mane a Laila mihi accidit, id quod accidit ei, qui manu aquam arripit dum nescit quod capit“.

Metrum Thawil p. 162.

٨٣ كَأَنَّهَا نَارُ ٱلْحُبَاحِبِ

83. Quasi sit ignis cicindelae.

Vocabulum حباحب insectum alis rubris praeditum est, quod noctu volans scintillae simile est. Dicitur نار الحباحب et نار ابى الحباحب. Dixit Alkathamita:

أَلَا إِنَّمَا نِيرَانُ قَيْسٍ إِذَا شَتَوْا لِطَارِقِ لَيْلٍ مِثْلُ نَارِ ٱلْحُبَاحِبِ

„Eheu! ignes gentis Kais hiberno tempore noctu advenienti similes sunt igni cicindelae." Metrum Thawil p. 162.

Id est: Parvi sunt ignes, quod avaritiae signum est. Alazmäihus dixit, tempore ante Mohammedem vixisse virum Hobahib appellatum tantâ avaritiâ, ut si quis ignem ex eius lucerna accendere vellet, eam exstingueret.

٨٤ كَٱلْمُسْتَغِيثِ مِنَ ٱلرَّمْضَاءِ بِٱلنَّارِ

84. Sicut is, qui contra terram sole torridam ignem in auxilium petit.

Proverbium significat, duas malefaciendi proprietates contra virum congregatas esse. Duae illae proprietates sunt terra sole torrida et ignis.

٨٥ كَٱلْقَابِسِ ٱلْعَجْلَانِ

85. Sicut ignem capiens festinans.

De eo dicitur, qui festinat in re necessaria petenda.

٨٦ كَٱلْمُسْتَتِرِ بِٱلْغَرَضِ

86. Sicut is, qui se scopo sagittariorum tegit.

Hisce verbis utitur is, cui alter terrorem incutere vult minando, se timidum non esse declarans, nam qui scopo sagittariorum se tegit, similis est ei, qui non tegitur, quod ibi sagittis feritur.

٨٧ كَالْمُتَمَرِّغِ فِي دَمِ ٱلْقَتِيلِ

87. Sicut is, qui in sanguine occisi se volutat.

In eum dicitur, qui malo, a quo remotus est, dum propius accedit, propter incuriam se exponit.

٨٨ كَٱلْحَيُودِ عَنِ ٱلزُّبْيَةِ

88. Sicut deflectens (fera) a fovea venatoris.

De viro dicitur, qui a re, cuius noxam timet, deflectit. Meid. de viro, qui rem, quam scit, cavet. Samachsch.

٨٩ كَٱلسَّاقِطِ بَيْنَ ٱلْفِرَاشَيْنِ

89. Sicut decidens inter duo strata.

Vocabulum فراش, stratum, quod lecto inservit, significat. De eo dicitur proverbium, qui inter duas res incertus haeret, ut neque in una neque in altera sit.

٩٠ كَمَّشَ ذَلَاذِلَهُ

90. Succinxit laciniam vestis infimam suam.

De eo dicitur, qui in re diligentiam adhibet. In legenda voce كمش in codicibus dubium est. Reiskius كمشهر legendum esse putavit.

٩١ كَلَابِسِ ثَوْبَيْ زُورٍ

91. Sicut is, qui duas vestes mendacii induit.

Proverbium hoc scholio explicatum est: قال الاصمعي انه الرجل يلبس ثياب اهل الزهد يريد بذلك الناس ويظهر من

التخشع اكثر مما فى قلبه وفى الحديث المتشبع بما لا يملك
كلابس ثوبى زور وهو الرجل يتكثر بما ليس عنده
كالرجل يرى انه شبعان وليس كذلك

„Dixit Alazmäihus: Eum virum esse, qui induit vestes devotorum, ut ipsum ita vestitum homines cognoscant, et maiorem submissionem, quam in animo habet, ostendit. In traditione autem est: Is qui se satiatum esse dicit rebus, quas non possidet, ei similis est, qui duas vestes mendacii induit. Is autem vir, qui de rebus, quas non possidet, multa verba facit, similis viro est, qui se satiatum esse ostendit, dum satiatus non est“.

٩٢ كَدَابِغَةٍ وَقَدْ حَلِمَ ٱلْأَدِيمُ

92. Sicut pellem concinnans, quae vermibus corrupta est.

In rem omnino corruptam dicitur. Meid. De re dicitur, quam tractare incipit vir, postquam eam corruperat. Samach. Proverbium hoc ad Moahwijjahum scripsisse refertur Alwalidus ben-Alahkabah in versu sequente:

فَإِنَّكَ وَٱلْكِتَابَ إِلَى عَلِيٍّ كَدَابِغَةٍ وَقَدْ حَلِمَ ٱلْأَدِيمُ

„Tu et epistola ad Ahlijjum missa estis similes concinnanti corium, dum pellis vermibus corrupta est“. Metrum Wafir est. p. 204.

Dixit Almofadhdhelus, proverbium hoc esse Chalido ben-Moahwijjah, qui ad gentem Banu-Ahbd-Schams ben-Sahd pertineret, dicenti:

قَدْ عَلِمَتْ أَحْسَابَنَا تَمِيمُ فِى ٱلْحَرْبِ حِينَ حَلِمَ ٱلْأَدِيمُ

„Nobilitatem maiorum nostrorum gens Tamim cognovit in bello, quum pellis vermibus corrupta esset“.

Metrum Sarih est p. 246.

٩٣ كَأَنَّمَا أَفْرَغَ عَلَيْهِ ذَنُوبًا

93. Quasi evacuasset super eum situlam.

Sic dicitur, quando unus alterum verbis ad silentium redegit. In Samachscharii opere legitur ذنوبا من ماء „Situlam aquâ plenam".

٩٤ كَلِفْتُ إِلَيْكَ عَلَقَ الْقِرْبَةِ

94. Tua causa sudorem utris toleravi.

Loco vocis علق legitur عرق. Sic in Samachscharii opere reperitur et علق pro عرق dictum esse statuunt. Utres ancillae portare solent. Qui igitur utrem portat et inter portandum sudore manat, ut ad alium perveniat, laborem ingratum et difficilem eius causa suscepit. Sic autem proverbium circumscribendum est: كلفت نفسى فى الوصول اليك عرق القربة „Imposui animae meae, ut at te pervenirem, sudorem utris. Conf. C. V, 56. Samachscharius hoc scholion habet: يراد ماؤها اى سافرت فاحتجت الى حمل الماء وقيل معناه انصبت نفسى لاجلك حتى عرقت كما تعرق القربة وعرقها نضح مائها وقيل هو بمعنى علقها وهو معلان يحمل به اى تجشمت لك القربة يريد المسافرة يضرب فى تحمل المشاق لاجل صاحبه ويروى جشمت اليك „Significatur eius (utris) aqua i. e. iter feci, et tum necesse erat portare aquam. Et dicunt, sensum eius esse: Fatigavi me tua causa, ita ut sudarem, quemadmodum uter sudat. Sudor autem eius (utris) est aqua eius exstillans. Dicunt quoque, vocem علق significationem vocis معلان[1] habere, quae rem designet, cuius ope portetur i. e.

1) De hac voce dubito.

utrem portandum in me suscepi, qua re iter significatur. Adhibetur de molestiis ob socium susceptis. Referunt quoque legendi modum: جشمت اليك

٩٥ كُلُّ أَدَاةِ ٱلْخُبْزِ عِنْدِى غَيْرُهُ

95. Omnia instrumenta panis apud me sunt praeter illum (panem).

Proverbii huius, quod defectum rei significat, originem talem fuisse narrant. Homines ad hospitem venerant. Postquam discubuerant, mappam ille expandit, super illa molam posuit, eamque non iniectis granis circumvertit. Quam rem videntes quum interrogarent, quid ageret, illis verbis respondit.

٩٦ أَكُلُّ شِوَايِكُمْ هٰذَا جُوفَانٌ

96. Num omnis assata haec caro vestra onagri veretrum est?

Proverbii, quod plures res pravas gradu inter se aequales esse, significat, originem sic tradiderunt: Tres viri unus Fesarita, alter Ahbsita, tertius ad gentem Ahbd-Allah ben-Ghathfan pertinens onagrum venati erant. Quem quum ad cibum praepararent, Fesarita ob rem ipsi necessariam exire coactus erat. Convenerunt igitur inter se duo, ut veretrum dissecarent et sub carne assata occultarent. Ahbdita autem rutabulo movens ignem bonas partes sibi socioque elegit, Fesaritae autem veretri segmenta porrexit. Hic manducando bonum non esse sentiens, aliud postulavit, et quum semper idem accepisset, verba, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit.

٩٧ كُسُورُ ٱلْعَبْدِ مِنْ لَحْمِ ٱلْحُوَارِ

97. Ut reliqua pars servi e carne pulli camelini.

In rem dicitur, quam omnino non assequimur. Meid. Samachscharius dixit, proverbium de paupere, vili adhiberi. Narrant servum cameli pullum mactasse et totum edisse, ut nullam eius partem relinqueret.

٩٨ كِفْتٌ إِلَى وَئِيَّةٍ

98. Olla parva usque ad magnam ollam.

In virum dicitur, qui calamitate alterum adficit; tum addita parva eam auget. Samachscharius adnotavit, legi quoque: وابئة, ampla. Tum, quod praeterea addidit, silentio praetermittendum non est: وقيل الكفت بالفتح الرجل السريع في طلب الولد والوثيبة (l. والوثيئة) المراة العاقلة (addo يضرب) في سرعة الاتفاق وذلك ان الرجل اذا كان بهذه الصفة واصاب امراة عاقلة فامن الاحماق ورجا كياسة الولد وافقها سريعا ,,Et dicunt, vocem الكفت cum Fatha enunciandam designare celerem in petendo filio, vocem الوثيئة designare intelligentem feminam, ut proverbium in celeri consensu adhibeatur. Vir enim ita constitutus, si feminam intelligentem invenit, ut, ne stultos filios paritura sit, non timeat, intelligentem prolem sperans celeriter cum ea consentit". Conf. Djeuh. s. كفت

٩٩ كِلَاهُمَا وَتَمْرًا

99. Ambo haec et dactyli.

Verba haec Ahmruo, filio Homrani Djahditae ex uxore Zaduf appellata nato adscribuntur. Quum patris sui camelos pastum duxisset, ad eum, coram quo cremor lactis, dactyli et cameli gibbus stabat, vir fame et siti adfectus accessit rogans, ut ipsi partem cremoris et gibbi

edendum daret. Ahmruus istis verbis respondit. Ante nominativum كلاهما supplendum est لك tibi erunt ambo haec“. Accusativus وتمرا ab omisso verbo ازيدك „addam tibi“ dependet. Sunt autem, qui كليهما legant, ut اطعمك „edendum tibi dabo“ suppleatur. Alii aliter rem explicant; sed sensus idem est. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de viro, qui inter duas res eligendi potestate concessa utramque petat. Conf. C. XXVII, 135.

١٠٠ كَمُسْتَبْضِعِ ٱلتَّمْرِ إِلَى هَجَرٍ

100. Sicut is, qui dactylos Hadjarum vendendos portat.

Locus iste quum dactylis abundet, qui illud facit, lucro gaudere non potest. Simili ratione dicitur كمستبضع التمر الى اهل خيبر „Sicut is, qui dactylos ad incolas Chaibari vendendos ducit“. Dixit poeta Alnabeghahus Djahdita:

وَإِنَّ ٱمْرَأً أَهْدَى إِلَيْكَ قَصِيدَةً كَمُسْتَبْضِعٍ تَمْرًا إِلَى أَهْلِ خَيْبَرَا

„Vir, qui tibi carmen dono mittit, is similis est ei, qui ad incolas Chaibari dactylos vendendos portat“.

Metrum Thawil est. p. 162.

١٠١ كُلُّ خَاطِبٍ عَلَى لِسَانِهَا تَمْرَةٌ

101. Super omnis personae in matrimonium petentis linguâ dactylus est.

In codice Berolin. لسانه legitur, sed suffixum feminini ferri potest, siquidem feminae pro viris quoque in matrimonium petere solebant. Sensus est: Qui rem sibi necessariam petit, dulcia et lenia verba profert.

١٠٢ كُلُّ ٱلنِّدَاءِ إِذَا نَادَيْتُ يَخْذُلُنِي إِلَّا نِدَائِي إِذَا نَادَيْتُ يَا مَالِي

102. Omnis vocatio, quum advoco, me auxilio destituit, praeter vocationem meam, quum voco: O opes meae!

Verba Ohaihahi sunt. In opibus solis fiduciam ponendam esse censet, hi enim versus sequuntur:

اِسْتَغْنِ أَوْ مُتْ وَلَا يَغْرُرْكَ ذُو نَشَبٍ مِنِ ٱبْنِ عَمٍّ وَلَا عَمٍّ وَلَا خَالِ

إِنِّي أُقِيمُ عَلَى ٱلزَّوْرَاءِ أَعْمُرُهَا إِنَّ ٱلْحَبِيبَ إِلَى ٱلْإِخْوَانِ ذُو ٱلْمَالِ

„Dives esto aut morere et ne decipiat te dives sive patruelis sive patruus sive avunculus sit. Ego cum diligentia Alsauram (opum nomen) colam, nam fratribus dilectus est opes possidens. Metrum Basith. est p. 190.

١٠٣ كَسْفًا وَإِمْسَاكًا

103. Austeritatem et avaritiam?

Accusativus e verbo omisso أَتَجْمَعُ „Num colligis“ i. e. simul ostendis, pendet, aut idem verbum اتكسف et تمسك supplendum est. Proverbium in austerum, qui simul avarus est, dicitur. Conf. Kam. Dj v. كسف

١٠٤ كُلَّ ٱلطَّعَامِ تَشْتَهِي رَبِيعَةُ ٱلْخُرْسَ وَٱلْإِعْذَارَ وَٱلنَّقِيعَةَ

104. Omnem cibum cupis, o Rabiahe! cibum ob mu

lieris partum, cibum ob circumcisionem et cibum ob adventum ex itinere paratum.

In eum proverbium dicitur, qui cibi vehementer avidus est. Meid. Samachsch. Metrum Sarih est. p. 246.

١٠٥ أَكْثِرْ مِنَ ٱلصَّدِيقِ فَإِنَّكَ عَلَى ٱلْعَدُوِّ قَادِرٌ

105. Multos tibi amicos para, nam hostes in potestate tua erunt!

Verbis hisce et aliis Abdjarus ben-Djabir Ihdjlita filium suum Hadjdjarum, qui Christianus fidem Mohammedicam amplecti volebat, ut rem suam prudenter ageret, admonuit.

١٠٦ كَمَا خَلَتْ قِدْرُ بَنِي سَدُوسٍ

106. Sicut praeteriit ahenum gentis Banu-Sadus.

Ahenum gentis Banu-Sadus amplum erat, ut duo animalia mactata (جزور) caperet. Isto aheno Althommus ben-Ahjjasch princeps gentis in cibandis hominibus uti solebat, posteo nemo. Accidit autem, ut ad istam gentem vir e gente Banu-Ahmir oriundus Milhabus ben-Schehab appellatus transiret, et hospitio non exciperetur. Iratus igitur hosce versus metro Redjes dixit:

يَا صَاحِ رَحِّلْ ضَامِرَاتِ ٱلْعِيسِ   وَٱبْكِ عَلَى ٱلطُّعْمِ وَخُبْزِ ٱلْقُوسِ
فَقَدْ خَلَتْ قِدْرُ بَنِي سَدُوسِ   وَضُنَّ فِيهَا بِقِرًى خَسِيسِ
وَسَادَهُمْ أَنْكَدُ ذُو تُبُوسِ   قَبَّحَهُ ٱلْمَلِيكُ مِنْ رَئِيسِ
لَيْسَ بِمَحْمُودٍ وَلَا مَرْغُوسِ   فَمَا تُبَالِي كُنْتَ فِي سَدُوسِ
أَوْ كُنْتَ فِي قَوْمٍ مِنَ ٱلْمَجُوسِ   أَوْ فِي فَلَا قَفْرٍ مِنَ ٱلْأَنِيسِ

„O socie mi! proficisci iube camelas graciles flavas, eheu tibi! propter Althommum et claustri magistrum. Iam praeteriit ahenum gentis Banu-Sadus et vili tantum hospitio in eo excipiebantur. Princeps gentis est durus, hircorum possessor. Rex (deus) talem principem turpitudine adfligat! Non est laudandus et non benedictus, nam quid curas, utrum in gente Sadus verseris an inter Magos aut in desertis ab hominibus vacuis".

Quod quum suis, ipsum de gente Banu Sadus et aheno interrogantibus narrasset, eius verba in proverbium venerunt. Proverbium de omni re, quae praeteriit et cuius status omnino mutatus est, adhibetur.

١٠٧ كُلُّ آمْرِىءٍ فِيهِ مَا يُرْمَى بِهِ

107. In omni viro res est, qua petitur (seu contumelia adficitur).

Nemo vitiis liber est. Eadem ratio est proverbio C. I, 65.

١٠٨ كُلُّ آمْرِىءٍ مُصَبَّحٌ فِي أَهْلِهِ .

108. Omnis vir mane visitatur in gente sua.

Altera lectio est فِي رَحْلِهِ „in mansione sua". Cuilibet viro res inopinato superveniunt".

١٠٩ كُلٌّ يَجُرُّ ٱلنَّارَ إِلَى قُرْصِهِ

109. Quilibet ad panem suum ignem attrahit (ut bene coquatur).

Quilibet bonum sibi comparare vult.

١١٠ كُلُّ حِرْبَاءٍ إِذَا أُكْرِهَ صَلَّ

110. Omnis clavus ferreae loricae, quando cum vi impingitur, sonum edit.

De viro dicitur, qui noxa laesus queritur.

١١١ كَعَارِمَةٍ إِذَا لَمْ تَجِدْ عَارِمًا

111. Instar sugentis feminae, quando sugentem (infantem) non invenit.

Mulier, quando sugentem non invenit infantem, qui lac ei exsugat, ipsa lac sibi exsugit, ne tumor in mammis oriatur. Proverbium autem significat, nos, si alium non inveniamus, rem nostram peragere debere.

١١٢ كُلُّ فَحْلٍ يَمْذِى وَكُلُّ أُنْثَى تَقْذِى

112. Omnis admissarius seminis effluvium patitur et omnis femina album humorem ex utero eiicit.

Verbum قذى in ove adhibetur, قذى autem idem est in feminis, quam مذى in maribus. In proverbio distantia inter marem et feminam describitur. Conf. Kam. et Dj.

١١٣ كَمَا تَدِينُ تُدَانُ

113. Ut pensas, sic tibi pensabitur.

Ut aliis facis, sic alii tibi facient. Conf. prov. 184 conf. Dj s. دين

١١٤ كَلَّا زَعَمْتَ أَنَّهُ خَصِرٌ

114. Non est, quemadmodum dixisti, eum a frigore laesum esse.

Viri duo equiti hiemis tempore occurrerunt et impetum in eum facturi frigore adfectum nil mali ipsis illaturum esse putarunt. Sed quum illi irruissent eques impetu facto unum eorum confodit. Hic autem confossus proverbii verba dixit, quibus opinionis diversitas significatur. Conf. prov. 54. Samachscharius dixit, hisce verbis unum alterum vituperare, quod deceptus ipsum in calamitatem coniecerit.

١١٥ كَيْفَ تُبْصِرُ ٱلْقَذَى فِي عَيْنِ أَخِيكَ وَتَدَعُ
ٱلْجِذْعَ ٱلْمُعْتَرِضَ فِي عَيْنِكَ

115. Quomodo festucam in fratris tui oculo vides et tignum transversum in oculo tuo non vides?

Parvum vitium in aliis vides, vitia tua magna non vides. In Samachscharii opere loco vocis عينك legitur حلقك „gutture tuo“. conf. Math. VII, 3. Luc. VI, 41.

١١٦ أَكْثَرَ مِنَ ٱلْحَمْقَى فَأَوْرَدَ ٱلْمَاءَ

116. Multos stultos acquisivit et tum ad aquam adduxit.

In eum dicitur, qui sibi adiutorem stultum comparavit.

١١٧ كَيْفَ لِي بِأَنْ أُحْمَدَ وَلَا أُرْزَأَ شَيْئًا

117 Quomodo mihi accidet, ut laudem acquiram, et nil opum perdam?

Id est: Laude non ornatur is, cuius opes non diminuuntur. I. e. Qui in alios beneficia non confert, is laudem non meretur. Cecinit Abu-Ferasus:

وَكَيْفَ يَنَالُ ٱلْحَمْدَ وَٱلْوَفْرُ وَافِرُ

„Et quomodo laudem assequitur, dum divitiae copiosae sunt. Metrum hemistichii Thawil est. conf. p. 162.

١١٨ كَٱلْمُشْتَرِى ٱلْقَاصِعَآءَ بِٱلْيَرْبُوعِ

118. Sicut is, qui emit latibulum muris pro mure.

De eo dicitur, qui vestigium rei ipsi praeferendum esse habet.

١١٩ أَكْدَتْ أَظْفَارُكَ إِلَىَّ

119. Ad solum durum pevenerunt ungues tui in me directi.

Viro, qui pari ipsi fortitudine, ut eum vincere nequeat, occurrit, proverbium dicitur. conf. Abulf. Annal. I, 118.

١٢٠ كُفِيتَ ٱلدَّعْوَةَ

120. Votis pro me factis supersedere potes.

Improbus ad monachum Christianum veniens in precibus faciendis, ieiunio caeterisque piis operibus eandem, quam ille agendi rationem sequebatur. Aliquo tempore post quum monacho crucem auream furto abstulisset, abeundi veniam petivit et impetravit. Monachus commeatum itineris dans in valedicendo pro illo vota fecit dicens: صحبك الصلب „Cruces tecum sint!“ At ille proverbii verbis respondit, nam furto ablatam crucem secum portabat. In eum dicitur, qui optat alteri rem, quam is possidet.

١٢١ إِكْدَحْ لِى أَكْدَحْ لَكَ

121. Operam da mihi, operam dabo tibi.

Quod si meis rebus prodesse studes, rebus tuis prodesse studebo.

١٢٢ كُنْ وَصِىَّ نَفْسِكَ

122. Esto curator tui ipsius!

١٢٣ أَكْثَرُ ٱلظُّنُونِ مَيُونٌ

123. Maior opinionum pars mendacia sunt.

In mendacio et falsis opinionibus adhibetur, conf. Djeuh. s. radice مين

١٢٤ أَلْكَمَرُ أَشْبَاهُ ٱلْكَمَرِ

124. Glans penis glandi similis est.

In rebus similibus adhibetur.

١٢٥ كُلُّ دَنِيٍّ دُونَهُ دَنِيٌّ

125. Quod attinet ad quemlibet propinquum (amicum), praeter eum est propinquus.

Proverbii sensus esse videtur: Quilibet propinquus seu amicus unicus non est; sed praeter eum est alius.

١٢٦ كَرِيمٌ وَلَا يُبَاغَهْ

126. Nobilis est et ne quis gloria cum eo contendat!

Litterâ ﻩ, quae voci يباغ addita est, a grammaticis Arabicis هاء السكت Ha silentii, quod in enunciando non auditur,

appellata est. Saepius additur litterae Elif et vocali Fathae in fine vocis, ut eius enunciatio, sic enim censeo, longior fiat.

١٢٧ كُنْ وَسَطًا وَٱمْشِ جَانِبًا

127. Esto medius et incede ad latus!

Proverbio huic idem sensus est, quam proverbio Cap. VII, 51.

١٢٨ كَصَفِيحَةِ ٱلْمِسَنِّ تَشْحَذُ وَلَا تَقْطَعُ

128. Ut lamen cotis, quod acuit et non secat.

In hominem dicitur, qui alios bonos mores docet et ipse non bene se gerit.

١٢٩ كَدُودَةِ ٱلْقَزِّ

129. Ut bombyx.

De eo dicitur, qui aliorum causa se fatigat. Cecinit Abu-l'Fatahus:

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱلْمَرْءَ طُولَ حَيَاتِهِ   مُعَنًّى بِأَمْرٍ مَا يَزَالُ يُعَالِجُهْ

كَدُودٍ كَدُودِ ٱلْقَزِّ يَنْسِجُ دَائِبًا   وَيَهْلِكُ غَمًّا وَسْطَ مَا هُوَ نَاسِجُهْ

„Nonne vides, virum, quamdiu eius vita durat, esse adflictum re, quam semper tractat molestiam perferens sicut bombyx, qui semper texit et perit tristitià in medio eius, quod texit." Metrum Thawil est. p. 162.

١٣٠ كَذُبَالَةِ ٱلسِّرَاجِ تُضِيءُ مَا حَوْلَهَا وَتُحْرِقُ نَفْسَهَا

130. Ut ellychnium lucernae, quod res circum illustrat, at ipsum comburitur.

١٣١ كَفَارَةِ ٱلْمِسْكِ يُوخَذُ حَشْوُهَا وَيُنْبَذُ جِرْمُهَا

131. Ut vesicula musci, cuius interior pars sumitur, sed involucrum abiicitur.

De viro dicitur, cuius interior pars pulchrior exteriore est.

١٣٢ كَٱلْبَاحِثِ عَنِ ٱلْمُدْيَةِ

132. Ut cultrum quaerens.

Legitur عن الشفرة „cultrum magnum". Narrant, virum praedam attigisse, sed non habuisse instrumentum, quo eam mactaret. Quum autem ista praeda ungulis terram effoderet, eum incidisse in cultrum, quo in mactando animali uteretur. Adhibetur igitur proverbium de eo, qui rem ipsi perniciosam quaerit.

١٣٣ كَٱلْخَمْرِ يُشْتَهَى شُرْبُهَا وَيُكْرَهُ صُدَاعُهَا

133. Ut vinum, cuius potatio cupitur et cuius cephalaea recusatur.

De viro dicitur, cuius propinquitas cupitur et cuius malum timetur.

١٣٤ كَٱلْمُصْطَادَةِ بِٱسْتِهَا

134. Ut praedam capiens femina podice suo.

Narrant mulierem cepisse pedibus contractis lacertam, quae inter pedes intrasset. Proverbio utuntur, ut significent, hominem modo haud consueto et facile rem assecutum esse.

١٣٥ كَمُبْتَغِي ٱلصَّيْدِ فِي عِرِّيسَةِ ٱلْأَسَدِ

135. Ut quaerens praedam in leonis lustro.

De homine rem absurdam et periculosam petente dicitur. Samachscharius dixit hoc e versu Thirimmahi desumtum esse:

يا طَيِّئَ ٱلسَّهْلِ وَٱلْأَجْبَالِ مُوعِدُكُمْ كَمُبْتَغِى ٱلصَّيْدِ فِى عِرِّيسَةِ ٱلْأَسَدِ

„O Thajjitae campi et montium! Minitans vester ei similis est, qui in leonis lustro praedam quaerit.“

Metrum versus Basith est. c. l. m. p. 190. De eo dicitur, qui rem petit, cuius causa in interitum irruit.

١٣٦ كَذِى ٱلْعُرِّ يُكْوَى غَيْرُهُ وَهُوَ رَاتِعٌ

136. Ut camelus ulceribus adfectus, qui libere pascitur, dum alius uritur.

Abu-Ohbaidahus dixit, hanc rem non fieri. Alius quidam autem dicit, quum nonnulli in grege cameli in labiis ulceribus adfecti sint, sanum camelum ante illorum oculos uri, ut sanandi causa sit. Significat proverbium, insontem pro eo, qui crimen commiserit, poena adfici. Dixit Alnabeghahus:

حَمَلْتَ عَلَىَّ ذَنْبَهُ وَتَرَكْتَهُ كَذِى ٱلْعُرِّ يُكْوَى غَيْرُهُ وَهُوَ رَاتِعُ

„Mihi imposuisti eius crimen et me reliquisti, ut camelus ulceribus in labio adfectus libere pascitur, dum alius uritur.“

Samachscharius adnotavit legi quoque ٱلعَرِّ cum Fatha scabiem. Versus proverbiique metrum Thawil est. C. l. m. p. 162.

١٣٧ كُلُّ ٱمْرِئٍ بِطُوَالِ ٱلْعَيْشِ مَكْذُوبُ

137. Quilibet vir quoad longitudinem vitae suae ad mendacium impellitur.

Dimidium versus metri Basith est. c. l. p. 190. In Samachscharii opere بطول legimus. Id est: Qui vitam suam

duraturam esse dicit, is spe fallitur. Mulier Hajub (حيوب) appellata fratris mortem deplorans dixit:

كُلُّ ٱمْرِءٍ بِطُوَالِ ٱلْعَيْشِ مَكْذُوبُ وَكُلُّ مَنْ غَلَبَ ٱلْأَيَّامُ مَغْلُوبُ

„Omnis vir quoad longitudinem vitae suae ad mendacium impellitur et omnis vir, quem dies vincunt, victus est."

Hic versus, cuius metrum Basith est (p. 190), nonnisi in codice Berolin. legitur. Voces من غلب mihi esse videntur pro من غلبه.

١٣٨ كَٱلنَّازِى بَيْنَ ٱلْقَرِينَيْنِ

138. Ut irruens inter duos coniunctos (camelos).

Qui inter duos coniunctos camelos intrat, pedibus eorum percutitur. Virum designat, qui in rem sibi haud necessariam irruens magnam noxam concipit.

١٣٩ كَٱلْمُحْتَاضِ عَلَى عُرْضِ ٱلسَّرَابِ

139. Ut is, qui nullo respectu vaporem meridianum tanquam aquae receptaculum adit.

Eum significat, qui rem absurdam et impossibilem petit. In scholiis formae احتاض eadem significatio, quam primae et secundae „aquae receptaculum construxit" tributa est.

١٤٠ كَرُكْبَتَىِ ٱلْبَعِيرِ

140. Ut duo cameli genua.

De duabus rebus aequalibus adhibetur. Meid. Legitur quoque: كركبتى العنز „ut genua caprae" quae simul, quando camelus in terram decumbit, terram tangunt.

١٤١ كَفَرَسَىْ رِهَانٍ

141. Ut duo equi certaminis.

De duobus sibi oppositis, qui de victoria certant, proverbium adhiberi Meidanius adnotavit. Samachscharius autem, proverbium de duobus praestantia aequalibus adhiberi, dixit.

١٤٢ كُنْ حُلْمًا كُنْهُ

142. Sis somnium!

Vir quidam lanceam inter oculos uxoris suae dormientis deposuerat. Quam quum e somno expergefacta conspiceret, terrorem concipiens et oculos claudens ista verba protulit, quae in hominem ex re terrorem concipientem dicuntur. Vox كنه repetita vox كن cum pronomine ه coniuncta esse videtur.

١٤٣ كَادَ ٱلْعَرُوسُ يَكُونُ مَلِكًا

143. Parum abest, quin sponsus rex sit.

Tanto tum sibi tum familiae in honore sponsus est.

١٤٤ كَادَتِ ٱلشَّمْسُ تَكُونُ صِلَآء

144. Parum abest, quin sol ignis sit.

Magnam utilitatem designat, quae sol pauperibus adfert, quum ignis locum apud eos teneat. Samachscharius صلاءا aestum solis habet.

١٤٥ أَكِبْرًا وَإِمْعَارًا

145. Num superbiam et inopiam (coniungis)?

Accusativus ex omisso verbo تجمع coniungis pendet. Vocem كبرا Meidanius voce عجبا explicavit; at vero Samachscharius vocibus ارتفاع السن „senectutem."

١٤٦ كَفَى قَوْمًا بِصَاحِبِهِمْ خَبِيرًا

146. Optime noscit gens socium suum.

Alcesäius قوم habet et sic Samachscharius. Almarsukijjus autem dixit, dicendum fuisse كفى بقومى خبيرا بصاحبهم. Alius quidam dixit, subiectum verbi كفى omissum esse, ut sic explicandum esset: كفى قوما علمهم خبيرا بصاحبهم. Alcesäii autem legendi modus sic explicandus est: كفى قوم بعلمهم خبيرا بصاحبهم aut اكتفى قوم بعلمهم خبراء بمن يصاحبهم. E versu sequente poetae desumtum esse proverbium Samachscharius adnotavit:

إِذَا لَقِيتِ قَوْمِى فَٱسْأَلِيهِمْ كَفَى قَوْمًا بِصَاحِبِهِمْ خَبِيرَا

„Quando genti meae tu (o femina) occurris, eam interroga, optime enim noscit gens socium suum!" Metrum Wafir est. p. 204. Proverbium docet, ei, qui hominis conditionem cognoscere velit, ad familiam gentemque eius se convertat, necesse esse.

١٤٧ كُلُّ ٱمْرِئٍ يَعْدُو بِمَا ٱسْتَعَدَّ

147. Quilibet vir cum eo, quod paravit, currit.

Proverbium instigat, ut res nobis necessarias comparemus.

١٤٨ كُلُّ شَيْءٍ يَنْفَعُ ٱلْمُكَاتَبَ إِلَّا ٱلْخَنْقَ

148. Omnis res excepta strangulatione utilitati est servo, qui sibi ipsi pretium, quo libertatem emeret, imposuit.

Servus, qui sibi pretium, quo libertatem emeret, imposuerat, mulierem in matrimonium petiit. Illa autem se ex-

cusans dixit, se nil praeter se ipsam possidere. At servus, quum se ipsam tradidisset, ista verba dixit, quae proverbii locum occupantia in lucro tam parvo quam magno adhibentur.

١٤٩ كَذَبَتْكَ أُمُّ عِزْمِكَ

149 Nates tuae te mendacem esse arguerunt.

In eum dicitur, qui minatur.

١٥٠ كَالْكَلْبِ يَهِرُّ مُولِغَهُ

150. Ut canis, qui in eum, qui potum ei praebet, irritatus irruit.

In proverbio مولغه est pro بمولغه abiecta praepositione. De eo dicitur, qui virum ipsi benefacientem vituperat.

١٥١ كُنْ مُرِيبًا وَٱغْتَرِبْ

151. Si suspectus es, procul abi!

Qui crimen commisit, ei procul abeundum est, ne in aliorum potestatem veniat.

١٥٢ كُنْ بَرِيئًا وَٱقْتَرِبْ

152. Si a crimine liber es, propinquus esto!

Praecedenti proverbio contrarium sensum offert.

١٥٣ كُلٌّ يَأْتِى مَا هُوَ لَهُ

153 Quilibet ad id, quod ei est, venit.

Id est: Quilibet operi suo similis est, id quod in bonam et malam accipitur partem. In codice Berolinensi post له additur اهل dignus.

١٥٤ كُلُّ صَعْلُوكٍ جَوَادٌ

154 Omnis pauper generosus est.

Qui parum possidet, hoc non magni habet, ita ut erga alios pauco suo beneficus esse soleat.

١٥٥ كَفَى بِأَمَارَاتِ ٱلطَّرِيقِ لَهُمْ حَشْمًا

155. Via saepius facta eorum iram provocare debet.

Voces امارات الطريق „signa viae seu in via pedibus facta vestigia“ significant, multum ultro citroque quendam ivisse. Proverbii originem talem fuisse narrant: Vir, qui contra gentem iniuste egerat, mane et vespera ad eos transire solebat; quod videns alius, ad iniuriam vindicandam eos impulsurus, istis verbis usus est.

١٥٦ كَلَّا وَلٰكِنْ لَا أُعْطَاهُ

156. Minime! sed illud non dedit.

Vir quidam filium ex alia uxore natum male se corpore habentem videns, uxorem rogavit, quaenam huius rei causa esset. Uxor respondit, eum adipem pro cibo ipsi oblatam recusare. Filius autem id audiens proverbii verba dixit, quibus uxorem mendacii arguit.

١٥٧ كَالْمُخْتَنِقَةِ عَلَى آخِرِ طَحِينِهَا

157. Sicut femina, quae (angore) suffocabatur ad postremam farinae partem molendam.

Mulier frumenti magnam massam molebat. Quum maiorem eius partem in farinam moluisset, axe molae fracto

ipsa maximo taedio adfecta est. Proverbium igitur significat, hominem priore parte operis absoluta, posteriorem ad finem perducere non posse.

١٥٨ كُلُّ مَبْذُولٍ مَمْلُولٌ

158. Omne quod nobis donatur, tandem fastidio nos implet.

Rei, quam attingere non possumus, cupidiores sumus.

١٥٩ . كَٱلْغُرَابِ وَٱلذِّيبِ

159. Ut corvus et lupus.

Duos viros in una re consentientes esse significat, nam, quando in gregem lupus irrumpit, corvus, ut reliquiis lupi vescatur, sequitur. Sed ab altera parte inter eos est dissensio, nam corvus in praeda capienda lupum non adiuvat:

يُوَاسِي ٱلْغُرَابَ ٱلذِّيبُ فِيمَا يَصِيدُهُ وَمَا صَادَهُ ٱلْغِرْبَانُ فِي سَعَفِ ٱلنَّخْلِ

„Adiuvat corvum lupus in eo, quod venando capit, et quod corvi capiunt, in ramis palmarum (sc. dactyli) est.

Metrum Thawil est. c. l. m. p. 162.

١٦٠ كَارِهًا حَجَّ بَيْطَرْ

160. Invito immisso specillo vulnus exploravit veterinarius.

Nonnullis بيطر Baithar viri nomen est. a quo ars veterinaria et veterinarius nomen fortasse accepit; alii nomen a بطر fidit derivant. Proverbium a iumento, cuius detractantis vulnus veterinarius specillo explorat, derivatum in hominem translatum est, qui in alterum contra eius voluntatem beneficia confert.

١٦١ كَٱلْعِلَاوَةِ بَيْنَ ٱلْفَوْدَيْنِ

161. Ut sarcinula inter duo onera in iumenti lateribus.

Virum designat, qui in bello sociis utilitati non est.

١٦٢ كَٱلْمُشْتَرِى عُقُوبَةَ بَنِى كَاهِلٍ

162. Sicut emens punitionem gentis Banu-Cahil.

Vir, qui a praefecto punitionem gentis Banu-Cahil, quae ipsum non spectabat, emerat, ab ista gente occisus est, quapropter proverbium eum, qui re ipsum non spectante occupatus est, designat.

١٦٣ كَٱلَّذِى تَزَبَّى زُبْيَةً فَٱصْطِيدَ

163. Sicut is, qui in fovea, quam capiendi leonis ergo foderat, ipse captus est.

Proverbium aut ex poetae versu desumtum aut in versum mutatum est:

كَٱلَّذْ تَزَبَّى زُبْيَةً فَٱصْطِيدَا

„Sicut is, qui foveam in loco elato capiendi leonis causa foderat; tum captus est.“ [1])

Virum designat, cui res, quam virum adiens ipse petierat, eripitur.

١٦٤ كَٱلْمُزْدَادِ مِنَ ٱلرَّمْحِ

[1) كالذ est pro كالذى. Metrum Sarih est. conf. p. 246. conf. Dj.s. زبى

164. Sicut auctus lanceâ.

Meidanius scholion hoc adiunxit: هو الرجل يطعن فيستحى ان يفر فيدخل فى الرمح يمشى الى صاحبه يضرب لمن يركب امرا يخزى فيه فيلبس على الناس „Is vir est, qui lanceâ confoditur; tum pudet eum fugae, quapropter in lanceam se immittit, dum versus alterum procedit. Proverbium de eo adhibetur, qui rem tractat, qua ignominia adficitur; sed aliis rem dubiam reddit". Ingenue confiteor, me de proverbii sensu dubitare et quaenam praepositionis من vis in proverbio sit, non videre. Vox quoque كالمزداد, quam a radice زاد (med. ى) derivavi, aut a زاد (med. و) aut a زاد (med. Hamza) derivari potest. Nec non in scholiis verba فيدخل فى الرمح „et intrat in lanceam", obscura mihi sunt, ut, quae pro certo adferam, non habeam.

١٦٥ كَيْفَ تَرَى ٱبْنَ أُنْسِكَ

165 Quomodo vides filium familiaritatis tuae?

Id est: Qualis tibi videor. Haec verba vir socio suo dicit. Dixit Abu'l'Haitsamus: Dixit haec verba vir se ipsum laudans animae suae i. e. sibi.

١٦٦ كَيْفَ تَرَى ٱبْنَ صَفْوِكَ

166. Quomodo vides filium sinceritatis tuae?

Idem est sensus, quam praecedenti proverbio.

١٦٧ أُكْتُبْ شُرَيْحًا فَارِسًا مُسْتَمِيتًا

167. Inscribe in codicem militum Schoraihum, qui est eques morti se exponens!

Schoraihus nomen militis erat, qui verba haec lustra-

turo exercitum dixit, non desistens, donec alter eum inscripsisset. Proverbium igitur in eum dicitur, qui petendo insistit, donec desideratam rem accipiat.

١٦٨ كَٱلسَّيْلِ تَحْتَ ٱلدِّمْنِ

168. Sicut aquae fluxus sub fimeto.

Eum significat, qui inimicitiam animo occultat.

١٦٩ كُلُّ قَايِبٍ مِنْ قُوبَةٍ

169, Omnis pullus ex ovo

Omnis res originem habet.

١٧٠ كَفَى بِٱلشَّكِّ جَهْلًا

170. Dubium ignorantiae locum tenet.

Abu-Ohbaidahus dixit, si quis de veritate, num veritas sit, dubitet, ignorantiae hoc tribuendum esse.

١٧١ كَحِمَارَيِ ٱلْعِبَادِيِّ

171. Ut asini duo Ihbaditae.

Gens Ihbad Hiram incolebant et Christiani erant. Narrant Ihbaditam, qui duos asinos possideret, interrogatum, uter eorum peior esset, respondisse: هذا ثم هذا hic tum hic, quibus verbis significaret, neutrum praeferendum esse. Proverbium duas res tam pravas, ut neutra praeferenda sit, significat. Conf. Djeuh. s. عبد. Cecinit poeta:

رِجْسَانِ مَا لَهُمَا فِي ٱلنَّاسِ مِنْ مَثَلٍ إِلَّا حِمَارَا ٱلْعِبَادِيِّ ٱلَّذِى وُصِفَا

مُجَرَّحَانِ ٱلْكُلَى تَدْمَى نُحُورُهُمَا قَدْ لَازَمَا عَرَقَ ٱلْأَنْسَاعِ وَٱلْأَكُفَا

„Duae sordes, inter homines eis similes non sunt, nisi duo asini Ihbaditae, qui descripti sunt, renes vulneratos

habentes, sanguinem e iugulis emittentes, lororum et clitellarum sudore semper adflicti."

Metrum Basith est. p. 190. In Samachscharii opere legimus, homines istos e diversis gentibus originem ducentes ob regum famulitium, quo occupati fuissent, istud nomen العباد servi accepisse, aut ab eo, quod ipsis proprium signum, quo unus alterum cognosceret, verba نحن عباد الله „Nos servi Dei sumus" essent.[1])

١٧٢ كِلَا ٱلْبَدَلَيْنِ مُؤْتَشِبٌ بَهِيمٌ

172. Omnes duo succedanii sunt generis mixti, unicolores.

In duas res aequales dicitur. In meo codice et Lugdun. lego, proverbium dici in res duas استويا فى الشى in re aequales, in codice Berolin. استويا فى الشر aequales in malo, et sic Reiskius e coniectura legendum esse putavit.

١٧٣ كُلُّ نِهْيٍ يُحَسِّبُنِي إِلَّا ٱلْجَرِينَ فَإِنَّهُ يُرْوِينِي

173. Omne stagnum mihi aquam sorbendam dat praeter magnum fluvium, nam hic aqua me satiat.

De eo dicitur, qui maiora beneficia in nos confert, quam alius.

١٧٤ كُلُّ صَمْتٍ لَا فِكْرَةَ فِيهِ فَهُوَ سَهْوٌ

274. Omne silentium, quod cogitatione caret, incuria est.

Id est: Incuria, in qua nil boni est.

١٧٥ كَثْرَةُ ٱلْعِتَابِ تُورِثُ ٱلْبَغْضَاءَ

1) Esse autem videntur, qui nomen istius gentis aliter enuncient.

175. Multitudo obiurgationis odium gignit.

١٧٦ أَكْثَرُ مَصَارِعِ ٱلْعُقُولِ تَحْتَ بُرُوقِ ٱلْمَطَامِعِ

176 Saepissime mentes a fulminibus cupiditatum prosternuntur.

١٧٧ أَلْكُفْرُ مَخْبَثَةٌ لِنَفْسِ ٱلْمُنْعِمِ

177. Ingratitudo animum benefacientis corrumpit.

Scilicet contra eum, cui benefecit.

١٧٨ أَلْكَلَامُ ذَكَرٌ وَٱلْجَوَابُ أُنْثَى وَلَا بُدَّ مِنَ ٱلنَّتَاجِ عِنْدَ ٱلْإِزْدِوَاجِ

178. Sermo mas est et responsum femina, e quorum coniunctione foetus gignatur necesse est.

١٧٩ كُلُّ إِنَاءٍ يَرْشَحُ بِمَا فِيهِ

179. Omne vas rem, qua impletum est, exsudat.

Legitur quoque ينضح cum eadem significatione. Sic quoque Samachscharius, qui dixit proverbium significare, quemlibet aut bonam aut pravam naturam agendo ostendere Conf. C. XXIII, 130.

١٨٠ كَفَى بِٱلْمَشْرَفِيَّةِ وَاعِظًا

180. Gladii Maschrefitici optimi monitores sunt.

Gladii Maschrefitici optimi sunt. Nomen a Mascharef (مشارف) vicis in Syria sitis acceperunt. Similis ratio est verbis Ohtsmani: ما يزع السلطان اكثر مما يزع القران „Quod rex prohibet plus est, quam id, quod lex prohibet.“

١٨١ كَرَاكِبِ ٱثْنَيْنِ

181. Ut duobus iumentis vehens (eodem tempore).

Res fieri non potest. Proverbium adhibetur de eo, qui duas res aggreditur, quarum uni perficiendae par non est.

١٨٢ كَادَ ٱلنَّعَامُ يَطِيرُ

182. Prope est, ut struthiocamelus volet.

Rei eventum exspectatum, quippe quum indicia appareant, propinquum esse proverbium significat.

١٨٣ كُلُّ غَانِيَةٍ هِنْدٌ

183. Omnis puella Hinda est.

Significat proverbium, homines aequales esse quoad internam corruptionem.

١٨٤ كَٱلْجَرَادِ لَا يُبْقِي وَلَا يَذَرُ

184. Sicut locusta, non relinquit.

Locusta avolans nil post se relinquit rebus omnibus consumtis. Proverbium rei gravitatem et gentis interitum designat.

١٨٥ كَمَا تَزْرَعُ تَحْصُدُ

185. Ut seris sic metes.

Hortatur proverbium, ut bene agamus. cf. prov. 112. et Galat. IV, 7. Et sic apud nos dicitur.

١٨٦ كَٱلْمَحْظُورِ فِي ٱلطِّوَلِ

186. Ut (camelus) in caula retentus et fune in pede uno ligatus.

In hominem transfertur, qui opibus aliisve rebus parum tantum frui potest.

١٨٧ . كَالْمَرْبُوطِ وَالْمَرْعَى خَصِيب

187. Ut alligatus, dum pratum herbis abundat.

Proverbium sensu non multum a praecedente differt.

١٨٨ كُنْتُ مَرَّةً نُشْبَةً فَصِرْتُ ٱلْيَوْمَ عُقْبَةً

188. Fui aliquando res infixa et nunc factus sum vicis.

Dicunt, نشبة esse pro ذا نشبة ,,Possessor adhaesionis“ i. e. adhaerens; alii autem نشبة pro نُشَبة ,,affixus“ dictum esse contendunt. I. e. Homini affixus eram, qui ex me damnum percipiebat; nunc vero in eius vicem succedens ex ipso damnum percipio. Legitur quoque in proverbio فقد اعقبت I. e.: ,,Et ab eo recessi.“ In eum dicitur, qui, postquam potens fuerat, vilis fit. Conf. Kam. s. v. نشب.

١٨٩ كَذَبَ ٱلْعَيْرُ وَإِنْ كَانَ بَرَحْ

189. Mentitus est onager, etsi a latere sinistro venit.

Proverbium hoc, quod in re difficili, quam consequi posse sperant, adhibent, e versibus sequentibus Abu-Duadi desumtum est:

قُلْتُ لَمَّا نَصَلَا مِنْ قُنَّةٍ كَذَبَ ٱلْعَيْرُ وَإِنْ كَانَ بَرَحْ

وَتَرَى خَلْفَهُمَا إِذْ مَصَعَا مِنْ غُبَارٍ سَاطِعٍ قَوْسَ قُزَحْ

„Dixi, quum ambo (canis et onager) ex montis cacumine prodiissent: Mentitus est onager, et si a latere sinistro venit. Et vides post eos, quando per terram abeunt, e pulvere elato Iri similem rem.“

Metrum Basith est. conf. p. 193.

Verbum كذب in scholiis sic explicatum est: اى فتر اى امكن وان كان بارحا I. e. „Languidus est i. e. petendi facultatem dat (iaculatori), etsi a latere sinistro advenit.“ Mihi autem mentiendi significatio verbo tribuenda videtur, quia onager a latere sinistro veniens, in quo latere maxima iaculandi facultas est, iaculatori dicere videtur: Tu me sagitta non petes. In hoc igitur poetae mentitus esse videtur onager.

١٨٩. كَلَأٌ يِيبَجِعُ مِنْهُ كَبِدُ ٱلْمُصْرِمِ

190. Pabulum, ex quo pauperis iecur dolore adficitur.

Pauper divitis abundantiam videns tristitiâ adficitur. Proverbii igitur verbis magna pabuli abundantia et viri opulentia describitur. In codice Lugd. يتجع legitur.

١٩١ كَلَأٌ حَابِسٌ فِيهِ كَمُرْسِلٍ

191. Pabulum in quo alligans et libere dimittens aequales sunt.

Tanta est pabuli copia, ut nil intersit, num iumentum adligetur an libere dimittatur.

١٩٢ كَلَأٌ لَا يَكْتُمُهُ ٱلْبَغِيضُ

192. Pabulum, quod is exosum non celat.

Pabuli magnam copiam designat proverbium.

١٩٣ كَعَيْنِ ٱلْكَلْبِ ٱلنَّاعِسِ

193. Ut oculus canis dormitantis.

Rem absconditam, cuius parva tantum pars apparet, significat, quia dormitans canis oculum non omnino claudit, ut parva eius pars appareat. Hanc comparationem poeta respexisse videtur in versu sequente:

يَكُونُ بِهَا دَلِيلُ ٱلْقَوْمِ نَجْمٌ كَعَيْنِ ٱلْكَلْبِ فِى هُبَّى قِبَاعِ

„Est in eo (deserto) index (viae) genti stella similis oculo canis inter parvas parum fulgentes, occultas.“

Metrum Wafir est. p. 204.

١٩٤ كَرَهًا تَرْكَبُ ٱلْإِبِلُ ٱلسَّفَرَ

194. Invite incedunt cameli in itinere.

Virum, qui invite rem tractat, designat.

١٩٥ كَارِهًا يَطْحَنُ كَيْسَانُ

195. Invite molit Caisanus.

De eo dicitur, cui res ipsi ingrata imponitur.

١٩٦ كَٱلْبَغْلِ لَمَّا شُدَّ فِى ٱلْأَمْهَارِ

196. Ut mulus, quum inter equuleos ligatus esset.

In eum dicitur, qui adversario suo similis non est. Versus est, cui praecedit hic:

يَحْمِى ذِمَارَ مُقْرِفٍ خَوَّارِ

„Defendit dignitatem ignobilis et debilis.“

In codice Lugdun. vocalis Dhamma voci شد addita est.

Metrum Sarih est. conf. l. m. p. 245.

١٩٧ كَأَنَّهُ قَاعِدٌ عَلَى ٱلرَّضْفِ

197. Quasi super lapide candente sederet.

Proverbium virum, qui ad festinandum impellit, designat.

١٩٨ كَيْفَ ٱلطَّلَا وَأُمُّهُ

198. Quomodo infans eiusque mater (se habet)?

De eo dicitur, qui curis liber rei suae vacat. Conf. Cap. XIX, 5, ubi res explicata est. Conf. Kam. et Djeuh. s. v. ربك.

١٩٩ كَفَاقِئٍ عَيْنَهُ عَمْدًا

199. Sicut is, qui consulto oculum suum eruit.

De viro dicitur, qui errorem commisit et semet periculo exposuit. Codex Berolin. عينيه habet et sic in versu Ferasdaki legitur. Hoc scholion in Meidanii codice reperitur: وروى عن ابى شفقل راوية الفرزدق قال اتتنى النوار فقالت كلم هذا الرجل ان يطلقنى قلت وما تريدين الى ذلك قالت كلمه قال فاتيت الفرزدق فقلت يا ابا فراس ان النوار تطلب الطلاق فقال ما تطيب نفسى حتى اشهد الحسن فاتى الحسن فقال يا ابا سعيد اشهد ان النوار طالق ثلاثا قال قد شهدنا قال فلما صار فى بعض الطريق قال طلقتك قالت نعم قال كلا قالت اذن يخزيك الله عز وجل يشهد عليك الحسن وخلقته فترجم فقال

نَدِمْتُ نَدَامَةَ ٱلْكُسَعِيِّ لَمَّا غَدَتْ مِنِّي مُطَلَّقَةً نَوَارُ

وَكَانَتْ جَنَّتِي فَخَرَجْتُ مِنْهَا كَآدَمَ حِينَ أَخْرَجَهُ ٱلضِّرَارُ

فَكُنْتُ كَفَاقِئٍ عَيْنَيْهِ عَمْدًا فَأَصْبَحَ مَا يُضِيءُ لَهُ ٱلنَّهَارُ

وَلَوْ أَنِّى مَلَكْتُ يَدِى وَقَلْبِى لَكَانَ عَلَىَّ لِلْقَدْرِ ٱلْخِيَارُ

وَمَا طَلَّقْتُهَا شَبَعًا وَلٰكِنْ رَأَيْتُ ٱلدَّهْرَ يَأْخُذُ مَا يُعَارُ

„Refertur auctore Abu-Schafkalo, qui poetae Alferasdaki relator (راوية) erat, dicente: Venit ad me Alnawara dicens: Loquere cum hoc viro, ut repudio me dimittat! Dixi autem ego: Quamnam ob causam hoc vis? Dixit illa: Loquere! Ivi igitur ad Alferasdakum et dixi: O Abu-Ferase! Alnawara repudium petit. Dixit ille: Alhasani[1]) testemonio hac in re mihi utendum est. Petiit igitur Alhasanum et eum ita allocutus est: O Abu-Saihde! Testis sis, Alnawaram repudio absoluto dimissam esse. Dixit ille: Testis sum. Dixit (relator): Quum ille (Ferasdakus) quadam via esset, dixit: Num repudio te dimisi? Respondit illa: Certe! At ille dixit: Minime! Tum illa dixit: Si ita est, Deus te ignominia adficiat, testis est contra te Alhasanus et eius coetus et tu lapidaberis. Tum cecinit ille:

Poenitentiam ago sicut Cosäihta, quum a me Alnawara repudio dimissa esset; erat enim paradisus meus, ex quo exivi sicut Adamus, quum eum Aldhirarus expulisset eique similis eram, qui oculos suos data opera eruit, ita ut dies ei clarus non sit. Quod si vero manus et cordis mei potestatem habuissem, fato contra me electio fuisset (mortem lubenter subiissem). Et non ob satietatem eam dimisi, sed putavi, tempus sumere id, quod mutuo detur".

---

1) Est Hasanus Bazrensis.

2) In codice Lugd. legitur وخليفته et eius successor, in codice Berol. وخلقته

3) In lexico meo ex Reiskii adnotationibus ad exemplar Golii adnotavi, الضراء nomen angeli esse, qui Adamum e paradiso expulerit, id quod in الضرار corrigendum est, Reiskius enim ex hoc versu significationem hausisse videtur.

٢٠٠ كَٱلْكَلْبِ عَارَهُ ظُفُرُهُ

200. Ut canis, quem ungula sua abstulit.

Id est: Perdidit eum. Idem sensus est proverbio, quod vide C. XVIII, 39.

٢٠١ كُزُمُ ٱلْجَلَامِ أَعْبَرَ ٱلضَّوَائِنَا

201. Brevis forfex per anni spatium oves intonsas reliquit.

Metrum Redjes est. Conf. p. 231. De viro adhibetur, qui quum propter debilitatem suam aliis malum non intulerit, huiusce rei causa se laudat. Meidanius dicit, adjectivum pluralis numeri interdum coniungi cum nomine singularis, quia pluralis adjectivum sequatur et vocem أعبر feminini signum non accepisse, quamvis pluralis praecesserit, quia hic pluralis cum singularis forma consentiat. Mihi videtur esse licentia, quam poetae sibi interdum permissam esse putarunt.

٢٠٢ كَمْ لَكَ مِنْ خُبَاسَةٍ لَا تُقْسَمُ

202. Quot tibi praedae sunt, quae non distribuuntur.

Virum ex multis opibus congregatis, quas in suum usum non adhibeat, nullum commodum capere, significat.

٢٠٣ كُدَادَةٌ تُعْيِي صَلِيبَ ٱلْأَصْبُعِ

203. Pars cibi in olla residua, quae durum digitum fatigat.

Vocabulum كدادة cibi partem ollae fundo adhaerentem, quae digitis duris inde avelli non potest, significat. Virum gravem, qui nulla re commovetur et virum avarum, " "uo

nonnisi magna cum molestia beneficia extorquentur, significat.

٢٠٤ كُلُّ لَيَالِيهِ لَنَا خَنَادِسُ

204. Omnes eius noctes nobis sunt caliginosae.

In virum dicitur, a quo nonnisi res ingratae prodeunt, quibus nos adficit.

٢٠٥ كِلَا ٱلنَّسِيمَيْنِ حَرُورٌ حَرْجَفٌ

205. Utraque lenis aura ventus fervidus, frigidus est.

Vocabulo نسيم venti lenis aura significatur; duali autem et matutinus et vespertinus ventus indicatur. Virum describit proverbium, a quo, bonum quum sperares, malo adficiebaris.

٢٠٦ كَٱلْحَانَّةِ فِي أُخْرَى ٱلْإِبِلِ

206. Ut camela desiderio adfecta in camelis postremis.

Illam camelam significat, quae, quum in postremis sit, in primis esse cupit. De eo dicitur, qui de viro ipsius nullam rationem habente gloriatur.

٢٠٧ أَلْكَذِبُ دَاءٌ وَٱلصِّدْقُ شِفَاءٌ

207. Mendacium morbus est, veritas autem remedium

Id est: Morbus, quo ille adficitur, cui dictum est, nam impedit mendacium, quominus res clare videat.

٢٠٨ كَالْمَمْهُورَةِ إِحْدَى خَدَمَتَيْهَا

208. Sicut ea, quae doti accepit unum duorum compedum suorum.

Vocabulum خدمة lorum, quo talus cameli ligatur, significat, tum in compedes, quibus Arabum mulieres utuntur, illa lora translata sunt. Mulier quaedam dotem suam a marito postulans, quum is unum compedem, pedibus eius detractum, ei reddidisset, hunc dotis loco accepit, quapropter hanc stultitiam significat proverbium. Simili ratione dicitur: كالمهورة من نعم ابيها et كالمهورة من مال ابيها. Conf. Cap. VI, 160, 161, 162.

٢٠٩ كَيْفَ يَعُقُّ وَالِدًا مَنْ قَدْ وَلَدْ

209. Quomodo inobsequens erit in parentem is, cui filius est?

Metrum proverbii Redjes est. Conf. p. 231. Talis dolorem, qui ex filii inobedientia patri oritur, noscit et hanc ob causam inobsequens non erit.

Forma comparativi.

---

٢١٠ أَكْذَبُ مِنَ ٱلْأَخِيذِ ٱلصَّبْحَانِ

210. Magis mentiens, quam captus, qui potum matutinum sumserat.

Narrant virum, potu matutino sumto, gentem suam relinquentem in copias istam gentem invasuras incidisse et interrogatum, ubi gens esset, respondisse, se, qui in deserto pernoctaverit, gentis suae castra non nosse. Momento autem, quo inter se disputaverint, eum urinam retinere non potuisse. Hac autem de causa quum illis in suspicionem mendacii veniens lancea confossus esset, lacte statim prorumpente mendacium hostes cognovisse et non multo post castra invenisse.

Alferräus grammaticus inter infinitiva sua adtulit اكذب من اخذ الصبحان „Magis mentiens, quam cruditas pulli, qui potum matutinum sumsit"; verbum enim اخذ significat, multum fuisse lactis potum, dum pullus matris omne lac exsugeret. Hac autem de causa pullus cruditate laborat; sed ista stomachi cruditas fames ei videtur, ut iterum lac desideret. Sic igitur stomachi cruditati mendacium tribuitur. Sed alii rem aliter explicant.

٢١١ أَكْذَبُ مِنْ أَسِيرِ ٱلسِّنْدِ

211. Magis mentiens, quam captivus Sindus.

Sic dicitur, quod, si Sindorum vilis quidam captivus fit, is se regis filium esse dicit. conf. prov. 240.

٢١٢ أَكْذَبُ مِنْ يَلْمَعٍ

212. Magis mentiens, quam vapor meridianus.

Vapor iste e longinquo aqua esse videtur. Alii dicunt vocabulo يلمع lapidem splendentem significari, ut aqua esse videatur.

٢١٣ أَكْذَبُ مِنَ ٱلْيَهْيَرِ

213. Magis mentiens, quam vapor meridianus.

Conf. proverb. praecedens et Kamus s. v. هير

٢١٤ أَكْذَبُ مِنَ ٱلشَّيْخِ ٱلْغَرِيبِ

214. Magis mentiens, quam senex peregrinus.

Senex septuaginta annos natus inter peregrinos uxorem ducturus se quadragenarium esse dicit.

٢١٥ أَكْذَبُ مِنْ مُجْرِبٍ

215. Magis mentiens, quam camelos scabiosos habens.

Duplicem causam proverbii admittere possumus. Aut timens, ne ab ipso petatur pix, se picem non habere dicit aut timens, ne ab aquae receptaculo cameli repellantur, sibi non esse camelos scabie infectos, iurat. Hanc vero ob causam dicere solent: لا أليّة لمجرب „Non est iuramentum ei, qui scabiosos habet camelos" conf. C. XXIII, 387.

٢١٦ أَكْذَبُ مِنَ ٱلسَّالِئَةِ

216. Magis mentiens, quam femina butyrum coquendo purgans.

Talem feminam, quod malignum oculum timeat, dicere narrant: قد احترق قد ارتجن „Iam corruptum est non bene purgatum, iam adustum est", quae verba eius mendacium appellant.

٢١٧ أَكْذَبُ مَنْ دَبَّ وَدَرَجَ

217. Magis mentiens, quam qui repsit et qui gradatim incessit.

Id est: Magis mentiens, quam senes et parvuli. Alii autem dicunt, sensum esse, mendacissimum vivorum et mortuorum. conf. Kam. s. v. دب

٢١٨ أَكْذَبُ مِنْ فَاخِتَةٍ

218 Magis mentiens, quam palumbes.

Dicunt, palumbem voces هذا اوان الرطب „Hoc tempus est dactylorum maturorum“ proferre tempore, quo palma flores non emiserit, ut eius verbis mendacium insit. Sic dixit poeta:

أَكْذَبُ مِنْ فَاخِتَةٍ تَقُولُ وَسْطَ ٱلْكَرَبِ
وَٱلطَّلْعُ لَمَّا يَطْلِعْ هٰذَا أَوَانُ ٱلرُّطَبِ

„Magis mentiens quam palumbes, quae inter palmae ramos dicit, dum flores non emissi sunt: „Hoc tempus est dactylorum maturorum“. Metrum Redjes est. c. p. 231.

٢١٩ أَكْذَبُ مِنَ ٱلصَّنَعِ

219. Magis mentiens, quam artifex.

Proverbio huic similis sensus, quam proverbio دّه دريين سعد القين conf. C. VIII, 18. Quemadmodum faber semper, se mox abiturum esse, dicit, ut opus faciat, sic artifex.

٢٢٠ أَكْذَبُ مِنْ جُهَيْنَةَ

220. Magis mentiens, quam Hodjainahus.

Hodjainahus omnium Arabum mendacissimus fuisse dicitur. Fortasse idem est, de quo احمق من جهينة „Stupidior, quam Hodjainahus“ dicitur. conf. C. VI, 156.

٢٢١ أَكْذَبُ مِنَ ٱلْمُهَلَّبِ

221. Magis mentiens, quam Almohallabus

Significatur Ebn-Abi-Zofrah et in Scharaf-Aldini et Samachscharii opere legitur اكذب من المهلب بن ابى صفرة. Abu'l'Iekthsanus narravit, homines, quum ille narraret,

dixisse: قد راح يكذب „Iam vespera mentitur“, ipsum autem mentientem vituperasse.

٢٢٢ أَكْفَرُ مِنْ حِمَارٍ

222. Magis incredulus (impius), quam Himarus.

Himarus ben-Mowailih ad gentem Ahd pertinebat. Al-scharkijjus dixit, viri huiusce nomen fuisse Himar ben-Malic ben-Nazr et eum ad gentem Asd (ازد) pertinuisse. Virum hunc, qui religioni Mohammedis addictus vallem fertilissimam possideret, quum filii eius venando occupati fulmine occisi essent, a religione defecisse dicentem, se Deum, qui talia filiis suis fecisset, non culturum esse et subditos ad impietatem coegisse, dum repugnantes occideret. Deum autem isto viro occiso vallem vastasse.

٢٢٣ أَكْبَرُ مِنْ عَجُوزِ بَنِى إِسْرَآئِيلَ

223. Grandaevior, quam anus Israelitarum.

Nomen mulieris istius Sarih filia Iosair ben-Iacob[1]) fuisse narrant. Ducentos et viginti annos vixisse fertur, ita ut septuaginta annorum vitae spatio peracto semper iuventus ei rediret. Cum Iosepho ea in carcere fuisse narratur. Meid. Scharaf-Aldin.

٢٢٤ أَكْسَبُ مِنْ نَمْلَةٍ وَذَرَّةٍ وَفَارَةٍ وَذِئْبٍ

224. Quaestui magis deditus, quam formica; quam formica parva; quam glis; quam lupus.

Haec animalia omnium quaestui maxime dedita esse Arabes contendunt. In Scharaf-Aldini libro من النمل et من فار legitur.

---

1) Sarah filia Uschir filii Iacobi Scharaf-Aldin. Scharih filia Aschrae filii Iacobi Samachsch.

٢٢٥ أَكْسَى مِنْ بَصَلَةٍ

225. Magis vestitus, quam cepa.

Cepa multis pelliculis obtecta est. De eo dicitur, qui multas vestes induit. Observandum est, comparativi اكسى formam a voce كاس „tegens“, ita tamen ut sensum tecti مكتس obtinuerit, derivatam esse, id quod rarius fieri solet. In Scharaf-Aldini libro من البصل legitur.

٢٢٦ أَكْفَرُ مِنْ هُرْمُزَ

226. Incredulior (impior), quam Hormosus.

Quum Chaledus ben-Alwalidus Mosailimahum vicisset, in regiones Bazrae profectus est. Ibi Hormoso cum magnis copiis ad locum Cathsimah dictum occurrit. Nemo autem religioni Islamiticae infestior erat quam Hormosus, ut eius impietas in proverbii consuetudinem veniret. Chaledus eum ad pugnam cum ipso provocavit et occidit. Hoc tempore Abu-Becri gestum est. Occisi pileus pretium centum millium drachmarum habebat.

٢٢٧ أَكْذَبُ أُحْدُوثَةً مِنْ أَسِيرٍ

227. Magis mentiens in narrando, quam captivus.

Hoc ex poetae versu desumtum esse dicunt:

وَأَكْذَبُ أُحْدُوثَةً مِنْ أَسِيرٍ وَأَرْوَغُ يَوْمًا مِنَ ٱلثَّعْلَبِ

„Magis mentiens in narrando quam captivus, et astutior die quodam quam vulpes“. Metrum Motakarib est. p. 281.

٢٢٨ أَكْذَبُ مِنْ صَبِيٍّ

228. Magis mentiens, quam puer.

Sic dicitur, quod puer iudicio carens omnia, quae in mentem veniunt, loquitur.

٢٢٩ أَكْذَبُ مِنْ قَيْسِ بْنِ عَاصِمٍ

229. Magis mentiens, quam Kaisus ben-Ahzim.

Hoc ex versu Said-Alchaili desumtum est:

وَلَسْتُ بِفَرَّارٍ إِذَا ٱلْخَيْلُ أَحْجَمَتْ وَلَسْتُ بِكَذَّابٍ كَقَيْسِ بْنِ عَاصِمِ

„Non sum fugiens, quando equites recedunt, et non sum mentiens ut Kaisus ben-Ahzim“. Metrum Thawil est. p. 162.

٢٣٠ أَكْسَبُ مِنْ فَهْدٍ

230. Magis quaestum faciens, quam lupus cervarius.

Proverbium inde ortum esse dicunt, quod plures lupi cervarii aetate debilitati unum iuvencum habeant, qui praedam ipsis ad vitam necessariam capiat.

٢٣١ أَكْيَسُ مِنْ قِشَّةٍ

231. Astutior, quam pullus simiae.

Proverbium hoc de parvis praecipue adhibetur.

٢٣٢ أَكْمَدُ مِنَ ٱلْحُبَارَى

232. Tristior, quam otis.

Aliud est proverbium مات فلان كمد الحبارى „Mortuus est quidam tristitiâ otidis“. conf. C. XXIV, 60. Huiusce proverbii causam talem esse dicunt. Avem illam

viginti plumas una vice abiicere et caetera nonnisi unam post alteram abiicere alia in eius locum enata. Caeteras quoque aves terrore perculsas omnes avolare, otidem suo loco manere et ex ea re tristitia adfectam mori. In Scharaf-Aldini opere من‌حبارى legitur.

٢٣٣ أَكْبَرُ مِنْ لُبَدٍ

233. Annosior, quam Lobad.

Hic Lokmani Ahditae postremus et quidem septimus vultur est, a quo plura proverbia originem duxerunt ex. gr. اتى ابـد على لبد „Aevum Lobadum occidit“ اخنى عليه الذى اخنى على لبد „Perdidit eum idem, quod Lobadum perdidit sc. tempus.“

٢٣٤ أَكْثَرُ مِنْ تَفَارِيقِ ٱلْعَصَا

234. Plures, quam dissectae partes baculi.

Conf. C. I, 145. C. II, 162.

٢٣٥ أَكْفَرُ مِنْ نَاشِرَةَ

235. Ingratior, quam Naschirahus.

Narrant, matrem Naschirahum vivum sepelire voluisse, quum eum educare non posset, sed quominus faceret, impeditam fuisse a Hammamo ben Morrah ben-Dsohl ben-Schaiban, qui eum educaret. Hunc autem benefactorem suum ut occideret, Naschirahum operam dedisse. Meid. Scharaf-Aldinus autem sic narravit: Colaibo ben-Rabiah Taghlebita a Djassaso ben-Morrah Schaibanita occiso et hanc ob causam inter gentem Becr et Taghleb bello orto Naschirahus Hammamum, quum Djassasi frater esset, nil ab eo timentem occidit et ad gentem Taghleb se contulit. Quapropter poeta in eum dixit:

لَقَدْ عَيِلَ ٱلْأَيْتَامُ طَعْنَةَ نَاشِرَةْ   أَنَاشِرُ لَا زَالَتْ يَمِينُكَ آشِرَةْ

„Iam percussio Naschirahi orphanos egenos reddidit! O Naschirahe! dextera tua semper amputata sit!"

Metrum versus Thawil est. p. 162.

٢٣٦ أَكْرَمُ مِنَ ٱلْعَذْيْقِ ٱلْمُرَجَّبِ

236. Honoratior, quam palma dactylis abundans fulcita.

Palma, quae dactylis onusta est, honoratur. Hamsahus dixit, maiorem Arabum partem sine articulo من عذيق مرجب dicere.

٢٣٧ أَكْرَهُ مِنْ خَصْلَتَيِ ٱلضَّبُعِ

237. Odiosior, quam duae res hyaenae.

Res duae hyaenae sunt duae res ingratae eligenti. Narrant enim Arabes, vulpem rogasse hyaenam, a qua venando capta esset, ut in ipsam gratiam conferret et hyaenam respondisse, se ei veniam eligendi inter res duas dare. Vulpes, quum, quaenam illae res essent, interrogasset, responsum tulit: Aut vorari aut dilacerari. Conf. XVIII, 45.

٢٣٨ أَكْمَنُ مِنْ عَيْثٍ

238. Latentior, quam scarabaeus.

Dicunt, vocabulo عيث scarabaeum significari, qui portas veteres tundens non conspiciatur, donec portam perforaverit. Sed in meo codice quum غيث legatur, hanc significationem sub غيث in lexico meo adnotavi. Hic secutus sum legendi modum codicum Lugd. et Berol.

٢٣٩ أَكْمَنُ مِنْ جُدْجُدٍ

239. Latentior, quam scarabaeus (Djodjdjod).

Djodjdjod scarabaei nomen est, qui in desertis ab occasu solis usque ad Auroram sonum edit, sed non apparet.

٢٤٠ أَكْذَبُ مِنْ أَخِيذِ ٱلدَّيْلَمِ وَمِنْ مُسَيْلِمَةَ

240 Magis mentiens, quam captivus Dilemita;[1]) quam Mosailimahus.[2])

٢٤١ أَكْثَرُ مِنَ ٱلدَّبَا وَمِنَ ٱلنَّمْلِ وَمِنَ ٱلْغَوْغَاءِ وَمِنَ ٱلرَّمْلِ

241. Copiosior, quam locustae exiguae; quam formicae; quam locustae; quam arena.

٢٤٢ أَكْتَمُ مِنَ ٱلْأَرْضِ

242. Magis abscondens, quam terra.

٢٤٣ أَكْرَمُ مِنَ ٱلْأَسَدِ

243. Generosior, quam leo.

Sic dicitur, quod leo satiatus animalia ad ipsum transeuntia non lacerat.

٢٤٤ أَكْرَهُ مِنَ ٱلْعَلْقَمِ

---

1) Eadem proverbii causa est quam prov. 210.

2) Mosailimah nomen viri, qui prophetam se confessus est in regione Iemamae. Tempore Abu- Becri occisus est. Abulfed An. T. I. p. 210 sqq.

244. Odiosior, quam colocynthis.

٢٤٥ أَكْرَمُ مِنْ أَسِيرَيْ عَنَزَةَ

245. Generosior, quam duo captivi gentis Alnasah. Erant Hatim Thai et Cahb ben-Mahmah.

Proverbia recentiora.

---

٢٤٦ كُلُّ شَيْءٍ وَثَمَنُهُ

246. Omnis res et eius pretium.

٢٤٧ كُلُّ بُؤْسٍ وَنَعِيمٍ زَايِلٌ

247. Omnis adversitas et voluptas cessat. Proverbium hoc in meo codice non legitur.

٢٤٨ كُلُّ مَمْنُوعٍ مَتْبُوعٌ

248. Omne prohibitum desideratum est.

٢٤٩ كُلُّ مَا قَرَّتْ بِهِ ٱلْعَيْنُ صَالِحٌ

249. Omne, quo tranquillus et contentus fit homo, probum est.

٢٥٠ كُلُّ زَايِدٍ نَاقِصٌ

250. Omne auctum diminuitur.

٢٥١ كُلُّ هَمٍّ إِلَى فَرَجٍ

251. Omnis moeror ad gaudium ducit.

In codice Berolinensi B. legitur كل هم يفضى الى فرج.

٢٥٢ كُلُّ ٱمْرِىءٍ مُحْتَطِبٌ فِى حَبْلِهِ

252. Omnis vir ligna colligit in funem suum.

Id est. Omnis vir suo commodo inservit.

٢٥٣ كُلُّ غَرِيبٍ لِلْغَرِيبِ نَسِيب

253. Omnis peregrinus peregrino cognatus est.

٢٥٤ كُلُّ مَا هُوَ آتٍ قَرِيبٌ

254. Omne id quod venit, propinquum est.

In codice Berol. B. كل ات فهو قريب legitur.

٢٥٥ كُلُّ رَأْسٍ بِهِ صُدَاعٌ

255. Omni capiti cephalaea est.

٢٥٦ كُلَّمَا كَثُرَ ٱلْجَرَادُ طَابَ لَقْطُهُ

256. Quotiescunque multae sunt locustae, collectio earum bona est.

٢٥٧ كُلَّمَا كَثُرَ ٱلدَّبَا هَانَ قَتْلُهُ

257. Quotiescunque locustae multae sunt, facilis est occisio earum.

In codice meo et Lugdun. الدبا, sed in codice Berol. et Pocock. nec non in codice Berol. B. الذباب muscae legitur.

٢٥٨ كُلْ وَٱشْبَعْ ثُمَّ أَزِلْ وَٱرْفَعْ

258. Ede et satia te, tum remove et tolle!

٢٥٩ كُلْ فِي بَعْضِ بَطْنِكَ وَتَعَفَّ

259. Ede in ventris tui parte et sanum te servabis!

Id est: Ventrem tuum non omnino imple!

٢٦٠ كُلُّ كَثِيرٍ عَدُوٌّ لِلطَّبِيعَةِ

260. Omne multum naturae inimicus est

Deest in codice Berol. et Pocockiano.

٢٦١ كَثْرَةُ ٱلشَّكِّ مِنْ صِدْقِ ٱلْمُحَامَاةِ عَلَى ٱلْيَقِينِ

261. Multa dubitatio oritur ex sinceritate, qua certum custodimus.

٢٦٢ كَمْ مِنْ صَدِيقٍ أَكْسَبَتْنِيهِ ٱلْعَبْرَةُ وَسَلَبَتْنِيهِ ٱلْخِبْرَةُ

262. Quot amicos lacryma mihi acquisivit et notitia eripuit.

Lacrymae meae misericordiam et amicitiam hominum mihi acquisiverunt; sed quum ipsis mea calamitas nota esset, a me recesserunt.

٢٦٣ كَأَنَّ لِسَانَهُ مِخْرَاقُ لَاعِبٍ أَوْ سَيْفُ ضَارِبٍ

263. Ac si eius lingua gladius ligneus ludens aut ensis secans esset.

Vocabulum مخراق strophium convolutum, quo in ludo خطيرة appellato ad percutiendum utuntur, significat, tum quoque de gladio ligneo adhibetur.

٢٦٤ كُلِ ٱلْبَقْلَ مِنْ حَيْثُ يُؤْتَى بِهِ

264. Ede olus, unde tibi adfertur.

٢٦٥ كَفٌّ بِبَخْتٍ خَيْرٌ مِنْ كُرِّ عِلْمٍ

265. Manipulus fortunae melior est, quam magnum onus scientiae.

Vocabulum كر speciem mensurae aridorum significat circiter quantum sex asini portare valent. conf. lex. meum. Silentio praetereundum non est, in Pocockiano et codice Berol. B. من كنز علم „quam thesaurus scientiae" legi.

٢٦٦ كَيْفَ تَوَقِّيكَ وَجَفَّ ٱلْقَلَمُ

266. Quomodo te defendis, dum calamus siccus est.

Id est: Dum res finita est et mutari non potest.

٢٦٧ كَفَى ٱلْمَرْءَ فَضْلًا أَنْ تُعَدَّ مَعَايِبُهُ

267. Viri meritum probat, quod eius vitia enumerantur.

٢٦٨ كَعْبَةُ ٱللّٰهِ تَعَالَى لَا تُكْسَى لِأَعْوَزَ

268. Templum Dei per pauperem non vestitur.

Templum Meccae quotannis ab imperatore Egypti vestiebatur, quae res sumtuosa erat. conf. De Sacy Chrest. Arabe. T. I, p. 257. ed pr.

٢٦٩ كَالْكَعْبَةِ تُزَارُ وَلَا تَزُورُ

269. Ut templum Dei visitaris et non visitas.

In codice meo تزار ولا تزور, in codice Berolin. تزار ولا تستزار „visitaris et non rogaris ut visites" in codice Lugd. تزار ولا تزور ولا تستزار „visitaris et non visitas et non rogaris, ut visites" legitur.

٢٧٠ كُلُّ إِنْسَانٍ وَهَمُّهُ وَمَيْمُونٌ وَدِنُّهُ

270. Omnis homo et eius moeror et fortunatus et eius cadus.

In Burckhardti libro p. 166 et in codice Berol. B. nil nisi كل انسان وهمه legitur.

٢٧١ كُتُبُ ٱلْوُكَلَاءِ سَفَاتِجُ ٱلْهُمُومِ

271. Litterae (codices) administratorum syngraphae bonae (accepta) sollicitudinum sunt.

Id est: Litterae, quibus administratorum munus nobis traditur, eae syngraphis bonis sollicitudinum similes sunt, quia cum isto munere curae coniunctae sunt.

٢٧٢ كُلُّكُمْ طَالِبُ صَيْدٍ

272. Omnes vos praedam petitis.

Sequitur للمراى „de hypocrita." Vox للمراى in meo codice ita scripta est, ut pars proverbii esse videatur, in codice Berol. litterae ا signum Hamzae superscriptum est, ut loci videndi, faciei significatio ei tributa videatur. Attamen vero quum in codice meo et Lugd. littera ا signum Meddae habeat, in manuscripto autem

Pocockiano ista vox desideretur, explicandi proverbii causa eam additam esse putavi.

٢٧٣ كَأَنَّ ٱلشَّمْسَ تَطَّلِعُ مِنْ جِرْمِهِ

273. Est ac si sol ex eius corpore oriatur

De superbo dicitur. In codice Berol. sic proverbium legitur: كان الشمس تطلع من حر امه

٢٧٤ كَانَ سِنْدَانًا فَصَارَ مِطْرَقَة

274. Fuit incus et factus est malleus fabri ferrarii.

In vilem dicitur, qui potens evasit. In Burckhardti libro proverbium vitiose sic legitur: كان سندال فصار مطرقة.

٢٧٥ كَمَا طَارَ قَصُّوا جَنَاحَهُ

275. Momento, quo volavit, eius alam praeciderunt,

Viri praefecturam non durasse significat. In codice Berol. B. loco vocis كما legitur كلما quotiescunque.

٢٧٦ كَشْخَانُ بِخَلّ وَزَيْتٍ

276. Leno ob acetum et oleum.

In codice Lugd. كشحان legitur.

٢٧٧ كَالْمَرْأَةِ ٱلثَّكْلَى وَٱلْحَيَّةِ عَلَى ٱلْمَقْلَى

277. Ut mulier prole orba et serpens super sartagine.

In separatione et moerore adhibetur. Loco vocis الحية serpens manuscriptum Pocock. الحبة granum habet.

٢٧٨ كَلَامُهُ رِيحٌ فِي قَفَصٍ

278. Sermo eius est ventus in cavea.

Id est: Inutilis est. conf. C. X, 213.

٢٧٩ كُنْ يَهُودِيًّا تَامًّا وَإِلَّا فَلَا تَلْعَبْ بِالتَّوْرَاةِ

279. Esto Iudaeus perfectus, si non, lege ne ludas!

De hoc proverbio conferas Burckhardti librum p. 166.

٢٨٠ كُتِبَتْ لَهُ طَرَّادَةٌ

280. Scriptae ei fuerunt litterae lectores abigentes.

Id est: litteras commendaticias, quae ei nil profuerunt.

٢٨١ كَالضَّرِيعِ لَا يُسْمِنُ وَلَا يُغْنِى مِنْ جُوعٍ

281. Ut mammosa, quae neque pinguefacit neque sitim exstinguit.

٢٨٢ كَهِرَّةٍ تَأْكُلُ أَوْلَادَهَا

282. Ut felis, quae pullos suos vorat.

Verba haec Alsajjidus Alhimjarita in Ajischam dixisse fertur.

٢٨٣ كَلَامُ ٱللَّيْلِ يَمْحُوهُ ٱلنَّهَارُ

283. Sermonem noctis dies delet.

Hemistichium versus metri Wafir (p. 204) est. Quibus verbis Harun-Alraschidus usus esse dicitur, quum pulchra femina ipsi noctis tempore data promissa mane non impleret. Simili modo in urbe Cairo dicunt: كلام الليل مدهون بزبدة يطلع عليه النهار ويسيح „Sermo noctis butyro unctus die lucente diffluit" conf. Burckhardt. p. 216.

٢٨٤ كَأَنَّ وَجْهَهُ مَغْسُولٌ بِمَرَقَةِ ٱلذِّيبِ

284. Quasi eius facies lavata esset iusculo lupi (al. peccati).

In codice Lugd. et Berol. الذنب peccati legitur. In codice Paris. punctum diacriticum deest. In meo codice الذئب lupi legitur. Pocockius putavit, proverbium eum, qui pudore careat, designare.

٢٨٥ كَأَنَّهُ سَهْمٌ زَالِجٌ

285. Quasi sagitta celeris esset.

In scholiis codicis mei et Lugd. sic explicatum est: اى برق خاطف „fulmen rapiens"; at vero in codice Berol. legitur او برق خاطف „aut fulmen rapiens", ut ad proverbium pertineat. Non male. In celeriter incedentem adhibetur. Legitur quoque سهم زالق.

٢٨٦ كَأَنَّهُ حِكَايَةٌ خَلْفَ ٱلْإِزَارِ

286. Quasi is narratio pone velamen esset.

In foedum, turpem dicitur.

٢٨٧ كَأَنَّهُ وَقَعَ فِي بَطْنِ أُمِّهِ

287. Quasi in ventrem matris suae incidisset.

Id est: Rebus prosperis et commoditate vitae usus est.

٢٨٨ كَأَنَّهُ أَبْخَرُ نُتِفَ سِبَالُهُ

288. Ut ore foetens, cuius barba in superiore labio evulsa est.

In hominem tetricum dicitur.

٢٨٩ كَٱلْبَخْرَاءِ عِنْدَ صَدِيقِهَا

289 Ut ore foetens femina apud amicum suum.

Silentium tenentem significat.

٢٩٠ كُرْدِىٌّ يَسْخَرُ بِجُنْدِيٍّ

290. Curdus natione irridet militem.

Sic dicunt significaturi, virum se solertem gessisse contra virum ipso solertiorem.

٢٩١ كُنْ عَالِمًا كَجَاهِلٍ نَاطِقًا كَعَيِّ

291. Esto doctus ut ignarus, loquens ut blaesus.

٢٩٢ كَلَّمْنَاهُ فَصَارَ نَدِيمًا

292. Cum eo locuti sumus et factus est sodalis.

٢٩٣ كَٱلذِّئْبِ إِذَا طُلِبَ هَرَبَ وَإِنْ تَمَكَّنَ وَثَبَ

293. Ut lupus, qui fugit, quando petitur, et insilit, quando ei possibile est.

٢٩٤ كَذَنَبِ ٱلْحِمَارِ

294. Ut cauda asini.

Rem, quae neque crescit neque minuitur, significat. In Burckhardti libro (q. 167) sic legitur: كذنب الحمار لا يزيد ولا ينقص „Ut cauda asini, qui neque crescit, neque deminuitur". Pars scholii cum proverbio ibi coniuncta est.

٢٩٥ كَٱلْإِبْرَةِ تَكْسُو ٱلنَّاسَ وَٱسْتُهَا عَارِيَة

295. Ut acus, quae, dum homines vestit, nudo podice est.

In Burckhardti libro (p. 167) proverbium sic legitur: كالابرة تكسى الناس وهى عريانة „Ut acus, quae vestit homines, dum ipsa nuda est".

٢٩٦ كَٱلْعُصْفُورِ إِنْ أَرْسَلْتَهُ فَاتَ وَإِنْ قَبَضْتَ عَلَيْهِ مَاتَ

296. Ut passer, qui, si eum dimiseris, abit, sin autem prehenderis, moritur.

٢٩٧ كَلِمَةُ حُكْمٍ مِنْ جَوْفِ خَرِبٍ

297. Verbum iudicii ex ventre vastato.

De sensu proverbii dubito. Reiskius جوف خرب ventrem vacuum esse putavit.

٢٩٨ كَٱلْكَمْأَةِ لَا أَصْلٌ ثَابِتٌ وَلَا فَرْعٌ نَابِتٌ

298. Ut tuber terrae cui neque radix firma neque ramus crescens est.

٢٩٩ كَصَاحِبِ ٱلْفِيلِ يُرْكِب بِدَانِقٍ وَيُنْزِل بِدِرْهَم

299. Ut dominus elephantis, qui pro pretio Daneki vehi permittit, pro drachma descendere sinit.

Danekus sexta Drachmae pars est.

٣٠٠ كُنْ ذَكُورًا إِذَا كُنْتَ كَذُوبًا

300. Sis recordans, quum mendax es.

Si mentiris, ne obliviscere verba tua In codice Berol. B. loco vocis اذا quum legitur ان si.

٣٠١ كَثْرَةُ ٱلضَّحِكِ تُذْهِبُ ٱلْهَيْبَةَ

301. Multitudo risus verecundiam tollit.

٣٠٢ كَفَى بِٱلْمَوْتِ نَأْيًا وَٱغْتِرَابًا

302. Mors est perfectus discessus et peregrinatio.

٣٠٣ كَلْبٌ مُبَطَّنٌ بِخِنْزِيرٍ

303. Canis ventrem collapsum habens pro sue.

٣٠٤ كَثِيرُ ٱلزَّعْفَرَانِ

304. Multus croci.

In eum dicitur, qui rem molestam suscipit.

٣٠٥ كَبَتَ ٱللّٰهُ تَعَالَى كُلَّ عَدُوٍّ لَكَ إِلَّا نَفْسَكَ

305. Prosternat Deus omnem tibi inimicum praeter animam tuam!

٣٠٦ كَمْ فِى ضَمِيرِ ٱلْغَيْبِ مِنْ سِرٍّ مُحَجَّبٍ

306. Quot in mente occulti sunt secreta occulta!

Loco vocis ضمير Pocockius legit ضهير, id quod vitiosum est. Vertit autem: „Quot sunt in eo, quod continet tempus absens, secreta obtecta".

٣٠٧ كَلَامٌ لَيِّنٌ وَظُلْمٌ بَيِّنٌ

307. Sermo lenis et iniustitia manifesta.

٣٠٨ كَأَنَّمَا فُقِئَ فِي وَجْهِهِ ٱلرُّمَّانُ

308. Quasi in eius facie malum punicum ruptum esset.

Loco vocis الرمان malum Punicum in duobus codd. الزمان tempus legitur. Rubram faciem significare proverbium, putavit Pocockius. Sed fieri quoque potest, ut indicet, eum propter acrem corticis succum oculos contrahere et austerum vultum ostendere.

٣٠٩ كَأَنَّمَا زَوَى بَيْنَ عَيْنَيْهِ عَلَيَّ ٱلْمَحَاجِمُ

309. Quasi id, quod inter suos oculos contra me collegit, cucurbitularum instrumenta sint.

Proverbium pars versus poetae Alahscha appellati est, qui apud Djeuharium sic sonat:

يَزِيدُ يَغُضُّ ٱلطَّرْفَ دُونِي كَأَنَّمَا زَوَى بَيْنَ عَيْنَيْهِ عَلَيَّ ٱلْمَحَاجِمُ

„Jasidus demittit visum me non adspiciens, quasi id, quod inter oculos suos collegit, cucurbitularum instrumenta sint". Metrum Thawil est. p. 162.

Qui versus in causa est, cur mei et codicis Lugd. lectionem في عينيه reiecerim. Pocockius de corrugato fronte proverbium intelligit.

٣١٠ كَمْ مِنْ يَدٍ صَنَاعٍ فِي ٱلْكَسْبِ خَرْقَاءَ فِي ٱلْإِنْفَاقِ

310. Quot manus in quaestu agiles, in erogando stupidae!

In Burckhardti libro p. 168. sic legitur: كم من يد ضعافا الكسب خرقاء فى الانفاق. Vox ضعافا falsa est. Nec non voci خرقا falsam significationem liberalis tribuit.

٣١١ كَمْ حَاسِدٍ أَعْيَاهُ مِنِّى غَيْرُ حَرْقِ ٱلْأَرَمِ

311. Quot invidi contra me nil aliud potuerunt, quam stridere dentibus!

٣١٢ ٱلْكَيْسُ نِصْفُ ٱلْعَيْشِ

312. Intelligentia dimidium vitae est.

٣١٣ ٱلْكِبْرُ قَايِدُ ٱلْبُغْضِ

313. Superbia est odii dux.

٣١٤ ٱلْكَدَرُ مِنْ رَأْسِ ٱلْعَيْنِ

314. Spurcities est ex Ras-Alaihno.

Ras-Alaihn vel Ras-Aihn nomen oppidi in Mesopotamia siti est. Et sic in codice Berol. B. legitur.

٣١٥ ٱلْكَيْدُ أَبْلَغُ مِنَ ٱلْأَيْدِ

315. Astutia efficacior est, quam robur.

٣١٦ ٱلْكِلَابُ تُشْبَعُ خُبْزًا

316. Canes pane satiantur.

In eum dicitur, qui tibi beneficii loco escam dat.

٣١٧ ٱلْكَفَالَةُ نَدَامَةٌ

317. Sponsio est poenitentia.

٣١٨ أَلْكَرَمُ فِطْنَةٌ وَٱللُّومُ تَغَافُلٌ

318. Generositas est intelligentia (prudentia) et vilitas est socordia (negligentia).

٣١٩ أَلْكُنَى مَنْبَهَةٌ وَٱلأَسَامِى مَنْقَصَةٌ

319. Cognomina hominis dignitatem ostendunt, nomina defectus (detrimentum) sunt.

Cognominibus aliquem appellare honori ducebant Arabes. conf. libr. meum Select. ex hist. Haleb. p. 38 sq. version. nec non Chrestom. meam novam p. 40 l. 6 et l. 11.

٣٢٠ أَلْكَرِيمُ لَا تُحَلِّمُهُ ٱلتَّجَارِبُ

320. Nobilem experientia intelligentem non reddit. Naturâ enim intelligens est.

٣٢١ أَلْكَافِرُ مُوَقًّى ٱلْمُؤْمِنُ مُلَقًّى

321. Impius (non Mohammedanus) custoditur, pio (Mohammedano) obviam venitur.

٣٢٢ أَلْكَافِرُ مَرْزُوقٌ

322. Impius victum quotidianum accipit.

٣٢٣ أَلْكَلْبُ لَا يَنْبَحُ مَنْ فِي دَارِهِ

323. Canis non allatrat eum, qui in domo sua est.

In codice meo من omissum est. Et apud Burckhardtum p. 168. الكلب ما ينبح فى داره „Canis in domo sua non latrat" legitur.

٣٢٤ أُكْتُبْ مَا وَعَدَكَ عَلَى ٱلْجَمَدِ

324. Scribe id, quod tibi promisit, super glacie.

In codice meo على الجمل „super camelo“ legitur. In Pocockiano على الحمد est.

٣٢٥ اِكْسِرِي عُودًا على أَنْفِكِ

325. Frange (o femina) lignum super naso tuo!

Verbis hisce in eum utuntur, quem vi cogere et dolo circumvenire volunt.

٣٢٦ كَٱلزِّنْجِيِّ إِنْ جَاعَ سَرَقَ وَإِنْ شَبِعَ زَنَى

326. Ut Aethiops, qui famelicus furatur, satiatus stuprum facit.

Omnino perditum hominem designat. In Burckhardti libro p. 169. sic legitur كل عبد ان جاع سرق وان شبع فسق „Omnis servus famelicus furatur, satiatus scortatur.

٣٢٧ كَأَنَّهُ سِنَّوْرُ عَبْدِ ٱللّٰهِ

327 Ac si felis Ahbd-Allahi esset.

In eum dicitur, qui aetate crescens crescit ignorantia et vitiis Dj.

كَسِنَّوْرِ عَبْدِ ٱللّٰهِ بِيعَ بِدِرْهَمٍ صَغِيرًا فَلَمَّا شَبَّ بِيعَ بِقِيرَاطِ

„Ut felis Ahbd-Allahi, quae parva drachmae pretio vendita erat, adulta siliquae pretio venundata est.“ Metrum Thawil est. p. 162.

٣٢٨ كَٱلْخَصِيِّ يَفْتَخِرُ بِزُبِّ مَوْلَاهُ

328. Ut castratus, qui domini sui penem gloriatur.

Caput XXIII.

Littera Lam.

١ لَوْ ذَاتُ سِوَارٍ لَطَمَتْنِي

1. Si femina armillâ ornata alapam mihi duxisset, (ferendum esset).

Mulier nobilis verba dixisse fertur. Dj. Kam. ṣ. v. لطم. Verba sunt transponenda, coniunctio enim لو verbum requirit. Supplendum est لهان على „profecto lenius id ducerem“. Mulier armillâ ornata ingenuam, nobilem designat, quippe quum ancillae armillis rarissime utantur. In virum nobilem, qui a vili ipsi inlatam ignominiam ferre non potest, proverbium dicunt. Conf. prov. 204. Legitur quoque ذات قلب.

٢ لَوْ خُيِّرْتُ لَاخْتَرْتُ

2. Si eligere potuissem, profecto elegissem!

Baihasi sunt verba conf. C. IV, 1. In Samachscharii opere proverbium sic adnotatum est: لو خيرك القوم لاخترت „Quod si gens eligendi potestatem tibi dedisset, tu elegisses!“

De viro dicitur, qui aliam rem, quam sibi proposuerat, assecutus est.

٣ لَوْ نُهِيتَ ٱلْأُولَى لَٱنْتَهَيْتَ ٱلثَّانِيَةَ

3. Si tibi prior (colaphus) interdictus fuisset, a posteriore te abstinuisses!

Insi ben-Abi-l'Hodjair Ijaditae verba sunt. Eorum causa C. IX, 24 narrata est. Loco vocis الثانية in Samachscharii codice الاخرى legitur. Legitur quoque الاخرة. Proverbium adhiberi de prava consuetudine, quam quis ceperit, Samachscharius dixit.

٤ لَوْ تُرِكَ ٱلْقَطَا لَيْلًا لَنَامَ

4. Si relictae fuissent aves Kathae noctu, profecto dormivissent.

Sic narrant: Ahmruus ben-Mamah quum contra homines ad gentem Morad pertinentes castra posuisset, istam gentem nocturno impetu eum invasuram aves Katha suo loco abegisse. Quas quam noctu volantes eius uxor vidisset, eam, maritum suum ut moneret, ista verba protulisse. Adhibentur in eum, qui contra voluntatem suam, ut rem ipsi ingratam peragat, cogitur. Almofadhdhelus dixit, ista verba a muliere Hadsami appellata, quae filia Alrajjani esset, originem duxisse. conf. C. XXI, 61. Alrajjanus cum quatuordecim gentibus Jemanensibus contra Ahthisum ben-Challadj et gentes Chotsahm, Himjar, Djohfijj et Hamdan quum acriter pugnasset, noctu cum suis fuga se subduxit. Ahthisus, qui

campum ab hostibus relictum esse videret, equites ad persequendum misit. Hi hostium castris appropinquantes noctu aves Kathae appellatas e loco suo abegerunt. Hadsami filia Alrajjani illas volantes quum videret ad gentem suam prodiit dicens:

أَلَا يَا قَوْمَنَا ٱرْتَحِلُوا وَسِيرُوا فَلَوْ تُرِكَ ٱلْقَطَا لَيْلًا لَنَامَا

„Eheu! O gens nostra conscendite iumenta et abite! Nam si relictae fuissent aves Katha, noctu profecto dormivissent!“

Versus metrum Wafir est. p. 204.

Vidit igitur in avium volatu advenientium hostium indicium. Conf. C. XXI, 61 et prov. 125.

٥ لَوْ لَكَ عَوَيْتُ لَمْ أَعْوِهْ

5. Si tibi latrassem, non latrassem.

Littera ه in fine vocis اعوه aut illa littera ه est, quam Arabes interdum in fine vocis addunt a grammaticis litteram silentii (السكت) vocatam, aut pronomen est, quod locum infinitivi عواء latratus tenet. Proverbii sensus est: De te sollicitus non eram, nonnisi mei ipsius curam habui. Narrant, virum, qui in deserto, ut sui adventus indicium genti faceret, latrasset, lupum advenientem quod videret, ista verba dixisse. De eo adhibetur proverbium, qui bonum quaerens in malum incidit.

٦ لَوْ كُنْتِ مِنَّا حَذَوْنَاكِ

6. Si tu e nobis fuisses, tibi calceum induissemus.

Morrahus ben-Dsohl in pede canceris morbo laborans filios suos pedem amputare iussit. Omnes facere recusabant praeter Hammamum ben-Morrah. Pater autem pedem amputatum videns ista dixit verba, quibus talis sensus inest: „Si tu sanus fuisses, te in honore habuissemus.“ De

viro adhibetur, cui ob pravam ipsius indolem honor denegatur.

٧ لَوْ كَانَ ذَا حِيلَةٍ لَتَحَوَّلَ

7. Si prudentià praeditus fuisset, se convertisset.

Vir in domo sedens ignem accenderat, e quo tantus fumus ortus est, ut occideretur. Uxor eius dixit: اى فتى قتله الدخان „Qualis vir erat ille, quem fumus occidit!“ Quae verba quum saepius repeteret, audiens verba dixit, quae in proverbii consuetudinem venerunt. Vocabulo تحول duplex significatio tribui potest, aut in latus se convertit aut remedium petiit (طلب حيلة). Conf. I, 134. XVIII, 252.

٨ لَوْ لَا ٱلْوِآمُ لَهَلَكَ ٱلْأَنَامُ

8. Si non fuisset consensus, gentes periissent.

Abu-Ohbaidus dixit, proverbii sensum esse: Si homines societate et mutua consuetudine non consensissent, gentes periisse. Abu-Ohbaidahus autem sic proverbium refert: لو لا الوأم لهلك اللئام „Si non fuisset gloriatio, periissent viles“, ita ut verbo وأم gloriandi vel de gloria certandi significatio tribuatur, nam viles decorum et pulchrum non perficiunt naturae suae indole commoti, sed gloriantes et imitantes generosos. Legitur quoque: لو لا اللئام لهلك الانام „Si pacis conciliatio non fuisset, gentes periissent“; nec non اللوام „consensus“.

٩ لَكِنْ بِشَعْفَيْنِ أَنْتِ جَدُودٌ

9. Sed in montibus Schahfain camela parum lactis habens eras.

Ohrwahus ben-Alward puellam, quam in duobus montibus Schahfain, in regione Alghaur sitis, invenerat, domi educandam curavit. Illa bene nutrita et ventrosa petulans evasit et die quodam cum puellis ludens et in manibus pedibusque incedens dixit: „Mulgete me, nam ego mammosa sum". Id quod Ohrwahus audiens ista proverbii verba dixit, quae significant, quendam miseria, qua antea adfligeretur, remota petulantem factum esse. conf. Kam. s. v. شعف.

١٠ لَمْ أَذْكُرِ ٱلْبَقْلَ بِأَسْمَائِهَا

10. Non apellavi olus nominibus suis.

Iunusus ben-Habib narravit, gentem virum quendam in iudicium vocasse, quod contumeliam diceret, virum autem se defendentem praefecto dixisse, se eos tanto honore habuisse, ut olus non appellasset suo nomine, et oleris Basbas appellati mentionem non fecisset. Appellabatur enim ista gens Banu-Basbasah, quod nomen ancillae nigrae, facinoris turpis accusatae, erat. Vir autem iste apud praefectum istius plantae mentionem faciens verbis implicatis et non claris eiusdam gentis originem turpem indicavit, at a praefecto culpa liberatus est. De eo adhibetur, qui implicatis et non claris verbis, sed aegnimatis modo loquitur. In codice Lugd. pro البقل legitur البغل mulus.

١١ أَلْقَى عَلَيْهِ شَرَاشِرَهُ

11. Corpus suum super id proiecit.

Varias tribuunt significationes voci شراشر; sed proverbii sensus est: Totum se amore ductus ei dedidit. Dixit Balahmus ben-Kais:

وَقَدْ يَكْرَهُ ٱلْإِنْسَانُ مَا فِيهِ رُشْدُهُ وَيُلْقِي عَلَى غَيْرِ ٱلصَّوَابِ شَرَاشِرَهُ

„Homo id, in quo agendi recta ipsi ratio est, aversatur, sed rebus non rectis totum se tradit". Metrum Thawil est. c l. m. p. 162.

١٢ أَلْقَى عَلَيْهِ بَعَاعَهُ

12. Supellectilem suam super id proiecit.

Totum se ei tradidit. Conf. Kam. Dj. s. بع

١٣ أَلْقَى عَلَيْهِ اجْرَامَهُ وَاجْرَانَهُ

13. Corpus suum super id proiecit.

In scholiis legitur وهو هواه الذى لا يريد ان يدعه من حاجته i. e. amorem suum, quem non vult deponere propter necessitatem suam". Sed proverbio idem mihi sensus esse videtur, quam praecedenti, ut اجرام aut corporis partes aut suppellex pastoris significationem habeat. At واجرانه alterum legendi modum indicat sensu non diverso, ut proverbium efferatur: القى عليه اجرانه aut القى عليه اجرامه. Scholiastes autem de amore, quo rem aut personam amplectimur, proverbium intelligendum esse censuit

١٤ لَقِيتُهُ أَوَّلَ عَايِنَةٍ

14. Occurri ei primo omnium.

Primus ille fuit, cui occurri. Nec non dicitur: اول عاينة عينين et اول عين (et quoque ادنى عاينة) „Primum ante omnia". Vox autem عاينة adiectivi loco habenda est, ut aut نفس anima aut حدقة „nigrum oculi" suppleatur.

١٥ لَأُرِيَنَّكَ لَمْحًا بَاصِرًا

15. Efficiam, ut rem clare videas.

Hoc in proverbio vocabulo لمح intuitus (نظر) et باصر visu praeditus (ذو بصر) significationem tribuit i. e. „intuitu acri“. Chalilus autem dixit, sensum esse: لارينه امرا مفزغا „Efficiam, ut videat rem timore implentem i. e. gravem. Vocabulum لامح idem est, quod لامع „splendens“, quasi dixisset: لارينه امرا واضحا „Efficiam, ut videat rem manifestam“, quam repellere non potest. Abu-Saidus vero dixit, لمحا باصرا idem esse ac صادقا verus, sincerus“ Verbis hisce minans utitur. conf. Kam. et Dj. s. لمح.

١٦ لَيْسَ لِعَيْنٍ مَا رَأَتْ وَلٰكِنْ لِيَدٍ مَا أَخَذَتْ

16. Non est oculo, quod vidit, sed est manui, quod cepit.

Proverbii originem talem fuisse narrant. Vir quidam rem proiectam, quam viderat, non cepit; sed quum alter post eum veniens eam caperet, dixit, se eam prius vidisse. Iudex, ad quem res delata erat, iudicium tulit, quod postea in proverbii consuetudinem venit.

١٧ لَيْسَ لِمَا قَرَّتْ بِهِ ٱلْعَيْنُ ثَمَنٌ

17. Non est ei, quo laetus fit, pretium.

Dixit poeta:

مَا لِمَا قَرَّتْ بِهِ ٱلْعَيْنَانِ مِنْ هُنَا ثَمَنٌ

„Non est ei, ex quo animus recreatur, inde pretium:
Metrum Raml est. conf. p. 239. Id est:
Nulla omnino voluptas ex eo capi potest.

١٨ لَبِسْتُ عَلَى ذٰلِكَ أُذُنِي

18. Aurem meam ista in re texi.

Id est: Tacui tanquam socors, quasi nil audivissem. Duplici modo vocem لبست cum vocali Kesre aut Fatha litterae ب efferre licet. In Samachscharii opere عليه loco verborum ذلك على legitur.

١٩ لَأُنْشِقَنَّكَ نَشُوقًا مُعَطِّسًا

19. Profecto! naribus tuis medicamentum, quod tibi sternutamentum excitat, indam.

Te domare volo.

٢٠ لَأُلْحِقَنَّ حَوَاقِنَكَ بِذَوَاقِنِكَ

20. Coniungam mentum tuum cum gutture.

Dixit Abu-Ohbaidus, in vocabulo حاقنة explicando interpretes non consentire Dixit Abu-Ahmruus, isto vocabulo scrobem inter claviculam (ترقوة) et tendinem cervicis, ut dualis sit حاقنتان, vocabulo autem ذاقنة „extremitatem gutturis" significari. Quum haec Abu-Ohbaidus Alazmäiho dixisset, illum respondisse: Hanc vocabuli ذاقنة significationem esse; sed vocabuli حاقنة significationem neminem certis limitibus circumscripsisse. Abu-Saídus dixit, vocabulum حواقن eas partes corporis significare, per quas cibus in ventrem intret et ذواقن esse inferiores ventris partes. Dixit Abu-l'Haitsamus, vocabulum حاقنة depressam partem claviculae et gutturis significare et ذاقنة scrobem menti esse, ut proverbii sensus sit: Cogitantem te reddam, quia cogitans faciem in terram demittat et menti inferior pars locum حاقنة appellatum tangat. Samachscharius hoc scholion adtulit: الحاقنة المرى والذاقنة المعدة وقيل الحاقنة المعدة والذاقنة الذقن ويروى لالزقن حواقنك بلواقنك وهى اسفل بطنه هكذا ذكره ابو زيد فى نوادره". Vocabulum حاقنة oeso-

phagum et ذاقنة stomachum designat. Alii dicunt, حاقنة stomachum esse et ذاقنة mentum. Legitur quoque sic proverbium: لالزقن حواقنك بلواقنك et vox لواقن inferiores ventris partes designat. Sic Abu-Saidus in rarioribus suis proverbium retulit.“ Verbis istis minans et vim alteri illaturus utitur.

٢١ لَوْ وَجَدْتُ إِلَى ذٰلِكَ فَا كَرِشٍ لَفَعَلْتُهُ

21. Si invenissem ad illud os ventriculi, profecto fecissem !

Si res possibilis fuisset, eam perfecissem. Proverbii huius originem Alazmäihûs sic narravit: Quidam ovem in ventriculo coquere volebat; sed ventriculi os nimis angustum erat, quum ut quaedam ossa immitterentur, et coquus, cui, ut illa inderet, imperaverat, dixit: ان وجدت الى ذلك فا كرش „Si invenio ad illud os ventriculi“. Legitur quoque in proverbio: فا سبيل لاتيته „ostium viae, profecto ad id venissem“ et لو كان اليه فو كرش et باب كرش et فو سبيل et ادنى فى كرش. Sensus non multum diversus est.

٢٢ لَقِيتُهُ أَوَّلَ ذَاتِ يَدَيْنِ

22. Occurri ei ante omnes.

Verba proverbii sic explicanda sunt: لقيته اول نفس ذات يدين „Occurri ei primae animae duabus manibus praeditae i. e. homini“.

٢٣ لَأَطَأَنَّ فُلَانًا بِأَخْمَصِ رِجْلِى

23. Conculcabo quendam inferiore parte pedis mei.

Id est: Modo vehementissimo, ut vehementer adfligatur.

٢٤ لَأَبْلُغَنَّ مِنْكَ سُخْنَ ٱلْقَدَمَيْنِ

24. Te pedum calore adfligam!

Id est: Efficiam, ut res, qua pedes tui calefiant, tibi superveniat. Dixit poeta Alcomait:

وَيَبْلُغُ سُخْنُهَا ٱلْأَقْدَامَ مِنْكُمْ إِذَا إِرَتَانِ هَيَّجَتَا إِرِينَا

„Et calor eius ad vestros pedes pervenit, quum duo foci exstructos ignes excitant". Sed Samachscharius اريبا aestus. habet. Codex Berol. corruptus est. Metrum Wafir est. c. p. 204.

٢٥ لَيْسَ عَلَى أُمِّكَ بِٱلدَّهْنَاءِ تَدَلُّلٌ

25. Erga matrem tuam in deserto iocosum et lascivum te non geres.

De eo dicitur, qui alieno loco iocosum et lascivum se gerit.

٢٦ لِمْ وَلِمَهْ عَصَيْتُ أُمِّي ٱلْكَلِمَهْ

26. Quamnam ob causam et quamnam ob causam matri meae verbo inobsequens fui?

Verba sunt hominis, quem inobedientiae erga sincerum amicum poenitet.

٢٧ لَأُلْحِقَنَّ قَطُوفَهَا بِٱلْمِعْنَاقِ

27. Efficiam, ut parvos gressus faciens (equus) celeriter incedentem attingat.

Vocabulo معناق equus significatur, qui incedit modo عنق appellato i. e. collo protenso et amplo passu. Verbis

his utitur vir prudentia et potestate praeditus, qui efficere potest, ut posterior negotii pars priorem attingat.

٢٨ أَللَّقُوحُ ٱلرِّبْعِيَّةُ مَالٌ وَطَعَامٌ

28. Camela lacte abundans, quae veris tempore peperit, opibus adnumeranda et cibus est.

Abu-Ohbaidus dicit proverbio significari celeritatem, qua rebus necessariis satisfiat.

٢٩ لِكُلِّ أُنَاسٍ فِي بَعِيرِهِمْ خَبَرٌ

29. Omnibus hominibus camelorum suorum notitia est.

Rem quam possident, homines optime noscunt. Samachscharius legi في خيلهم „equorum suorum" adnotans dixit, verba ista dixisse Ahmruum ben-Alahlba ben-Alhaitsum Sadusitam, ad quem trita veste indutum, foedum adspectu, monoculum venientes, ob sermonem pulchrum, quo eos alloqueretur, admiratione adficerentur. Eum significare voluisse, suos ipsi principatum non tradituros fuisse, nisi eius notitiam habuissent. Proverbium significat, gentem suarum rerum meliorem, quam alios notitiam habere.

٣٠ لَقَدْ كُنْتُ وَمَا يُقَادُ بِيَ ٱلْبَعِيرُ

30. Iam fui talis, ut camelus, quo veherer, non duceretur.

Saahdum ben-Said Menat Alfisr cognominatum proverbii auctorem esse dicunt. Alfisr pater gentis Tamimitarum est. Uxorem duxerat feminam e gente Taghleb. Filii eius erant Zahzaah ben-Ahmir et Hobairah ben-Sahd. Grandaevus, ut ipse camelum, quo veheretur, regere non posset, ista verba dixit Zahzaaho camelum ducenti.

Horum verborum Almochabbelus in versu mentionem fecit dicens:

كَمَا قَالَ سَعْدٌ إِذْ يَقُودُ بِهِ ٱبْنُهُ كَبِرْتُ فَجَنِّبْنِي ٱلْأَرَانِبَ صَعْصَعَهْ

„Quomodo dixit Sahdus, quum filius eum duceret: Grandaevus sum; lepores igitur a me remove, o Zahzaahe!“ Metrum versus Thawil est. q. 162.

Simili modo se descripsit grandaevus hisce versibus:

أَصْبَحْتُ لَا أَحْمِلُ ٱلسِّلَاحَ وَلَا أَمْلِكُ رَأْسَ ٱلْبَعِيرِ إِنْ نَفَرَا

وَٱلذِّئْبُ أَخْشَاهُ إِنْ مَرَرْتُ بِهِ وَحْدِي وَأَخْشَى ٱلرِّيَاحَ وَٱلْمَطَرَا

مِنْ بَعْدِ مَا قُوَّةٍ أُصِيبُ بِهَا أَصْبَحْتُ شَيْخًا أُعَالِجُ ٱلْكِبَرَا

„Nunc iam arma non gero et caput cameli retinere non possum, quando fugit; lupum ego metuo, si ad eum solus transeo, nec non ventos et pluviam metuo, postea quam tanto robore eram, ut res perficerentur, senex factus sum, qui grandaevitate occupatur“:

Metrum Monsarih est p. 255. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: قد لا يقاد بى البعير

٣١ لَأَضْرِبَنَّهُ ضَرْبَ أَوَابِي ٱلْحُمُرِ

31. Profecto! percutiam eum modo, quo asini procedere nolentes percutiuntur.

Id est: Vehementissime. Minantis verba sunt.

٣٢ لَعَنَ ٱللّٰهُ مِعْزَى خَيْرُهَا خُطَّةُ

32. Maledicat Deus capris, quarum optima Choththah est!

خطّة (Choththah) caprae pessimae nomen erat. Versum hunc Alazmäihus recitavit:

يا قَوْمِ مَنْ يَحْلُبُ شَاةً مَيِّتَةْ قَدْ حُلِبَتْ خُطَّةُ جَنْبًا مُسْفِتَةْ

„O gens mea! quis ovem mortuam (quiescentem) mulget? capra Choththah in mulctris pice obductis mulsa est“.

Metrum est Redjes. p. 241.

Loco verborum لعن الله legitur quoque قبح الله. In eum dicitur, cui minima virtus est et haec quidem ignobilis. conf. Kam. et Dj s. خط.

٣٣ لَقَدْ كُنْتُ وَمَا أُخَشَّى بِٱلذِّيبِ

33. Tempus fuit, quo ex lupo timorem non conciperem (nunc iam dictum est: Cave lupum lupum!

Alazmäihus dixit, virum ita aetate confectum fuisse, ut dicendo: Lupum, lupum! ei terrorem incuterent. Legitur quoque: فما لا اخشى بالذئب (in codice Berol. بما) quod sic explicarunt: ان كنت كبرت الان حتى صرت اخشى بالذئب فهذا بدل ما كنت وانا شاب لا اخشى „Quod si nunc grandaevus sum et dicendo: Lupum, lupum! terror mihi incutitur, hoc est pro eo (loco eius) quod, dum iuvenis eram, e lupo timorem non concipiebam.“ A quibusdam proverbium Kabbatso ben-Alaschiam Cinanitae tribuitur, cui grandaevo illis verbis timorem incutere voluerant. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: قد لا اخشى بالذئب.

٣٤ لَبِسْتُ لَهُ جِلْدَ ٱلنَّمِرِ

34. Ei pellem pardi indui.

Abu-Ohbaidus dixit, proverbium significare, virum inimicitiam contra alium palam ostendisse. Narrant Moahwijjahum mortis tempore filio suo Iasido dixisse: تشمر كل

النشم والبس لابن الزبير جلد النمر „Te omni modo expeditum ostende, et contra Ebn-Alsobairum pardi cutem indue!" In Samachscharii opere لبس له „Ei induit" legitur.

٣٥ لَقَدْ ذَلَّ مَنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ

35. Iam vilis est, in quem vulpes minxerunt.

Narrant, virum quum in idolum, quod coleret, vulpem mingentem vidisset, dixisse:

أَرَبٌّ يَبُولُ ٱلثُّعْلُبَانُ بِرَأْسِهِ · لَقَدْ ذَلَّ مَنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ

„Num dominus est, in cuius caput vulpes mingit; iam vilis factus est is, in quem vulpes minxerunt". Metrum Thawil est. p. 162. conf. lexic. m. s. v. ثعلب.

٣٦ لَيْسَ قَطًا مِثْلَ قُطَيٍّ

36. Non est aequalis avis Katha parvae avi Katha.

Alazmäihus dixit, proverbium significare, analogiam non bonam esse. Dixit Abu-Ahmruus ben-Alaslat:

لَيْسَ قَطًا مِثْلَ قُطَيٍّ وَلَا ٱلْمَرْعِيُّ فِي ٱلْأَقْوَامِ كَٱلرَّاعِي

„Non est avis Katha aequalis avi parvae Katha et non est pastum ductum pecus in gentibus aequale pastori".

Metrum Sarih est. p. 245.

٣٧ لَاقَيْتَ أَخْيَلَ

37. Pico viridi occurras!

Sunt verba, quibus iter facturo mala precantur. conf. C. XIII, 127.

٣٨ لَيْسَ هٰذَا بِعُشِّكِ فَٱدْرُجِي

38. Hic nidus tuus non est; abeas igitur!

Haec res ad te non spectat; illam igitur omittas! In eum dicitur, qui supra dignitatem suam se extollit.

٣٩ لَوْ كَانَ دِرَاءٌ لَمْ تَنْبُلْ

39. Si invasio repentina fuisset, liberatus non esses.

Iunusus dixit sensum esse hunc: Si res, quemadmodum dixisti, fuisset, liberatus non esses, sed res erat minoris momenti. Vocabulum درا repulsionem significat et omnis res repellenda درا appellatur, ut درا الاعادى „hostium malum“ inde originem duxerit. De eo, cuius verba suspecta sunt, proverbium adhibetur.

٤٠ لَمْ يَفُتْ مَنْ لَمْ يَمُتْ

40. Non praeteriit, qui mortuus non est.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi tribuuntur i. e. Qui mortuus est, is re vera abiit, evanuit.

٤١ لَيْسَ بِأَوَّلِ مَنْ غَرَّهُ ٱلسَّرَابُ

41. Non est primus, quem vapor meridianus decepit,

Proverbium ex eo ortum esse dicunt, quod vir vaporem meridianum aquam esse putans et secum aquam non portans in itinere perierit.

٤٢ لَقِيتُهُ قَبْلَ كُلِّ صَيْحٍ وَنَفْرٍ

42. Occurri ei ante omnem clamorem et dispersionem.

Id est: Ante ortum Aurorae, priusquam clamor audiretur et homines dispergerentur; vocabulo enim نفر hoc in proverbio eadem significatio quam voci تفرّق dispersio tribuitur. In Samachscharii opere كل omissum est. Dicitur quoque: غضب من غير صيح ولا نفر „Nullam ob causam iratus fuit conf. Dj. et Kam.

٤٣ لَقِيتُهُ صَكَّةَ عُمَيٍّ

43 Occurri ei tempore summi aestus.

Dicitur quoque اتيتة صكة عمى Dj. Allihjanius dicit, verbis صكة عمى summum aestum, qui tantus sit, ut homo obcaecari possit, significari. Dicit Alferräus, tempus summi meridiei significari, alii autem, vocabulum عمى ardorem ipsum designare, putant. Sunt denique, qui dicant, Ohmajjum fuisse virum gentis Ahdwan, qui de itinere sacro Meccam faciendo sententiam dicere soleret. Tempore autem quodam, quo ipse in itinere Meccam faciendo cum peregrinantium turba esset, eum dixisse. „Qui ex vobis hac hora crastini diei Meccam non pervenerit, is peregrinationem suam hoc anno non perficiet". Quae verba homines audientes summo meridie in itinere pergentes iumenta propulsasse, donec Meccam intraverint". Hanc fuisse proverbii originem. Quod si hunc explicandi modum admittis, verborum proprius sensus est". Occurri ei percussione Ohmajji. Samachscharius retulit esse, qui Ohmmam Amalekita fuisse dicant. Iste quum meridiei tempore in gentem quandam subito irrupisset, tempus illud ab isto viro nomen accepisse. Alii dicunt, vocem esse deminutivum vocis اعمى, quo dorcas significetur, quia vehementia caloris ita dorcadem adficiat, ut in latibulo oculos in terram figens caeca esse videatur. Legitur quoque صكة حمى, ut pluralis sit vocabuli حامٍ. conf. quoque Harir. p. 190. et Kam.

٤٤ لِكُلِّ صَبَاحٍ صَبُوحٌ

44. Omni tempori matutino potus matutinus est.

Id est: Omne tempus rem, quae exspectari in eo potest, nobis adfert.

٤٥ لَقِيتُهُ ذَاتَ ٱلْعُوَيْمِ

45. Occurri ei pluribus annis.

De tempore praecedente adhibetur. Dicitur لقيه ذات الزمين. Scholion verba ذات العويم sic explicavit: فى الاعوام „Pluribus vicibus in annis". ذات المرار Vox عويم autem est deminutivum vocis عام annus. Samachscharius.

٤٦ لَيْسَ ٱلْخَبَرُ كَٱلْمُعَايَنَةِ

46. Non est nuntius aequalis inspectioni.

In Samachscharii opere كالعيان legitur. Almofadhdhelus dixit, traditionem maiorum Mohammedi tanquam primo auctori haec verba tribuere, nec non verba مات حتف انفه „Mortuus est morte nasi sui' i. e. morte naturali et يا خيل الله اركبى „O equites Dei vehamini!

٤٨ لَنْ يَهْلَكَ ٱمْرُءٌ عَرَفَ قَدْرَهُ

47. Non peribit vir, qui, quantum valuerit, cognovit.

In Samachscharii opere لم يهلك „non periit" legitur. Dixit Almofadhdhelus: Verba haec Actsamo ben-Zaifi tribuuntur, quae ante mortem ad gentem Thai, cuius iudex erat, scripsit. Numero sunt triginta quinque dicta, quae

omnia in proverbiorum consuetudinem venerunt. Haec sunt:
اوصيكم بتقوى الله تعالى وصلة الرحم، واياكم ونكاح الحمقاء فان نكاحها غرر وولدها ضياع، وعليكم بالخيل فاكرموها فانها حصون العرب، ولا تضعوا رقاب الابل فى غير حقها فان فيها ثمن الكريمة ورقو الدم وبالبانها يتحف الكبير ويغذى الصغير ولو ان الابل كلفت الطحن لطحنت، ولن يهلك امرء عرف قدره، والعدم عدم العقل لا عدم المال، ولرجل خير من الف رجل، ومن عتب على الدهر طالت معتبته، ومن رضى بالقسم طابت معيشته، وافة الراى الهوى، والعادة املك، والحاجة مع المحبة خير من المغضبة مع الغنى، والدنيا دول فما كان لك اتاك على ضعفك وما كان عليك لم تدفعه بقوتك، والحسد داء ليس له دواء، والشماتة تعقب، ومن ير يوما ير به، وقبل الرماء تملا الكنائن، الندامة مع السفاهة دعامة العقل، الحلم خير الامور، مغبة الصبر بقاء المودة، من بزر غبا يزدد حبا، التغرير مفتاح البوس، من التوانى والعجز نتجت الهلكة، لكل شى ضراوة فضر لسانك بالخير، عى الصمت احسن من عى المنطق، الحزم حفظ ما كلفت وترك ما كفيت، كثير التنصح يهجم على كثير الظنة، من الحف فى المسالة ثقل، من سال فوق قدره استحق الحرمان، الرفق يمن والخرق شوم، خير السخاء ما وافق الحاجة، خير العفو ما كان بعد القدرة،
,,Commendo Vobis Dei timorem et propinquorum coniunctionem! Cavete, ne fatuas in matrimonium ducatis, nam earum matrimonium est res incerti eventus et periculosa earumque filii sunt causa interitus! Equis operam date eosque honorate, sunt enim Arabum arces! Ne camelorum colla in re ipsis non conveniente deprimatis, sunt enim pretium ingenuae (quae in matrimonium petitur) et sanguinis (caedis) piaculum, et lac earum magnus dono accipit et parvus eo nutritur et si molendi negotium eis mandares, profecto molerent. Non peribit vir, qui scit, quantum valeat. Defectus verus est defectus ingenii, non opum defectus. Unus vir saepe mille viris praestat. Qui tempus objurgat, eius obiurgatio longa est. Qui portione contentus est, eius vita bona est. Consilii corruptela cupido est. Consuetudo potior est. Inopia cum amore melior est, quam

odium cum opulentia. Mundo vicissitudines sunt. Res quae tibi commodo est, etsi debilis es, tibi continget et quae contra te est, eam cum robore tuo non repelles. Invidia morbus est, cui remedium non est. Gaudium ob aliorum calamitates punitur. Qui diem videt, eo conspicitur. Ante iactum pharetrae implentur. Poenitentia cum ignorantia est fulcrum ingenii. Mansuetudo est rerum optima. Finis patientiae est amoris continuatio. Qui raro visitat, amore crescet. Semet periculo exponere clavis calamitatis est. Ex cunctatione et debilitate interitus provenit. Cuilibet rei adsuefieri possumus, linguam igitur tuam bono adsuefac! Difficultas linguae cum silentio pulchrior est, quam difficultas linguae cum sermone. Prudentia est custodia eius, quod tibi imperatum est et relictio eius, a quo liber es Multa admonitio multam suspicionem producit. Qui in rogando perseverat, molestus est. Qui altiora petit, quam pro dignitate sua, dignus est, qui repulsam ferat. Lenitas est felicitas, asperitas est infelicitas. Optima liberalitas ea est, quae egestati conveniens est. Optima venia ea est, quae post puniendi potestatem datur.“ Reiskius, qui in adnotationibus ad Abulf. Ann. T. II. p. 730 sq. haec verba exscripsit, Actamum octavo fugae anno diem supremum obiisse addidit.

٤٨ أَللَّيْلَ وَأَهْضَامَ ٱلْوَادِي

48. Noctem et depressiora vallis loca (cave)!

Duas res cavendas designat; noctu enim aut in vallis locis depressioribus facile obrui potest vir. Accusativus e verbo احذرك „cavere te iubeo“ pendet. Nec non nominativi casus in utraque voce admitti potest, ut محذوران »cavenda“ (sunt) suppleatur. conf. C. I, 374.

٤٩ أَللَّيْلُ أَعْوَرُ

49. Nox caeca est.

Nocti tribuitur id, quod hominibus noctu accidit. Quum nil videant, caeci esse videntur. Simili ratione النهار مبصر „Dies videns est" dicitur.

٥٠ لَمْ أَرَ كَٱلْيَوْمِ فِي ٱلْحَرِيمَةِ

50. Non vidi sicut hodie frustrationem.

Narrant, virum in valle in leonem incidisse seque caprum montanum eum esse putans, in eum coniecisse. Leo terrore subito perculsus quum fugeret, et vir errorem suum non cognoscens ob spem praedae capiendae frustratam ista verba diceret, patruelis, quem secum habebat, dixit: لم ار كاليوم واقية „Non vidi sicut hodie conservationem" De eo dicitur proverbium, qui tristitia adficitur, quod ipsum res, in qua nil boni est, fugit.

٥١ لَقِيتُهُ بَيْنَ سَمْعِ ٱلْأَرْضِ وَبَصَرِهَا

51. Occurri ei inter auditum et visum terrae.

Abu-Ohbaidus dixit, sensum esse: Inter longitudinem terrae et latitudinem. Quacum interpretandi ratione Meidanius non consentiens dixit, sensum esse: In loco vacuo, in quo nemo praeter terram audiat aut videat, ita ut terrae tanquam personae et aures et oculi adscribantur.

٥٢ لَقِيتُهُ بِوَحْشٍ أَصْمَتَ

52. Occurri ei in deserto omnino silente.

Id est: Ubi nemo erat, omnino vacuo. Legitur quoque ببلدة اصمت „in terra silente".

٥٣ ٱلْتَقَى ٱلثَّرَيَانِ

53. Concurrerunt duo humores.

Dixit Abu-Ohbaidus, vocabulo ثرى terram humidam significari. Pluvia multa decidente humor in interiores terrae partes penetrat, ut duo illi humores occurentes celeriter coniungantur. Proverbium igitur celerem duorum virorum aut rerum consensum designat. conf. Kam. Dj. s. v. ثرى

٥٤ لُزَّ فُلَانٌ بِحَجَرِهِ

54. Coniunctus fuit quidam cum lapide suo.

Id est: Coniunctus fuit cum adversario suo, quibus verbis similis ratio est, quam his: رمى فلان بحجره. „Iactus fuit quidam lapide suo".

٥٥ أَللّٰهُ أَعْلَمُ مَا حَطَّهَا مِنْ رَأْسِ يَسُومَ

55. Deus optime scit, quid a cacumine montis Iasum eam dejecerit.

Proverbii huius, quod in animi proposito adhibetur, originem sic describunt: Vir quidam, qui sacrificium ovis Deo voverat, transiens ad montem Iasum a pastore ovem emit ea conditione, ut eam pro ipso Deo mactaret. At vero pastor eam pro se ipso obtulit. Quam rem quum ei filius narraret,vir ista verba dixit significaturus, Deum animi propositum nosse. Loco verborum ما حطها „quid eam (ovem) deiecerit", legitur quoque من حطها „quis eam deiecerit.

٥٦ أَللَّيْلُ يُوَارِى حَضَنًا

56. Nox montem Hadhanum abscondit.

Id est: Nox omnes res et ipsum montem magnum Hadhanum appellatum abscondit.

٥٧ لَيْسَ سَلَامَانُ كَعِهْدَانَ

57. Non est Salaman ut sponsio.

Id est: Non est modo, quo spospondisti. De re dicitur, cuius pristinus status mutatus est. Salamano aut Salamani loci nomen est.

٥٨ لَيْتَكَ مِنْ وَرَاءِ حَوْضِ ٱلثَّعْلَبِ

58. Utinam sis pone Haudh-Althsalab!

Voces حوض الثعلب „cisterna vulpis" nomen vallis sunt, quae apud Schikkam Ohmani[1]) sita est. Sensus est: Utinam longe a me remotus esses!

٥٩ لَسْتُ بِخَلَاةٍ بِنَجَاةٍ

56. Non sum herba in loco elatiore.

Non sum is, qui se defendere non potest, ut iniuria adficiatur.

٦٠ لَيْتَ حَظِّى مِنَ ٱلْعُشْبِ خُوصَةٌ

60. Utinam portio mea ex herbis folium palmae esset!

Vocabulo خوصة folium palmae, folium palmae pumilae ac silvestris, folium nucis Indicae aliarumque arborum, quae ad palmarum speciem pertinent, designatur. De eo dicitur, qui multum tibi promittit et parum non cito conficit.

٦١ لَتَجِدَنِّى بِقَرْنِ ٱلْكَلَاءِ

---

1) In Kamuso legitur: Locus pone Ohman.

61. Profecto tu me invenies apud cornu pabuli!

Voces قرن الكلا „cornu pabuli" verbis منتهى الراعية وعظمها explicatae sunt. In Kamuso autem sic legitur: قرن الكلاء خيره او اخره او انفه الذى لم يوطاء „Cornu pabuli est optimum eius aut postremum aut primum eius, quod conculcatum non est". Proverbii sensus est: Ubi me quaeres, ibi me invenies.

٦٢ لَأَقْلَعَنَّكَ قَلْعَ ٱلصَّمْغَةِ

62. Profecto! te evellam modo frusti gummis!

Haec verba Hadjdjadjus ben-Ioseph Inso ben-Malic dixit. Id est: Summa cum vehementia i. e. Te perdam.

٦٣ لَطَمَهُ لَطْمَ ٱلْمُنْتَقِشِ

63. Percussit eum palma modo spinam evellentis (cameli).

Id est: Vehementer et perpetuo, quia camelus, quum pedi spina infixa est, ut eam evellat, perpetuo terram pede vehementer percutit. conf. Djeuh. s. v. نقش

٦٤ لَيْسَ لَهَا رَاعٍ وَلٰكِنْ حَلَبَةٌ

64. Non est ei pastor, sed mulgentes (ei sunt).

De viro dicitur, qui tot negotiis oneratur, ut pereundum ei sit, quippe quum nemo eius curam gerat. Legitur quoque الرعاء „pastores".

٦٥ أَلْقَتْ مَرَاسِيَهَا بِذِى رَمْرَامٍ

65. Ancoras suas iecerunt in loco, ubi pabulum vernum erat.

Vocabulum رمرام speciem arboris et herbas vernas significat. A camelis, qui in tali loco pabulo abundant desumtum proverbium in homines tranquillos laetosque translatum est.

٦٦ لَوْ بِغَيْرِ ٱلْمَآءِ غَصِصْتُ

66. Si alia re, quam aqua praefocatus essem.

In virum dicitur, qui alteri in ipso fiduciam ponenti interitum adfert, quemadmodum, qui aquâ suffocationem depulsurus, ipsa aquà suffocatur. Sic in versu Ahdijji ben-Said:

لَوْ بِغَيْرِ ٱلْمَاء حَلْقِى شَرِقٌ كُنْتُ كَٱلْغَصَّانِ بِٱلْمَاء ٱعْتِصَارِى

„Si alia re, quam aquà in gutture meo suffocatus fuissem, similis suffocaturo fuissem, qui aqua suffocationem depellit«. Metrum est. Raml. p. 237.

٦٧ لَتَجِدَنَّ نَبَطَهُ قَرِيبًا

67. Tu profecto invenies, eius e terra prorumpentem aquam esse propinquam!

Proverbium a puteo desumtum, virum sua aliis facile pertire, significat.

٦٨ إِلْتَقَتْ حَلْقَتَا ٱلْبِطَانِ

68. Duo annuli cinguli sub ventre cameli inter se contigerunt.

Quando isti annuli inter se contingunt, cingulum firmissime contractum est. Significat, rem ad extremum pervenisse.

٦٩ لَيْسَ ٱلْهِنَآءُ بِٱلدَّسِّ

69. Unctio cameli in toto corpore non est aequalis unctioni in partibus.

Legitur quoque الهناء. Vocabulo دس unctio cameli pice liquida significatur, quae nonnisi in partibus corporis, quae مساعر appellantur (i. e. inferiores femorum partes et inguina), fit. In eum dicitur, qui rem non diligenter et cum studio petit.

Conf. Dj. s. v. دس

لَوْ كُنْتُ أَنْفُخُ فِي فَحَمٍ ٧٠

70. Si in carbones inflassem.

Verba قد عملت »Iam fecissem« supplenda sunt i. e. Rem fecissem, si utilis mihi fuisset. Dixit poeta:

إِنَّ تَمِيمًا مَعْشَرٌ ذُووكَرَمْ قَدْ قَاتَلُوا لَوْ يَنْفُخُونَ فِي فَحَمْ

»Gens Tamim est coetus generosus. Iam dimicassent, si in carbones inflasse t«. Metrum Redjes est. p. 231.

Samachscharius habet قد نفخت لو انفخ في فحم. Vulgus autem dixit: انما ينفخ فى رماد »In cinerem inflat«.

لَوْ كَانَ عِنْدَهُ كَنْزُ ٱلنَّطْفِ مَا عَدَى ٧١

71. Si fuisset apud eum thesaurus Alnathfi, non irruisset.

Alnathf ben-Alchaibari ad gentem Banu-Iarbuh pertinens tanta paupertate erat, ut aquam in humeris suis portaret. conf. C. XXVII, 165. et a stillante aqua istud cognomen النطف accepit. Qui quum in thesauros, qui a Badsano ex Arabia felici ad Cosroem missi essent, irruens per totum diem praedatus esset, tam dives evasit, ut eius divitiae in proverbii locum apud Arabes venirent. Apud Samachscharium sic prover-

bium legitur: كان عنده كنز النطف „Apud eum thesaurus Alnathfi erat«.

٧٢ لَمْ أَجِدْ لِشَفْرَتِى مَحَزًّا

72. Non inveni cultro meo locum secandi.

Excusationi proverbium inservit in rerum necessariarum difficultate. Quod intendi, perficere non potui.

٧٣ لِكُلِّ صَارِمٍ نَبْوَةٌ لِكُلِّ جَوَادٍ كَبْوَة

73. Omni secanti obtusio, omni equo generoso lapsus est.

In codice Lugd. tanquam duo proverbia scripta sunt.

٧٤ لِكُلِّ عَالِمٍ هَفْوَةٌ

74. Omni docto est error.

٧٥ لِكُلِّ دَاخِلٍ دَهْشَةٌ

75. Omni intranti est stupor.

٧٦ لَأَطْعَنَنَّ فِى حَوْصِهِمْ

76. Profecto suturam eorum perrumpam!

Id est: Perdam quod tractarunt. Minitantis verba sunt. In Kamuso لاطعنن فى حوصك legitur. In Samachscharii opere legitur حوضهم »receptaculum aquae eorum.“

٧٧ لَيْتَ ٱلْقِسِىَّ كُلَّهَا أَرْجُلًا

77. Utinam arcus omnes pedes essent!

Pes arcus eius inferius cornu est, oppositum superiori, quod يد manus appellatur. Inferius autem cornu crassius

est. Neque autem crassitie par esse potest cornu inferius superiori, ita ut proverbium rem optatam absurdam esse indicet. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi, si quis optet, ut homines bonis et praestantia inter se sint aequales. Quod vero post ليت accusativus legitur, id dialecto gentis Tamim proprium est.

٧٨ لَيْسَ بَعْدَ ٱلْإِسَارِ إِلَّا ٱلْقَتْلُ

78. Non est post captivitatem nisi caedes.

Proverbium Tamimitae cuidam adscribitur dicenti ista verba die Almoschakkar. Conf. C. XXIX, 60. Almoschakkar arcis nomen erat in regione Bahrain sitae. Cosroes arcis praefecto imperaverat, ut Tamimitas, qui peccatum commiserant, in arcem alliceret et occideret. Singuli donorum spe adducti introibant; sed quum nemo rediret, unus remanentium ista verba dixit, quibus proverbii loco significant, viro, qui mala a socio perpetiatur, peiora timenda esse.

٧٩ لَيْسَ بَعْدَ ٱلسَّلْبِ إِلَّا ٱلْإِسَارُ

79. Non est post spoliationem armorum nisi captivitas.

Verba haec dixit Himjarijjus ben-Ahbadah die Almoschakkar, quum gentem suam depositis armis in arcem Hadjari ad Haudsahum ben-Ahli et Almocahberum Dhabbitam intromissam videret, nemo autem rediret. Portae tum custodiam eques catenam, qua porta clausa erat, manu tenens habebat. Hac catena simul cum equitis manu ab isto viro amputata et porta aperta occisi conspiciebantur. Hoc videns gens Tamim irruebat. Haudsahus autem cognoscens gentem ipsius sanguinem vovisse, Almocahberum centum viros ex praestantissimis dimittere iussit. Ipse autem cum equitibus fuga salutem petiit. Fugientes

Sahdus et quinque gentes coniunctae (الرباب) persecuti sunt et nonnullos occiderunt. Isto autem die quatuor millia hominum occidebantur. In virum dicitur, qui primum dolose agit, tum rem perturbat, ut socium suum decipiat يضرب للرجل يمكر مكرا متقدما ثم خلط ليخدع صاحبه.

٨٠ لَيْسَ فِي جَفِيرِهِ غَيْرُ زَنْدَيْنِ

80. Non sunt in pharetra eius nisi duo ignitabula.

De eo dicitur, apud quem nil boni est. conf. C. XI, 4.

٨١ لَيْسَ ٱلدَّلْوُ إِلَّا بِٱلرِّشَاءِ

81. Non est situla nisi per funem.

Id est: Situla, quae fune caret, ad aquam hauriendam inutilis est. Proverbium significat, virum non per se, sed cum propinquis coniunctum potentem esse.

٨٢ لَيْسَ هٰذَا مِنْ كَيْسِكَ

82. Non est haec astutia tua.

Proverbium significat, virum rem agere, cuius auctor ipse non sit. Narrant Ahmruum, petente Moahwijjaho, iuramentum obsequii Iasido in imperio successuro praestare noluisse et Moahwijjahum isto tempore, ut faceret, non amplius ursisse. Postea autem morientem Moahwijjahum Iasido consilium dedisse, ut ab Ahmruo in sepulcrum Moahwijjahi introducto, ducto gladio ad eius portam stans iuramentum illud denegatum postularet, et iterum recusaturum statim interimeret. Quod quum Iasidus fecisset, Ahmruus iuramentum praestans dixit: ما هذا من كيسك ولكنه من كيس الموضوع فى اللحد„Non haec est astutia tua; sed astutia in sepulcri latere depositi est".

٨٣ أَللِّسَانُ مَرْكَبٌ ذَلُولٌ

83. Lingua est iumentum obsequens.

Id est: Linguâ proferre potest homo tam bonum quam malum.

٨٤ أَلْقِ لَهُ كَمَا يُلْقِى لَكَ

84. Ita iniice in eius molam, prout in tuam iniicit!

Id est: Prout erga te agit, ita erga eum agas!

٨٥ لَيْسَ لِمُخْتَالٍ فِى حُسْنِ ٱلثَّنَاءِ نَصِيبٌ

85. Non est superbo pulchrae laudis portio.

Proverbio hoc superbia vituperatur.

٨٦ لِجْ مَالِ وَلَجَتِ ٱلرَّجَمَ

86. Intra, o Malice! Intres in sepulcrum.

Quum Sahdus ben-Said fratri suo Malico ben-Said, qui stupidus esset, ut mulierum conditionem non nosset, uxorem dedisset, et hic in eius cubiculum intrare nollet, Sahdus eum istis verbis excitavit. conf. Berth. 9.

٨٧ لَأَعْرِفَنَّكَ بَعْدَ ٱلْمَوْتِ تَنْدُبُنِى
وَفِى حَيَاتِىَ مَا زَوَّدْتَنِى زَادِى

87. Scio te mortuum me defleturum esse, et vivo mihi alimentum non dedisti.

Metrum versus Basith est. conf. p. 190. Abu-Ohbaidus adnotavit, proverbium dici de viro mortuum deflente, cui viventi defuisset in officiis praestandis. Proverbium in codice Berol. et Pocock. hoc loco non legitur, sed post pro-

verbium 480 in codice Berol., quod لا اعرفنك „Non te nosco" incipit.

٨٨ لَبِئْسَ عِتَابُ ٱلْمَرْءِ لِلْمَرْءِ نَافِعًا
إِذَا لَمْ يَكُنْ لِلْمَرْءِ لُبٌّ يُعَاتِبُهْ

88 Obiurgatio viri inutilis est viro, quem ipsius animus non obiurgat.

Monet proverbium, ne eum obiurgemus, qui obiurgationem non admittit. Versus metrum Thawil est. p. 162.

٨٩ لَمْ أَجْعَلْهَا بِظَهْرٍ

89. Non posui eam (rem) in tergo.

Id est: Rem, quam mihi peragendam imposuisti, semper ante oculos habebam, ut eius non oblivisceerer.

٩٠ لَأَكْوِيَنَّهُ كَيَّةَ ٱلْمُتَلَوِّمِ

90. Uram eum ustione cunctabundi.

In scholiis vox متلوم hisce verbis explicata est: المتلوم الذى يتبع الداء حتى يعلم مكانه „Vocabulum متلوم eum designat, qui morbum sequitur, donec eius locum sciat". Id est: Vehementissime te uram. Minantis sunt verba.

٩١ لَقَدْ حَمَّلْتُكَ غَيْرَ مَحْمِلِكَ

91. Aliam quam tuam sellam tibi portandam imposui.

Vocabulum محمل sellam significat, cui imponuntur onera portanda. In hominem translati proverbii sensus est: Sustuli te supra dignitatem tuam. In virum dicitur, qui beneficiis in eum collatis indignus est.

٩٢ لَوْ سُئِلَتِ ٱلْعَارِيَةُ أَيْنَ تَذْهَبِينَ لَقَالَتْ أَكْسِبُ أَهْلِي ذَمًّا

92. Si res commodata interrogata fuisset: Quo abis? profecto dixisset: Efficio, ut, qui me dedit, vituperium acquirat.

Verba Actsami ben Zaifi sunt. Homines mutuo petenti dantes benefaciunt; sed repetentes mutuo datum ab eo non gratiam, sed vituperium acquirunt. Proverbium ingrati hominis animum designat.

٩٣ لَأَضُمَّنَّكَ ضَمَّ ٱلشَّنَاتِرِ

93. Profecto te contraham modo digitorum!

Meidanius in scholiis dixit, شناتر Iemanensibus proprium vocabulum digitos significare. At vero aliis i n a u r i u m significatio Iemanensibus propria esse videtur, unde rex quidam ذو الشناتر „possessor inaurium“ cognomen acceperit.

٩٤ لَوْ لَا عِتْقُهُ لَقَدْ بَلِيَ

94. Nisi eius praestantia fuisset, profecto attritus fuisset!

Nisi tanto robore et praestantia fuisset, illa onera ipsi portanda imposita ferre non potuisset.

٩٥ لَيْتَنِي وَفُلَانًا يَفْعَلُ بِنَا كَذَا حَتَّى يَمُوتَ ٱلْأَعْجَلُ

95. Utinam mihi quidam id faciat, donecis, cuius fatum magis properat, moriatur!

Proverbii huius posterior pars ex versu desumta est, quem Alaghlabus Ihdjlita dixit:

ضَرْبًا وَطَعْنًا أَوْ يَمُوتَ ٱلْأَعْجَلُ

„Percutiendo et confodiendo aut moriatur is, cuius fatum magis properat". Conf. C. XV, 25.

٩٦ لَيْسَ عَلَيْكَ نَسْجُهُ فَٱسْحَبْ وَجُرَّ

96. Tibi illa (vestis) texenda non est, humi trahe igitur et verre!

Tu in ista re perficienda diligentia non uteris, et hanc ob causam eam perdis.

٩٧ أَلْقِ دَلْوَكَ فِي ٱلدِّلَاءِ

97. Proiice situlam inter situlas!

Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium monere, ut lucro operam demus. Dixit poeta:

وَلَيْسَ ٱلرِّزْقُ عَنْ طَلَبٍ حَثِيثٍ ۝ وَلٰكِنْ أَلْقِ دَلْوَكَ فِي ٱلدِّلَاءِ

تَجِيءُ بِمِلْئِهَا طَوْرًا وَطَوْرًا ۝ تَجِيءُ بِحَمْأَةٍ وَقَلِيلِ مَاءٍ

„Et non sunt res ad vitam necessariae sine petitione avida, sed proiice situlam tuam inter situlas; modo aqua impletam extrahes, modo coeno et paucâ aquâ impletam extrahes". Metrum Wafir est. c. p. 204.

٩٨ لَقِيتُ مِنْهُ عَرَقَ ٱلْجَبِينِ

98. Frontis sudor ex eo mihi contigit.

In eius re perficienda tam fatigatus eram, ut frons mea sudaret. De opere molesto quoque dicitur: عرق القربة „Sudor utris aquarii" conf. Abulf. II, p. 773.

٩٩ لَيْسَ لِشَبْعَةٍ خَيْرٌ مِنْ صَفْرَةٍ تَحْفِزُهَا

99. Non est satietati pleno ventre bonum ex fame, quae eam depellit.

١٠٠ لَيْسَ لِلْبِطْنَةِ خَيْرٌ مِنْ خَمْصَةٍ تَتْبَعُهَا

100. Non est satietati pleno ventre bonum ex fame, quae eam sequitur.

Verborum sensus esse videtur: Fortuna, quam sequens infortunium omnino delet, commodo nobis non est.

١٠١ لَيْسَ ٱلرِّيُّ عَنِ ٱلتَّشَافِّ

101. Sitis non expletur, quia omnem potum ebibit homo.

Id est: Etsi non omnem aquam, quam vas continet, ebibit homo, tamen sitis expleri potest. Proverbium continentiam commendat, ut pauco et re nobis sufficiente contenti simus.

١٠٢ لِهٰذَا كُنْتُ أُحَسِّيكَ ٱلْجُرَعَ

102. Hanc ob rem iusculum tibi sorbendum dedi.

Vocabulo جرعة sorbitio et res, quae sorbetur, significatur. Loco vocis الجرع legitur المجع „lac, in quo dactyli macerantur«. Id est: Hanc ob causam te educavi, ut a me aut malum depelleres, aut mihi commodum adferres. Alazmäihus dixit, virum quendam equo suo lac bibendum dedisse, et ista verba dixisse, quum equum ad persequendum aut fugiendum adhibere vellet. Dixit poeta metro Redjes usus:

لِمِثْلِهَا كُنْتُ أُحَسِّيهَا ٱلْحُسَى

„Ob similem rem ei sorbendum dedi“.

١٠٣ لَيْسَ كُلَّ حِينٍ أَحْلُبُ فَأَشْرَبُ

103. Non omne tempus mulgere et tum bibere permittit.

Id est: Non omne tempus in opere peragendo te adiuvat, prudenter igitur agas, neque sine modo et mensura opes eroges. Adhibetur proverbium in omni re, quae nos mpedit, quominus divitiis aliisve rebus fruamur. Dixit Abu-Ohbaidus: Proverbium dixisse fertur Saidus ben-Djobair in traditione, de qua interrogatus erat. Althabarius dixit, verbis proverbii eum uti, qui primam operis sui partem firmiter instituat timens, ne postremam eius partem perficere non possit.

١٠٤ لَتَحْلُبَنَّهَا مَصْرًا

104. Profecto eam mulgebis extremis digitis (omne lac emulgens!)

Haec verba in minitantem dirigimus significaturi, eum nonnisi summa cum molestia a nobis rem obtinere posse. Suffixum ها ad camelam referendum in rem translatum est. In Scharaf-Aldini opere sic legitur: اما والله لتحلبنها مصرا.

١٠٥ لَمْ تُحْلَبْ وَلَمْ تُغَارّ

105. Non mulsa fuit et diminutione lactis non adfecta fuit.

Id est: Non mulsa et diminutione lactis adfecta non fuit. In eum dicitur, qui suas aut alius opes perdidit. Samachscharius واودى اللبن "et periit lac" partem proverbii esse adnotavit et dixit, proverbium adhiberi de eo, qui opes perdens modum perdendi nesciat.

١٠٦ لِلّٰهِ دَرُّهُ

106. Deo lactis eius copia!

Lactis copia in omne bonum et donum translatum est, ut in omni re admiratione digna adhibeatur. Abulf. II, 420.

١٠٧ لَيْسَ ٱلشَّحْمُ بِٱللَّحْمِ وَلٰكِنْ مِنْ قَوَاصِيهِ

107. Adeps non est caro, sed carnis latera sunt.

In duos viros, qui quodammodo similes, sed re vera diversi sunt, dicitur.

١٠٨ لَمْ يَضِعْ مِنْ مَالِكَ مَا وَعَظَكَ

108. Non periit opum pars, quae te monuit.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur. Dixit Almobarredus: Opum tuarum pars amissa te docet, cavendum esse, ne et altera pars amittatur, ut in ista parte amissa ob illam admonitionem re vera iactura non sit.

١٠٩ لِفُلَانٍ كُحْلٌ وَلِفُلَانٍ سَوَادٌ

109. Cuidam est collyrium et cuidam est nigredo.

Duo sunt proverbia significantia, quendam opulentum esse. Voce كحل collyrium, cui color niger esse solet, voce سواد nigredinem designant. Utraque vox multitudinem significat, nigredo enim impedit, quominus numero res definiantur, quippe quum nigredo in causa sit, cur rerum veram conditionem non accurate cognoscamus. Hoc dixit Abu-Ohbaidus.

١١٠ لَيْسَ أَخُو ٱلشَّرِّ مَنْ تَوَقَّاهُ

110. Non est malo adflictus, qui id cavet.

Si in malum incidisti, ne ab eo securum te habeas, donec eo libereris.

١١١ لَعًا لَكَ عَالِيًا

111. Deus tibi propitius sit!

Loco verborum لعا لك dicitur لعل لك. Verbis hisce caespitanti bene praecantur.

Dixit poeta Almohadjdjen ben-Hasn Alharitsi appellatus:

لَنَا فَخْمَةٌ زَوْرَاءُ أَحْمَتْ بِلَادَنَا مَتَى يَرَهَا ٱلشَّاوِى يَلْتَحِجْ بِى وَهَلْ

وَأَرْمَاحُنَا يَنْهَزْنَهُمْ نَهْزَ فَخْمَةٍ يَقُلْنَ لِمَنْ أَدْرَكْنَ تَعْسًا وَلَا لَعَلْ

»Nobis est crassum (ahenum), profundum, quod terras nostras calefacit. Quando ovium possessor id videt, pronuntiat confusus: Per me! et Num? Et lanceae nostrae vulnere amplo sicut crassa (lancea) eos confodiunt, iis, quos assequuntur, dicentes: Pereas! et ne surgas!

Metrum Thawil est. p. 462.

١١٢ لَعَلَّ لَهُ عُذْرًا وَأَنْتَ تَلُومُ

112. Fortasse ei excusatio est, et tu vituperas.

In eum dicitur, qui vituperat eum, cui excusatio est, quae vituperanti ignota est. Monet igitur proverbium, ne antequam totam rem perspexerimus, alios vituperemus.

١١٣ لَقِيتُ مِنْهُ ٱلْأَقْوَرِينَ وَٱلْفَتَكْرِينَ وَٱلْبَرْحِينَ

113. Mala magna ab eo perpessus sum.

Triplex proverbium est, ut eodem sensu لقيت منه الاقورين et لقيت منه الفتكرين et لقيت منه البرحين dicatur[1]), nam omnia ista verba m u l t a et m a g n a m a l a significant. Dixit poeta:

وَمَنْ يُطِعِ ٱلنِّسَاءَ يُلَاقِ مِنْهَا إِذَا أَغْمَزْنَ فِيهِ ٱلْأَقْوَرِينَ

»Qui mulieribus obedit, is, si ei obtrectant, magna ab iis

1) In Samachscharii opere legitur: لقيت الامرين البرحين.

mala perpetitur« Metrum Wafir est. c. l. m. p. 204. conf. Kam. Djeuh.

۱۱۴ لَمْ يُحْرَمْ مَنْ فُصِدَ لَهُ

114. Cui sanguis in intestinas immissus et coctus pro cibo appositus fuit, is non omni cibo destitutus est.

In summa cibi inopia Arabes venae sectione cameli emissum sanguinem in intestinis coquere et hospitibus apponere solebant. Dicitur quoque in passivo فصد, media vocali omissa, et فزد littera mutata. Proverbio pauco contentum animum significant. Samachscharius hanc proverbii causam adnotavit. Duo viri apud Arabem campestrem pernoctaverant. Quum alter alterum de modo, quo hospitio exceptus fuisset, interrogavisset et alter se sanguine in intestinis cocto exceptum esse dixisset, alter ille ista proverbii verba dixit.

۱۱۵ لَأَمُدَّنَّ غَضَنَكَ

115. Profecto rugas tuas extendam!

Id est: Molestiam et aerumnum tuam ita augebo, ut rugae tuae longae fiant. Legitur quoque لامدن عصبك »Nervos tuos extendam« sensu non mutato.

۱۱۶ لَتَجِدَنَّ فُلَانًا أَلْوَى بَعِيدَ ٱلْمُسْتَمَرِّ

116. Profecto tu quendam invenies vehementem in litigando et longius procedentem in perseverando.

Proverbium sequente scholio explicatum est: الوى اى شديد الخصومة واستمر استحكم بمعنى المستمر فى الخصومة لا يسام

المراس انشد ابو عبيد وجدتنى الـوى بعيد المستمر اى بعيد شاو المستمر ويجوز ان يريد بعيد المذهب يقال مر واستمر اى ذهب وقوله الوى اى التوى على خصمى بالحجة وقبله اذا تخازرت وما بى من خَزَرْ ثم كسرت الطرف من غير عَوَرْ وجدتنى الوى بعيد المستمر احمل ما حملت من خير وشر وكان المفضل يذكر ان المثل للنعمان ابن المنذر قاله فى خالد بن معاوية السعدى ونازعه رجل عنده فوصفه النعمان بهذه الصفة فذهبت مثلا

»Vox الوى est vehemens in litigendo et استمر idem est quam استحكم« firmatus fuit“, ut sensus sit, firmus in litigando, qui rei tractandae taedium non capit. Abu-Ohbaidus sequentem versum adtulit: وجدتنى الوى بعيد المستمر i. e. بعيد شاو المستمر »longinquus finis firmi« (cuius constantia sero cessat). Admitti quoque potest, eum voluisse remotum in via, nam verbum مر et استمر significationem verbi ذهب abiit habet. Et vox الوى significat:« Me converto contra adversarium, difficilis sum in litigando«. Ante illum (versum) legitur: Quando palpebras contrahit et non in me est naturà palpebrarum contractio, tum ego contractis palpebris adspicio et luscus ego non sum et invenis me vehementem in litigando et longius procedentem in perseverando. Fero quod mihi impositum est, sive bonum sit sive malum«. Almofadhdhelus dixit, Alnohmanum ben-Almondsir verbis proverbii Chaledum ben-Moahwijjah Sahditam, quocum coram ipso disputaverat vir, descripsisse. Postea verba in proverbii consuetudinem venisse. In Samachscharii opere لتجدنه legitur.

١١٨ لَأُقِيمَنَّ قَذَلَكَ

117, Profecto efficiam, ut vitia tua recta sint.

Legitur quoque حذلك „curvitas tua“, haec enim vox

curvitatem et declinationem in uno humero significat. Sic Samachscharius proverbium adnotavit. Vox قذل declinationem a recto et iniustitiam sígificat. At vero si lectionem صعرك admittis, obliquitatis in uno faciei latere significatio proverbio convenit.

١١٨ لِكُلِّ سَاقِطَةٍ لَاقِطَةٌ

118. Omni verbo inconsiderate dicto colligens est.

Alazmäihus aliique adnotarunt, vocem ساقطة verbum esse, quo homo inconsiderate prolato erret. Tale autem verbum ab audiente ad alios deferri. Littera ة in voce لاقطة, ut vis vocabuli augeatur aut ut praecedenti voci consona sit, addita est. Sunt, qui dicant, proverbii sensum esse: Omni inconsiderate dicto auris est, siquidem auris verba colligat.

١١٩ أَللَّيْلُ أَخْفَى لِلْوَيْلِ

119. Nox incidens malum abscondit

Quod vis peragere, noctu perage, nox enim secretum tuum tegit. Verba haec Sarijjaho ben-Ohwaimir ben-Abi-Ahdi Ohkailitae adscribuntur. Taubahus ben-Alhomajjir, gentibus Banu-Chafadhah et Banu-Auhf litigantibus apud Hammamum ben-Motharref Ohkailitam, quem Merwanus ben-Alhacim gentis Banu-Ahmir decimis praeposuerat, a Tsauro ben-Abi-Simahn Ohkailita in facie vulneratus erat. Hammamus Taubaho, ut se vindicaret, permisit; sed ille facere recusavit dicens, hoc nonnisi cum Hammami consensu factum esse et in alius praesentia Tsaurum haec ausurum non fuisse. Postea Taubahus certior factus, Tsaurum cum sociis ad aquam, quam possidebant, Djarim vel Djorain appellatam iter facere, eum cum sociis secutus est Quum autem Taubahus eos apud Sarijjahum, qui unus

gentis Banu-Ahmir et amicitiae vinculo cum Taubaho coniunctus esset, versari audivisset, donec inde egressi essent, exspectare constituit. At Sarijjahus mane iter ingressuros detinuit, dicens: ادرعوا الليل فانه اخفى للويل ولست امن عليكم توبة »Obscura nocte iter ingrediamini, nam ea malum incidens abscondit; vobis enim Taubahum metuo«. Nihilominus tamen nocte obscura Taubahus insecutus Tsaurum occidit. In codice Berol. B. sic legitur: الليل ساتر كل ويل

١٢٠ لَيْسَ ٱلنَّفَّاخُ بِشَرِّ ٱلزَّمَرَةِ

120. Non est flans pessimus canentium organo (quod ore inflatur).

Qui in bello alios excitat ad pugnam, pugnatoribus posthabendus non est. conf. 123.

١٢١ لَقِىَ مَا يَلْقَى ٱلْمَنْتُوفُ بَارِكًا

121. Accidit ei, quod accidit (camelo) decumbenti, cui pili evelluntur.

Decumbens camelus depilari solet, proverbium igitur significat, virum calamitate et noxa adflictum esse.

١٢٢ لَيْسَتْ بِرَيْشَاءَ وَلَا عَمْشَاءَ

122. Est neque longas cilias habens, neque infirmis oculis cum lacrymarum fluxu laborans (femina).

Rem mediam inter eximiam et pravam designat.

١٢٣ لَيْسَ لِحَاثٍّ بَارُوحُ

123. Non est ad opus faciendum instigans otiosior (quam is, qui tractat opus.)

Samachscharius dicit, proverbio significari, aequalem esse eum, qui indicet bonum faciendum, ei, qui ipse id peragat. Conf. prov. 120.

١٢٤ لَقِىَ ٱسْتَ ٱلْكَلْبَةِ

124. Occurrit podici caniculae.

Podex caniculae rem gravem et infortunium significat. Narrant, regem quendam Edessae (الرها) extinctis ignibus imperasse, ut homines ignem ad podicem caniculae mortuae accenderent. Hanc autem ob causam homines emigrasse.

١٢٥ لَوْ تُرِكَ ٱلضَّبُّ بِأَعْدَاءِ ٱلْوَادِى

125. Si relicta esset lacerta in lateribus vallis.

Proverbio huic similis ratio est, quam proverb. 4.

١٢٦ لَمْ يَعْدَمْ مِنْهُ خَابِطٌ وَرَقًا

126. Non destitutus est foliis eius baculo percutiens.

Vocabulum خابط eum significat, qui baculo arborem percutit, ut folia, quae camelis pabulo sint, decidant. Ab arbore in hominem translatum proverbium docet, hominem tam liberalem et generosum esse, ut roganti nil recuset.

١٢٧ لِكُلِّ ذِى عَمُودٍ نَوًى

127. Omni, qui in habitaculo est, discessus est.

Proverbii sensus est: Omni congregationi separatio

est vel omni viro res necessaria est, quam petit. Quod si posteriorem hunc explicandi modum admittis, vocabulo نوى propositi, intentionis significatio tribuenda est.

١٢٨ لَيْتَ حَظِّى مِنْ اَبِى كَرِبٍ اَنْ يَسُدَّ عَنِّى خَيْرُهُ خَبَلَهُ

128. Utinum ex Abu-Carbo mihi obtingeret, ut bonum eius membrorum infirmitatem eius a me depelleret.

Narrant, tempore, quo calamitas genti supervenisset, quendam vetulae dixisse: Bono animo sis, nam hic Abu-Carbus nobis propinquus est, et eam istis verbis respondisse. Abu-Carbus autem regum Iemanensium unus erat, qui Tobbah cognominabantur. Samachscharius narravit, Malicum ben-Idjlan, qui Abu-Carbum Medinam ut veniret, instigasset, dixisse: جئتكم بعز الابد »Adduxi ad vos potentiam perpetuam«. Quae verba quum vetula audivisset, sta proverbii verba eam pronuntiasse significaturam, cuiusdam bono non compensari malum.

١٢٩ لَوَى مُغِلٌّ اِصْبَعَهُ

129. Pellem detrahens digitum suum nimis vehementer torsit.

Quae res in causa est, cur pars carnis pelli adhaereat. Proverbium in hominem dicitur, qui opes suas dilapidat. Loco vocis مغل legitur quoque مصل i. e. ob summam tristitiam suam (لشدة اسفه)

١٣٠ لَتَحْمِلُ عِضَةٌ جَنَاهَا

130. Profecto arbor Ihdhah fructus suos fert.

Arbor عضاه et عضة arboris spinosae species est conf.

lexic. meum. Huic proverbio similis ratio est, quam verbis كل اناء يرشح بما فيه »Omne vas exsudat quod in eo est«. Conf. C. XX I, 179.

١٣١ لِأَفْقَرَ مِنَّا يُهْدَى غَمَامُ أَرْضِنَا

131. Ad pauperiorem quam nos adducitur nubes terrae nostrae.

Portio nostra ad alium pervenit. Legitur quoque نهدى perducimus i. e. alios nobis praeferimus.

١٣٢ لَكَ مَا أَبْكِي وَلَا عَبْرَةَ لِي

132. Tua causa ploro et mihi non est causa lacrymarum.

Tua causa molestias perfero et non est causa in me, cur hoc faciam. Proverbio utuntur, ut significent, unum pro altero molestias ferre.

١٣٣ لَيْسَ لِمَلُولٍ صَدِيقٌ

133. Non est fastidioso amicus.

In codice B. male legitur لملوك »regibus«, nam sic versus poetae:

إِنَّكَ وَٱللّٰهِ لَذُو مَلَّةٍ يَطْرِفُكَ ٱلْأَدْنَى عَنِ ٱلْأَبْعَدِ

»Tu, per Deum! pertaesus es, avertit te propinquus a remoto. Metrum versus Sarih est. p. 243.

Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium sapientis Abu-Hasimi esse, qui inter alia dixerit: ليس لملول صديق ولا لحسود غنى والنظر فى العواقب تلقيح للعقول »Fastidioso non est amicus, invido non est contentus animus et observatio exitus rerum fecundat mentes«.

١٣٤ لَيْسَ لِشَرِهٍ غِنًى

134. Avido divitiae non sunt.

Sic dicitur, quod is, nunquam contentus, tanquam pauper semper petit.

١٣٥ لَيْسَ ٱلْمُتَعَلِّقُ كَٱلْمُتَأَنِّقِ

135. Non est is, qui parvo contentus est, ei similis, qui edit quod lubet.

Vocabulum متعلق eum significat, cui res ad vitam sustinendam necessariae, quae paucae sunt, sufficiunt, متانق autem is est, qui divitiis gaudet, ut quod placeat, sibi eligere possit. Conf. Kam. s. v. علق.

١٣٦ لَيْسَ مِنَ ٱلْعَدْلِ سُرْعَةُ ٱلْعَذْلِ

136. Non est iustitiae celeritas reprehensionis.

Iustitia postulat, ut excusatio audiatur.

١٣٧ لَيْسَ بِصَلَّادِ ٱلْقَدْحِ

137. Non est is, cuius ignitabulum ignem non emittit.

Omnes res, quas suscipit, ad finem perducit.

١٣٨ لَوْ كَرِهَتْنِي يَدِي مَا صَحِبَتْنِي

138. Si manus mea a me abhorruisset, mecum se non coniunxisset.

Dixit poeta:

لَا أَبْتَغِي وَصْلَ مَنْ لَا يَبْتَغِي صِلَتِي وَلَا أَلِينُ لِمَنْ لَا يَبْتَغِي لِينِي

وَٱللّٰهِ لَوْ كَرِهَتْ كَفِّى مُصَاحَبَتِى لَقُلْتُ لِلْكَفِّ بِينِى إِذْ كَرِهْتِنِى

„Non desidero coniunctionem eius, qui mecum coniungi non vult, et non sum lenis erga eum, qui lenitatem meam non cupit. Per Deum! si manus mea a mea societate abhorruisset, profecto manui dixissem: Separa te, quum a me abhorreas! Metrum Basith est. p. 190.

١٣٩ لَقِيتُهُ صَحْرَةَ بَحْرَةَ

139. Occurri ei in campo aperto, amplo.

Id est: Quum solus esset nulla re inter nos intercedente. Voces autem صحرة بحرة (enunciantur ut خمسة عشرة), quibus interdum نحرة additur, quoad significationem propriam clarae non sunt. Vocabulum صحرة ad صحراء campum apertum referendum esse dicunt, بحرة autem cohaerere cum بحر, quod findendi et amplitudinis significationem habeat, unde mari, quod terram findat, nomen inditum sit. Legitur quoque صُحْرَةَ بُحْرَةَ conf. Kam. Dj s. v. صحر.

١٤٠ لَقِيتُهُ بِعَيْدَاتِ بَيْنٍ

140, Occurri ei post spatia temporis intermissa.

Proverbialis locutio, quae adhibetur, quum vir temporis spatiis intercedentibus alteri occurrit. Abu-Said.

١٤١ لَأَشْنَأَنَّ شَأْنَهُمْ

141. Profecto in capite percutiam eorum rem!

I. e. Eorum rem perdam. Minantis sunt verba. Samachscharius sic verba explicavit: لاقصدن قصيدهم „Propositum eorum sequar!“ Dicitur quoque: لاشانن خبرهم „Eis rem nuntiabo. Kam.“

١٤٢ لَأُلْجِئَنَّكَ إِلَى قُرِّ قَرَارِكَ

142. Efficiam, ut ad locum mansionis tuae confugias.

Id est: Ad locum, quo dignus es. Alazmäihus dixit. قُرّ idem esse ac مستقر mansio, firma sedes et قرار esse infinitivum verbi قَرّ substitit, mansit. Alii dicunt, sepulcrum significari. Samachscharius sic explicavit" ad pessimum et infimum statum tuum". Minantis verba sunt.

١٤٣ لِأَمْرٍ مَا جَدَعَ قَصِيرٌ أَنْفَهُ

143. Ob quandam rem Kazirus nasum suum amputavit.

Nomen viri in Haririi opere (c. p. 284.) Kozair enunciatur; in Kamusi vero opere Kazir legitur. Verba haec Alsaba regina dixit, quum Kazirum nasum amputatum habentem conspiceret. conf. C. VII, 9.

١٤٤ لِأَمْرٍ مَا يَسُودُ مَنْ يَسُودُ

144. Ob quandam rem princeps factus est, qui principatum tenet.

Id est: Qui gentis suae principatum tenet, ei dignitas et meritum non deest. Dixit poeta:

عَزَمْتُ عَلَى إِقَامَةِ ذِي صَلَاحٍ لِأَمْرٍ مَا يُسَوَّدُ مَنْ يَسُودُ

„Proposui mihi stabilire virum status boni, nam ob quandam rem princeps factus est, qui principatum tenet."

Metrum Wafir est. p. 204. Sed in Samachscharii codice legitur لامرٍ ما يسود ما يسود.

١٤٥ لِلسُّوقِ دِرَّةٌ وَغِرَارٌ

145. Foro est copia lactis aut paucitas lactis.

Aut mercatura friget aut multa est. Dicitur enim سوق دارّة et سوق غارّة, id quod a camela lacte abundante et parum lactis habente derivatum in mercaturam translatum est.

١٤٦ لٰكِن حَمْزَةُ لَا بَوَاكِيَ لَهُ

146. Sed quod ad Hamsahum attinet, ei deflentes non sunt.

Quum post pugnam Ohodensem Medinae mulieres mortuos suos deflerent, Sahdus ben-Maahds et Osaidus ben-Alhodhair uxoribus suis imperaverunt, ut mortem patrui prophetae Hamsahi deflerent. Quarum ploratum, erant enim ad portam templi Mohammedis stantes, quum Mohammedes audivisset, prodiens dixit: Redite, Deus vobis misericordiam donet, nam vos ipsae tristes estis, sed quod ad Hamsahum attinet, ei deflentes non sunt. In eum dicitur, de cuius re nemo sollicitus est.

١٤٧ لٰكِنْ خِلَالِي قَدْ سَقَطَ

147. Quod ad lignum meum attinet, iam decidit.

Narrant, inter senem anumque simul in camelo vehentes lignum sellae infixum fuisse, quo tenerentur. Senem autem anum interrogasse: Num lignum tuum firmum est, et quum illa: Certe! respondisset, eum dixisse: Meum autem iam decidit, et lignum suum quum evulsisset, decidentem mortuum esse. De homine proverbium dicitur, qui per suam culpam in interitum irruit.

١٤٨ لَعَلِّي مُضِلٌّ كَعَامِرِ

148. Fortasse ego in errorem inducens sicut Ahmir.

Narrant, duos adolescentes cum Almostaughiro ben-Rabiah consedisse. Unum eorum alteri, cui nomen Ahmir esset, dixisse: Ego ad uxorem Almostaughiri eo, si autem ipse surgit domum rediturus, voce tua mihi signum fac! Almostaughirum autem intentione cognita eum, quominus clamaret, impedivisse, et in suam domum duxisse.

Quum ibi nil mali vidisset, in huius domum cum ipso eum perrexisse, ubi adolescentem illum apud uxorem inveniret. Dixisse tum Almosthaughirum ista proverbii verba, quae in eum adhibentur, qui te decipere cupit, quomodo alium decepit. In codice Paris. et Berol. مضلك „Te in errorem inducens" legitur.

١٤٩ لَجَّ فَحَجَّ

149. Institit et tum litigando vicit.

Sensus est: Quidam cum adversario litigans quum perseveraret et adversarium urgeret, eo pervenit, ut litigando eum vinceret. Alii autem verbis hunc sensum tribuunt: Vir quidam, qui iter facturus domo exierat, in isto itinere, licet peregrinationis sacrae intentionem non haberet, Meccam perveniens peregrinationis ritum absolvit, ut diceretur: Perseveravit in itinere faciendo, et ipsum peregrinationis sacrae ritum absolvit. Dixit Abu-Ohbaidus proverbium significare, virum perseverando ad rem pervenisse, quam sibi non proposuisset. Idem dixit, proverbium de difficultate naturae hominis et pertinacia adhiberi. At vero Samachscharius dixit, proverbium de eo adhiberi, qui semper petendo rem assequatur.

١٥٠ لَمْ تُفَاتِي فَهَاتِي

150. Te (o mulier) non fugit (res), adfer igitur!

Id est: Rem, quam petis, assequi potes, rem igitur tuam age! Narrant virum, qui absens a suis fuisset,

uxorem ita allocutam esse in reditu: Si tu apud nos praesens fuisses, tibi narravissemus res, quae nobis acciderunt, et virum isti proverbii verbis respondisse.

١٥١ لَوْ تُرِكَ الْحِرْبَآءُ مَا صَلَّ

151. Si clavus loricae relictus (non percussus) esset, non sonuisset.

De eo dicitur, qui iniuriam accipiens clamat. Proverbia No. 151 — 156 in codicibus Berol. et Pocock. post No. 178 leguntur.

١٥٢ لٰكِن عِدَآءٌ لَا أُمَّ لَهُ

152. Sed quod ad Ihdaum attinet, ei mater non est.

Ihdaus عداء vel, ut legitur, عدى Ihdan servi nomen est. De eo dicitur, cuius de re nemo sollicitus est.

١٥٣ لَوَى عَنْهُ ذِرَاعَهُ

153. Detorsit ab eo brachium suum.

Id est: Rebellis fuit eique non obedivit.

١٥٤ لَوْ كَانَ فِى غَضْرَآءَ لَمْ يَنْشَفْ

154. Si fuisset (puteus) in terra bona, non periisset (aqua tua).

Vocabulum غضراء terram bonam et tenacem significat, et نشف hoc in proverbio evanuit (in terra) aqua significationem habet. Dicitur autem انبط بئره فى غضراء „Effecit, ut puteus in terra bona ad scaturiginem perveniret" i. e. ubi terra tenax erat, ut aqua non evanesceret. Proverbii autem sensus est: Si beneficium tuum in nobilem contulisses, non periisset, nam gratus fuisset.

١٥٥ لُبُّ ٱلْمَرْأَةِ إِلَى حُمْقٍ

155. Animus mulieris ad stultitiam (inclinat).

Proverbio hoc in excusanda mulieris zelotypia utuntur.

١٥٦ لَقِيتُهَا بِأَصْبَارِهَا

156. Occurri ei cum lateribus suis.

In Samachscharii codice لقيها legitur. Suffixum ها ad خطة negotium referendum est. Dicitur اخذ الشى باصباره „Cepit rem cum lateribus suis" i. e. totam. In re ingrata proverbium adhibetur.

١٥٧ لَقِيتُهُ فِى ٱلْفَرْطِ

157. Occurri ei post temporis spatium.

Id est: Post spatium duorum dierum vel trium vel plurium, sed in pluribus, quam quindecim non adhibetur. Dixit hoc Alahmarus. conf. Dj. Hocce proverbium in codice meo non legitur. In Samachscharii codice duo proverbia contracta sunt et sic legitur لقيته عن هجر فى الفرط

١٥٨ لَقِيتُهُ عَنْ هَجْرٍ

158. Occurri ei post annum.

Id est: Post longam separationem, sed verba عن هجر vario modo explicantur vid. lex. meum et Kam.

١٥٩ لِكُلِّ زَعْمٍ خَصْمٌ

159. Omni opinioni est adversarius.

Sed dicunt زعم esse pro ذو زعم „opinionem proferens". De homine dicitur, qui rem sibi arrogat, quae ei non est.

١٦٠ لَأَضْرِبَنَّكَ غِبَّ ٱلْحِمَارِ وَظَاهِرَةَ ٱلْفَرَسِ

160 Profecto! te percutiam tempore, quo asinus et tempore, quo equus bibit.

Id est: Quovis tempore, nullo intermisso, asinus enim secundo die uno intermisso, equus autem quovis die bibit.

١٦١ لَمْ يَجِدْ لِمِسْحَاتِهِ طِيبًا

161. Non invenit instrumento suo, quo abstergit, odoramentum.

Reiskius طينا lutum legendum esse putavit. Proverbio huic similis ratio est, quam proverbio 72. Proverbium significat, virum rei optatae participem factum non esse.

١٦٢ لَنْ يَعْدَمَ ٱلْمُشَاوِرُ مُرْشِدًا

162. Consilium roganti in viam rectam ducens non deerit.

Proverbium hortatur, ut aliorum consilium adhibeamus.

١٦٣ لَيْسَ لِلَّئِيمِ مِثْلُ ٱلْهَوَانِ

163. Vili nil convenit nisi despectus.

Si erga vilem mansuetudine tua uteris, audax fit; sed si eum depressisti et parvi fecisti, te metuit.

١٦٤ لَقِيتُهُ نِقَابًا

164 Occurri ei subito.

Aliis est: Non tempore aut loco promisso. conf. Kam.

١٦٥ لَقِيتُهُ كِفَاحًا

165. Occurri ei adverso vultu.

Id est: Vultu in eum directo.

١٦٦ لَقِيتُهُ صِفَاحًا

166. Occurri ei e propinquo.

Vox صفاح derivatum est a voce صفح latus rei, quod latus rei propinquitatem indicat, quasi dixisset, occurri ei et latus faciei meae versus latus faciei eius directum erat. Conf. Hamas ٨٠٢

١٦٧ لَقِيتُهُ صِقَابًا

167. Occurri ei e propinquitate.

Vox صقاب a voce صقب propinquitas derivanda est.

١٦٨ لَمْ يَبْرُدْ بِيَدِي مِنْهُ شَيْءٌ

168. Non mansit in manu mea ex eo res.

Voci برد hoc in proverbio manendi et firmitatis significatio tribuenda est. Cum hoc loquendi modus برد حقي firmum est ius meum cohaeret.

١٦٩ لِكُلِّ مَقَامٍ مَقَالٌ

169. Omni loco sermo est.

Proverbium hoc quoque in nostro codice post Nro. 149. legitur. Proverbii sensus est: Sermoni conveniens locus est. Ebn-Alahrabius hunc versum adnotavit:

تَحَنَّنْ عَلَيَّ هَدَاكَ ٱلْمَلِيكُ فَإِنَّ لِكُلِّ مَقَامٍ مَقَالَا

„Erga me misericors sis! rex (Deus) te ducat! nam omni loco sermo est“. i. e. Benigne age erga me, ut te laudare possim. Metrum est Motakarib c. l. m. p. 281.

لَوْ قُلْتُ تَمْرَةً قَالَ جَمْرَةً ١٧٠

170. Si dixissem: Dactylus, dixisset: Pruna.

Adhibetur in cupiditatum diversitate.

لِحَاجَةٍ نَيْكُ ٱلْأَصَمِّ ١٧١

171. Ob necessitatem est fututio non desiderati.

Sed in codice Berol. لجاجة „Pertinacia fututionis non desiderati“ legitur. الاصم is est, qui, quum omnino inutilis sit, non cupitur. Proverbium in eum dicitur, qui rei tam deditus est, ut inde prohiberi nequeat.

لَيْسَ ٱلْجَلَاءُ كَمِثْلِ ٱلدَّمْسِ ١٧٢

172. Non est aperta inimicitia aequalis occultationi,

Discrimen inter clarum, manifestum et occultum designat proverbium.

لَيْتَ لَنَا مِنْ فَارِسَيْنِ فَارِسًا ١٧٣

173, Utinam nobis esset e duobus equitibus unus!

Describit proverbium, quod metrum Redjes habet (p. 231), pauco contentum animum.

لَقِيتُهُ سَرَاةَ ٱلنَّهَارِ ١٧٤

174. Occurri ei alto die.

Loquendi modus سراة النهار alto die desumtus esse dicitur a verbis سراة الظهر, quae altissimam dorsi partem designant.

١٧٥ لَقِيتُهُ أَدِيمَ ٱلضُّحَى

175. Occurri ei medio die.

Vocabulo ضحى diei pars, qua sol splendet, significatur. Aliis اديم الضحى „Medium eius partis, aliis initium est.

١٧٦ لَقِيتُهُ رَادَ ٱلضُّحَى

176. Occurri ei altissimo diei tempore.

Conf. Kam.

١٧٧ لَئِنْ جَدَّ ٱلْجِدُّ لَيُوَلِّيَنَّهُ مُبَيس

177. Profecto! si seria agit, podicem ei obvertet

Id est: Fugam capiet. مُبيس nomen podicis esse dicunt. Sed num Lamiso an Lomaiso enuncietur, dubito. Dixit Wajilus ben-Zarim Aljeschcori:

فَانَّ ابْنَ دَلْمَاءَ ٱلَّذِى جَاءَ مُخْطِئًا خُصَيْيَهِ رَمَلْنَاهُمَا أَمْسِ بِالدَّمِ

فَفَرَّ وَوَلَّانَا لَمَيْسَ وَفَوْقَهَا رَشَاشٌ كَتَوْلِيعِ ٱلْكِسَاءِ ٱلْمُرَقَّمِ

„Filii fuscae (Ebn-Dalma), qui venerat a scopo aberrans, testiculos heri sanguine inquinavimus, fugit enim nobis podicem obvertens, qui conspersus erat sicut longis striis variegatum vestimentum". Metrum Thawil est. c. p. 162.

١٧٨ لِسَانٌ مِنْ رُطَبٍ وَيَدٌ مِنْ خَشَبٍ

178. Lingua ex dactylis maturis et manus ex ligno.

De mendace dicitur. cuius facta dictis non respondent.

١٧٩ لَكَ مَا بِتُّ أَبْرَدُهَا

179. Tibi quod pernoctavi, eius iucundissima est.

In vertendo proverbio vocalium, quae in codice Parisiensi et Lugdunensi superscriptae erant, rationem habui. In codice Pocock. et Berol. لك ما legitur. Meidanii scholion hoc est: نزل برجل ضيف فقراه فاستطاب قراه واعجبه فقال لقد اطبت قال لك ما بت ابردها اى لك اعددت هذه الكرامة »A viro hospes laute exceptus erat, ut ei excipiendi modus vehementer placeret. Dixit igitur: Bene fecisti! Alter autem dixit: لك ما بت ابردها i. e. Tibi paravi hunc honorem«. Codex autem Berol. plus habet: وكل مستطاب محبوب عندهم بارد وعيش بارد اى ناعم ,,Omne autem quod iis placet, بارد frigidum appellatur ab iis et عيش بارد vita frigida est grata (vita).«

١٨٠ أَلْقَى عَلَيْهِ لَطَاتَهُ

180. Proiecit super eum onera sua.

Abu-l'Samhus dixit, hunc loquendi modum perpetuam cum altero coniunctionem, ut alter ab altero non separetur, significare. Abu-Ahmruus autem dixit, verba significare, eum onera sua alterum portare iussisse, dum voci لطاة frontis significatio inesset et diceretur القى عليه بلطاته et القى عليه لطاته

١٨١ لَأَفُشَّنَّكَ فَشَّ ٱلْوَطْبِ

181, Ex te sicut ex utre ventum exprimam!

I. e. Iram tuam deprimam. Sic dicitur, quod iratus ira tanquam vento quasi inflatus est. conf. Djeuh. v. فش

١٨٢ لَوْ كَانَ مِنْهُ وَعْلٌ لَتَرَكْتُهُ

182. Si ex eo effugium fuisset, profecto id reliquissem!

١٨٣ لَيْسَ أَوَانَ يُكْرَهُ ٱلْخِلَاطُ

183. Hoc non est tempus, quo ab opere suscipiendo abhorreatur.

Opus aggredere!

١٨٤ لَأُلْجِمَنَّكَ لِجَامًا مُعْذِبًا !

184. Profecto te instruam habena cohibente!

Id est: Omnino ab ista re te retinebo.

١٨٥ لِلْبَاطِلِ جَوْلَةٌ ثُمَّ يَضْمَحِلُّ

185. Vano est circuitus, tum evanescit.

Vanum non diu manet, sed mox abit.

١٨٦ لَيْسَتِ ٱلنَّائِحَةُ ٱلثَّكْلَى كَٱلْمُسْتَأْجَرَةِ

186. Non est plangens mulier filio orbata similis ei, quae mercede conducta est (ut plangat).

Hocce proverbio vulgus uti solet.

١٨٧ لِكُلِّ قَوْمٍ كَلْبٌ فَلَنْ تَكُونَ كَلْبَ أَصْحَابِكَ

187. Omni genti canis est, et canis sociorum tuorum tu non eris.

In codice Lugd. ولن تكون, in Berol. ولا تكون, in meo لن تكن legitur, in Pocock. لا تكن "ne sis" esse videtur.

Verbis hisce Lokmanus filium suum iter ingredientem adhortatus est.

١٨٨ لمّا اشتدّ ساعده رمانى

188. Quum brachium eius robustum esset, me sagitta petivit.

Proverbium significat, eum, cui tu benefeceris, in te ingratum esse. Dixit poeta:

فيا عجبا لمن ربّيت طفلا   ألقمه بأطراف البنان
أعلّمه الرماية كلّ يوم   فلمّا اشتدّ ساعده رمانى
أعلّمه الرواية كلّ يوم   فلمّا قال قافية هجانى
أعلّمه الفتوّة كلّ يوم   فلمّا طرّ شاربه جفانى

„O rem admirandam! Quem educavi infantem extremis digitis in os cibum ingerens et quem iaculandi artem quovis die docebam, is, quum eius brachium robustum esset, me petivit; quem aliorum poetarum versus quovis die docebam, is, quum versum facere posset, me satyra perstrinxit; quem quovis die viri vitutem docebam, is quum barba in labio pullulasset, me iniuste tractavit«

Metrum Wafir est. p. 204.

١٨٩ ليس للامور بصاحب من لم ينظر فى العواقب

189, Qui de rerum fine non cogitat, earum dominus non est.

Verba haec Dhamrahus ben-Dhamrah Alnohmano ben-Almondsir, quum eum res interrogasset, dixit. Verborum autem similis ratio est, quam his: النظر فى العواقب تلقيح للعقول „De fine rerum cogitatio fecundat mentes“ conf. prov. 133. Dixit Abu-Ohbaidus, proverbii verba Alzahbo ben-Ahmru Alhindi adscribenda esse.

١٩٠ لِكُلِّ جَيْشٍ عَرَّةٌ وَعُرَامٌ

190 Omni exercitui est mali illatio et noxa.

I. e. Ex omni exercitu corruptio et malum oritur aliis.

١٩١ لَيْسَ لِلْحَاسِدِ إِلَّا مَا حَسَدَ

191 Non est invido nisi invidia.

Id est: In invidia invido nulla utilitas est.

١٩٢ لَمْ أَجِدْ لَكَ مُخْتَلاً

192. Te decipiendi opportunitatem non inveni.

Quum te decipiendi opportunitatem non invenirem, palam te aggressus sum, ut quod vellem, assequerer. Huic eadem fere ratio est, quam verbis: مجاهرة اذا لم اجد مختلا „Palam aggredior, si decipiendi opportunitatem non invenio". Conf. C. XXIV, 285.

١٩٣ لِكُلِّ جَابِهٍ جَوْزَةٌ ثُمَّ يُؤَذَّنُ

193 Cuilibet ad aquam accedenti et vase, quo hauriat, destituto unus aquae potus est, tum repellitur.

De eo dicitur, qui diu apud hospitem commoratur.

١٩٤ لَئِنِ ٱلْتَقَى رَوْعِي وَرَوْعُكَ لَتَنْدَمَنَّ

194. Profecto! si cor meum et cor tuum occurrunt, poenitebis.

Fortiorem me invenies, ut malum tuum depellere possim. Verba haec minanti dicuntur.

١٩٥ لَأَنْ يَشْبَعَ وَاحِدٌ خَيْرٌ مِنْ أَنْ يَجُوعَ ٱثْنَانِ

195. Profecto! quod unus satiatur, melius est, quam quod duo esuriunt.

١٩٦ لَيْسَ ٱلْمُتَزَكْزِكُ بِذَنَبَانِهِنَّ

196. Non est parvis gressibus incedens inter crudas earum habendus.

Arabs quidam pullos avis Mocca appellatae ceperat. Omnes sub cinere fervido, ut assarentur, posuit et assatos edit. Unus autem vivus prodiit et fuga se eripere voluit. At vir sequens eum arripuit et edit et socio, eum crudum esse dicenti istis proverbii verbis respondit. Proverbium significat, homines in malo inter se aequales esse.

١٩٧ أَلْقَى عَلَى ٱلشَّيْءِ أَرْوَاقَهُ

197. Proiecit super rem vela sua.

Rem vehementer amavit eiusque avidus fuit. Simili modo dicitur: القى عليه شراشره „Animam suam vel corpus suum super eum proiecit i. e. Se ei totum tradidit. conf. prov. 11. et lex. m. s. v. روق

١٩٨ أَلْقَى عَلَيْهِ عَبَالَّتَهُ وَأَوْقَهُ

198. Proiecit super eum onus suum et onus (pondus) suum.

Duplex mihi proverbium esse videtur, ut tum القى عليه عبالته tum القى عليه اوقه dicatur. Proverbii sensus est: Rem ingratam ei imposuit, molestiam ei creavit.

١٩٩ أَللُّقَمُ تُورِثُ ٱلنِّقَمَ

199. Bucceae vindictas pariunt.

Proverbium docet, dona, quae iudici dentur corrumpendi causa, perniciosa ipsi esse. Deus rem punit, aut qui donum dedit, iudicio aliter lato, quam exspectaverat, se de iudice vindicat.

٢٠٠ لِكُلِّ غَدٍ طَعَامٌ

200. Omni tempori matutino cibus est.

Fiduciam in Deo ponendam esse proverbium docet.

٢٠١ لِكُلِّ دَهْرٍ رِجَالٌ

201. Omni tempori viri sunt.

Verba haec a quodam sic prolata sunt: لكل مقام مقال ولكل دهر رجال „Omni loco est sermo et omni tempori sunt viri. conf. prov. 150.

٢٠٢ لِكُلِّ جَنْبٍ مَصْرَعٌ

202. Omni lateri est locus prosternendi.

Id est: Omni vivo est mors.

٢٠٣ لِكُلِّ عُودٍ عُصَارَةٌ

203. Omni ligno est succus.

Id est: Omni rei apparenti est interna conditio naturae apta.

٢٠٤ لَزَّهُ ٱلْقَتَبُ

204. Clitella ei firmiter adhaesit.

Id est: Eum pressit, laesit: In eum dicitur, cui argumentum necessario adferendum est. Inde dicitur: فلان لـزاز خصم „Quidam adversarium in litigando vehementer urget".

٢٠٥ لَوْ غَيْرُ ذَاتِ سِوَارٍ لَطَمَتْنِى

205. Si alia, quam armillâ ornata colaphum mihi duxisset.

Hoc modo Alazmäihus proverbium retulit. conf. prov. 1. Hatimus Thajjita (sic narrant) quum transiret mense sacro ad gentem Ahnsah, suo cognomine Abu-Saffanah advocatus captivum, ita ut se ipsum vinculis traderet, redemit. Captivus autem Hatimus camelum, quem mulier ut e vena sanguinem extraheret, adduxerat, iugulavit. Mulier hac de causa irata quum ei colaphos duceret, Hatimus ista proverbii verba dixit indicaturus, se, nisi talis ista mulier fuisset, a mulieribus vindicaturum esse. Quum autem cognitus esset, magno pretio e captivitate se redemit.

٢٠٦ لَقِيتُهُ عِدَادَ ٱلثُّرَيَّا

206. Occurri ei modo Pleiadum.

Id est: Semel per mensem, quod luna semel per mensem in Pleiadum statione est. Vocabulo عداد autem dolor aliave res, quae certo temporis spatio ad hominem redit. significatur. conf. Kam. Dj. s. v. عد

٢٠٧ لَقَدْ بُلِيتَ بِغَيْرِ أَعْزَلَ

207. Profecto! Iam adflictus es per alium, quam inermem!

Parem tibi invenisti. Hic vero loquendi modus non multum differt ab illo: رميت بحجر الارض „Petitus es lapide terrae". couf. C. X, 6.

٢٠٨ لَمْ يُشَطِّطْ مَنِ ٱنْتَقَمْ

208. Aequitatem non deseruit, qui se vindicavit.

Hoc Mohammedis verbis in Corano Sur. XLII, 39. consentaneum est.

٢٠٩ لَمْ يُخْبَأْ لِلدَّهْرِ شَيْءٌ إِلَّا أَكَلَهُ

209. Nulla res tempori occultata fuit, quin ederet. Id est: Tempus omnes res perdit.

٢١٠ لَكَ ٱلْعُتْبَى وَلَا أَعُودُ

210. Te contentum reddam et non redibo.

Vocem عتبى nomen esse dicunt derivatum a forma verbi اعتب, quae significat iram (alicuius) sedavit, ut عتبى actio hominis sit, qua alterius ira sedatur. Post vocem اعود (redibo) supplendum est: الى ما يسخطك ad id, quod iram tuam excitat". In codice Lugd. ista verba cum praecedentibus ita coniuncta sunt, ut pars proverbii esse videantur. Proverbii autem verbis poenitens et se excusans utitur.

٢١١ لِكُلِّ قَضَاءٍ جَالِبٌ وَلِكُلِّ دَرٍّ حَالِبٌ

211. Omni fato est adducens et omni lactis copiae est mulgens.

٢١٢ لَقَدْ تَنَوَّقَ فِي مَكْرُوهِهِ ٱلْقَدَرُ

212. Profecto! Fatum in eius calamitatem animum intendit!

Sunt, qui تنوق non probent, sed تانق dicendum esse putent. De eo dicunt proverbium, cui omni modo malum inferre cupiunt homines.

٢١٣ لَقَدِ ٱسْتَنْبَطْتُمْ بِأَشْهَبَ بَازِلٍ

213. Profecto! Iam camelum album novennem abscondidistis!

Re gravi, manifesta tentati et adflicti estis. Verba haec Alahbbasus ben-Ahbd-Almothalleb incolis Meccae dixit. Praepositio ب pleonastice posita est.

٢١٤ لَكَ ٱلْعُتْبَى بِأَنْ لَا رَضِيتَ

214. Contentum te reddam per id, quo contentus non eris.

Hisce verbis is utitur, qui alterum contra ipsum iratum contentum reddere non vult. Facit igitur contrarium eius, quod alter desiderat. Praepositionem ب autem hisce verbis explicandam putant: اعتابى اياك بقولى لا رضيت „Contentum te reddam verbis meis: Ne contentus sis!“ i. e. nunquam. Bischri versus proverbium optime dilucidat:

غَضِبَتْ تَمِيمٌ بِأَنْ يُقَتَّلَ عَامِرٌ يَوْمَ ٱلنِّسَارِ فَأُعْتِبُوا بِٱلصَّيْلَمِ

„Irata erat gens Tamim, quod gens Ahmir die Annisar occisa erat; sed gladio contenti redditi sunt“. Metrum Camil est p. 212.

Ahmruus ben-Abi-Rabiah sic dixit:

أَيُّهَا ٱلْعَاتِبُ فِيهَا عُصِيتَا لَنْ تُطَاعَ ٱلدَّهْرَ حَتَّى تَمُوتَا

إِنْ تَكُنْ أَصْبَحْتَ فِينَا مُفِيضًا فَلَكَ ٱلْعُتْبَى بِأَنْ لَا رَضِيتَا

„O obiurgans! in eo (negotio) obsequium tibi praestatum non fuit. Nunquam tibi obsequium praestabitur, donec moriaris. Si inter nos distincte loqueris, contentum te reddent per id, quo contentus non eris“. Metrum versuum Madid est. c. l. m. p. 178. et doct. Berth. libr. p. 10.

٢١٥ أَلْقَى ٱلْكَلَامَ عَلَى رُسَيْلَاتِهِ

215. Proiecit sermonem super commodas suas camelas.

Vox رسيلات duplici modo derivatur. Aut est deminutivum vocis رسلة (raslat), dicitur enim ناقة رسلة »commode incedens camela« aut est deminutivum vocis رسلة (rislat), qua segnities, cunctatio significatur. Verba autem proverbii delirantem et negligentem in sermone designant. conf. Kam. s. v. رسل

٢١٦ لَوْ لَا جِلَادِى غُنِمَ تِلَادِى

216. Nisi me asperum praebuissem, opes haereditate acceptae mihi ereptae fuissent.

Nisi alios repulissem, opes meae mihi eripuissent.

٢١٧ لَيْسَتْ حَفَصَةُ مِنْ رِجَالِ أُمِّ عَاصِم

217. Non est Hafazaha ex viris Omm-Ahzima.

Proverbium hoc Medinae incolis proprium erat. Quodam die Ohmarus princeps in foro noctis (سوق الليل) transiens anum conspexit, quae lac, quod vendebat, aquâ corruptura ab adolescentula prope eam stante impediebatur. Ohmarus, quaenam illa adolescentula esset, anum interrogans audivit, eius filiam esse et Ahzimo, ut eam in matrimonium duceret, imperavit. Ex ea duae filiae Omm-Ahzima et Hafazaha natae sunt. Omm-Ahzimam, quae propter bonam indolem et mores suaves cognatis dilecta erat, Ahbd-Alahsisus ben-Merwan in matrimonium duxit. Ex ea Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis natus est. Mortua Omm-Ahzima cinaedus (مخنث), clientium gentis Merwan unus, de Hafazaha interrogatus dixit proverbii verba, ut significaret, maiores praeferendos esse posteris.

٢١٨ لَيْسَ ٱلْقُدَامَى كَٱلْخَوَافِي

218. Non sunt pennae anteriores alae aequales pennis in ala tectis.

Unam rem alteri praeferendam esse proverbium docet. Dixit poeta Rubah:

خُلِقْتُ مِنْ جَنَاحِكَ ٱلْغُدَافِ مِنَ ٱلْقُدَامَى لَا مِنَ ٱلْخَوَافِي

„Ex ala tua nigra creatus sum ex anterioribus pennis, non est posterioribus', Metrum est Sarih. c. p. 246.

Et alius quidam dixit:

لَيْسَ قُدَامَى ٱلنَّسْرِ كَٱلْخَوَافِي وَلَا تَوَالِي ٱلْخَيْلِ كَٱلْهَوَادِي

„Non sunt pennae anteriores vulturis ut posteriores et non equi sequentes ut equi ducentes (praecedentes).

Metrum Sarih est. c. p. 246.

لَيَغْلِبَنَّ خَلَقِي جَدِيدَكِ ٢١٩

219. Profecto! Vincet tritum meum novum tuum!

Id est: Senectus mea iuventutem tuam (in concubitu). Haec autem verba senex uxori suae adolescentulae, quae ei ministrare aegre ferrêt, in versu dixit:

هَلُمَّ خُبِّي وَدَعِي تَغْرِيدَكِ لَيَغْلِبَنَّ خَلَقِي جَدِيدَكِ

„Accede! Curre celeriter et omitte modulationem tuam! Profecto! Tritum meum novum tuum vincet.“ Metrum Redjes aut Sarih est. c. p. 231. et p, 246.

لَحَفَنِي فَضْلَ لِحَافِهِ ٢٢٠

220. Operuit me redundante parte amiculi sui extimi.

De eo dicitur, qui partem redundantem commeatus et donorum tibi dat. In Samachscharii opere legitur: لحفنى من فضل لحافه „Operuit me parte redundante operimenti sui“ Dixit Djerirus poeta:

كَمْ قَدْ نَزَلْتُ بِكُمْ ضَيْفًا فَتَلْتَحِفُنِى فَضْلَ ٱللِّحَافِ وفَضْلُ ٱلْقَوْمِ يَلْتَحِفُ

„Quoties apud vos tanquam hospes versatus sum! Et tu me parte redundante operimenti tegis et pars redundans gentis operitur". Metrum Basith est. c. p. 190.

٢٢١ لَأَضَعَنَّ عَنْكَ دَيْنِى

221. Profecto! Debitum meum a te deponam!

Hisce verbis is utitur, qui alteri se eum relicturum esse minitatur. Grammaticus Altsahlab versus hos citavit:

ايَا بَثْنُ رَنْقَ ٱلْمَاءِ لا يُطْعِمِينَهُ وَلِلْمَاءِ رَنْقٌ يُتَّقَى وَنَقُوعُ

وَإِنْ غَلَبَتْكَ ٱلنَّفْسُ إِلَّا وُرُودَهُ فَدَيْنِى إِذَنْ يَا بَثْنُ عَنْكِ وَضِيعُ

„O Batsna! Ne turbidam aquam bibendam da, aqua enim turbida et stagnans cavetur. Quod si vero animus tuus te impellit, ut ad illam aquam eas, tum, profecto! debitum meum, o Batsna! a te depositum est".

Metrum Thawil est. p. 163.

٢٢٢ لَوْ كُوِيتُ عَلَى دَاءٍ لَمْ أَكْرَهْ

222. Si ob morbum ferro ustus essem, non abhorruissem.

Id est: Si propter peccatum vituperatus essem, iram non conciperem.

٢٢٣ لَيْسَ أَمِيرُ ٱلْقَوْمِ بِٱلْخَبِّ ٱلْخَدِعِ

223. Princeps gentis non est perfidus deceptor.

Gentis principem socios non decipere docet. Loco vocis امير legitur quoque امين „Is cui fides habetur."

٢٢٤ لَقِىَ فُلَانٌ وَيْسًا

224. Quidam desiderio occurrit.

Quidam, quod cupivit, invenit.

٢٢٥ لَسْتُ بِعَمِّكِ وَلَا خَالِكِ وَلٰكِنِّي بَعْلُكِ

225. Non sum patruus tuus aut avunculus, sed maritus tuus sum.

Narrant, uxorem marito novo dixisse: O patrue mi! Benigne agas i. e. me abstineas; illum autem proverbii verbis respondisse.

٢٢٦ لَمْ يَجُرْ سَالِكُ ٱلْقَصْدِ وَلَمْ يَعْمَ قَاصِدُ ٱلْحَقِّ

226. Non declinavit (a via), qui recta (via) incedit, et caecus non fuit, qui veritatem sequitur.

Qui recta via incedit, eum a via declinare non opus est.

٢٢٧ لَوَى عَنْهُ عِذَارَهُ

227. Detorsit ab eo genam suam.

Id est: Rebellavit, postquam obediens fuerat.

٢٢٨ أَلْحِقِ ٱلْحَسَّ بِٱلْإَسِّ

228. Coniunge malum cum radice sua!

Id est: Effice, ut malum adficiat eos, qui id meruerunt. Voces حس et اس Alasharius cum vocali Fatha, Djeuharius autem cum vocali Kesre enunciandas esse censuit. Proverbii sensus est: Malum ad auctorem suum refer!

٢٢٩ لَيْسَ لِي حَشَفَةٌ وَلَا خَدَرَةٌ

229. Non est mihi aridus dactylus aut decidens nondum maturus dactylus.

Vocabulum حشفة aridum et خدرة decidentem, priusquam maturus est, dactylum significat. Proverbium significat, rem stabilem et firmam non esse. Sed voci خدرة humidi significatio opposita arido tribui potest, dicitur enim يوم خدر „dies humidus“ et ليلة خدرة „nox humida“.

٢٣٠ لَئِنْ ٱنْتَحَيْتُ عَلَيْكَ فَإِنِّى أَرَاكَ يَتَخَرَّمُ زَنْدُكَ

230. Profecto! Si in te niterer, tuum ignitabulum ignem non emittere viderem.

Significat, in homine nil boni esse sicut in ignitabulo rupto.

٢٣١ لَقِىَ هِنْدَ ٱلْأَحَامِسِ

231. Incidit in Hind-Alahamis.

Dixit Sinam ben-Djabir:

وَدِدْتُ لِمَا أَلْقَى بِهِنْدٍ مِنَ ٱلْجَوَى بِأُمِّ عُبَيْدٍ زُرْتُ هِنْدَ ٱلْأَحَامِسِ

„Opto ob vehementem in Hindam amorem, ut in terra deserta Hind-Alahamis (mortem) inveniam.“

Metrum Thawil est. c. p. 162.

Aliis autem vocibus Hind-Alahamis calamitas significatur. Sic in sequente poetae versu:

طَمِعْتَ بِنَا حَتَّى إِذَا مَا لَقِيتَنَا لَقِيتَ بِنَا يَا عَمْرُو هِنْدَ ٱلْأَحَامِسِ

„Nos cupisti, donec, quotiescunque nobis occurreres, o Ahmrue! per nos in calamitates incideres“.

Metrum Thawil est. p. 163.

٢٣٢ لَأَقْتُونَّكَ قِتَاوَتَكَ

232. Profecto! Quemadmodum meruisti, tibi rependam!

٢٣٣ لَأَجْزِيَنَّكَ تَجْبِيرَتَكَ

233. Profecto! Iusculum tuum tibi parabo!

Vocabulum تجبيرة iusculum significat ex farina paratum cum butyro. Id est: Ex meritis tuis tibi rependam!

٢٣٤ لَأُقِيمَنَّ صَعَرَكَ

234. Profecto! Obliquitatem tuam colli (aut faciei) rectam faciam!

Abu-Ohbaidus dixit, vocabulum صعر inclinationem colli in unum latus significare, nec non in faciei obliquitate adhiberi.

٢٣٥ لَقِيتُهُ أَدْنَى ظَلَمٍ

235. Occurri ei primo ante omnes.

Abu-Ahmruus contendit, ظلم hoc in proverbio idem esse, quam ظل umbra et شخص persona. Alii dicunt, significationem vocis ظلم a ظلام „obscuritas" derivandam esse, quasi dixisset: Occurri ei tanquam primo, qui personâ sua alios texit, ut eos videre non possem. Samachscharius denique verbis explicat: اقرب ظالم „propinquiorem iniustum", quia iniustitia homines occupet. Dicitur quoque: لقيته اول ذى ظلم conf. Kam. s. v. ظلم.

٢٣٦ لَيْسَ عَلَى ٱلشَّرْقِ طَخَاءَةٌ تَحْجُبُ

236. Non est super sole nubes, quae tegit.

De re nemini occulta, sed omnibus clara, perspicua adhibetur.

٢٣٧ لِيَوْمِهَا تَجْرِى مَهَاةٌ بِٱلْعَنَقِ

237. Diei suo currit vacca silvestris celeri cursu.

Proverbium significat, virum re, quam antea consecutus non sit, potitum esse. Meidanius autem proverbium sic explicari posse dixit: Dies eius dies mortis significare potest, ut ل praepositionis الى locum teneat i. e. ad diem suum. Proverbii igitur sensus est: Vacca silvestris ad diem, quo peritura est, cum celeritate currit.

٢٣٨ لَيْسَ بَطِيءٌ مِنْ بَنِي أُمِّ ٱلْفَرَسِ

238. Non est segnis ex filiis Omm-Alfarasae.

Omm-Alfars nomen equae erat, e qua nonnisi equi generosi nati sunt. In generosos dicitur i. e. E generosis generosi nascuntur.

٢٣٩ لَسْتُ بَٱلشُّقَّى وَلَا ٱلضَّيْقَى حِرًّا

239. Non est res mea molestior quam tua, et non est pudendum meum angustius tuo.

Duae parvae puellae duobus viris in matrimonium datae erant. Minor natu suis dicebat: Tentorium separatum nobis figite, ut a virorum conspectu remotae simus. Maior natu autem, ne properes, dicebat. Exspectandum nobis est, donec adultae simus. At quum nihilominus minor natu urgeret, maior natu ista verba dixit, quae in proverbium venientia de eo adhibentur, qui probum viri consilium non admittit. Dicitur igitur, quod si te non pudet, mihi non est pudoris causa. Sic autem proverbii verba explicant: لست بالشقى امرا ولا حرى باضيق من حرك

٢٤٠ لَنْ يُقْلِعَ ٱلْجَدُّ ٱلنَّكِدُ إِلَّا بِجَدِّ ذِي ٱلْأَبَدِ فِي كُلِّ عَامٍ تَلِدُ

240. Non removetur sors mae iniqua, nisi cum sorte eius, qui servam habet quovis anno parientem.

Si serva quovis anno parit, domino servire non potest, ut spes in ea posita frustrata sit. Adhibent igitur proverbium in eum, cuius status in peius semper ruit.

٢٤١ لَوْ كَانَ بِجَسَدِى بَرَصٌ مَا كَتَمْتُهُ

241. Si in corpore meo lepra fuisset, eam non occultassem.

Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium vulgi esse. Samachscharius dixit, proverbium significare, virum amico suo rem revelare, quam alii occultet.

٢٤٢ لَوْ كُنْتُ عَنْ نَفْسِى رَاضِيًا لَقَلَيْتُكُمْ

242. Si me contentus fuissem, vos odio habuissem.

Verba haec Motharrefo ben-Alschadhir vel alii cuidam sapienti adscribuntur. Verba significant, eum alios opprobrio non affecisse ob peccatum, quod ipse commiserit.

٢٤٣ لِلْيَدَيْنِ وَلِلْفَمِ

243. Super manus et os.

Quum quis gaudium ex alterius lapsu concipit, proverbium adhibetur. Verba Ohmarus Arabum princeps, quum ebrius mense Ramadhano ad eum adductus esset, dixisse fertur. Praepositio ل in proverbio locum praepositionis على habet, ut sensus sit: اسقطه الله على اليد والفم „Proiiciat eum Deus super manus et os!" Virum illum Ohmarus castigari iussit.

٢٤٤ لَيْسَ لِرَجُلٍ لُدِغَ مِنْ جُحْرٍ مَرَّتَيْنِ عُذْرٌ

244. Non est viro, qui bis e latibulo morsus fuit, excusatio.

Verba haec Alharitso ben-Djassas, qui ad gentem Kais den-Tsahlabah pertinebat, facundia inter Becritas claro adscribuntur. Dixit ea in oratione, quam occiso Iasido ben-Mohalleb habuit. Post laudem Dei praemissam dixit: ايها الناس ان الفتنة تقبل بشبهة وتدبر ببيان وليس لرجل لدغ من جحر مرتين عذر فاتقوا عصايب تاتيكم من قبل الشام كالدلاء قد انقطعت اوذامها „O homines! Discordia procedit ob dubium, et recedit per clarum sermonem et non est viro, qui e latibulo bis morsus est, excusatio. Cavete autem cohortes, quae ad vos e Syriae regione veniunt, similes situlis, quarum lora rupta sunt!" Tum e suggestu descendit. Verba autem illa ab hominibus asservata in proverbiorum consuetudinem venerunt. conf. prov. 286.

٢٤٥ لَسْتَ مِنْ غَيْسَانِي

245. Tu non es generis mei.

Loco vocis غيسانى legitur غسانى sensu non mutato. conf. Kam. s. v. غسن

٢٤٦ لَبِّدُوا بِالأَرْضِ تَحْسَبُوا جَرَاثِيم

246. Adhaerete terrae, ut radices arborum esse putetis!

Ludibrii causa verba haec fugientibus dicuntur. Verbis quoque hisce ad coniunctionem homines incitantur.

٢٤٧ لَنْ يَزَالَ ٱلنَّاسُ بِخَيْرٍ مَا تَبَايَنُوا فَإِذَا تَسَاوَوْا هَلَكُوا

247. Non cessabunt homines bono frui, quamdiu distincti sunt; sed quando aequales inter se sunt, peribunt.

Quamdiu homines gradu et dignitate inter se distincti sunt, unus alteri obediet.

٢٤٨ لٰكِنْ عَلَى بَلْدَحَ قَوْمٌ عَجْفَى

248. Sed in loco Baldah est gens ematiata.

At metrum Sarih (p. 246), verba haec, quae Baihasi sunt (conf. C. IV, 1.), referri possunt. Significare vult, inopiam eorum ipsi copiae praesentis laetitiam depellere. Proverbium indicat, virum ob propinquorum infortunium tristitia adfici.

٢٤٩ لٰكِنْ بِالْأَثَلَاتِ لَحْمٌ لَا يُظَلَّلْ

249. Sed ad tamarices caro non obumbratur.

Sunt quoque Baihasi verba conf. C: IV, 1. Djeuharius (s. v. اثل), Baihasum carnem fratrum suorum occisorum significare voluisse, scripsit.

٢٥١ لَئِنْ فَعَلْتَ هٰذَا لَيَكُونَنَّ بَلْدَةً مَا بَيْنِي وَبَيْنَكَ

250. Profecto! Si hoc facis, locus inter me et te vacuus sit!

Altera lectio loco vocis بلدة est بلتة „abscissio“. Vox autem بلدة variam explicationem patitur. Aut est locus in fronte inter duo cilia pilis carens aut locus in coelo, in quo statio lunae est, stellis vacuus. Verbis igitur proverbii vir utitur, qui amicitiae vinculum, si alter culpae noxius est, rumpere vult.

٢٥١ لَيْسَ عَبْدٌ بِأَخٍ لَكَ

251. Servus loco fratris tibi non est.

Verba ad Hosaimum referuntur. conf. C. I, 357. XXIII, 434.

٢٥٢ اِلْتَقَى ٱلْبِطَانُ وَٱلْحَقَبُ

252. Convenerunt cingulum sub ventre et funis apud praeputium.

Hoc non fit, nisi si nodi vacillant et soluti sunt. De eo dicitur, cui interitus imminet. Similis ratio est verbis: جاوز الحزام الطبيين „Cingulum mammarum locum transivit" (C. V, 50.), quae in re gravi et ardua adhibentur.

٢٥٣ لَقِيتُهُ أَوَّلَ وَهْلَةٍ

253. Occurri ei ante omnes.

Vocabulum وهلة est forma فعلة a verbo وهل „opinatus fuit, dubitanter novit" c. الى p., ita ut primus esset, in quem opinio incideret. Alii timoris significationem admittunt. Sic dixit Abu-Saidus, eum primum esse, in quem incidat quis, et terrorem concipere conspicientem. conf. lex. m.

٢٥٤ لَقِيتُهُ أَوَّلَ صَوْكٍ وبَوْكٍ

254. Occurri ei primo quiescenti et se moventi.

Id est: Primo omnium. Vocabulum صوك quietem, بوك motum in proverbio significat, ut sit pro ذى بوك et ذى صوك „se movens et quietus". Dicitur quoque ما به صوك وبوك „Non est in eo motus". conf. Kam. s. v. صوك et بوك

٢٥٥ لَقِيتُهُ أَدْنَى دَنِيٍّ

255. Occurri ei propinquissimo propinquorum.

Id est: Ante omnes.

٢٥٦ لَمْ يَنْتَعِلْ بِقِبَالٍ خَذِمٍ

256. Non alligavit soleas loro facile rumpendo.

In virum haud debilem et infirmum dicitur. Dixit poeta Alahscha:

أَخُو ٱلْحَرْبِ لَا ضَرِعٌ وَاهِنٌ وَلَمْ يَنْتَعِلْ بِقِبَالٍ خَذِمْ

»Bellicosus, non debilis et infirmus, et non alligavit soleas loro facile rumpendo“. Metrum Motakarib est. c. p. 281.

٢٥٧ لِيَ ٱلشَّرُّ أَقِمْ سَوَادَكَ

257 Mihi malum (sit)! Erige personam tuam!

His verbis, ut bono animo et fortis sit, unus alterum hortatur. Verba لي الشر sunt pro ليكن الشر مقدرا لي لا لك „Sit malum a Deo decretum mihi, non tibi!

٢٥٨ ٱلْتَأَمَ جُرْحٌ وَٱلْأُسَاةُ غُيَّبٌ

258. Consolidatum fuit vulnus, et medici absentes erant.

Proverbium significat, virum re ipsi necessaria potitum esse a nemine adiutum.

٢٥٩ لَيْسَ بِرِيٍّ وَإِنَّهُ تَغَمُّرٌ

259. Non est expletio perfecta potu, sed est potus modicus.

Proverbium monet nos, ut pauco contenti simus.

٢٦٠ لَوْ لَمْ يَتْرُكِ ٱلْعَاقِلُ ٱلْكَذِبَ إِلَّا مُرُوَّةً لَكَانَ حَقِيقًا بِذٰلِكَ فَكَيْفَ وَفِيهِ ٱلْمَأْثَمُ وَٱلْعَارُ

260. Quod si prudens mendacium evitasset nonnisi ob virtutem viri, hoc eo dignum fuisset; sed multo magis vitandum est, quum et crimen et opprobium in eo sit.

Verba cuiusdam sapientis sunt.

٢٦١ أَلْقَى حَبْلَهُ عَلَى غَارِبِهِ

261. Proiecit funem suum super gibbi verticem eius.

Funis (habena) super cameli gibbum proiicitur, ut libere pascatur. Scholio magis consentaneus est legendi modus in codice Berol. الق „Proiice", scholium enim dicit, proverbium continere consilium ei datum, cuius consortium ab alio non ametur. I. e. Sine eum abire, quo velit.

٢٦٢ لَوْ لَا ٱلْحَشُّ مَا بَالَيْتُ بِٱلدَّسِّ

262. Quod si baculo prunae super me non admoverentur, occultationem non curarem.

Verba pani, qui sub cinere coquitur, tribuuntur. Hisce verbis calamitatibus iterum iterumque adflictus utitur.

٢٦٣ لَوْ خَفَّتْ خُصَاهُمْ وَلٰكِنَّهَا كَٱلْمَزَادِ

263. Si leves fuissent testiculi eorum (abiissent); sed erant similes perae viatoriae.

Altera pars, quae coniunctionem لو si sequi debet, omissa est, ut sic proverbium explicandum sit: لو خفت خصاهم لظعنوا ولكنها اثقلتهم فاقاموا حتى هلكوا „Si leves fuissent eorum testiculi, profecti essent; sed molesti pondere iis erant, ideoque manserunt, donec pe-

rirent«. De eo dicitur, quem impedimenta a proposito suo retinent.

٢٦٤ لَحْظٌ أَصْدَقُ مِنْ لَفْظٍ

264. Intuitus veracior est, quam vox.

In oculis et amor et odium apparet, ut verbis, si oculi non confirment dicta, fides habenda non sit. c. pr. 554.

٢٦٥ أَللّٰهُمَّ هَوْرًا لَا أَيًّا

265. O Deus! Opinionem, non misericordiam!

O Deus! Fac, ut alii me felicem esse opinentur, non mei miseratione moveantur.

٢٦٦ لَيْسَ يُلَامُ هَارِبٌ عَنْ حَتْفِهِ

266. Non vituperatur, qui mortem suam fugit.

Proverbio hoc timiditas excusatur.

٢٦٧ لَوِ ٱقْتَدَحَ بِٱلنَّبْعِ لَأَوْرَى نَارًا

267. Si ligno arboris Nabh tanquam igniario usus fuisset, profecto! ignem extudisset.

Arbor نبع Nabh appellata, quae in montium cacuminibus crescit, ignitabulo apta non est. Proverbium igitur virum ingenii acumine praeditum designat. Conf. Kam. s. v. نبع.

٢٦٨ لَايِنْ إِذَا عَزَّكَ مَنْ تُخَاشِنُ

268. Lenem te praebe, quum te dignitate vincit is, erga quem asper es.

Huic proverbium اذا عزك اخـوك فهن „Quum frater

tuus honore te vincit, submissum te geras! simile est Proverbium hoc duobus locis (No. 457) in codice meo et Lugdun. legitur.

٢٦٩ لَا مَخْبَأَ لِعِطْرٍ بَعْدَ عَرُوس

269. Non est locus, ubi aroma occultatur, post Ahrusum.

Alter proverbii legendi modus est: لا عطر بعد عروس »Non est aroma post Ahrusum". Almofadhdhelus narravit, feminam ad gentem Aladsrah (العذرة) pertinentem, cui nomen Asma filia Ahbd-Allahi esset, verba haec dixisse. Cui quum maritus Ahrusus appellatus morte ereptus esset, alteri Naufelo appellato nupsit, viro ore foetenti, avaro et vili animo praedito. Qui quum aromatis squalum proiectum apud uxorem suam conspexisset, dixit: Ad te aroma tuum sume! Illa autem respondit: لا عطر بعد عروس „Non est aroma post Ahrusum." Alii autem sic proverbium explicant. Vir uxorem non bene olentem in matrimonium duxerat. Tum eam deductam ad ipsum interrogavit: Ubi aroma est? Respondit illa: Id occultavi. Dixit tum maritus لا مخبأ بعد عروس „Non est locus, ubi aroma occultetur, post sponsam". Proverbium autem de eo dicitur, in cuius honorem et gaudium omnes res pretiosae exhauriuntur, ut in futuri temporis usum non recondantur.

٢٧٠ لَا تَبُلْ فِي قَلِيبٍ قَدْ شَرِبْتَ مِنْهُ

270. Ne mingas in puteum, e quo bibisti!

Ei dicitur, qui male de eo loquitur, qui ipsi benefecit

٢٧١ لَا آتِيكَ حَتَّى يَؤُوبَ ٱلْقَارِظَانِ

271. Non ad te veniam, donec fructum Karaths colligentes duo redeant.

Vocabulo قرظ fructus acaciae (سنط), aliis folia arboris سلم appellatae, quibus coria depsebant, significantur. In Arabia felice frequentes illae arbores erant. Viri illi duo ad gentem Ahnsah pertinentes nunquam redibant. Ebn-Alahrabius dixit, unum illorum vivorum nomen Ebn-Ahnsan gessisse.

٢٧٢ لَا آتِيكَ حَتَّى يَؤُوبَ ٱلْمُنَخَّلُ

272. Non ad te veniam, donec Almonachchalus redeat.

Almonachchalus poeta erat, qui exiens domum nunquam rediit. Viri autem, cuius in hoc Abu-l'Aswadi Aldoali versu:

آلَيْتُ لَا أَغْدُو إِلَى رَبِّ لَقْحَةٍ أُسَاوِمُهُ حَتَّى يَؤُوبَ ٱلْمُثَلَّمُ

„Iuravi, me mane non venturum esse ad dominum camelae lactariae, ut liciter, donec Almotsallemus redeat[1])"

mentio facta est, ab haereticis occisus est, et nemini eius locus notus erat, donec occisor eum dixisset.

٢٧٣ لَا آتِيكَ هُبَيْرَةَ بْنَ سَعْدٍ

273. Non ad te veniam, donec Hobairahus ben-Sahd adsit.

Hobairahus iste amissus nunquam reperiebatur. Id est: Nunquam ad te veniam.

٢٧٤ لَا آتِيكَ مِعْزَى ٱلْفِزْرِ

2) Metrum Thawil est. c. l. m. p. 160. sqq.

274. Non ad te veniam, donec caprae Alfisri congregantur.

Alfisr cognomen Sahdi ben-Said Manat ben-Tamim (conf. Ebn-Cotaib. p. 95) erat. Vir hic ad nundinas capras adduxerat et eas cmnibus offerens dixit: من اخذ منها واحدة فهي له ولا يوخذ منها فزر „Qui ex eis unam ceperit, eam possideat; sed duae (فزر) non capiuntur“ Haec cognominis causa erat. Caprae autem istae in varias et longe dissitas regiones dispersae nunquam congregabantur. Conf. Kam. et Dj. s. فزر.

٢٧٥ لَا تَرْضَى شَانِئَةٌ إِلَّا بِجَزْرَةٍ

275. Odiens non contenta est nisi perdendo.

Ea, quae odium fovet, eum quem odit, perdere cupit. Proverbium, quod proprie in femina adhibebatur, postea in virum translatum est.

٢٧٦ لَا تَعْدَمُ ٱلْحَسْنَاءُ ذَامًا

276. Admodum pulchra vitio non caret.

Proverbii huius causam talem fuisse narrant: Hobba filia Malici ben-Ahmru Ahdwanitica eximia pulchritudine a rege Ghassani in matrimonium ducta erat. Mater puellae sequentibus ipsam puellis imperaverat, ut, antequam ad novum maritum introduceretur, eam odoribus imbuerent. Illae autem rem facere ob festinationem neglexerunt. Rex post primam noctem interrogatus, quomodo uxor ei placeret, optime! respondit, nisi quod odorem parvum mihi ingratum percepi. Uxor autem pone velum regis verba audiens ista dixit: quae postea in proverbii consuetudinem venerunt. Poeta proverbii verba versui inseruit:

وَقَدْ قَالَتْ قُتَيْلَةُ إِنْ رَأَتْنِي وَإِذْ لَا تَعْدَمُ ٱلْحَسْنَاءُ ذَامًا

„Iam Katilaha, quum me videret, mihi dixit: Et ecce! pulchra vitio non caret“. Metrum Wafir est p. 204.

٢٧٧ لَا تَحْمَدْ أَمَةً عَامَ ٱشْتِرَائِهَا وَلَا حُرَّةً عَامَ بِنَائِهَا

277. Ne laudes servam anno, quo eam emisti et liberam anno, quo in matrimonium ducta est.

Loco vocis بنائها legitur هدائها eodem fere sensu. In Samachscharii opere تحمدن لا legimus. Causa proverbii in eo est, quod initio, quamquam bonae non sunt, tamen bonae videri cupiunt. De eo dicitur, qui nondum bene cognitus laudatur. Dixit poeta:

لَا تَحْمَدَنَّ ٱمْرَءًا حَتَّى تُجَرِّبَهُ وَلَا تَذُمَّنَّهُ مِنْ غَيْرِ تَجْرِيبِ
فَإِنَّ حَمْدَكَ مَنْ لَمْ تَبْلُهُ صَلَفٌ وَإِنَّ ذَمَّكَ بَعْدَ ٱلْحَمْدِ تَكْذِيبُ

„Ne virum lauda, antequam eum expertus es et ne eum vitupera sine experientia, nam laus tua eius, quem non probasti, falsa est et vituperatio tua post laudem est accusatio mendacii“. Metrum Basith est. c. p. 190.

Monet proverbium, ne rem experientia longa nobis nondum probatam laudemus.

٢٧٨ لَا تَعْدَمُ صَنَاعٌ ثَلَّةً

278. Industria mulier lanâ non caret.

Mulier solers, industria, si opere uno caret, alterum ob solertiam suam aggreditur. Meid. De solerte adhibetur Samachsch.

٢٧٩ لَا تَعِظِينِى وَتَعَظْعَظِى

279. Ne me admoneas, et tu curvus es.

Djeuharius dixit, vocem تعظعظى cum vocali Fatha literae ت ab Abu-Ohbaido enunciatam esse, se autem pu-

tare, eam cum littera Dhamma enunciandam esse. Verbum autem عطعط sagittam esse incurvatam significat. In eum dicitur, qui ipse vitiis laborans alium, ut se corrigat, monet. Similem sensum poeta versu expressit:

لَا تَنْهَ عَنْ خُلُقٍ وَتَأْتِيَ مِثْلَهُ عَارٌ عَلَيْكَ اِذَا فَعَلْتَ عَظِيمُ

„Ne agendi rationem interdicas, quam tu eandem habes; magnum tibi erit dedecus, quum facis“.

Metrum Camil est. l. p. 212.

٢٨٠ لَا يَدْرِى أَسَعْدُ ٱللّٰهِ أَكْثَرُ أَمْ جُذَامُ

280. Nescit, num gens Sahd-Allah numerosior sit an gens Djodsam.

Alazmäihus dixit, magnam esse differentiam inter istas duas gentes, quam nemo non sciat. Djabirus ben-Ahbd Allah Ahmirita doctissimorum Arabum unus dixit, proverbium hoc Hamsaho ben-Aldhillil Albelewi adscribendum esse, qui ista verba Ruho ben-Sinbah Chodsamitae in versu dixerit:

لَقَدْ اَقْحَمْتَ حَتَّى لَسْتَ تَدْرِى أَسَعْدُ ٱللّٰهِ أَكْثَرُ أَمْ جُذَامُ

„Iam inconsulte rem aggressus es, ut nescires, num gens Sahd-Allah numerosior esset an Djodsam.“ Metrum versus Wafir est. p. 204. In Samachscharii opere ما يدرى legitur

٢٨١ لَا يَدْرِى أَىُّ طَرَفَيْهِ أَطْوَلُ

281. Nescit, utra duarum extremitatum suarum longior sit.

Dixit Alazmäihus: Proverbii sensus est: Nescit, num patris an matris suae familia nobilior sit. Alius quidam autem dixit, hominis medium umbilicum esse, partem autem inferiorem hominis longiorem esse superiore. Maior autem

hominum pars quum hanc rem non nesciat, proverbium summam hominis ignorantiam indicare. Ebn-Alahrabius dixit, extremitates duas viri esse penem et linguam.

٢٨٢ لَا تَعْدَمُ مِنِ ٱبْنِ عَمِّكَ نَصْرًا

282. Auxilio patruelis tui destitutus non eris.

Cognatus tuus, etsi inimicus tuus est, tamen contra alium auxilium tibi feret. Samachscharius ناصرا auxiliatorem habet, qui est alter legendi modus.

٢٨٣ لَا يَمْلِكُ مَوْلًى لِمَوْلًى نَصْرًا

283. Cognatus ab auxilio cognato ferendo se non abstinebit.

Almofadhdhelus dixit, Alnohmani ben-Almondsir verba esse. Causam hanc fuisse: Alahjjarus ben-Ahbd-Allah Dhabbita Dhiraro ben-Ahmru propinquo suo inimicus erat. Quapropter quum Marhabus Iarbuihta cum Dhiraro ben-Ahmru litem haberet et Alahjjarus Dhirarum adiuvaret, Alnohmanus Alahjjaro dixit: Num tu haec contra Abu-Merhabum pro Dhiraro, cui inimicus es, profers? Alahjjarus respondit: Is fratris mei carnem edit, et ego hoc non feram! Ad quae Alnohmanus proverbii verba dixit, quae sic explicanda sunt: لا يملك مولى ترك نصر وادخار نصر لمولاه. Proverbium significat, propinquum propinquo auxilium laturum esse, etsi inter utrumque inimicitia intercedat.

٢٨٤ لَا أَفْعَلُ مَا أَبَسَّ عَبْدٌ بِنَاقَتِهِ

284. Non faciam, quamdiu servus camelae suae Bas Bas dicit.

بس بس voces sunt, quibus inter mulgendum utuntur,

ut camela tranquilla sit. Proverbii autem sensus est: Nunquam id faciam.

٢٨٥ لَا تَفْشِ سِرَّكَ إِلَى أَمَةٍ وَلَا تَبُلْ عَلَى أَكَمَةٍ

285 Cum serva secretum tuum ne communica et ne super colle terrae minge!

Haec verba Actsami ben-Zaifi sunt. Id est: Ut in colle terrae mingere non soles, sic cum serva secretum tuum ne communica! Sed in Djeuharii opere sub v. فكه sic legitur: لا تفاكه امة ولا تبل على اكمة „Ne cum serva ioceris et ne super colle mingas", id quod ob proverbii homoioteleuton non minus placet. conf. pr. 286.

٢٨٦ لَا تُفَاكِهَنَّ أَمَةً

286. Ne cum serva ioceris!

Abu-Ohbaidus dixit, proverbio isto vulgum uti.

٢٧٨ لَا يُلْسَعُ ٱلْمُؤْمِنُ مِنْ جُحْرٍ مَرَّتَيْنِ

287. Non bis mordetur credens (Mohammedanus) e latibulo.

Meidanius scholio sequente proverbium explicavit: قيل هذا كناية عما يوتمه اى ان الشرع يمنع المومن من الاصرار فلا ياتى ما يستوجب به تضاعف العقوبة يضرب لمن اصيب ونكب مرة بعد اخرى يقال هذا من قول النبى عليه السلام لابى عزة الشاعر اسره يوم بدر ثم من عليه واتاه يوم احد فاسره فقال من على فقال عليه السلام هذا القول اى لو كنت مومنا لم تعاود لقتالنا „Dicunt metonymiam esse, qua id, quod ad crimen eum instiget, significetur. Lex enim Mohammedanum vetat perseverare (in peccando): fugit igitur res, ob quas duplicem poenam meretur. De

eo proverbium adhibetur, qui iterum adfligitur et malo adficitur. Dicunt, auctorem proverbii prophetam esse, cui Deus faveat! et eum verba Abu-Ohssaho poetae dixisse, cui primum in proelio Bedrense captivo condonaverit, tum iterum in proelio Ohodense captivo et veniam roganti ista verba dixerit. Id est: Si credens (Mohammedanus) fuisses, non iterum contra nos pugnasses". conf. prov. 244.

٢٨٨ لَا جَدَّ إِلَّا مَا أَقْعَصَ عَنْكَ مَا تَكْرَهُ

288. Non est fortuna nisi quod a te res tibi ingratas repellit.

Dicitur ضربه فاقعصه „Percussit eum et eum suo loco occidit". Tum scholion hisce verbis proverbium explicat: يقول جدك الحقيقى ما دفع عنك المكروه وهو ان يقتل عدوك دونه „Fortuna vera tua est ea, quae rem ingratam a te depellit et hoc est, quod inimicum tuum occidit te non curante. Verba haec dixit Moahwijahus, quum Ahbd-Alrahmanus ben-Chalid ben-Alwalid, cuius partes ne homines secuturi essent, timuerat, a medico veneno dato sublatus esset.

٢٨٩ لَا أَطْلُبُ أَثَرًا بَعْدَ عَيْنٍ

289. Non quaero vestigium post rem ipsam.

Meidanius dixit, se proverbium cum historia (littera ث) iam adtulisse et repetitionis causam esse, quod Abu-Ohbaidus id hoc modo, quo vero sensus non mutetur, adtulerit. conf. C. III, 44.

٢٩٠ لَا يَضُرُّ ٱلسَّحَابَ نُبَاحُ ٱلْكِلَابِ

290. Nubi canum latratus non nocet.

De homine dicitur, qui alteri re ipsi haud noxia nocere cupit. Legitur quoque هل يضر „Num nocet?

٢٩١ لَا تَكْرَهْ سُخْطَ مَنْ رِضَاهُ ٱلْجَوْرُ

291. Ne aegre feras iram eius, quem iniuria contentum reddit.

Ne irae iniusti rationem habeas, nam Dei favor eam sequitur.

٢٩٢ لَا أَمْرَ لِمُعْصِيٍّ

292. Imperium ei non est, cui obedientia non praestatur.

Cui in imperio non obediunt, is ei aequalis est, cui imperium non est.

Huic similis sensus est, quam proverbio: لا راى لمن لا يطاع »Non est consilium ei, cui non obeditur". conf. prov. 436.

٢٩٣ لَا تَقَعَنَّ ٱلْبَحْرَ إِلَّا سَابِحًا

293. Ne in mare te dimitte, nisi quum natas.

De eo dicitur, qui rem suscipit, quam non bene tractat.

٢٩٤ لَا يَرَى لِغَوِيٍّ غَيًّا

294. Erranti errorem non videt.

De eo dicitur, qui errorem non admittens aliis eum exornat, ut eum committant.

٢٩٥ لَا تَلُمْ أَخَاكَ وَٱحْمَدْ رَبًّا عَافَاكَ

295. Ne fratrem tuum vitupera et lauda dominum, qui tibi condonavit!

٢٩٦ لَا تُوكِ سِقَاءَكَ بِأُنْشُوطَهْ

296. Ne religa utrem tuum nodo facile solvendo!

Cautionem in rebus proverbium commendat Meid. Monet, ut bene et firmiter res instituamus. Samachsch. Ibi legitur سقاء „utrem".

٢٩٧ لَا تَمْسُكْ مَا لَا يَسْتَمْسِكُ

297. Ne prehende, quod prehendi non vult.

Ne beneficium in indignum conferas.

٢٩٨ لَا تَغْزُ إِلَّا بِغُلَامٍ قَدْ غَزَا

298. Ne incursionem fac nisi cum iuvene, qui incursionem iam fecit!

Adhibe difficili in re virum fortem et experientia edoctum!

٢٩٩ لَا آتِيكَ مَا حَمَلَتْ عَيْنِي ٱلْمَآءَ

299. Non ad te veniam, quamdiu oculus meus aquam portat.

Legitur quoque وسقت, i. e. congessit, collegit.

٣٠٠ لَا يَسْمَعُ أُذُنًا خَمْشًا

300. Ut auris sonum lenem audiat, non permittit.

In Kamuso Calcutt. sic scriptum est: لا يسمع فلان اذنا جمشا. Cilabita sic proverbium adnotavit: لا تسمع اذن (الاذن al.) خمشا. Lectio جمشا loco vocis خمشا rectior videtur. In eum dicitur, qui admonitionem non admittit.

٣٠١ لَا أُحِبُّ رِئْمَانَ أَنْفٍ وَأَمْنَعُ ٱلضَّرْعَ

301. Non amo adfectu nasi et mammam recuso.

Proverbium a camela desumtum, quae tanquam amans caput in pullum dirigit, eum autem a mammis repellit. In codice Samachscharii legitur: وابغض الضرع „et odio habeo mammam“ Similem sensum poeta versu protulit:

أَمْ كيفَ يَنفعُ ما تُعطِى ٱلعَلُوقُ بِهِ رِئْمانَ أَنْفٍ اذا ما ضُنَّ بِٱللَّبَنِ

„Aut quomodo utile est id, quod dat camela in eum propensa adfectu nasi, quotiescunque lac prohibetur“.

Metrum Basith est. c. p. 190.

Verum et sincerum amorem proverbium describit.

٣٠ لَا تُبْطِرْ صَاحِبَكَ ذَرْعَهُ

302. Ne attonitum reddas socium tuum quoad brachium!

Id est: Ne socio tuo imponas id, quod portare non valet. Accusativi casus in voce ذرعه est species appositi (بدل) vocis صاحبك, quasi dixisset auctor, لا تبطر ذرع صاحبك „Ne attonitum reddas brachium socii tui!“ Conf. Kam. s. v. بطر.

٣٠٣ لَا تَجْعَلْ شِمَالَكَ جَرْدَبَانًا

303. Ne sinistra manu tua cibum tegas, ut alios, quominus edant, impedias!

Id est: Ne sinistra manu cibum, impediens, quominus alius eum capiat, tegas. Proverbio hoc aviditas vituperatur. Grammaticus Alferra hunc versum citavit:

اذا ما كُنتَ فى قَوْمٍ شَهَاوَى فلَا تَجْعَلْ شِمَالَكَ جَرْدَبانَا

„Quotiescunque in gente avida es, ne sinistram tuam panis custodem facias! Metrum Wafir est, conf. p. 204.

٣٠٤ لَا يَدَى لِوَاحِدٍ بِعَشَرَةٍ

304. Nulli manus mea decem valet.

Varia in codicibus est lectio. In meo لا يـدرى, in Lugd. لا يدى, in Paris et Berol. لا يدين. Hoc ferri potest; in scholiis enim verborum explicandorum gratia لا قدرة „non potest“ additum est, et a Meidanio citatus poetae versus sensum confirmat:

اِعْمِدْ لِمَا تَعْلُو فَمَا لَكَ بِٱلَّذِى لَا تَسْتَطِيعُ مِنَ ٱلْأُمُورِ يَدَانِ

»I eo, quo adscendere potes, nam res, quas perficere non potes, te non spectant«. Metrum Camil est, p. 213.

٣٠٥ لَا يُرْسِلُ ٱلسَّاقَ إِلَّا مُمْسِكًا سَاقًا

305. Arboris truncum non dimittit, donec arboris truncum capiat.

Proverbium hoc a chamaeleone desumtum est, chamaeleon enim solis ardore adfectus ad arboris truncum confugit, ut in eius umbra sit; sed quum is umbram non facit, ad alium confugit. Alii autem contrario modo proverbium explicant. Chaemaeleonem summo solis ardore gaudere dicunt, ut nonnisi ob solis defectum in alium truncum procedat. Dicit poeta:

بُلِّتْ بِأَشْوَسَ مِنْ حِرْبَاءِ تَنْضُبَةٍ لَا يُرْسِلُ ٱلسَّاقَ إِلَّا مُمْسِكًا سَاقَا

»Adhaeret viro contrahenti palpebras magis quam chamaeleon in arbore spinosa, non dimittens truncum donec alium truncum arripiat«. Metrum Basith est. c. l. m. p. 190. Conf. C. XXVIII, 90.

٣٠٦ لَا مَاءَكِ ٱبْقَيْتِ وَلَا هَنَكِ أَنْقَيْتِ

306. Aquam tuam non conservasti et pudendum tuum non mundasti.

Legitur quoque loco vocis هنك vox حرك vel درنك »sordes tuas« (sic in Samachscharii codice). Narrant virum cum uxore sua iter facientem, quum uxor, quae menstruis laboraret, paucam aquam, quam secum haberet, adhibuisset ad se lavandam, aqua isti rei non sufficiente, proverbii verba dixisse. Almofadhdhelus autem dixit, proverbii auctorem Aldhabbum ben-Arwa Alciläihtam esse. Hic mercaturam facturus cum gente sua ex terra Iemen exierat. Per aliquot dies postquam cum sociis iter fecerat, eos reliquit et in deserto in gentem Hamadan incidit. Iuveni illi pulchro adspectu et eleganti Ahmram filiam Sobaii quam amabat, in matrimonium petenti primum quidam dare recusabant, quod neque poeta neque hariolus neque fontium gnarus esset, tandem precibus multis commoti consenserunt. Aliquo tempore post gens quaedam Arabum in hos incursionem facere volebat. Hac de causa gens Hamadan Dhabbum, quem ipsis infortunium adducturum esse putarent, cum uxore depulerunt. Per diem noctemque iter facientes a fonte non multum aberant. Uxor igitur, quae menstruis laboraret, spe fontis aquam in lavando adhibuit, sed isti rei aqua non suffecit. Ad fontem pervenientes eum sub terram demersum invenerunt. Maritus tum temporis ista proverbii verba uxori dixit et in arboris umbra considens hos cecinit versus:

تَاللّٰهِ ما ضَلَّةٌ أَصَابَ بِهَا بَعْلًا سِوَاى قَوَارِعُ ٱلْعَطَبِ

وَأَىُّ مَهْرٍ يَكُونُ أَثْقَلَ مِنْ مَا طَلَبُوهُ إِذَنْ مِنَ ٱلضَّبِّ

أَنْ يَعْرِفَ ٱلْمَاءَ تَحْتَ صُمِّ ٱلصَّفَا وَيُخْبِرَ ٱلنَّاسَ مَنْطِقَ ٱلْخُطَبِ

أَخْرَجَنِى قَوْمُهَا بِأَنَّ ٱلرَّحَا دَارَتْ بِشُؤْمٍ لَهُمْ إِلَى ٱلْقُطْبِ

„Per Deum! Non adflixerunt adversitates infortunii uxoris causa maritum sicut me! Quaenam erat gravior dos

quam quod a Dhabbo postularunt, ut aquam sub duris petris videret, et picarum viridium loquelam hominibus indicaret. Eius (uxoris) gens me expulit, quod belli mola super axe se convertens eos adflixerat".

Mulier autem istis versibus laeta dixit: Redeamus ad gentem, poeta enim es. Redeuntes quum verberare et repellere vellent, vir dixit: Audite versus meos et tum me occidite! Auditis versibus in gratiam eorum rediit. Proverbii rationem habuit Ferasdakus in versu sequente:

وَكُنْتَ كَذَاتِ ٱلْحَيْضِ لَمْ تُبْقِ مَاءَهَا وَلَا هِيَ مِنْ مَاءِ ٱلْعَذَابَةِ طَاهِرُ

„Tu similis eras feminae menstruis laboranti, quae aquam suam perdidit, et non erat ab aqua uteri pura".

Metrum Thawil est. p. 162. Proverbium vituperat eum, qui unam rem, ut alteram assequatur, perdit, sed illa altera non potitur.

٣٠٧ لَا أَبُوكَ نُشِرَ وَلَا ٱلتُّرَابُ نُفِدَ

307. Non pater tuus reviveret, et terra non penetraretur.

Ahmarus proverbii originem hanc fuisse dixit: Quum vir quidam dixisset, si locum, ubi pater meus occisus esset, scirem, terram eius super capite meo ponerem; alius quidam ista proverbii verba dixit significaturus, eum ista re patris caedem non vindicaturum esse. De eo dicitur, qui rem inutilem petit. Samachscharius dixit, proverbium de eo adhiberi, qui faciat rem, dum aliam quaerat; sed hanc non assequatur.

٣٠٨ لَا يَكُنْ حُبُّكَ كَلَفًا وَلَا بُغْضُكَ تَلَفًا

308. Ne sit amor tuus omnino te occupans, et odium tuum perdens!

Proverbium, ut et in amore et in odio modum rectum

teneamus, monet. Sic nos docent traditionis verba: احبب حبيبك هونا عسى ان يكون بغيضك يوما وابغض بغيضك هونا ما عسى ان يكون حبيبك يوما „Leniter ames amatum tuum, quamdiu fieri potest, ut aliquo die in odium tibi veniat et leniter odias tibi exosum, quamdiu fieri potest, ut aliquo die tibi amori sit“. Conf. C. VI, 96.

٣٠٩ لَا يُدْعَى لِلْجُلَّى إِلَّا أَخُوهَا

309. Non advocatur ad rem gravem nisi frater eius.

Id est: Qui eam perficere potest. Haec verba debili dicuntur i. e. tu non es talis, quem ad rem gravem perficiendam advocent.

٣١٠ لَا يَعْدَمُ شَقِيٌّ مُهْرًا

310. Non deest misero equi pullus.

In Samachscharii libro legitur مهرة. Legitur quoque مهيرا „pullulus equi“ Pullum equi educare, res difficilis et molesta est. De viro dicitur, qui re diu adfligitur et fatigatur. Conf. C. III, 143.

٣١١ لَا تَهْرِفْ بِمَا لَا تَعْرِفْ

311. Ne multum laudes quod nescis!

Proverbium nos monet, ne rem nobis non satis cognitam nimium laudemus. conf. Kam. et Dj. s. v. هرف

٣١٢ لَا تَنْسُبُوهَا فَانْظُرُوا مَا نَارُهَا

312. Ne genus eius rogetis; sed observate signum ei inustum!

A camelo, e cuius signo inusto genus cognoscitur, proverbium desumtum in homines translatum est. Conf.

C. XXV, 26. Ex externae conditionis indiciis internae scientiam comparari posse significat proverbium.

٣١٣ لَا أُحْسِنُ تَكْذَابَكَ وَتَأْثَامَكَ تَشُولُ بِلِسَانِكَ شَوَلَانَ ٱلْبَرُوقِ

313. Non bene calleo, quemadmodum tu, mendacium proferre et crimen committere. Linguam tuam moves modo, quo camela non praegnans caudam movet.

Vox بروق camelam significat, quae caudam movens gravida putatur, dum gravida non est. Huiusce proverbii originem fuisse tradunt hanc: Modjaschihus ben-Darem a rege, quem adierat, interrogatus, ubi frater Nahschalus esset, respondit, eum in praedio suo degere, neque ad reges venire. Rex eum advocari iussit. Rex advenientis pulchritudinem admirans, dixit: Loquere mecum, o Nahschale! Modjaschihus, quum ille silentium teneret, dixit: Alloquere regem, o Nahschale.! Tum dicens: الشر كثير „Malum multum est!« siluit, et quum iterum eum frater adhortaretur, ut cum rege loqueretur, ista proverbii verba protulit. Proverbium parum loquens contra eum, qui multa facit verba, adhibere solet.

٣١٤ لَا يَعْدَمُ ٱلْحُوَارُ مِنْ أُمِّهِ حَنَّةً

314. Non deest pullo cameli matris suae adfectus amoris.

Vocabulum حنة proprie significat argutum sonum, quem camela pullum amans edit, tum adfectum amoris. Sic Abu-Ohbaidus proverbium legit et explicavit. Alius quidam dixit, حنة significare similitudinem. Ebn-Alahrabius autem dixit, proverbium hoc simile esse illi loquendi modo من عضة ما ينبتن شكيرها „Ex arbore spinosa nascitur eius

surculus". Sunt denique, qui خنة legant, quae vox sonum per nares emissum significat; sed prior legendi modus Meidanio rectior videtur. Samachscharius dixit legi quoque: لا تعدم الناقة من امها خنة ,,Non deest camelae a matre sua sonus per nares emissus.«

٣١٥ لَا آتِيكَ مَا حَنَّتِ ٱلنِّيبُ

315. Non ad te veniam, quamdiu annosae camelae argutum sonum in pullam edunt.

Iste sonus adfectus amoris indicium est. Annosae autem camelae maiore amoris adfectu in pullos impletae sunt. Sensu autem non variato dicitur: ما اطّت الابل. Proverbium autem significat: Nunquam ad te veniam!"

٣١٦ لَا أَفْعَلُ كَذَا حَتَّى يَلِجَ ٱلْجَمَلُ فِي سَمِّ ٱلْخِيَاطِ

316. Non faciam hoc, donec camelus in foramen acus intret.

Proverbium est vetus, quod in Coran: Sur VII, 38 occurrit et iam in Novo Testamento usurpatum fuit. c. Marc. X, 25. Luc. XVIII, 25. Sunt autem qui *καμιλος* nec non *καμηλος* funem crassum nauticum significare dicant. Conf. Suidas ad v. *καμηλος*, Aristophan. Vesp. 1036 schol. et Phavorin. *κάμηλος*. Rabbini denique המחט [illegible] ד. חבא habent. conf. Buxtortii lex. Chald. Talm. s. v. פילא

٣١٧ لَا يَضُرُّ ٱلْحُوَارَ مَا وَطِئَتْهُ أُمُّهُ

317. Cameli pullo tenero non nocet, quod mater eum calcat.

Legitur quoque لا يضير sensu non variato. Proverbium matris amorem et misericordiam significat.

٣١٨ لَا نَاقَتِى فِى ذَا وَلَا جَمَلِى

318. Non camelus meus in hoc et non camela mea.

Verba haec Alharitsus ben-Ahbbad dixit, quum Djassasus ben-Morrah Colaibum occidisset. Proverbium significat, se ab ista re et ista iniuria liberum esse. Dixit poeta Alräi:

وَمَا هِجْرَتُكِ حَتَّى قُلْتِ مُعْلِنَةً لَا نَاقَةٌ لِى فِى هٰذَا وَلَا جَمَلُ

„Quaenam est alienatio tua (o femina!), ut publice dicas Non est mihi in hoc camela et non camelus".

Metrum Basith est, sed primus pes regulis contrarius est. c. l. m. p. 190 et 195. Alii verba ista Alzadufae filiae Djalisi Ohdsritae adscribunt, quae Saido ben-Alachnas Ohdsritae nupta erat. Habuit ille filiam Alfareah appellatam ex alia uxore natam, cuius in separato tentorio degentis tutelam servae tradiderat. Haec puella iuvenem Schabats appellatum amabat et patre in Syria profecto quavis nocte cum eo in regionem desertam camelo vehens abibat ante Auroram in tentorium rediens. Pater e Syria redux filiam non invenit et servam interrogans audivit, eam profectam esse. Tum iratus quum ad uxorem rediisset, illa dixit:

يا زيد لا تعجل واقف الاثر لا ناقة لى فى هذا ولا جمل

„O Saide! Ne festinanter agas; sed vestigium sequaris, non est camela mihi in hoc et non camelus In Samachscharii opere proverbium sic legitur.

٣١٩ لَا تُقْسِطْ عَلَى أَبِى حِبَالٍ

319. Ne iniuste agas contra Abu-Hibalum!

Hibalus filius Tholaihahi ben-Chowailid a Tsabito Alakram et Ohcaschaho ben-Mohzin, quibus occurrerat, occisus erat, nam eius pater tempore Mohammedis pro-

pheticum munus sibi vindicaverat. Thoiaihahus rei certior factus eos occidit, et hos versus dixit:

لَإِنْ تَكُ أَذْوَادٌ أُصِبْنَ وَنِسْوَةٌ فَلَنْ تَذْهَبُوا فِرْغًا بِقَتْلِ حِبَالِ

وَمَا ظَنُّكُمْ بِٱلْقَوْمِ إِذْ تَقْتُلُونَهُ أَلَيْسُوا وَإِنْ لَمْ يُسْلِمُوا بِرِجَالِ

عَشِيَّةَ غَادَرْتُ ٱبْنَ أَقْرَمَ ثَاوِيًا وَعُكَّاشَةَ ٱلْغَنْمِيَّ عِنْدَ مَجَالِ

»Profecto! Si camelorum agmina adflicta essent et mulieres, tum Hibalum non impune occideretis. Quid autem est, quod putetis, quum homines occiditis, eos non esse viros, etsi Mohammedani non sunt. Vesperâ, quo ego sagittae iactu[1]) Akramum et Ohccaschahum Ghanmitam in proelii campo decepi«. Metrum Thawil est. c. l. m. p. 163.

Gens autem Banu-Asad, quum Tholaihahum de filii morte se vindicasse audivissent, ista verba dixerunt, quae proverbii loco significant, cuiusdam vindictam timendam esse.

٣٢٠. لَا يَكْظِمُ عَلَى جِرَّتِهِ

320. Ruminationem suam non retinet.

De camelo usitatus loquendi modus in hominem transfertur, qui secreta sua non continet. Sensu et ratione simile proverbium est sequens: لا يخنق على جرته conf. Abulfed. Ann. T. II p. 78.

٣٢١ لَا فِي ٱلْعِيرِ وَلَا فِي ٱلنَّفِيرِ

321. Non in iter facientium agmine et non in agmine tecum fugientium.

---

1) Sic verti ثاويا pro ثاوئا, quum hospitio excipiens sensui convenire non videretur et Asaditae iaculandi arte clari essent. Vox اثواء et pro hoc اثوى sagitta iaculatus est significat.

Almofadhdhelus dixit, proverbii huius, quod de eo adhibeatur, cuius res detrimentum capiat et potentia diminuatur, auctorem Abu-Sofjanum ben-Harb fuisse, qui cum iter facientium agmine gentis Koraisch ex Syria redierit. Mohammedes enim reditus tempus exspectans suos contra illud agmen eduxerat, et contra Abu-Sofjanus Mohammedis occursum timens Koraischitis, ut ipsi obviam auxilio venirent, imperaverat. Abu-Sofjanus quum ad Medinam adpropinquaret, multo timore adfectus Almodjdijjum ben-Ahmru interrogavit, num sociorum Mohammedis quendam appropinquantem videret. Ille respondit, se non vidisse nisi duos viros camelis vehentes, qui ad duos fontes, qui in Mohammedis ditione essent, Ahdi et Basbas appellatos venissent. Abu-Sofjanus ad illos fontes veniens e contrito camelorum stercore, quod dactylorum nucleos contineret, cognovit, illos viros Medinenses esse et ista re monitus a loco Bedr appellato iter ad dexterum latus deflexit et litoris tractum ingressus est. Simul Koraischitis iam e Mecca egressis nuntium misit, ut redirent. Hi autem excepta gente Banu-Sohrah, quae a loco Tsanijjah Adjdjsa ad litus deflectens cum Abu-Sofjano conveniebat, redire nolentes apud locum Bedr a Mohammedanis magna clade adflicti sunt. Abu-Sofjanus gentem Sofrah proverbii verbis allocutus est, quae de eo adhibent, qui rem suam deiicit et dignitatem suam deminuit.

٣٢٢ لَا أَفْعَلُ كَذَا مَا أَرْزَمَتْ أُمُّ حَائِلٍ

322. Non faciam hoc, quamdiu argutum sonum edit mater pulli camelini feminini sexus.

Id est: Nunquam id faciam. conf. Kam s. v. رزم

٣٢٣ لَا تُرَاهِنْ عَلَى ٱلصَّعْبَةِ وَلَا تُنْشِدِ ٱلْقَرِيضَ

323. Ne super camela difficili et indomita pignore certa et ne carmen metri Redjes recita!

Vocabulum قريض carmen significat; sed nonnisi de carmine metri Redjes, quod est minus artificiosum, adhibetur. Proverbium hoc poetae Alhothaiah appallato adscribitur. Huic morte appropinquante circumstans familia et propinqui dixerunt. Nobis mandata da! Respondit; De quanam re testamento mandatum mihi dandum est? Opes meae inter filios meos dividendae sunt. Illi dixerunt: Hoc scimus; praecipe autem nobis aliud! Dixit: ويل للشعر من راوية السوء „Vae carmini, cuius relator pravus est!“ quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Tum dixit: Annuntiate genti Zabii ben-Alharits, eum fuisse poetam, qui dixisset:

لِكُلِّ جَدِيدٍ لَذَّةٌ غَيْرَ أَنَّنِى وَجَدْتُ جَدِيدَ ٱلْمَوْتِ غَيْرَ لَذِيذِ

»Omni rei novae iucunditas est; sed non inveni novum mortis esse iucundum«. Metrum Thawil est. c. p. 163. Dixit denique ista nostri proverbii verba, quae monent, ut vir caveat.

Alii autem diverso modo rem tradunt. Quae quum utilia mihi esse videantur, omnia exscribam. فى بعض الروايات انه قيل يا ابا مليكة اوص قال مالى للذكور دون الاناث قالوا ان الله تعالى لم يامر بذا قال فانى امر قال اوص قال اخبروا ال الشماخ ان اخاهم اشعر العرب حيث يقول

وَظَلَّتْ بِأَعْرَافٍ صِيَامًا كَأَنَّهَا رِمَاحٌ نَحَاهَا وِجْهَةَ ٱلرِّيحِ رَاكِزُ

قالوا اوص فان هذا لا يغنى عنك شيا قال ابلغوا كندة ان اخاهم اشعر العرب حين يقول

فَيَا لَكَ مِنْ لَيْلٍ كَأَنَّ نُجُومَهُ بِكُلِّ مُغَارِ ٱلْفَتْلِ شُدَّتْ بِيَذْبُلِ

يعنى امرى القيس قالوا اوص فان هذا لا يغنى عنك شيا قال اخبروا الانصار ان اخاهم امدح العرب حين يقول

يُغْشَوْنَ حَتَّى مَا تَهِرُّ كِلَابُهُمْ لَا يَسْأَلُونَ عَنِ ٱلسَّوَادِ ٱلْمُقْبِلِ

قالوا اوص فان هذا لا يغنى عنك شيا قال اوصيكم بالشعر خيرا ثم انشا يقول

أَلشِّعْرُ صَعْبٌ وَطَوِيلٌ سُلَّمُهْ إِذَا ٱرْتَقَى فِيهِ ٱلَّذِى لَا يَعْلَمُهْ

زَلَّتْ بِهِ إِلَى ٱلْحَضِيضِ قَدَمُهْ وَٱلشِّعْرُ لَا يَسْتَطِيعُهُ مَنْ يَظْلِمُهْ

يُرِيدُ أَنْ يُعْرِبَهُ فَيُعْجِمُهْ ولم يَزَلْ مِنْ حَيْثُ يَأْتِى يَخْرِمُهْ

مَنْ يَسِمُ ٱلْأَعْدَاءَ يَبْقَى مِيسَمُهْ

قالوا اوص فان هذا لا يغنى عنك شيا فقال

قَدْ كُنْتُ أَحْيَانًا شَدِيدَ ٱلْمُعْتَمَدْ وَكُنْتُ أَحْيَانًا عَلَى خَصْمِى أَلَدّْ

قَدْ وَرَدَتْ نَفْسِى وَمَا كَانَتْ تَرِدْ

قالوا اوص فان هذا لا يغنى عنك شيا فبكى قالوا وما يبكيك قال ابكى للشعر الجيد من راوية السوء قالوا اوص للمساكين بشى قال اوصيهم بالمسالة واوصى الناس ان لا يعطوهم قالوا اعتق غلامك فانه قد رعى عليك ثلثين سنة قال هو عبد ما بقى على الارض عبسى ثم قال احملونى على حمارى ودوروا بى حول هذا التل (1فانه لم يمت على الحمار كريم فعسى ربى ان يرحمنى فحمله ابناه واخذا بضبعيه ثم جعلا يسوقان الحمار حول التل وهو يقول

قَدْ عَجَّلَ ٱلدَّهْرُ وَٱلْأَحْدَاثُ يُتْمَكُمَا فَٱسْتَغْنِيَا بِوَشِيكٍ إِنَّنِى غَانِ

وَدَلِّيَانِى فِى غَبْرَاءَ مُظْلِمَةٍ كَمَا تُدَلَّى دَلَاةٌ بَيْنَ أَشْطَانِ

قالوا يا ابا مليكة من اشعر العرب فقال هذا الجحر اذا طمع بخير واشار بيده الى فيه فكان اخر كلامه فمات وكان له عشرون

1) Sequentia usque ad وهو يقول in codice Lugd. non sunt.

ومائة سنة منها سبعون فى الجاهلية وخمسون فى الاسلام يروى انه اراد سفرا فلما قدم راحلته قالت له امراته متى ترجع فقال عدى السنين اذا ارتحلت لرجعتى ودعى الشهور فانهن قصار فقالت اذكر صبابتنا اليك وشوقنا وارحم بناتك انهن صغار قالوا وما مدح قوما الا رفعهم وما هجا قوما الا وضعهم وقال يهجو نفسه وقد نظر فى المراة وكان ذميما

أَبَتْ شَفَتَاىَ ٱلْيَوْمَ إِلَّا تَكَلُّمَا   بِسُوءٍ فَمَا أَدْرِى لِمَنْ أَنَا قَائِلُهْ

أَرَى لِيَ وَجْهًا شَوَّهَ ٱللّٰهُ خَلْقَهُ   فَقُبِّحَ مِنْ وَجْهٍ وَقُبِّحَ حَامِلُهْ

»Et in quadam relatione haec sunt: Dicebatur ei, O Abu-Malicahe! Testamento praecipe! Dixit ille: Opes meae maribus sunt exclusis feminis. Dixerunt: Testamento praecipe! Dixit: Nuntiate genti Schammachi, eius fratrem esse optimum Arabum poetam dicentem:

»Erant interdiu in altis arenis ieiunantes (cameli) similes lanceis, quibuscum terrae infixis ventorum latus clanculum loquitur« [1])

Dixerunt: Praecipe! nam illud nil prodest tuo loco. Dixit: Perferte ad gentem Cendah, eius fratrem optimum esse Arabum poetam dicentem:

O quam praeclara est nox! cuius sidera omnibus funibus firmiter contorsis ad montem Iedsbolum alligata videntur [2]).

Amru l'Kaisus significatur. Dixerunt: Praecipe! nam illud nil prodest tuo loco! Dixit: Nuntiate Anzaritis, eorum fratrem pulcherrime laudasse dicentem:

Venerunt, quando canes latrant, non interrogantes de personis advenientibus: [3])

Dixerunt: Praecipe! nam illud tuo loco nil prodest.

---

1) Metrum Tkawil est c. p. 162.

2) In meo codice legitur بامراس كتان الى صم جندل „quasi funibus lini ad surdas petras (alligata). Metrum Thawil est. c. p. 162.

3) Metrum Camil est. p. 212.

Dixit: Praecipiam vobis poesin tanquam bonum! tum incepit dicere:

„Poesis difficilis, et eius scala longa est. Qui in eam adscendit eam non noscens, eius pes ad infimum delabitur, nam poesis ei, qui eam iniuste tractat, obediens non est. Eleganter et pure carmen dicere vult, et barbarice id dicit, quamvis ei semper inservit. Qui inimicis stigma inurit, eius instrumentum manet".[1])

Dixerunt: Praecipe nam illud tuo loco nil prodest. Dixit: Ego per longum temporis spatium firmiter fultus eram et contra adversarium meum acriter litigabam. Nunc anima mea descendit, et iam non demittebatur"[2])

Dixerunt: Praecipe! nam illud tuo loco nil prodest: Tum ploravit. Dixerunt igitur: Cur ploras? Dixit: Ob poesin bonam, cuius malus relator est. Dixerunt: Praecipe pauperibus rem! Dixit: Praecipio iis, ut rogent et praecipio hominibus, ut iis non dent, Dixerunt: Manumitte servum tuum, nam per triginta annos tibi pavit. Dixit: Is servus est, quamdiu in terra est Ahbsita. Tum dixit: In asino meo me vehi sinite et circum hunc collem me circumducite, nam in asino generosus mortuus non est; fieri igitur potest, ut dominus meus misericordia mei adficiatur. Eiusque igitur filii duo eum in asinum sustulerunt et eius brachiis captis circum collem asinum propulerunt, dum ipse hos versus dicebat:

Tempus iam festinavit et fortunae casus vestram adducere orbitatem. Contenti estote festinante, nam et ego contentus sum et me dimittite in terram obscuram, quemadmodum inter funes longos situla demittitur".[3])

Dixerunt: O Abu-Malicahe! quis optimus Arabum poeta est? Dixit: Hoc foramen, quando bonum cupit, et

---

1) Metrum Redjes est. p. 231.

2) Metrum Redjes est. p. 231.

3) Metrum Basith est. c. p. 190.

manu os indicavit. Haec autem eius postrema verba erant· Mortuus est centum et viginti annos natus, quorum septuaginta ante Mohammedis religionem, quinquaginta post vixit. Narrant uxorem eum iter facturum et iumentum adducentem interrogasse. Quando redibis? Eum dixisse: Numera annos, quando profectus sum, ob reditum meum et sine menses, nam breves sunt. Dixit illa: Memor sis amoris, quo te amplector et desiderii mei, quo teneor, et miserere filiarum tuarum, quae parvae sunt! Dixerunt, cum laude sua omnes elevasse, satyra sua omnes depressisse. Et se ipsum, quum se in speculo contemplaretur, erat enim deformis adspectu, satyra perstrinxisse dicentem.

„Labia mea hodie nisi mala proferre volunt, et nescio, cuinam ego ea dicam. Meam faciem esse deformem a Deo formatam esse video. At turpis habeatur illa facies, turpis declaretur is, qui eam portat!" Metrum Thawil est. p. 162.

٣٢٤ لَا تَكُنْ أَدْنَى ٱلْعَيْرَيْنِ إِلَى ٱلسَّهْمِ

324. Ne sis asinorum silvestrium proximus sagittae!

Ne sis inter socios tuos interitui proximus. Monet nos, ut caveamus.

٣٢٥ لَا يَأْبَى ٱلْكَرَامَةَ إِلَّا حِمَارٌ

325. Non recusat honorem nisi asinus.

Ahlii principis verba sunt. Duobus viris ad ipsum venientibus, ut considerent, duo pulvinaria poni iusserat. Unus quum locum in pulvinari occuparet, alter non, Ahlius eum hisce verbis additis sedere iussit.

٣٢٦ لَا أَفْعَلُ كَذَا مَا حَبَجَ ٱبْنُ أَتَانٍ

326. Non hoc faciam, quamdiu pullus asini pedit!

Id est: Nunquam id faciam. Legitur حبج et خبج cum eadem significatione.

٣٢٧ لَا تَحْبِقُ فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ عَنَاقٌ حَوْلِيَّةٌ

327. Non pedet hac in re capella annicula.

Ahdijjus ben-Hatim, quum Ohtsmanum occidisset verba haec protulit significaturus, hanc rem ipsi innoxiam futuram esse et neminem Ohtsmani mortem vindicaturum Quum die pugnae, qui dies cameli appellabatur, oculus Ahdijji erutus eiusque filius apud Ziffinum occisus esset, quidam ei dixit: O Abu-Tharife! Nonne dixisti? Non pedet hac in re capella annicula? Imo! respondit per Deum! hircus magnus in ea pepedit.

٣٢٨ لَا تَنْفِطُ فِيهِ عَنَاقٌ

328. Non sternutabit in eo capella.

Vocabulum نفط in capris, عطس in hominibus adhibetur. Neminem istius rei rationem habiturum esse, proverbium significat.

٣٢٩ لَا يَنْتَطِحُ فِيهَا عَنْزَانِ

329. Duae caprae in eo se cornibus non petent.

Nemo ista de re sollicitus erit.

٣٣٠ لَا تَنْطَحُ بِهَا ذَاتُ قَرْنٍ جَمَّاءَ

330. Cornibus non petet in eo cornua habens cornibus carentem.

Proverbio hoc tempus calamitosum, in quo nulla est alacritas, significatur. Meid. In Samachscharii opere autem legimus, esse, qui proverbium significare dicant, homines

quietos pacem colere, ut robustus debili iniuriam non inferat. Alterum autem esse legendi modum: لا تنطح جماء ذات قرن „Cornibus carens cornua habentem non petit", ut sensus sit, debilem robusto resistere non posse.

٣٣١ لَا أَفْعَلُ ذٰلِكَ مَا لَأْلَأَتِ ٱلْفُورُ بِأَذْنَابِهَا

331. Non faciam hoc, quamdiu dorcades caudas movent!

Id est: Nunquam id faciam. Alter proverbii legendi modus est: ما لالات العفر sensu non variato.

٣٣٢ لَا لَعًا لِفُلَانٍ

332. Ne Deus quendam erigat!

Caespitanti dicere solent: لعا له „Deus eum erigat!" Contrario autem sensu لا لعا له dicitur. Dixit poeta Alachthalus:

فَلَا هَدَى ٱللّٰهُ قَيْسًا مِنْ ضَلَالَتِهِمْ وَلَا لَعًا لِبَنِى ذَكْوَانَ إِنْ عَثَرُوا

»Ne Deus gentem Kais ab errore in viam rectam ducat, et ne gentem Banu-Dsacwan, quum caespitat, erigat! Metrum Basith est. p. 190. In Samachscharii codice proverbium لكن لا لعا لفلان legitur. conf. prov. 111.

٣٣٣ لَا قَرَارَ عَلَى زَأْرٍ مِنَ ٱلْأَسَدِ

333. Non est quies, quum leo rugit.

Alhadjdjadjus verbis istis usus est, quum Ahbd-Almalicum ipsi iratum esse audivisset. Desumtum autem est proverbium e versu Alnabeghahi.

نُبِّئْتُ أَنَّ أَبَا قَابُوسَ أَوْعَدَنِى وَلَا قَرَارَ عَلَى زَأْرٍ مِنَ ٱلْأَسَدِ

»Certior factus sum eius, quod Abu-Kabusus mihi minatus est, et non est quies, quum leo rugit«.

Metrum Basith est. p. 190.

٣٣٤ لَا تَقْتَنِ مِنْ كَلْبٍ سَوْءٍ جَرْوًا

334. Ne emas pravi canis catulum!

Sensus huius proverbii e versu sequente cognoscitur:

تَرْجُو ٱلْوَلِيدَ وَقَدْ أَعْيَاكَ وَالِدُهُ وَمَا رَجَاؤُكَ بَعْدَ ٱلْوَالِدِ ٱلْوَلَدَا

»In filio spem ponis; sed eius pater spem tuam fefellit; et quaenam spes post patrem in filio erit?

Metrum Basith est. p. 190.

٣٣٥ لَا أَفْعَلُهُ سِنَّ ٱلْحِسْلِ

335. Id non faciam, quamdiu dens lacertae iuvencae erit.

Id est: nunquam id faciam, quippe lacertae pullo dens non excidit. Ante vocem سن omissum est دوام durante dente. conf. Kam. s: v. حسل et Dj. s. v. سن

٣٣٦ لَا يَكُونُ كَذَا حَتَّى يَحِنَّ ٱلضَّبُّ فِي أَثَرِ ٱلْإِبِلِ ٱلصَّادِرَةِ

336. Non erit hoc, donec lacerta argutum sonum edat sequens camelos ab aqua recedentes.

Id est: Nunquam, quia lacerta aqua non egens, aquam non adit.

٣٣٧ لَا أَدْرِى أَىُّ ٱلْجَرَادِ عَارَهُ

337. Nescio, quaenam locusta eum perdiderit.

Id est: Nescio, quis eum abstulerit, perdiderit. conf. Kam. s. v. جرد et Dj. s. v. عور.

٣٣٨ لَا يَلْتَاطُ هٰذَا بِصَفَرِى

338. Hoc cordi meo non adhaeret.

Altera lectio est لا يليق بصفرى sensu non diverso. Vocabulo autem صفر vacuitatis significatio est. Id est: Res in vacuo cordis mei loco non est. De pauco consensu adhibetur. Samachschar.

٣٣٩ لَا تَأْكُلْ حَتَّى تُطَيِّرَ عَصَافِيرُ نَفْسِكَ

339. Ne edas, donec passeres animae tuae ad volatum excitentur.

Ne edas, donec cibi desiderio incendaris. Dicitur quoque: نقت عصافير بطنه »Sonuerunt passeres ventris eius« et نقت ضفادع بطنه »Coaxaverunt ranae ventris eius« i. e. esurivit.

٣٤٠ لَا يَعْدَمُ مَانِعٌ عِلَّةً

340. Deneganti praetextus non deest.

In eum dicitur, qui avaritia commotus petenti rem denegat.

٣٤١ لَا عِلَّةَ لَا عِلَّةَ هٰذِهِ أَوْتَادٌ وَأَخِلَّةٌ

341. Non est praetextus, non est praetextus, hi sunt paxilli lignaque acuta.

Mulier tentorium suum non bene figens causam huius rei dixit, quod paxillis careret. Maritus paxillos et ligna acuta, quibus tentorii partes distantes connectuntur, adferens ista verba dixit. De eo dicuntur verba, qui praetextu falso et non admittendo utitur. Samachscharius addidit

verba: وفهرنا فى الجلة »Et securis nostra in sacco«. Simile proverbium conferas C. XVIII, 117.

٣٤٢ لَا يَنَامُ مَن اثَّارَ

342. Non dormit qui se vindicat.

Hoc scholion legitur: اى من طلب الثار حرم على نفسه الدعة والنوم يضرب فى الحث على الاعتاب »Qui vindictam petit, sibi quietem et somnum interdicit. Instigat ad obiurgandum«. Sed scholii finis ipsi proverbio parum convenit, instigat enim ad vindictam. In codicibus Pocock. et Berol. post hoc proverbium duo sequentia leguntur:

لا أَفْعَلهُ مَا حَىَّ حَىٌّ اَوْ مَا مَاتَ مَيِّت

»Non id faciam, quamdiu vivus vivit et quamdiu moribundus moritur.«

Cum brevi scholio. اى ابدا „i. e. nunquam" et لا عتاب بعد الموت »Non est obiurgatio post mortem." cum scholio: يضرب فى الحث على الاعتاب »Instigat ad obiurgationem«. Ex hocce autem scholio coniicere licet, olim in codicibus aliis haec duo proverbia exstitisse, tum omissa esse, ita ut posterioris, quod postea (prov. 583) invenitur, scholion remaneret.

٣٤٣ لَا يَمْلِكُ الحَايِنُ حَيْنَهُ

343. Periens exitium suum in potestate non habet.

Id est: Calamitatem suam repellere non potest. In Samachscharii opere legitur: لا يملك حاين دمه »Periens sanguinem suum in potestate non habet« Significat, fatum hominem ad interitum propellere, ut cautio inutilis sit.

٣٤٤ لَا عِتَابَ عَلَى الجَنْدَلِ

344. Non est obiurgatio lapidum.

Narrant, reginam fuisse in terra Sabae pluribus in matrimonium petitam. Eam procis, ut quisque se breviter describeret, imperasse. Primum eorum, Modricus cui nomen esset, dixisse: Pater meus excelsa dignitate gaudebat et alto generis honore fruebatur. Ego autem difficilis naturâ sum, impavidus in rerum vero statu. Regina ista audientem proverbii verba dixisse, quae in rem haud repellendam, quum accidit, adhibentur. Secundum, qui Dhabisus ben-Scharis appellaretur, dixisse: Magnas ego possideo opes, natura animi mei non est turpis, et generis mei honor non est parvus et convenienti hominibus modo ago addens احذو النعل بالنعل واحذى القرض بالقرض. Tum reginam dixisse: لا يسرك غايبا من لا يسرك شاهدا »Non laetitiam dabit absenti tibi, qui praesentem te laetitia non adficit«, quae verba in proverbii consuetudinem venissent. Tertium denique talia protulisse: Ego sum Schammasus ben-Ahbbas notus liberalitate et fortitudine, pulchra indole naturae praeditus et aequitate in iudicio. Opes meae neque in paucis sunt prohibitae et porta mea non velo clausa in prosperis aut adversis rebus. Reginam autem ista verba audientem dixisse: الخير منيع والشر محظور »Bonum est defensum et malum est prohibitum«. Et haec quoque verba in proverbium venerunt. Eam autem Schammasum aliis praetulisse et dixisse: اسع بجد او دع „I cum fortuna aut sine!“ quae verba proverbii usum obtinuerint (conf. C. XII, 56.)

٣٤٥ لَا أَفْعَلُ كَذَا مَا أَنَّ ٱلسَّمَاءَ سَمَاءٌ

345. Non faciam hoc, quamdiu coelum coelum est.

Altera proverbii lectio est: ما ان فى السماء نجما aut ما عن فى السماء نجم »quamdiu in coelo stella apparet«.

٣٤٦ لَا آتِيكَ ٱلسَّمَرَ وَٱلْقَمَرَ

346. Non ad te veniam, quamdiu tenebrae et luna existunt.

Voces السمر والقمر quoque transponuntur.

٣٤٧ لَا أَفْعَلُهُ مَا جَمَرَ ٱبْنُ جَمِيرٍ

347. Non ad te veniam, quamdiu nox tenebrosa congregat.

Nox tenebrosa, qua rerum distantia non apparet, omnes res congregare videtur.

٣٤٨ لَا أَفْعَلُهُ مَا سَمَرَ ٱبْنُ سَمِيرٍ

348. Non faciam hoc, quamdiu tempus existit.

Samachscharius proverbium sic explicavit: لا افعل ما سمر ابنا سمير لما كان من شان المتسامرين ان يخوض هذا فى حديثه اذا فرغ ذاك تابعا له توسعوا فقالوا صرنا الى فلان سمرا بوزن خدم اى بعضنا فى اثر بعض وقيل للدهر سمير لاتباع بعضه بعضا فمعنى قولهم ما سمر ابنا سمير ما تعاقب الليل والنهار وتلا احدهما صاحبه وهما ابنا الدهر ويروى ما سمر السمير اى ما اختلف الدهر قال العباس بن مرداس

فَإِنْ يَهْدُوا الى ٱلْإِسْلَامِ يَلْقُوا أُنُوفَ ٱلنَّاسِ مَا سَمَرَ ٱلسَّمِيرُ

ويجوز ان يكون المعنى ما حدث المسامر قال الشاعر

مَا يَبْرَأُ الْأَحْمَقُ مِمَّا بِهِ مِنْ حُمْقِهِ مَا سَمَرَ ٱبْنَا سَمِيرٍ

„Quum noctis tempore confabulantium mos sic ferret, ut unus narrare inciperet altero cessante eum sequens, isti loquendi modo latius usi sunt dicentes: صرنا الى فلان سمرا modo, quo vox خدم enunciatur i. e. unus nostrum alterius vestigium sequitur. Tempus autem سمير appellabatur, quod una pars alteram sequitur. Sensus autem

proverbii ما سمر ابنا سمير est: Quamdiu nox et dies unus alterum sequitur, sunt enim filii duo temporis. Legitur quoque sic proverbium ما سمر السمير i. e. quamdiu tempus diversum est«. Dixit Alahbbasus ben-Merdas:

»Quod si ad Islamismum ducuntur, hominum principibus occurrunt, quamdiu tempus variat«.

Nil quoque impedit, quominus sensus sit: quamdiu confabulans confabulatur. Dixit poeta:

»Stultitia stulti non sanatur, quamdiu nox et dies confabulantur: (nocti et diei adscribitur, quod homines faciunt)“

Metrum Sarih est. p. 243. conf. Kam. Dj. s. v. سمر

٣٤٩ لا أفعل كذا سجيس الأوجس

349. Non faciam hoc ullo unquam tempore.

Vox الاوجس tempus et سجيس postremam partem temporis aut longitudinem temporis significat. Eodem sensu dicitur: لا اتيك سجيس عجيس »Non ad te veniam ullo unquam tempore«. conf. Kam.

٣٥٠ لا أفعله دهر الدهارير

350. Non faciam hoc ullo unquam tempore.

Chalilus dixit, vocem دهارير singulari carentem significare primum diem temporis praeteriti. Eodem sensu dicitur دهر الدهارير et ابد الابدين et عوض العايضين conf. Kam. In Samachscharii opere legitur: لا افعل دهر الدهارير

٣٥١ لا يلبث المرء اختلاف الاحوال من عهد
شوال وبعد شوال يفنينه مثل فناء السربال

351. Non cunctatur vir esse in statu vicissitu-

dinis a tempore mensis Schawwali et post Schawwalum. Perdunt eum, quo modo tunica perditur.

In Samachscharii opere nil nisi لا يلبث المرء اختلاف الاحوال. Poetae versus sunt, e quibus proverbium desumtum est.

٣٥٢ لَا يُيَبِّسِ ٱلثَّرَى بَيْنِى وَبَيْنَكَ

352. Ne terram humidam inter me et te siccam reddas!

Legitur quoque لا تـوبسن eodem sensu. Proverbii verbis alter alteri, se eum relicturum esse, minitatur.

Dixit poeta:

لَا تُوبِسُوا بَيْنِى وَبَيْنَكُمُ ٱلثَّرَى فَإِنَّ ٱلَّذِى بَيْنِى وَبَيْنَكُمْ مُثْرِى

»Ne siccam reddatis inter me et inter vos humidam terram, quod enim inter me et vos est, id humidum est«.

Posterius versus hemistichium a Djeuhario tanquam proverbium adnotatum est, quod sensum praebet: Amicitiam mutuam non ruptam esse.

٣٥٣ لَا يَبِضُّ حَجَرُهُ

353. Lapis eius aquâ omnino non manat.

Vocabulum بض minimum fluendi gradum significat. Proverbium in avarum dicitur, qui omnino non beneficia in alios confert. In Samachscharii opere et Kamuso ما يبض legitur.

٣٥٤ لَا هُلْكَ بِوَادٍ خَبِرٍ

354. Non peribit in valle lotos proferente et loco, ubi aqua perennis est.

Proverbium in generosum, beneficum quadrat, qui cum tali valle comparatur. Qui ad eum venit, ei interitus metuendus non est.

٣٥٥ لا حُصْنُها حُصْنٌ وَلَا الزِّنَآء زِنَآء

355. Non est pudicitia eius pudicitia et non est scortum eius scortum.

In eum dicitur, cuius conditio, sive bona sive prava sit, semper mutatur. Loco verborum الزناء زناء in codice L. الزبا زباء »podex podex« legitur.

٣٥٦ لَا يَغُرَّنَّكَ الدُّبَّا وَلَوْ كَانَ فِي المَاء

356. Ne te decipiat cucurbita, etsi in aqua fuerit (creverit).

Verba haec Arabs campestris dixit, qui capiens cucurbitam coctam os laesit. De viro tranquillo aliis noxam inferente dicitur.

٣٥٧ لَا تُنْبِتُ ٱلْبَقْلَةَ إِلَّا ٱلْحَقْلَة

357. Olus non producit nisi terra arboribus nuda et bona.

Ut pater sic filius. Dixit Alasharius, proverbium sermonem turpem a viro pravo prolatum significare, qua sententia Alahrabii auctoritatem secutus est. conf. Kam. v. حقل. Samachscharius هل ينبت habet.

٣٥٨ لَا تَجْنِي مِنَ ٱلشَّوْكِ ٱلْعِنَب

8. Non decerpuntur a spinis uvae.

Si quis aliis iniuriam intulit, eorum vindicta timenda est.

٣٥٩ لَا تَنْقُشِ ٱلشَّوْكَةَ بِمِثْلِهَا فَإِنَّ ضَلْعَهَا مَعَهَا

359. Ne extrahas spinam spinae ope, nam erga eam propensa est!

Id est: Ne contra alium ab eo auxilium pete, cui cum altero illo maior amicitia est, quam tecum. Loco verborum فان ضلعها لها alii legunt فان البها لها »nam eius propensio cum ea est«. conf. Kam s. v. ضلع et الب

٣٦٠ لَا ذَنْبَ لِى قَدْ قُلْتُ لِلْقَوْمِ ٱسْتَقُوا

360. Crimen mihi non est; iam dixi hominibus: Aquam haurite!

Versus est, qui cum aliis sic cohaeret:

أَنْ تَرِدَ ٱلْمَاءَ بِمَاءٍ أَرْفَقُ

لَا ذَنْبَ لِى قَدْ قُلْتُ لِلْقَوْمِ ٱسْتَقُوا

وَهُمْ إِلَى جَنْبِ غَدِيرٍ يَفْهَقُ

»Quod ad aquam cum aqua venis, melius est; non est mihi crimen, iam dixi hominibus: Haurite aquam! Et ii erant ad latus receptaculi aquâ pleni. Metrum Redjes est. c. p. 231«.

Proverbium de eo dicitur, qui admonitionem non admittit, ut monens a culpa liber sit.

٣٦١ لَا أَفْعَلُ كَذَا مَا بَلَّ ٱلْبَحْرُ صُوفَةً وَمَا أَنَّ فِى ٱلْفُرَاتِ قَطْرَةً

361. Non faciam hoc, quamdiu mare lanam irrigat; quamdiu in Euphrate gutta est.

Duo sunt proverbia, quorum prius Samachscharius sic adnotavit: لا افعل ما بل بحر صوفة. Tum quoque sic habet: لا افعل ما بلك الصوفة ماء البحرين.

٣٦٢ لَا تَتَرَآءَى نَارَاهُمَا

362. Ne eorum duorum ignes se invicem conspiciant!

Verba haec Mohammedes dixit: Id est: Mohammedani et aliam religionem habentis ignes, quo significare vult, Mohammedano non licere, in incredulorum regione habitare. Vox ترای pro تترای est.

٣٦٣ لَا قَدْحَ إِنْ لَمْ تُورِ نَارًا بِهَاجِرٍ

363. Non est accensus, nisi in loco Hadjar ignem accendisti.

Verba haec Alahdjdjadjus Ahmruo ben-Mahmar dixit. Proverbii sensus est: Quo in loco ignem accenderis, nullius pretii est, nisi eum in loco Hadjar accendisti. In eum adhibetur, qui in re ipsi necessaria non agit, quemadmodum decet. Ad metrum Redjes referri potest. c. p. 231.

٣٦٤ لَا يَفُلُّ الْحَدِيدَ إِلَّا الْحَدِيدُ

364. Non diffinditur ferrum nisi ferro.

Hemistichium metri Chafif est. c. l. m. p. 262. Proverbio huic similis ratio est, quam alteri الحديد بالحديد يفلح „Ferrum ferro finditur". conf. C: I,13. Dixit poeta:

قَوْمُنَا بَعْضُهُمْ يَقْتُلُ بَعْضًا   لَا يَفُلُّ الْحَدِيدَ إِلَّا الْحَدِيدُ

„In gente nostra unus alterum occidit, non diffindit ferrum nisi ferrum."

Metrum Chafif est. p. 262.

٣٦٥ لَا يُجْمَعُ سَيْفَانِ فِي غِمْدٍ

365. Duo gladii in una vagina non coniunguntur

Dixit Abu-Dsowaibus:

تُرِيدِينَ كَيْمَا تَجْمَعِينِي وَخَالِدًا   وَهَلْ يُجْمَعُ ٱلسَّيْفَانِ وَيْحَكِ فِي غِمْدِ

„Vis, (o mulier!) ut me Chalidumque coniungas. Num duo gladii, vaeh tibi! in una vagina coniunguntur?“

Metrum versus Thawil est. c. l. m. p. 161.

Samachscharius proverbium sic, ut in versu est, هل etc. expressit.

٣٦٦ لَا تَأْمَنِ ٱلْأَحْمَقَ وَبِيَدِهِ ٱلسَّيْفُ

366. Ne securus sis a stupido, dum in eius manu gladius est!

Mulierum verba sunt, quae in Baihasum dixerunt. Conf. Cap. IV, 1. Admonemur, ne a stupido, qui nobis minatur, securi simus.

٣٦٧ لَا تَعْجَلْ بِالْإِنْبَاضِ قَبْلَ ٱلتَّوْتِيرِ

367. Ne festines dimittere nervum, ut tinniat, antequam nervo arcum instruxisti!

Proverbium nos monet, ne ante tempus aptum opus aggrediamur.

٣٦٨ لَا تَرْفَعْ عَصَاكَ عَنْ أَهْلِكَ

368. Ne tollas baculum tuum a familia tua?

Dixit Abu-Ohbaidahus: Notum est, Mohammedem, qui horum verborum auctor fuit, familiam percutiendam esse non voluisse; sed proverbium significare, bonis moribus familiam instruendam esse. Alii autem dicunt, absentiam significari, ut sensus sit: Ne eam relinquas! Dicitur enim: انشقت عصاهم „Fissus fuit eorum baculus“, quo significant, eos esse dissitos et dispersos.

٣٦٩ لَا تَدْخُلْ بَيْنَ ٱلْعَصَا وَلِحَائِهَا

369. Ne intres inter baculum et corticem interiorem!

Proverbium hoc in duos amicos adhibetur. Dixit poeta:

لَا تَدْخُلَنَّ بِنَمِيمَةٍ بَيْنَ ٱلْعَصَا وَلِحَائِهَا

„Ne intres obtrectatione inter baculum eiusque corticem interiorem."

Versus metrum Camil est.

Id est. Ne duos viros amicitia coniunctos obtrectando separes!

٣٧٠ لَا يُحْزِنْكَ دَمٌ هَرَاقَهُ أَهْلُهُ

370. Ne sanguis te tristitiâ adficiat, quem gens sua effudit!

De eo dicitur, qui se periculo commisit, a quo liberari non potest. Proverbii legendi alius modus est: دعــوا دما ضيعه اهله, de quo Cap. VII, 9. videas.

٣٧١ لَا تَسْأَلِ ٱلصَّارِخَ وَٱنْظُرْ مَا لَهُ

371. Ne interroga opem rogantem, sed vide, quaenam eius conditio sit!

Desiderio opem rogantis satisfac, antequam opem tuam imploravit.

٣٧٢ لَا جَدِيدَ لِمَنْ لَا خَلَقَ لَهُ

372. Qui tritum non habet, ei novum non est.

In eum dicitur, qui vestem novam in usum quotidianum adhibet. Monetur, ut tritae vestis usu novam sibi conservet. Proverbii verba dixisse fertur Ahjescha Mohammedis uxor, qui parsimoniae operam dans pauperibus magnas opes dabat.

٣٧٣ لَا يَعْجِزُ مَسْكُ ٱلسَّوْءِ عَنْ عَرْفِ ٱلسَّوْءِ

373. Cutis prava pravum odorem retinere non potest.

In eum dicitur, qui vitiis omnino deditus pravam agendi rationem occultare non potest. Talis cum pelle non bene concinnata, foetente comparatur. conf Kam. s. v. عرف

٣٧٤ لَا تَحْقِنْهَا مِنِّي فِى سِقَآءٍ أَوْفَرَ

374. Non indes eam mihi ereptam in utrem amplum.

Uter, qui nulla corii parte deficiente, ut amplus sit, conficitur, سقاء اوفر appellatur. Proverbium de viro adhibetur, qui iniuste tractatus dicit: اما والله لا تحقنها مني في سقاء اوفر „Per Deum! Non eam mihi ereptam in utrem amplum indes! i. e. لا تذهب بها مني حتى يستقاد منك „Non eam auferes a me, donec a te vindicta sumatur“. Dixit Ausus:

إِنْ كَانَ ظَنِّي فِي آبْنِ هِنْدٍ صَادِقًا لَمْ يَحْقِنُوهَا فِى ٱلسِّقَاءِ ٱلْأَوْفَرِ
حَتَّى تَلُفَّ نَخِيلَهُمْ وَزُرُوعَهُمْ لَهَبٌ كَنَاصِيَةِ ٱلْحِصَانِ ٱلْأَشْقَرِ

„Si opinio mea de Ebn-Hindo vera est, non eam in utrem amplum indunt, donec eorum palmas et segetes involvat flamma capronis rufi equi similis.“

Metrum Camil est. p. 212.

٣٧٥ لَا أَكُونُ أَوَّلَ مَنِ ٱلنَّبَأَ لِبَاهُ

375. Non ero primus, qui eius colostrum exsugat.

In Samachscharii opere لباة „colostrum“ legitur. Proverbii originem talem fuisse narrant. Hocaimus ben-Mojjah ben-Rabiah, qui metro Redjes versus dicebat, uxorem e gente Banu-Salith in matrimonium duxerat. Quum autem Djerirus gentem Banu-Salith satyricis versibus per-

stringeret, ista gens ei dixit: Pessimus tu noster cognatus es, dum enim ille adolescens honorem nostrum laedit, tu gentis Tamim poeta auxilium nobis non fers. Hisce verbis commotus Hocaimus cum Djeriro certamen ingressurus cum gente Banu-Salith viam ingressus erat, quum nonnisi parvo terrae colle ab eo separatus subito recederet, Djerirum enim hunc versum recitantem audiverat:

لَا يَتَّقِي حُولًا وَلَا حَوَامِلَا يَتْرُكْنَ أَصْفَانَ ٱلْخُصَى جَلَاجِلَا

„Non se abstinet a camelis non concipientibus et praegnantibus, quae scrota testiculorum tanquam tintinnabula relinquunt.“

Metrum Redjes est. p. 231.

Roganti autem genti dixit.“ Iam testiculos tanquam tintinnabula movit, et non ero primus, qui eius colostrum exsugat. Tum recedens dixit: ايم الله لا جلجلتني „Per Deum iuro! Ne me hodie sicut tintinnabulum moveas!“ Quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Proverbii sensus est: Non satyrae me exponam.

٣٧٦ لَا أَفْعَلُ كَذَا مَا ٱخْتَلَفَتِ ٱلدِّرَّةُ وَٱلْجِرَّةُ

376. Non hoc faciam, quamdiu lactis effusio et rumen diversa sunt.

Lac ex mammis decidit, rumen autem in altum surgit Samachscharius proverbium sic adnotavit: لا افعل ما اختلف الجرة والدرة

٣٧٧ لَا حَرِيزَ مِنْ بَيْعٍ

377. Non est res custodita a venditione.

Id est: Nulla res ita custodita apud me est, ut eam, si pretium eius solvas, tibi non vendam. Adhibetur proverbium in servanda et parcenda re, cuius pretium non datur. Samachschar. Homines, quando omni viae com-

meatu destituti sunt, unam vel alteram puellam vendere solent. Meid.

٣٧٨ لَا يَلْبَثُ ٱلْحَلَبُ ٱلْحَوَالِبَ

378. Non remoratur lac mulgentes.

Congregati opus statim aggrediuntur. Alii alium proverbii sensum statuerunt dicentes: proverbium significare, mulgentes ante camelorum dominos lac sibi necessarium sumere. Proverbium adhiberi, dixit Samachscharius, de perfidia, qua quis sibi rem asservet rei dominum decipiens.

٣٧٩ لَا تَكُنْ حُلْوًا فَتُسْرَطَ وَلَا مُرًّا فَتُعْقَى

379. Ne dulcis sis, ut deglutiaris et ne amarus sis, ut propter amaritudinem ex ore eiiciaris!

Vox فتعقى cum vocalibus activi, quod rectius est, aut passivi enunciatur. Proverbium monet, ut medium in rebus modum teneamus. Dixit Abu-Sobaidus:

وَلَا تَكُ عِنْدَهَا حُلْوًا فَتُحْسَى وَلَا مُرًّا فَتَنْشَبَ فِي ٱلْحُلُوقِ

„Ne sis apud eam dulcis, ut bibaris et ne sis amarus, ut in faucibus haereas!“

Metrum Wafir est. c. p. 204.

٣٨٠ لَا تَسْأَلْ عَنْ مَصَارِعِ قَوْمٍ ذَهَبَتْ أَمْوَالُهُمْ

380. Ne interroga de locis, in quibus gens prostrata est, cuius opes perierunt!

Id est: Talis gens dispergitur et usque quaque moritur.

٣٨١ لَا رَأْيَ لِمَكْذُوبٍ

381. Non est consilium mendacii arguto.

Conf. prov. 291, 436. Quae ad proverbium nostrum

explicandum utilia sunt, ea Almofadhdhelus ben-Mohammed Dhabbita ad proverbium Cap. VI, 10. narravit. Abschamsus[1]) filius Sahb-ben-Said Manat ben-Tamim, nomen Ahbd-Alohssa gerens facie et corporis statura pulcher puellam Alhaidjomanijjah appellatam Alahnbari filiam vehementer amabat. Hic armorum vi quum ab ea retineretur, cum defendens Alharitsus ben-Cahb in pede vulneratus est, et claudicans cognomen الأعرج claudicans accepit. Ahbschamsus autem ea conditione, ut illius vulnerati pedis pretium solverent, ad pacem faciendam paratus erat; sed gens Banu-Ahnbar ben-Ahmru ben-Tamim nolebat. Abschamsus autem suis dicebat: Si Masinus ben-Malic ben-Ahmru ad vos pedibus prodierit vestibus tectus et ornatus, malam de eo opinionem concipite! Ahbschamsus autem socium quendam clam misit, ut occulte audiret, quaenam eorum in re sententia esset. Hic pastorem canentem audivit:

لَا نَعْقِلُ ٱلرِّجْلَ وَلَا نَدِيهَا حَتَّى تَرَى دَاهِيَةً تُنْسِيهَا .

„Pedis pretium non solvemus, donec apparet infortunium, quod eum (pedem) oblivioni tradit.“

Metrum Sarih est. p. 246.

Quae quum Ahbschamso nuntiata essent, suos noctu ad latus secedere iussit, ut tentorium vacuum remaneret. Masinus interim, suis convocatis, tentorium cinxit; sed neminem invenit. Tum Ahbschamsus gente Banu-Sahd congregata illos invadere statuit. Nocte tenebrosa, in qua crebra fulgura et tonitrua erant, in regionem eis confinem perveniens, suos quiescere iussit, ut cum Aurora impetum facerent, ipse suos circumeundo custodiens, ne quis propius ad suos accedens hosti rem nuntiaret. Accidit, ut puella Alhaidjomanijjah appellata, quum menstruis laborans a gente, ut mos ferebat, separata habitaret et fulmine lucente Ahbschamsum videret. Illa statim rem patri nun-

1) عبشمس contractum est ex عبد شمس „Splendor solis“.

tiavit, qui gentem Banu-Ahmru convocari iussit. Quos quum rei certiores fecisset, Masinus dixit: حنت ولات هنت وانى لك مقروع „Desiderio adfecta est; sed non est desiderii tempus et unde tibi Makruhus (erit?)“ Cap. IV, 10; sed, o Ahnbare, male fecisti, quod nos ob puellae amorem convocasti. Tum eum reliquerunt. Alahnbarius autem ad filiam suam veniens dixit: اى بنية اصدقى فانه ليس لمكذوب راى „O filiola mea! Verax sis! nam non est consilium mendacii arguto.“ Puella autem respondit: يا ابتاه ثكلتك ان لم اكن صدقتك فانج ولا اخالك ناجيا „O pater mi! Te sim orbata, si verum tibi non dixi. Salvus evade! Sed non puto, te salvum evasurum esse.“ Gens Banu-Sahd multos autem hostes occidit; sed Alahnbarium, quem fuga elapsum assecutus erat Ahbschamsus, amatae suae precibus dono dedit. Meid. Samachscharius dixit, proverbium mendacium vituperare.

٣٨٢ لَا يَكْذِبُ ٱلرَّايِدُ أَهْلَهُ

382. Pabulum quaerens genti suae non mentitur.

Vocabulum رايد virum designat, qui genti suae aut aquae aut pabuli locum, aut locum, quo fugiant ab hostium impetu, quaerit. Tali autem viro, etsi mendaci, fides omnino habenda est, causa enim sui ipsius interitus esset. Proverbium mendacii finem timendum designat. Dixit Alsahdius:

وَلَا يَكْذِبُ ٱلرُّوَّادُ مَا بُعِثُوا لَهُ إِذَا لَمْ يَكُنْ فِي ٱلْأَرْضِ مَرْعًى وَمَشْرَبُ

„Non mentiuntur pabulum quaerentes in re, propter quam missi sunt, si in terra neque pratum neque aqua invenitur“. Metrum Thawil est p. 162. Samachsch.

٣٨٣ لَا آتِيكَ مَا دَامَ ٱلسَّعْدَانُ مُسْتَلْقِيًا

383. Non ad te veniam, quamdiu planta Sahdan appellata in solo decumbit.

Vocabulum سعدان plantae nomen est, quae, camelis optimum pabulum, in solo decumbit.

۳۸۴ لَا أَفْعَلُهُ حَتَّى يَرْجِعَ ضَالَّةُ غَطْفَانَ

384. Non id faciam, donec redeat errabandus gentis Ghathfan.

Hoc cognomine Sinanus ben-Abi-Haritsah Morrita designatur. Qui quum a gente sua ad liberalitatem exercendam coactus esset, camelum conscendit et in desertum abiens nunquam rediit.

۳۸۵ لَا حُسَاسَ مِنِ ٱبْنَيْ مُوقِدِ ٱلنَّارِ

385. Non inveniuntur filii duo loci ubi, ignis accenditur.

Cognomen filii loci, ubi ignis accenditur, duo viri habebant, qui in via ignem accendentes omnes transeuntes hospitio excipere solebant. Gens autem ad istum locum transiens, quum eos non videret, ista verba dicebat, quae in proverbii consuetudinem venientia significant, rem omnino disparuisse, ut nullum eius vestigium superesset.

۳۸۶ لَا تَجْعَلَنَّ بِجَنْبِكَ ٱلْأَسِدَّةَ

386. Ne ponas in latere tuo vitia!

Proverbium nos monet, ne animum nostrum deprimamus, ut respondere non possimus sicut is, qui mutus est. Conf. Kam. et Dj. s. v. سد. Proverbium quoque sic adlatum est: لا تجعلن بجنبتك الاشد. Meidanius, qui hunc modum non probat, Alsalamium ita adnotasse dixit in sermone, quo Abu-Moslimus Ahbbasidarum princeps erga Rubahum poetam ob parvum mille aureorum ei oblatum donum se excusaverit. Legitur quoque in codicibus الاشدة

٣٨٧ لَا أَبْقَى ٱللّٰهُ عَلَيْكَ إِنْ أَبْقَيْتَ عَلَيَّ

387. Ne Deus te superstitem esse sinat, si tu me superstitem esse sinis!

Haec verba ei, qui alteri, dum minas perficere non potest, minitatur, ludibrii causa dicuntur.

٣٨٨ لَا فِي أَسْفَلِ ٱلْقِدْرِ وَلَا فِي أَعْلَاهَا

388. Neque in inferiore ollae parte neque in superiore.

Hoc simile est proverbio 321.

٣٨٩ لَا تَدَعَنَّ فَتَاةً وَلَا مَرْعَاةً فَإِنَّ لِكُلٍّ بُغَاةً

389. Ne sinas (incustoditam) puellam et pascuum, nam in qualibet re inveniuntur, qui eam cupiant.

Hoc proverbio monemur, ne occasionem effugere sinamus: sed ut cautionem adhibeamus.

٣٩٠ لَا أَلِيَّةَ لِمُجْرِبٍ

390. Non est iuramentum ei, qui camelos scabiosos habet.

De hoc proverbio vid. Cap. XXII, 214, quod huic sensu simile est.

٣٩١ لَا يَخْفَى عَلَيْكَ طَرِيقُ وَادِ بِرْكٍ وَإِنْ كُنْتَ فِي وَادِي نَعَامٍ

391. Non tibi latet via vallis Birc, et si in valle Naahm es.

Birc et Naahm duorum locorum in regione Jemen

nomina sunt. De eo dicitur, qui rei notitiam possidet, etsi alia occupatus est.

٣٩٢ لَا يَعْدَمُ خابِطٌ وَرَقًا

392 Qui arborem percutit, ei folia non deerunt.

Baculo arbores percutere solent, ut folia decidant, quae camelis pabulo inserviunt. Proverbii sensus est: Qui pabulum quaerit, is pabulum invenit, tum in alias res transfertur.

٣٩٣ لَا يَرْكُضُ المِحْجَنَ

393. Non movet baculum capite adunco.

Utilis non est (لا ينفع). In meo codice legitur لا ينتفع „utilitatem non cupit.“ In Kamuso vero »non a se malum repellit“ لا يدفع عن نفسه legitur. De vili adhibetur, qui bonum, quod habet, sibi soli vindicat. Meid. In codicibus Berol. et Pocock. proverbium hoc loco non legitur.

٣٩٤ لَا يَدْرِى ٱلْمَكْذُوبُ كَيْفَ يَأْتَمِرُ

394. Nescit is, cui mendacium dictum est, quo modo obsequatar mandato.

Causa proverbii in eo est, quod nescit, num mandatum verum sit nec ne.

٣٩٥ لَا يَنْفَعُ حِيلَةٌ مَعَ غِيلَةٍ

395. Inutilis est astutia contra inopinatum insultum.

In eum dicitur, qui te decepit, licet eo fretus eras. Meid. In Samachscharii opere تنفع legitur.

٣٩٦ لَا تَرْتَدُّ عَلَى قَرْوَاهَا

396. Non revertitur (verbum), quum ivit.

Subiectum verbi scil. كلمة „verbum“ omissum est; قروى autem nominis forma est a قرا „ivit, tetendit, peragravit“ derivanda. Simili ratione dicitur ارتد على اثره „In vestigiis suis rediit.“

٣٩٧ لَا بُقْيَا لِلْحَمِيَّةِ بَعْدَ ٱلْحَرَائِمِ

397. Non est studium defendendi post amissas uxores.

Vox حريمة omnem rem desideratam significat, quae amissa obtineri nequit; hoc vero in proverbio ob significationem vocis حمية uxores designantur.

٣٩٨ لَا يَنْفَعُكَ مِنْ جَارِ سَوْءٍ تَوَقٍّ

398. Quum pravus vicinus tibi est, cautio inutilis.

٣٩٩ لَا يُحْسِنُ ٱلتَّعْرِيضَ إِلَّا ثَلْبًا

399. Non bene implicatis verbis in indicando utitur, sed crasso modo alios vituperat.

Id est: Ignorans est, qui claris verbis et crasso modo homines calumniatur. In verbis إلا ثلبا exceptio est sine genere, quippe quum تعريض i. e. implicatis verbis rem indicare genus non sit, ex quo illud alterum excipiatur. Proverbio metrum Redjes est. p. 231. conf. Djeuh. s. v. ثلب et Abulf. Ann. T. III p. 458.

٤٠٠ لَا تُبَرِّقْ عَلَيْنَا

400. Ne fulgura sine pluvia contra nos!

In verbis, quae facta non sequuntur, dum quis se iactat, proverbium adhibetur.

۴۰۱ لا دَرَيْتَ ولا ٱئْتَلَيْتَ

401. Ne scias et ne minus facias, quam debes!

Cum proverbio scholion sequens Meidanus coniunxit:
قال الفراء ائتليت افتعلت من الوت اذا قصرت فيقول لا دريت ولا قصرت فى الطلب ليكون اشقى لـك وانشد لامرى القيس
وَمَا ٱلْمَرْءُ مَا دَامَتْ حُشَاشَةُ نَفْسِهِ بِمُدْرِكِ أَطْرَافِ ٱلْخُطُوبِ وَلَا آلِى

,,Dixit Alfarräus (gramaticus): ائتليت octava forma verbi الو ,,minus fecit, quam debuit" est. Et dixit: Nescias et ne minus facias, quam debes in quaerendo, ut tibi infelicius sit. Tum citavit Amru l'Kaisi versum:
,,Vir, quamdiu vitae suae reliquiae in eo sunt, non attingit extremas rerum partes et non est minus faciens quam debet". Metrum Thawil est p. 161.

Sed Kamusi, in quo sub radice الو proverbium legitur, interpres Turca verba traditionis, cui nomen منكر ونكير sit, esse contendit. Legi quoque لا دريت ولا اليت, ut forma اليت formae دريت consona sit aut اتليت ,,Sequentes pullos habeant camelae tuae". (conf. Dj. s. تلى). Voci autem ائتلى significationem potens fuit (مقتدر اولمق) tribuit. Dubito vero, num in proverbio vocabulo درى feram decipiendi significatio potius tribuatur. Proverbii autem verbis in male precando uti solent.

۴۰۲ لا تَعَلَّمَ ٱلْيَتِيمُ ٱلْبُكَا

402. Orphanus ploratum non discit.

Verba haec Sohairus ben-Chabbub Calbita dixisse fertur. Ahlkamahus ben-Djisl-Althiahn ben-Feras ben-Ghanam

ben-Tsahlebah in gentem Banu-Ahbd-Allah-ben-Cenanah ben-Becr in loco Ohsfan degentem (Locus erat duorum dierum itinere ab urbe Mecca remotus.) incursionem hostilem fecerat. Occidebantur Ahbd Allahus ben-Hobal, Ohbaidahus ben-Hobal, Malicus ben-Ohbaidah et Zoraimus ben-Kais ben-Hobal; in captivitatem ducebatur Malicus ben-Ahbd-Allah ben-Hobal. Quum filia Malici ben-Ohbaidah ben-Hobal Sohairum interrogans, quaenam patris sui conditio esset, mortis nuntium accepisset, et in lacrymas erupisset, vir dixit: ما اسوء بكاها „Quam malus est eius ploratus!"; at vero Sohairus ei respondit proverbii verbis.

٤٠٣ لَا حُرَّ بِوَادِى عَوْف

403. Non est liber in valle Auhfi.

Auhfus ben-Mohallem ben-Dsohl ben-Schaiban significatur. Auhfus virum Merwan Alkarits appellatum in tutelam receperat, et quum Ahmruus ben-Hind postularet, ut eum sibi traderet, facere recusavit. At rex ista proverbii verba dixit significaturus, se omnes in ista valle degentes servorum loco habere et principes ipsi adversaturos non esse. Alius quidam dixit, hoc dictum esse, quod ille captivos occidere solebat. Abu-Ohbaidus (cod. Lugdun. Ohbaidahus) dixit, Almofadhdhelum proverbium Almondsiro ben-Mäi-ssemäi adscripsisse, qui ista verba in Auhfum ben-Mohallem dixisset. Auhfum defendisse Sohairum ben-Omajjah Schaibanitam, de quo rex se vindicare vellet. Abu-Ohbaidahus autem virum Auhf ben-Cahb ben-Sahd ben-Said Manat ben-Tamim appellat. De re autem, quae Merwano antea dicto cum Auhfo erat, conferas C. XXVI, 92. conf. Ebn-Kotaibah p. 133 ed. Eichhorn.

٤٠٤ لَا تَنْسَى ٱلْمَرْأَةُ أَبَا عُذْرِهَا وَقَاتِلَ بِكْرِهَا

404. Non obliviscitur mulier raptoris virginitatis suae et occisoris primi infantis sui.

Adhibetur proverbium in custodiendis iuribus. conf. Harir. p. 9. ed. de Sacy.

٤٠٥ لَا تَسْخَرْ مِنْ شَىْءٍ فَيَحُورَ بِكَ

405. Ne rem irrideas, nam contra te redibit!

Quod si rem irrides, fieri potest, ut in eandem incidas, id quod et tibi ludibrio erit.

٤٠٦ لَا يَرْحَلَنَّ رَحْلَكَ مَنْ لَيْسَ مَعَكَ

406. Ne sellam tuam imponat is, qui tecum non est!

Auxilium viri, qui fiduciâ tuâ indignus est, ne implores! Alter proverbii legendi modus est: لا يرحل „Non imponit" (Sic apud Scharaf-Aldin.), ut proverbii sensus sit. Qui amicus tuus non est, is auxilium tibi non feret.

٤٠٧ لَا تَبْرُكُ ٱلْإِبِلُ عَلَى هٰذَا

407. In hoc cameli non decumbunt.

Res tam gravis et molesta est, ut eam nemo ferre possit.

٤٠٨ لَا يُتْرَكُ مِثْلُ مَالِكٍ

408. Non relinquitur vir similis Malico.

Malic viri nomen erat, cuius consortium multi desiderabant. Proverbium hocce nonnisi in codicibus Berol. et Poc. legitur.

٤٠٩ لَا حَاءٍ وَلَا سَآءٍ

409. Neque Ha, neque Sa dixit.

Id est: Neque iussit neque interdixit. Dixit Abu-Ahmruus: حاء بضانك „Oves tuas advoca!" et dicitur: ساسات

بالحمار ,,Asino Sa dixisti'', quum asinum ad potum vocasti. Proverbium significat, virum senectute debilitatum esse, ut nil agat.

٤١٠ لَا بَيَّ عَلَيْكَ وَلَا هَيَّ

410. Neque Bajjus neque Hajjus contra te est.

I. e. Nil te impedit. Hajjum unum ex posteris Adami, cuius genus perierit, fuisse dicunt, ut omnem personam ignotam significet. Sic quoque nomen Bajjus adhibetur. Interdum duo nomina coniunguntur Hajjus filius Bajji.

٤١١ لَا يَغُرَّنَّكَ شَمَطٌ بِهِ رُبَّ شَيْخٍ فِي جَاحِمٍ

411. Ne te decipiat, quod crines albos in capite mixtos habet! Saepe senex in igne inferni est.

٤١٢ لَا يَنْتَصِفُ حَلِيمٌ مِنْ جَهُولٍ

412. Non accipiet omne debitum ab ignorante intelligens.

Quod ignorans plus capit, quam dedit et intelligens se non humiliat, ut cum eo de stultitia certet. Adhibetur de victoria, quam ignorans de intelligente reportat.

٤١٣ لَا يَمْلِكُ حَايِنٌ دَمَهُ

413. Cuius tempus venit, sanguinem suum retinere non potest.

Mortem effugere non potest vir, cuius moriendi tempus adest.

٤١٤ لَا يَقُومُ لَهَا إِلَّا ٱبْنُ إِحْدَاهَا

414. Ei non stabit, nisi filius unius eius.

Ad rem magnam depellendam nemo nisi magnus, excellens aptus est. De eo dicitur, qui magnae utilitati est, quasi dixissent, nisi filius generosorum inter parentes et camelos. Haec dixit Abu-Saidus. Suffixum autem ها ad nomen العظيمة „magna res" referendum est.

٤١٥ لا يَنْفَعُ حَذَرٌ مِنْ قَدَرٍ

415. Inutilis est cautio contra decretum Dei.

Altera proverbii lectio est: لا ينفعك من ردى حذار „Inutilis tibi est cautio mortis".

٤١٦ لا يَنْفَعُكَ مِنْ زَادٍ تَبَقٍّ

416. Inutile tibi est commeatum relinquere.

Quia corrumpitur cibus. Monet igitur nos, ut erga alios benefici simus. Samachsch.

٤١٧ لا يَعْدَمُ عَائِشٌ وُصَلَاتٍ

417. Non desunt homini viventi coniunctiones.

Quamdiu homo vivit, res, qua ad aliam rem pervenit, ei non deerit. De homine dicitur, qui commeatu destitutus in alium incidit, a quo portionem accipit, cuius ope ad suos perveniat.

٤١٨ لا يُمَازِحِ ٱلشَّرِيفَ فَيَحْقِدُ عَلَيْكَ وَلَا ٱلدَّنِيَّ فَيَجْتَرِئُ عَلَيْكَ

418. Neque cum nobili ioceris metuens, ne te odio habeat, neque cum vili metuens, ne contra te audax sit!

Verba haec Saihdus ben-Alahz frater Ahmrui dixit. In Samachscharii opere legitur: تمازحن, شريفا, دنيا.

۴۱۹ لَا تَكْذِبَنَّ وَلَا تَشَبَّهَنَّ

419. Neque mentiaris neque mentienti similem te geras!

Legitur quoque alio modo: ولا تشبهن „Et ne alii rem incertam redde, ut res ei dubia sit." In Samachscharii opere legitur: ولا تشبتهن بالكذب i. e. ne affer rem similem mendacio.

۴۲۰ لَا تَنْهَ عَنْ خُلُقٍ وَتَأْتِيَ مِثْلَهُ

420. Ne indolem interdic, quae tibi ipsi est!

Cecinit poeta:

إِذَا عِبْتَ أَمْرًا فَلَا تَأْتِهِ فَذُو ٱللُّبِّ مُجْتَنِبٌ مَا يَعِيبُ

„Si rem vituperas, ne eam suscipe, nam homo cordatus res, quas vituperat, evitat."

Metrum versus Motakarib est. p. 281.

۴۲۱ لَا تُبْقِ إِلَّا عَلَى نَفْسِكَ

421. Neminem nisi te superstitem esse sinas!

Haec verba in minitantem diriguntur. I. e. Tu mihi minitaris; sed minas tuas non curo. Age, quemadmodum vis et mei nullam rationem habe! Proverbio similis ratio est, quam proverbio 384. conf. doct. Bertheaui lib. p. 18.

۴۲۲ لَا تَعْقِرْهَا لَا أَبَا لَكَ إِمَّا لَنَا إِمَّا لَكَ

422. Ne eos (camelos) vulnera, aut nobis aut tibi!

Verba haec Malicus ben-Almontafic Basthamo ben-

Kais dixit, quum hic incursione facta eius camelos cepisset. Quum dispergerentur, eos vulneravit, ut congregarentur et celerius incederent. Proverbium vetat, ne quis rem dissipet et laceret. Samachsch.

٤٢٣ لَا تَظْعَنِى فَتُهَيِّجِى ٱلْقَوْمَ لِلظَّعْنِ

423. Ne abeas (o femina!), nam gentem ad migrationem impellis.

Metrum Basith est. c. p. 190. In eum dicitur, quem alii in agendi modo sequuntur. Te alii sequuntur, ne igitur id facias, quod te indignum est. Dixit poeta:

يَا رَبَّةَ ٱلْعِيرِ رُدِّيهِ لِمَرْتَعِهِ لَا تَظْعَنِى فَتُهَيِّجِى ٱلْقَوْمَ لِلظَّعْنِ

„O domina agminis camelorum! repelle id ad pratum suum. ne abi, nam gentem ad migrationem impellis!"
Metrum Basith est. p. 190.

٤٢٤ لَا يُطَاعُ لِقَصِيرٍ أَمْرٌ

424. Nulla in re Kaziro (impotenti) mos geritur.

In Samachscharii opere loco vocis امر legitur راى consilium. Adhibetur proverbium, quum monitor sincerus alteri suspectus est. Conf. Cap. VII, 9. IV, 39.

٤٢٥ لَا يَلْبَثُ ٱلْغَوِيَّانِ ٱلصِّرْمَةَ

425, Non cunctabuntur duo lupi gregem parvam (lacerare).

Vocabulum غوى proprie errantem tum quoque eum, qui omnibus cupiditatibus suis satisfacit, significat, hoc vero in proverbio lupi intelligendi sunt. In fine proverbii autem omissum est: ان يفرّقها ويهلكاها „ut eam dispergant et perdant." De eo proverbium dicitur, qui opes suas celeriter dilapidat.

٤٢٦ لَا فَتًى إِلَّا عَمْرٌو

426. Non est vir nisi Ahmruus.

Significatur Ahmru ben-Tikn. conf. C. I, 141.

٤٢٧ لَا أَفْعَلُ كَذَا مَا غَبَا غُبَيْسٌ

427. Non faciam hoc, quamdiu nox obscura est.

Meidanius dixit, se Allihjanii explicationem proverbii verbis aptissimam invenisse. Ille interpres dixit, obscuritatem vocabulis غَبَش et غَبَس significari, et in opere Alchawaresmii امالى Amali inscripto legi, verbum غبا idem esse ac اظلم „obscurus fuit“ et الغبيس noctis nomen esse. Ebn-Alahrabius autem se vocis originem ignorare dixit. Alius quidam sententiam protulit, غبيس esse formam deminutivi a voce اغبس lupus derivandam; verbum autem غبا esse ex غب ortum, ut proverbii sensus sit: „quamdiu lupus in gregem noctu irrumpit“. Retulit Alamawi hunc versum:

وَفِى بَنِى أُمِّ زُهَيْرٍ كَيْسٌ عَلَى ٱلطَّعَامِ مَا غَبَا غُبَيْسٌ

„Et in filiis matris Sohairi ingenium cernitur in cibo (dando), quamdiu lupus noctu in gregem irrumpit.[1])“

Alasharius autem Alahrabii auctoritatem sequens retulit, verborum sensum esse: Quamdiu tempus manet ما دام الدهر. Quod si verum est, quod Allihjanius retulit, statuere licet, verbum غبا secundum Thajjitarum dialectum esse pro غبى, ut dicitur: غبى الليل „Occulta

1) Isti genti liberalitas tribuitur. Sed Samachscharius dixit, tempus cum lupo, quod homines invadat, comparari. Esse autem, qui dicant, voce غبيس significari stellam polarem, per quam regio قبلة appellata cognoscatur, quia illa stella occulta sit.

fuit nox", dum noctu incedens occultatur, et res ab homine, ut fieri solet, in noctem translata est. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: لا افعل ما غبا غبيس.

٤٢٨ لَا يَلِدُ ٱلْوَقْبَانُ إِلَّا وَقْبًا

428. Non gignit stultus nisi stultum.

Hisce verbis alter alterum calumniatur.

٤٢٩ لَا مُحَالَةَ مِنْ جَلْزٍ بِعِلْبَآءٍ

429. Non possum non firmiter obducere tendine colli.

Dixit poeta:

ضَرَبْتُ بِٱلسَّيْفِ حَتَّى ٱرْفَضَّ قَائِمُهُ وَلَا مُحَالَةَ مِنْ جَلْزٍ بِعِلْبَاءِ

„Percussi gladio, ut eius capulus absolveretur et non possum non firmiter obducere tendine colli (capulum)."

Metrum versus Basith est. p. 190.

Ad extremum, sic enim ab Abu-Ahmruo proverbii sensus definitus est, rei finem perveni. Oportet rem aggrediar.

٤٣٠ لَا يُحْيِى ٱلْبَيْضُ وَيُقْتَلُ ٱلْفِرَاخُ

430. Non conservatur ovum et occiditur pullus.

Id est: Non conservatur parvum et perditur magnum.

٤٣١ لَا حُمَّ وَلَا رُمَّ أَنْ أَفْعَلَ كَذَا

431. Non possum non illud facere.

٤٣٢ لَا تَحْسِدِ ٱلضَّبَّ عَلَى مَا فِي جُحْرِهِ

432. Ne invideas lacertae eius, quod in eius latibulo est!

Ne homini bonorum, quae ei dantur, invideas!

۴۳۳ لا أُحِبُّ تَخْدِيشَ وَجْهِ ٱلصَّاحِبِ

433. Non mihi placet vulnerare faciem socii.

Jonesus dixit, Arabes proverbium sic explicare: Vulpes lapidem album in loco vallis angusto conspexit. Ut leonem perderet, ei dixit. In vallis loco angusto adeps est, quo facile potiri potes. Qui locus quum nimis angustus esset, quam ut corpus leonis intraret, vulpes ei dixit: Protrude caput! Leo vulpis consilium sequens mox firmiter loco inhaesit, ut neque redire neque prodire posset. Vulpes autem leonem in podice laesit et quum leo eum, quid ageret, interrogaret, respondit: Se eum liberare velle, et leone dicente, a capitis latere hoc faciendum esse, ista proverbii verba protulit, quibus significant, virum se erga alterum amicum fidum ostendere, quum perfidus sit.

۴۳۴ لا تَذْرِهِ بِعِرْضِكَ فَيَلْزَمُ

434. Ne eum contra honorem tuum excita, nam (tibi) adhaerebit!

Id est: Ne permittas, ut contra te audacem se gerat et honorem tuum laedat, nam ista agendi ratio in morem ei veniet.

۴۳۵ لا تَرَى ٱلْعَكْلِيَّ إِلَّا حَيْثُ يَسُوءُكَ

435. Non vides Ohclitam nisi ubi tibi non placet.

In eum dicitur, qui res tibi ingratas semper tractat. Conf. Cap. VI, 47.

۴۳۶ لا يَسُوغُ طَعَامُكَ يَا وَحْوَحُ

436. Non leniter per gulam cibus tuus descendit, o Wahwahe!

Wahwah nomen viri est, qui beneficia in alios collata exprobrabat. Viro igitur aliis exprobranti beneficia proverbii verba dicuntur.

٤٣٧ لَا جِنَّ بِٱلْبَغْضَآءِ وَٱلنَّظَرِ ٱلشَّزْرِ

437. Non est occultum odium et intuitus a latere.

Proverbium hoc, quo significatur, viri cuiusdam odium esse manifestum, posterius versus hemistichium est ab Abu-Alhodsalijjo facti:

تُحَدِّثُنِى عَيْنَاكَ مَا ٱلْقَلْبُ كَاتِمٌ وَلَا جِنَّ بِٱلْبَغْضَاءِ وَٱلنَّظَرِ ٱلشَّزْرِ

„Oculi tui, quod cor abscondit, mihi narrant, et non est occultum odium et intuitus a latere.“

Metrum Thawil est. c. p. 161.

٤٣٨ لَا أَخَا لَكَ بِٱلْعَبْدِ إِذَا قُلْتَ يَا أَخَاهُ

438. Non est frater tibi servus, quum dicis: O frater mi!

In eum dicitur, qui beneficia in virum indignum confert. Eo, quod frater virum appellas, frater tuus non fit. Similis ratio est proverbio 250. Conf. Cap. I, 357.

٤٣٩ لَا يَشْقَى بِقَعْقَاعٍ جَلِيسٌ

439. Miser non est per Kahkahum socius.

Vir Kahkah ben-Ahmru vel rectius Kahkah ben-Schaur appellatus pulchro erga vicinos agendi modo notus erat, ut eius agendi modus in proverbium veniret sicut Cahbi ben-Mamah. Solebat opum partem vicino dono dare, contra hostes adiuvare, rerum curam habere, et hanc ob causam vicino gratias agere, quod ipsius auxilio usus esset. Dixit poeta:

وَكُنْتُ جَلِيسَ قَعْقَاعِ بْنِ شَوْرٍ وَلَا يَشْقَى بِقَعْقَاعٍ جَلِيسٌ

„Fui vicinus Kahkahi ben-Schaur et per Kahkahum vicinus infelix non est."

Metrum Wafir est. p. 204. conf. Ebn-Kotaibah p. 131. edit. Eichhorn.

٤٤٠ لَا رَأْىَ لِمَنْ لَا يُطَاعُ

440. Non est consilium ei, cui non obeditur.

Verba haec princeps Ahlius sociis in sermone dixit, quo eos vituparabat. conf. prov. 291.

٤٤١ لَا حَىَّ فَيُرْجَى وَلَا مَيِّتَ فَيُنْسَى

441. Non vivus est, ut speretur, et non mortuus, ut oblivioni tradatur.

Verba haec in proverbio C. XXI, 23. adlata sunt, ubi loco vocis ينسى legitur ينعى.

٤٤٢ لَا يَذْهَبُ ٱلْعُرْفُ بَيْنَ ٱللّٰهِ وَٱلنَّاسِ

442. Non perit beneficium inter Deum hominesque.

Proverbium ex Alhothaiahi versu desumtum est:

مَنْ يَفْعَلِ ٱلْخَيْرَ لَا يَعْدَمْ جَوَازِيَهُ لَا يَذْهَبُ ٱلْعُرْفُ بَيْنَ ٱللّٰهِ وَٱلنَّاسِ

„Qui bonum facit, is remuneratione sua non destituitur, nam beneficium inter Deum et homines non perit."

Metrum Basith est. c. p. 190.

٤٤٣ لَا سَيْرُكَ سَيْرٌ وَلَا هَرْجُكَ هَرْجٌ

443. Incessus tuus non est incessus, et narratio tua non est narratio.

Vocabulum هرج narrationem significat, cuius sensus non intelligitur. In eum dicitur, qui multa verba facit. Proverbii sensus est: Neque pulchro modo incedit, neque pulchro modo loquitur.

٤٤٤ لَا بُدَّ لِلْمَصْدُورِ أَنْ يَنْفِثَ

444. Non potest non pectus morbidum habens ex ore eiicere (sputum).

Conf. Dj.˜s. v. نفث.

٤٤٥ لَا زِيَالَ لِزَمِّ ٱلْحَبْلِ ٱلْعُنُقَ

445. Non cessat funis collum ligare.

Proverbium rem significat necessariam, quae evitari non potest.

٤٤٦ لَا يَرْأَمُ بَوَّ ٱلْهَوَانِ

446. Non amat pellem stramine impletam contemtus.

Scholion hoc proverbium explicat: اى لا ينقاد والريمان ان تعطف الناقة على ولدها والبو جلد الحوار يسلخ ويحشى ويعلق عليها فتظنه ولدها والمعنى فى المثل انه لا يقبل الضيم „Id est: Non obeditur. Vox ريمان significat, camelam pullum suum amare, vox بو est cutis pulli cameli detracta et stramine repleta, quae apud eam (camelam) suspenditur. Ea autem pullum suum esse putat (ut large lac emittat). Sensus in proverbio est: Iniuriam non admittit.

٤٤٧ لا عَيْشَ لِمَنْ يُضَاجِعُ ٱلْخَوْفَ

447. Non est vita ei, qui cum timore concumbit.

Proverbio securitatis laus inest.

٤٤٨ لَا يُقْرَعُ لَهُ ٱلْعَصَا وَلَا يُقَلْقَلُ لَهُ ٱلْحَصَى

448. Non pulsatur ei baculus et non movetur ei glarea.

Virum esse experientia edoctum significat. Conf. I, 145. Proverbio Haririus usus est. p. ٥٧٤ sq.

٤٤٩ لَا أَكُونُ كَٱلضَّبُعِ تَسْمَعُ ٱللَّدْمَ فَتَخْرُجُ حَتَّى تُصَادَ

449. Non ero similis hyaenae, quae sonum audit et tum prodit, ut capiatur.

Hoc ad modum, quo hyaena in latibulo suo capitur, adludit. Conf. Cap. VII, 24. 25. Verba haec Ahlius princeps Mohammedanorum dixit significaturus, se esse vigilantem et non socordem.

٤٥٠ لَا تَأْمَنَنَّ شِعْبًا أَوْحَشْتَ أَهْلَهُ

450. Ne te securum puta in viarum angustiis, quarum incolas moerore adfecisti!

٤٥١ لَا يُخْدَعُ ٱلْأُعَيْرَابِيُّ إِلَّا وَاحِدَةً

451. Non decipitur Arabs nisi semel.

الاعيرابى est forma deminutivi ab الاعرابى, quam vocem in codice Lugd. legimus. Verba haec Arabs campester, quem semel deceptum altera vice decipere volebant, dixit.

٤٥٢ لَا يَطْمَحَنَّ بِكَ ٱلْعِزُّ ٱلْفَطِيرُ

452, Ne te dignitas nova extollat!

Sic dicitur, quod in dignitate nova fiducia ponenda non est.

٤٥٣ لَا أَصْلَ لَهُ وَلَا فَصْلَ

453. Non est ei genus aut eloquentia.

Alcesäius vocem اصل voce حسب „nobilitas" et vocem فصل voce لسان lingua, qua eloquentia designatur, explicavit.

٤٥٤ لَا تَزَالُ تَقْرِصُنِي مِنْهُ قَارِصَةٌ

454. Non cessat me laedere dictum mordens, quod profert.

٤٥٥ لَا يَصْدُقُ أَثَرُهُ

455. Non verax est vestigium eius

In mendacem dicitur, qui quum interrogatur, unde venis, mentitur, ut eius quoque vestigia in terra mentiri videantur.

٤٥٦ لَا أُمَّ لَكَ

456. Non est tibi mater.

Mater libera et ingenua tibi non est, servae filius es. Hoc contumeliae causa dicunt.

٤٥٧ لَا أَبَ لَكَ

457. Non est tibi pater.

Laudando hoc inservit. Rarius quoque ad calumniandum adhibetur.

٤٥٨ لَا خَيْرَ فِي رَزَمَةٍ لَا دِرَّةَ مَعَهَا

458. Non est bonum in sono, quem camela pullum amans edit, quocum lactis effusio coniuncta non est.

Inutilis est sermo, quem factum non sequitur. Sic Meid. Vel de eo adhibetur, qui promissis non satisfacit. In Samachscharii codice لها loco vocis معها legitur. Adhibetur de eo, qui pauperis non miseretur et in eum beneficia non confert. Conf. Kam. et Dj. s. v. رزم.

٤٥٩ لَا يُثَنَّى وَلَا يُثَلَّثُ

459. Neque secunda neque tertia vice surgere potest.

Grandaevus est, ut omnino surgere non possit.

٤٦٠ لَا تَرَكَ ٱللّٰهُ لَهُ فِي ٱلْأَرْضِ مَقْعَدًا وَلَا فِي ٱلسَّمَآءِ مَصْعَدًا

460. Ne relinquat Deus ei in terra sedendi locum aut in coelo adscendendi locum!

Verbis hisce femina filio suo male precata est. conf. prov. 608. In codice Lugd. proverbium ٣٦٧ لايـن etc. hoc sequitur.

٤٦١ لَا يَصْلُحُ رَفِيقًا مَنْ لَمْ يَبْتَلِعْ رِيقًا

461 Non est socius aptus, qui salivam non deglutit.

In eum dicitur, qui iram non cohibet. Voce ريق saliva ira significatur.

٤٦٢ لَا تَشْرِيَنَّ مَشْرَبَ صَفْوٍ بِكَدَرٍ

462. Ne vendas (locum) potus puri pro impuro!

In eum dicitur, qui bonam rem pro prava dat.

٤٦٣ لَا بِلَادَ لِمَنْ لَا تِلَادَ لَهُ

463. Non est terra ei, cui opes non sunt.

Duplici ratione proverbii sensus explicatur. Pauper ob hominum despectum in regione locum firmum occupare non potest aut pauper alimentis destitutus e regione in aliam migrare coactus est.

٤٦٤ لَا مَالَ لِمَنْ لَا رِفْقَ لَهُ

464. Non sunt opes ei, cui lenitas morum non est.

Id est: Non asperitate morum, sed lenitate opes acquiruntur.

٤٦٥ لَا جَعَلَ ٱللّٰهُ فِيهِ أَمَرَةً

465. Ne ponat Deus in eo incrementum!

Legitur aut أَمَّرَة, quod multitudinis significationem habere dicunt (conf. Abulfed. Ann. III, p. 104.) aut إِمْرَة.

٤٦٦ لَا أَغَرَّ وَلَا بَهِيمَ

466 Neque maculam in fronte habens neque unicolor.

Rem dubiam esse significat.

٤٦٧ لَا تَظْلِمَنَّ وَضَحَ ٱلطَّرِيقِ

467. Ne iniuste agas erga viae evidentiam!

Monet nos proverbium, ne viam manifestam relinquentes dubiâ incedamus. Haec autem hominis in viam iniustitia est.

٤٦٨ لَا تَلْبِسَنَّ بِيَقِينٍ شَكًّا

468. Ne dubium cum certo misceas!

Haec enim est causa, cur consilium nostrum infirmum fiat.

لَا يُوجَدُ ٱلْعَجُولُ مَحْمُودًا وَلَا ٱلْغَضُوبُ مَسْرُورًا ٤٦٩
وَلَا ٱلْمَلُولُ ذَا إِخْوَانٍ وَلَا ٱلْحُرُّ حَرِيصًا وَلَا
ٱلشَّرِهُ غَنِيًّا

469. Non invenis festinum esse laudatum aut iratum gaudio adfectum aut fastidiosum amicos habentem et generosum non (invenis) avidum aut cupidum contentum.

لَا تَبْعَثِ ٱلْمُهْرَ عَلَى وَجَاهْ ٤٧٠

470. Ne mittas pullum equi ungulâ laesum.

In eum dicitur, qui ad rem peragendam eum mittit, cui res ingrata est aut qui rem perficere non valet.

لَا عَبَابَ وَلَا أَبَابَ ٤٧١

471. Neque sorbent neque aquam petunt.

Narrant, dorcades aquam invenientes non bibere haud interruptim (عب) et aquam non invenientes eam non petere aut ad petendum paratas esse. Dicunt dorcades, struthiocamelos et vaccas silvestres aquam non petere nisi si in propinquo sit. Asinum silvestrem aquam e longinquo petere. In virum dicitur, qui a re, qua non eget, recedit. conf. Kam s. v. عب

لَا يُحْسِنُ ٱلْعَبْدُ ٱلْكَرَّ إِلَّا ٱلْحَلْبَ وَٱلصَّرَّ ٤٧٢

472. Non bene instituit servus repetitionem nisi in mulgendo et liganda camelae papilla.

Vox صرار, a qua verbum صر derivatum est, funiculi nomen est, cuius ope camelae papilla ligno adligatur, ne pullus matrem sugat. Talia sunt servi opera. Schaddadus Ahbsita e serva Aethiopica natum filium Ahntarah servi loco habebat. (De Antharaho conf. Ahntarae Moallak. ed. Menil. p. 9 sqq.) Schaddadus quodam die Ahntarahum e pugna recedentem conspiciens dixit: كر عنترة „Redi in pugnam, o Ahnterahe“! Ahntarahus autem ista verba dixit significaturus, servi non esse fortiter pugnare et in pugnam redire. Tum pater dixit: كر وقد زوجتك عبلة „Redi in pugnam, iam tibi Ahblam in matrimonium dedi.“ Post vocem الصر supplendum est يحسنهما „bene utramque rem instituit“, nam voces الحلب والصر, quum exceptio in iis sit, cum antecedente verbo coniungi non possunt. Proverbium autem in eum dicitur, cui res imponitur, cui perficiendae impar est.

٤٧٣ لَا أُعَلِّقُ ٱلْجُلْجُلَ مِنْ عُنُقِي

473. Tintinnabulum collo meo non appendam.

Non me publice ostendam et periculo exponam. Narrant leonem in habitacula gentis Ihdjl irrumpens camelos saepius lacerasse. Qua de re quum gens inter se consultaret, vir quidam, quem stupidum habebant, dixit: Leonis collo tintinnabulum appendite, ut quando vobis superveniat, tintinnabulo sonante moneamini. Abu-l'Nadjmus autem istis verbis tanquam proverbio usus est admissarium (فحل) describens:

يَرْعَدُ إِنْ يُوعِدْ قَلْبُ ٱلْأَعْزَلِ إِلَّا ٱمْرَءًا يَعْقِدُ خَيْطَ ٱلْجُلْجُلِ

„Tremore corripitur, si minatur, cor inermis nisi viri, qui filum tintinnabuli ligat (i. e. fortis vel stulti). Metrum Redjes est. c. p. 231.

۴۷۴ لَا تُهْدِى إِلَى حُمَاتِكَ ٱلْكَتِفَ

474. Ne dono mittas protectoribus tuis humerum!

Proverbium in eum dicitur, qui amicos re vili et minimi pretii gaudio adficere vult. Verba لا تهدى الى حماتك الكتف فان الماء يجرى بين اللبيها „Ne dono des humerum defensoribus tuis, nam aqua inter utramque eius carnem fluit." mater adhortans filiam suam dixisse fertur. In meo codice proverbium sic legitur; in aliis posterior pars omissa est. Vocabulum اللان duas carnis partes in humero significat, in cuius intervallo carne remota aqua in osse fluit. Conf. Cap. I, 164.

۴۷۵ لَا تَرْكَبَنَّ مِنْ بُنَانٍ نَيْسَبَا

475. Ne incedas via Bonani!

Metrum Redjes est. p. 231. Bonan loci nomen est. Proverbium nos monet, ne mendacio et iniquo operam demus, etsi nobis commodo sit.

۴۷۶ لَا تُطِلِ ٱلذَّيْلَ فَقَدْ جَدَّ ٱلْحُضُرْ

476. Ne humum veste verras, dum in cursu vehementi studium est adhibendum!

Metrum Redjes est. p. 231. Cunctanti dicitur, quum festinatione opus est.

۴۷۷ لَا تَشِمِ ٱلْغَيْثَ فَقَدْ أَوْدَى ٱلنَّقَدْ

477. Ne observes pluviam, dum oves parvae periere!

Metrum Redjes est. p. 231. In eum dicitur, qui tristis est ob rem, quae praeteriit.

٤٧٨ لَا جَجْرَةٌ أَمْشِى وَلَا حَوْطَ ٱلْقَصَا

478. Non in latere incedo et non e longinquo caveo.

Metrum Redjes est. C. p. 231. Vox حجرة pro فى حجرة est, et ante حوط supplendum est verbum احوطك „te caveo". Haec verba minitanti dicta significant, virum non timere, ita ut a minitante recedat."

٤٧٩ لَا غَزْوَ إِلَّا ٱلتَّعْقِيبِ

479. Non est incursio hostilis nisi iterum facta post aliam.

Verba haec Hodjro ben-Alharits ben-Ahmru, qui tempore Bihram-Djuri vivens اكل المرار „Edens plantam Morar" cognomen gerebat, adscribuntur. Alharitsus ben-Mondalah unus e regibus Syriae, qui reges Salih[1]) et reges Dhadjaihm[2]) appellabantur, in regionem Nedjd, ubi Hodjrus ben-Alharits imperium tenebat, incursionem fecit tempore, quo gens Hodjri contra gentem Nedjrani profecta erat, et direptis opibus Hodjri uxorem Hind Alhonud appellatam in captivitatem duxit. Hodjrus autem quum senex esset, uxor eum odio habens Ebn-Mondalahum ad festinationem in itinere impulit metuens, ne Hodjrus eos assequeretur. Hodjrus redux et a suis audiens, incursionem ante octo dies ab Ebn-Mondalaho factam esse, dixit: ثمان فى ثمان لا غزو الا التعقيب „Octo dies in octo diebus, non est incursio hostilis, nisi iterum facta post aliam." Significare vult, post octo dierum spatium se hostes assecuturum et incursionem iterum intra illud spatium in eos factu-

1) سليح nomen gentis Jemanensis est 2) ضَجْعَم nomen gentis est, e qua reges ضجاعم et ضجاعمة in Syria originem duxerunt. Kam.

rum esse. Accelerato itinere quum prope ad hostes pervenisset, in valle, qua ab iis separabatur, se occultavit et Sadusum ben-Schaiban ben-Dsohl ben-Tsahlebah, virum acuto ingenio praeditum, exploratorem misit. Ebn-Mondalahus castris in pede montis positis quartam sibi praedae partem definiens ignem accendit et dactylos in terram proiiciens dixit« Qui ligni fascem apportat, dactylorum manipulum sibi sumat! Sadusus cum ligni fasce accedens manipulum dactylorum sumsit et in pharetra sua posuit. Tum se turbae immiscuit, ut, quid loquerentur, audiret. Hinda autem pone Ebn-Mondalahum sedens cum eo verba faciebat et interrogata, quid ipsi de Hodjro videretur, respondit: Video eum lorica sua seliae medium percutientem et dicentem: سيروا سيروا لا غزو الا التعقيب „Iter facite, iter facite, non est incursio nisi iterum facta post aliam.“ Hodjrus autem quum dormit, semper unum eius membrum vivit et Ebn-Mondalaho, quomodo hoc sciret, interroganti narravit, se quodam die in mariti dormientis, qui ipsi in odium venisset, propinquo sedisse, quum serpens ad eius exporrectos pedes repsisset. Hodjrum autem pedes ad se adtraxisse, et quum ad manum adpropinquasset, eandem, et quum inde deflectens ad ronchum emittentis caput propius accessisset, eum statim surrexisse dicentem: Quid est hoc? o Hinda! Se autem inde, quod serpentem non vidisset, excusationem petiisse. Sadusus ista verba audiens ad Hodjrum rediit et ex pharetra dactylos effundens dixit:

أَتَاكَ ٱلْمُرْجِفُونَ بِأَمْرِ غَيْبٍ عَلَى دَهَشٍ وَجِئْتُكَ بِٱلْيَقِينِ

„Falsos rumores spargentes ad te venerunt cum re dubia, quum mente attoniti essent, et ego rem certam tibi nuntio.“ Metrum Wafir est. p. 204.

Hodjrus audiens, quae Hinda Ebn-Mondalaho narrasset, nuntium verum esse non dubitavit et prae iracundia plantae Morar appellatae folia edit. Quae folia quum ipsi noxam non adferrent, quippe quum camelorum labia ex eorum pastu corrugentur, cognomen اكل المرار „Edens

plantam Morar" accepit. Hodjrus tum incursionem faciens Ebn-Mondalaho, cui occurrerat, singulum inter se et ipsum certamen proposuit ea conditione, ut qui victor esset, ei victi exercitus obediret. Hodjrus Ebn-Mondalahum pugna occidit et Hindam statim necavit. Poeta Malic ben-Djowain Thajjita in hoc versu Mondalahi mentionem fecit:

هُنَالِكَ لَا أُعْطِى رَئِيسًا مَقَادَةً وَلَا مَلِكًا حَتَّى يَؤُوبَ ٱبْنُ مُنْذَلَهْ

„Neque principi neque regi ducentis munus tradam, donec Ebn-Mondalahus redit."

Metrum Thawil est. p. 162.

٤٨٠ لَا يَايْسَنَّ نَائِمٌ أَنْ يَغْنَمَا

480. Ne desperet dormiens se praeda potiturum esse!

Narravit Almofadhdhalus, virum quendam in deserto se in viri, quem invenisset dormientem, tutelam recepisse; petenti autem istum virum dixisse, auxilium tibi praestabo contra omnes excepto Ahmiro ben-Djowain. Quod quum alter concedisset, virum istum, qui ipse Ahmirus ben-Djowain esset, eum in suam gentem abduxisse et direptis camelis stupefacto dixisse: Ego Ahmirus ben-Djowain sum! Quod quum vir intellexisset, ista proverbii verba dixit, cuius metrum رجز est.

٤٨١ لَا تَجْزَعَنْ مِنْ سُنَّةٍ أَنْتَ سِرْتَهَا

481. Ne impatienter te geras ob morem, quem secutus es!

Hemistichium metri Thawil est. c. l. m. p. 162. p. 170. sqq. In codicibus Lugd. et Berol. لَا تَجْزَعَنَّ legitur, sed metrum لَا تَجْزَعَنْ postulat. Chalidus filius sororis Abu-Dsuaibi Hodsailitae primus haec verba dixisse fertur. Abu-

Dsuaibus in gente Banu-Ahmir ben-Zahzaah apud virum Ahbd-Ahmru ben-Ahmir appellatum habitabat. Huius uxorem, quam ad se adlexerat, a marito alienavit, ut cum eo fugam caperet. Sed ad suos veniens ob familiam suam timorem concepit et hanc ob causam novam uxorem in loco aliis incognito occultavit. Internuntius inter utrumque erat filius sororis Chalidus appellatus. Qui quum adolevisset, mulier amore eum adlexit, ut, quemadmodum Abu-Dsuaibus antea fecisset, in loco illi ignoto ipsam occultaret. Abu-Dsuaibus de alterius perfidia questus hosce versus dixit:

مَا حُمِّلَ ٱلْبُخْتِيُّ عَامَ عِيَارِهِ   عَلَيْهِ ٱلْوُسُوقُ بُرُّهَا وَشَعِيرُهَا

بِأَعْظَمَ مِمَّا كُنْتُ حَمَّلْتُ خَالِدًا   وَبَعْضُ أَمَانَاتِ ٱلرِّجَالِ غُرُورُهَا

فَلَمَّا تَرَامَاهُ ٱلشَّبَابُ وَغَيُّهُ   وَتُبِّعَ مِنْهُ فِتْنَةٌ وَفُجُورُهَا

لَوَى رَأْسَهُ عَنَّا وَمَالَ بِوُدِّهِ   أَغَانِيجَ خَوْدٍ كَانَ فِينَا يَزُورُهَا

„Non impositum erat portandum camelo robusto anno, quo commeatum advexit, onera portans triticum hordeumque,

„Maius onus, quam ego Chalido imposueram et inter res, quas viri aliorum fidei committunt, habenda est eorum fiducia in rebus vanis posita;“

„Et quum id (onus) deiecisset iuventus eiusque error et ille seductionem et improbitatem secutus esset,“

„Avertit a nobis caput et inclinatus est cum amore suo ad blanditias feminae pulchrae, quam in nostra re visitabat.“ Metrum Thawil est. p. 162.

Qui versus quum ad Chalidi notitiam pervenissent, sic respondit:

فَهَلْ أَنْتَ إِمَّا أُمُّ عَمْرٍو تَبَدَّلَتْ   سِوَاكَ خَلِيلًا دَائِبٌ تَسْتَخِيرُهَا

فَقَرَّتْ بِهَا مِنْ عِنْدِ عَبْدِ بْنِ عَامِرٍ   وَهِىَ هَمُّهُ فِي نَفْسِهِ وَسَجِيرُهَا

فلا تجزعن من سنة انت سرتها فاول راض سنة من يسيرها

ولا تك كالثور الذى دفنت له حديدة حتف دائبا يستثيرها

„Num tu, si mater Ahmrui alium quam te sibi elegit amicum, diligentia utens eam ad eligendum impellis;"

„Fugâ enim eam ab Ahbdo ben-Ahmir abduxisti, dum illa eius cura in eius animo et sincerus eius (animae) amicus erat."

„Sed ne impatienter feras agendi modum, quem tu ipse secutus es; nam qui agendi modum sequitur, eo contentus est,

„Et ne sis sicut taurus, qui ipsi occultatum in terra ferrum mortis cum diligentia educere studet."

Metrum Thawil est. p. 162.

٤٨٢ لا يعلم ما فى الخف الا الله والاسكاف

482. Nescit, quid in ocrea sit, nisi Deus et sutor.

Narrant, sutorem in canem iecisse ocream, in qua formula esset, ut magno dolore adfligeretur. Canem clamantem quum reliqui canes interrogarent, num tota doloris causa in ocrea esset, eum proverbii verbis respondisse. Proverbium in re adhibetur, cuius vera conditio videntem latet.

٤٨٣ لا تصحب من لا يرى لك من الحق مثل ما ترى له

483. Ne eius socius sis, qui in te non tantum iuris et dignitatis videt, quantum in eo vides!

Proverbium nos dehortatur ab eorum societate, qui nobis dissimiles sunt.

٤٨٤ لَا يَكْسِبُ ٱلْحَمْدَ فَتًى شَحِيحٌ

484. Non acquiret laudem vir avarus.

Ad metrum Sarih referri potest p. 246. Avaritia vituperatur.

Forma comparativi.

---

٤٨٥ أَلْهَفُ مِنْ قَضِيبٍ

485. Magis gemens, quam Kadhibus.

Kadhib Arabs erat dactylos in regione Bahrain vendens. Mercator, a quo Arabs ille dactylos, quos aliis vendebat, emere solebat, multos viles dactylos habebat, inter quos crumenam nummis aureis impletam projecerat et tollere neglexerat. Oblivio rei eum cepit, quum Arabs ille dactylorum emendorum causa adveniret. Quae res in causa erat, cur Arabi illi, quem dactylorum verum pretium non noscere putaret, illos viles dactylos, in quibus crumena illa lateret, traderet. Post autem, quum crumena in eius memoriam rediisset, intellexit, Arabem illa potitum esse. Statim cultro sumto eum in via secutus est et assecutum rogavit, ut sibi dactylos cum melioribus permutare permitteret. Ex effusis autem dactylis crumenam illam protraxit

Arabi dicens: Scisne, quamnam ob causam cultrum hunc mecum sumserim? Quum Arabs se scire negaret, dixit, ut ventrem meum finderem, nisi crumenam meam invenissem. Tum Arabs suspirans dixit: Ostende mihi cultrum istum et cultro sumto ventrem sibi aperuit multum gemens. In huius viri agendi ratione proverbii causa est. Dixit Ohrwahus ben-Hasam:

أَلَا لَا تَلُومَا لَيْسَ فِي ٱللَّوْمِ رَاحَةٌ فَقَدْ لُمْتُ نَفْسِي مِثْلَ لَوْمِ قَضِيبِ

„Eheu! Ne vituperate! Non est quies in vituperatione, nam ego sicut Kadhibus me ipsum vituperavi.“

Metrum Thawil est. p. 163.

٤٨٦ أَلْأَمُ مِنْ أَسْلَمَ

486. Vilior, quam Aslamus.

Aslamus ben-Sorah Chorasanae praefectus genti maiora, quam mos erat, tributa imponere solebat, et quum audivisset, Persas mortuis suis Drachmam in ore ponere, mortuorum arcas aperibat, ut inde drachmam illam educeret. Haec est proverbii causa. Dixit Zohbanus Djormita:

تَعَوَّذْ بِنَجْمٍ وَٱجْعَلِ ٱلْقَبْرَ فِي صَفًا مِنَ ٱلطَّوْدِ لَا يَنْبُشْ عِظَامَكَ أَسْلَمُ

هُوَ ٱلنَّابِشُ ٱلْمَوْتَى ٱلْمُحِيلُ عِظَامَهُمْ لِيَنْظُرَ مَا تَحْتَ ٱلسَّقَائِفِ دِرْهَمُ

»Confuge ad stellam et in montis petra sepulcrum pone, ne Aslamus ossa tua effodiat!«

»Ille mortuos effodit, ossa e loco suo movet, ut videat, num drachma sub tabulis sit«.

Metrum Thawil est. p. 162.

٤٨٧ أَلْزَقُ مِنْ بُرَامٍ وَأَلْزَقُ مِنْ عَلٍّ

487. Magis adhaerens, quam ricinus cameli.

Duplex est proverbium idem significans; duae enim

voces بـرام et عل ricini illius nomina sunt. Ricinus cameli podici adhaerere solet, quapropter in alio proverbio est: هو مكان القراد من است الجمل »Is locus ricini est adhaerentis cameli podici«.

٤٨٨ أَلْزَقُ مِنَ ٱلْكَشُوثِ

488. Magis adhaerens, quam planta Caschuts appellata.

كشوث nomen plantae est in arbore crescentis eique firmiter adhaerentis. Dixit poeta:

هُوَ ٱلْكَشُوثُ فَلَا أَصْلٌ وَلَا وَرَقٌ وَلَا نَسِيمٌ وَلَا ظِلٌّ وَلَا ثَمَرُ

»Ille planta Caschuts est et non radix et non folium, non lenis ventus, non umbra et non fructus«.

Metrum Basith est. p. 190.

٤٨٩ أَلْزَقُ مِنْ رِيشٍ عَلَى غِرَاءٍ وَمِنْ قَارٍ وَمِنْ دِبْقٍ وَمِنْ حُمَّى ٱلرِّبْعِ

489. Magis adhaerens, quam pluma ad gluten; quam pix; quam viscus; quam febris quartana.

٤٩٠ أَلْزَقُ مِنْ جُعَلٍ وَأَلْزَقُ مِنْ قَرَنْبَى

490. Magis adhaerens, quam scarabaeus pilularius dictus; quam insectum Karanba.

Dicunt, insectum جعل appellatum sequi virum in desertum, ut in eius fimum incidat. Conf. T. I. p. 623. Scarabaeus Karanba dictus maior est illo خنفسا appellato, longis pedibus, brevi dorso praeditus.

٤٩١ أَلْزَمُ مِنْ شَعَرَاتِ ٱلْقَصِّ

491. Adsiduior, quam crines pectoris.

Sic dicitur, quod crines isti abrasi semper redeunt. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere الزق »firmius adhaerens« legitur.

٤٩٢ أَلْزَمُ لِلْمَرْءِ مِنْ ظِلِّهِ

492. Adsiduior viro, quam eius umbra.

Dicit quoque vulgus: الزم من الذنب »Assiduior quam cauda«. Sed in Scharaf-Aldini opere legitur الزم للمرء من ذنبه »Assiduior viro quam crimen ipsius«.

٤٩٣ أَلْزَمُ مِنَ ٱلْيَمِينِ لِلشِّمَالِ وَمِنْ نَبْزِ ٱللَّقَبِ

493. Adsiduior, quam manus recta sinistrae; et adsiduior, quam contumelia cognominis.

Cognomen contumeliae causa datum viro semper adhaeret.

٤٩٤ أَلْزَمُ لِلْمَرْءِ مِنْ إِحْدَى طَبَائِعِهِ

494. Adsiduior viro, quam una conditionum naturalium suarum.

٤٩٥ أَلَجُّ مِنَ الْخُنْفَسَاءِ وَمِنْ كَلْبٍ وَمِنَ الذُّبَابِ وَمِنَ ٱلْحُمَّى

495. Magis insistens, quam scarabaeus niger; quam canis; quam musca; quam febris.

Canis latrando homines diu persequitur.

٤٩٦ أَلْيَنُ مِنْ خِرْنِقٍ وَمِنَ ٱلزُّبْدِ ومن حَمِيرَةٍ مُمَرَّنَةٍ

496. Lenior, quam pullus leporis; quam lorum album ephippii emollitum.

Legitur حميرة et خميرة. Vocabulum حميرة lorum designat, cuius exterior cutis detracta est, quo ephippia firmantur, خميرة autem est fermentum, quod massae panis inditur.

٤٩٧ أَلْأَمُ مِنِ ٱبْنِ قَرْضِعٍ

497. Vilior, quam Ebn Kardhihus.

Dubitant, num قرضع Kardhih an قوضع Kaudhih legatur. Albajarius, quocum Meidanii postremum exemplar consentit, posteriore modo nomen retulit; Alcharesendjijjus autem priore modo. Vili animo noti viri Iemanensis nomen est. In Scharaf-Aldini opere ابن omissum est. In Kamusi opere قرصع (sine puncto diacritico) et ابن قرصع adnotatum est.

٤٩٨ أَلْأَمُ مِنْ جَدَرَةٍ وَأَلْأَمُ مِنْ ضَبَارَةَ

498. Vilior, quam Djadrahus; et vilior, quam Dhobarahus.

Ebn-Bahrus in libro inscripto »de Arabum cibis« كتاب اطعمة العرب dixit, viros istos omnium Arabum vilissimos fuisse. Djadrahus ad gentem Alharits ben-Ohdajj ben-Djondob ben-Alahnbar, in loco Mawijah sedes habens pertinebat. Quidam rex quum interrogasset, quinam inter Arabes vilissimi essent, Djadrahus et Dhobarahus nominabantur. His ad eum adductis prioris nasum amputavit. Posterior fuga se eripuit. Inde proverbium ortum est.

»Salvus evasit Dhobarahus, quum Djadraho nasus amputatus esset«. Conf. C. XXV, 93.

٤٩٩ أَلْأَمُ مِنْ رَاضِعِ ٱللَّبَنِ

499. Vilior, quam sugens lac.

Is significatur, qui lac ex mammis ovis exsugit, timens, ne quis, si id emulgeatur, cadentis in vas lactis sonum audiens lac petat. Vir quidam patruelem describens hos versus dixit:

أَحَبُّ شَيْءٍ إِلَيْهِ أَنْ يَكُونَ لَهُ حُلْقُومُ وَادٍ لَهُ فِي جَوْفِهِ غَارُ

لَا تَعْرِفُ ٱلرِّيحُ مُمْسَاهُ وَمُصْبَحَهُ وَلَا يُشَبُّ إِذَا أَمْسَى لَهُ نَارُ

لَا يَحْلِبُ ٱلضَّرْعَ لُؤْمًا فِي ٱلْإِنَاءِ وَلَا يُرَى لَهُ فِي نَوَاحِي ٱلصَّحْنِ آثَارُ

»Omnium rerum iucundissima ei esset, quod haberet fauces vallis, in cuius interiore parte antrum esset. Ventus eius aut matutinum aut vespertinum habitaculum noscit et vesperà ignis ei non accenditur. Ob avaritiam in vas lac non emulget et eius vestigia in impluvio non conspiciuntur«.

Metrum Basith est. p. 190. De tali viro quoque لئيم راضع dicitur conf. Kam. Dj. s. v. رضع

٥٠٠ أَلْأَمُ مِنْ رَاضِعٍ

500. Vilior, quam is, qui cibi reliquias, quae dentiscalpio adhaerent, edit.

Magna autem est inter lexicographos de vocis راضع significatione dissensio. Propria vocis significatio est sugens, ut proverbii sensus a praecedente proverbio non differat. Tum in eum transfertur, qui mulctrum secum non portat, ut lac petenti recusare possit, ipse dum mammas exsugit. Abu-Ahlius Aljemami dixit, eum, qui vilis natus

sit, significare, ut vilitatem quasi ex matris mammis exsuxerit. Quam autem significationem proverbio tribuimus, ea Thajjitae auctoritate, ab Almofadhdhelo ben-Selamah citati, nititur.

٥٠١ أَلْأَمُ مِنَ ٱلْبَرَمِ

501. Vilior, quam qui ob avaritiam ludi alearum particeps non est.

Mactati cameli partes sortibus ductis inter ludi participes socios distribuere solebant. Quibus in ludis quum epula instruerent et pauperibus carnes darent, is qui particeps ludi esse recusaret, avarus dicebatur.

٥٠٢ أَلْأَمُ مِنْ ٱلْبَرَمِ ٱلْقَرُونِ

502. Vilior, quam qui ob avaritiam ludi alearum particeps non est et tamen duas simul cibi bucceas sumit.

Vir quidam, qui ob avaritiam ludi alearum particeps non fuerat, uxori suae ollam dederat, ut e ludentium domibus carnem peteret. Quam quum accepisset et suis apposuisset, maritus semper duas sibi bucceas sumsit. Id quod videns uxor dixit: أَبَرَمًا قَرُونًا „Num is, qui ludi alearum particeps non est, duas simul bucceas sumit.“ Conf. Cap. II, 81. In Kamusi opere de eo dici, qui duos simul dactylos sibi sumat, adnotatum legimus. C. s. v. برم.

٥٠٣ أَلْأَمُ مِنْ سَقْبٍ رَيَّانَ

503. Vilior, quam pullus cameli potu satiatus.

Sic dicitur, quoniam talis pullus ad matrem adductus lac non elicet. Cum hoc conferas Cap. XIII, 101.

٥٠٤ أَلَذُّ مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ ٱلْبَارِدَةِ

504. Iucundior, quam praeda, in qua nil ingrati est.

Talis praeda est, propter quam ex. gr. belli molestiae non sunt ferendae. Sed in causa definienda, cur praeda iucunda appellata sit frigida, non consentiunt interpretes. Alii voci existentis, provenientis significationem tribuunt, quemadmodum برد حقى على فلان ,,Ius meum contra quendam existit“ dicitur; alii ab aqua frigida in praedam translatam esse significationem contendunt.

٥٠٥ أَلَذُّ من مُنَى

505. Iucundior, quam optata.

Hoc e poetae versu desumtum esse dicunt:

مُنًى إِنْ تَكُنْ حَقًّا تَكُنْ أَحْسَنَ ٱلْمُنَى وَإِلَّا فَقَدْ عِشْنَا بِهَا زَمَنًا رَغْدَا

,,Optata si veritas sunt, pulcherrima optata sunt; sin minus; tempus iucundum per ea transegimus“.

Metrum Thawil est. p. 161.

Alius quidam dixit:

إِذَا ٱزْدَحَمَتْ هُمُومِى فِى فُؤَادِى طَلَبْتُ لَهَا ٱلْمَخَارِجَ بِٱلتَّمَنِّى

,,Quando curae in animo meo (tanquam cameli ad aquam accedentes) se invicem premunt, iis per optata exitum quaero.“ Metrum Wafir est. p. 204.

Filia Alchossi interrogata: Quanam re diutissime frueremur? respondit: Optatis. Baschscharus poeta dixit: الانسان لا ينفك من امل فان فاته الامل عول على المنى الا ان الامل يقع بسبب وباب المنى مفتوح لمن تكلف الدخول فيه ,,Homo a spe non separatur; tum si spes eum fallit, in optatis fiduciam ponit: nisi quod spes propter causam se ei offert, dum porta optandi ei aperta est, qui, ut intret, ope-

ram dat.“ Ebn-Almokaffahus dixit: كثرة المنى تحلق العقل وتطرد القناعة وتفسد الحس „Optatorum multitudo intelligentiam in aerem extollit et repellit a nobis contentum animum et sensum nostrum corrumpit.“ Ibrahimus Alnathsthsam[1]) dixit: كنا نلهو بالامانى ونطيب انفسنا بالمواعيد فذهب من بعد فقطعنا انفسنا عن فضول المنى „Optando oblectabamur et promissis animos nostros contentos reddebamus. Tum abiit promittens. Nos autem ab optatis superfluis recessimus.“ Dixit poeta:

فَلَا تَكُنْ عَبْدَ ٱلْمُنَى فَٱلْمُنَى رُؤُسُ أَمْوَالِ ٱلْمَفَالِيسِ

„Ne sis optatorum servus, nam optata sunt summa principalis opum pauperum.“

Metrum Sarih est. p. 244.

Alius quidam dixit:

إِنَّ ٱلْمُنَى طَرَفٌ مِنَ ٱلْوَسْوَاسِ

„Optata sunt pars eorum, quae a Satana hominibus suggeruntur.“ Metrum Sarih aut Redjes est.

Dixit Ahlijjus ben-Hasan Albachersi optata vituperans:

تَرَكْتُ ٱتِّكَالَ عَلَى ٱلْأَمَانِي وَبِتُّ أُضَاجِعُ ٱلْيَأْسَ ٱلْمُرِيحَا

وذاكَ لِأَنَّنِي مِن قَبْلِ هٰذَا أَكَلْتُ تَمَنِّيًا فَخَرِيتُ رِيحَا

„Optatis non amplius nixus sum et pernoctavi concumbens cum desperatione quietante“.

„Et hoc, quod ego ante hoc optata edi, et tanquam merdam ventum eieci“.

Metrum Wafir est. p. 204. Sed post تركت vox به aliave omissa est.

٥٠٦ أَلَذُّ مِنْ إِغْفَاءَةِ ٱلْفَجْرِ

506. Iucundior, quam dormitio tempore Aurorae.

---

1) Ab hoc viro secta Nathsthsamitarum originem duxit.

Proverbium hoc ex versu poetae, qui Madjnun gentis Bani-Ahmir مجنون بنى عامر cognominatur, desumtum esse dicunt:

فلو كنت ماء كنت ماء غمامة ولو كنت نوما كنت اغفاة الفجر

„Quod si aqua fuisses, fuisses aqua nubis, et si somnus fuisses, dormitio tempore Aurorae fuisses".

Metrum Thawil est. p. 162.

٥٠٧ الذ من شفاء عليل الصدر

507. Iucundior, quam remedium aegrotum pectus habenti.

Proverbium ex poetae versibus, quos Alahrabius retulit, desumtum esse dicitur:

لو كنت ليلا من ليالي الدهر   كنت من البيض وفاء البدر

قمراء لا يشقى بها من يسرى   او كنت ماء كنت غير كدر

ماء سحاب في صفا ذى صخر   اظله الله بعيص سدر

فهو شفاء لعليل الصدر

„Si fuisses nox, e numero noctium temporis alba fuisses lunâ plenâ splendente, lunâ clarâ, in qua iter faciens infelix non est; aut si fuisses aqua, limpida fuisses, aqua nubis in petris saxosi loci, cui Deus umbram sylvae lothorum dederat, id quod aegrotum pectus habenti remedium est."

Metrum Sarih est. p. 246.

٥٠٨ الذ من زبد بنرب والذ من زبد بنرسيان

508. Iucundior, quam cremor lactis cum dactylis optimis Bazrae; iucundior, quam cremor lactis cum dactylis optimis Cufae.

Prius proverbium Bazrae incolis, posterius Cufae proprium est, زب enim nomen dactyli Bazrensis, qui et زب رباح appellatur, نرسيان dactyli Cufensis est.

٥٠٩ أَلْوَطُ من رُبّ

509. Magis addictus amori cum mare quam Robbus.

In Scharaf Aldini libro دب ursus legitur. Robb nomen Arabis cuiusdam isti flagitio dediti esse dicitur.

٥١٠ أَلْوَطُ من ثَفَر

510. Magis praepostero amori addictus, quam postilena iumenti.

Sic dicitur, quod postilena a iumenti podice non recedit. Sunt quoque, qui Tsafar nomen viri e posteris Lothi fuisse dicant. Scharaf-Aldin.

٥١١ أَلْوَطُ مِنْ رَاهِب

511. Magis deditus amori maris, quam monachus.

Hoc e versu poetae desumtum est:

وَأَلْوَطُ مِنْ رَاهِبٍ يَدَّعِى بِأَنَّ ٱلنِّسَاءَ عَلَيْهِ حَرَامُ

»Et magis addictus maris amori, quam monachus, qui dicit feminas sibi esse illicitas« Metrum Motakarib est. p. 281.

٥١٢ أَلْهَفُ مِنْ أَبِى غُشْبَان

512. Magis gemens, quam Abu-Ghobschan.

Conf. C. VI, 152.

٥١٣ أَلْهَفُ من مُغْرَقِ ٱلدُّرِّ

513. Magis gemens, quam submersus margaritarum onere.

Narrant virum e gente Tamim somniasse, se in mari potitum esse onere margaritarum et ab iis submersum esse. Hac de causa gemens iste mortem obiit.

٥١٤ أَلْهَفُ مِنِ ٱبْنِ ٱلسُّوءِ

514. Magis gemens, quam filius pravus.

Parentibus viventibus inobediens est, sed mortuis illis multum gemit.

٥١٥ أَلْهَفُ مِنْ قَالِبِ ٱلصَّخْرَةِ

515. Magis gemens, quam saxum vertens.

Conf. C. XVI, 70.

٥١٦ أَلْحَنُ مِنْ قَيْنَتَىْ يَزِيدَ

516. Melius canens, quam duae puellae Iasidi.

Hababah et Salamah nominabantur. Iasidus ben-Ahbd-Almalic Mohammedanorum imperator erat.

٥١٧ أَلْحَنُ مِنَ ٱلْجَرَادَتَيْنِ

517. Melius canens, quam Aldjeradatain (duae locustae).

Proverbium hoc vetus est. Duae locustae (جرادتان) cognomen duarum puellarum, quae Moahwijjaho ben-Becr Ahmalekitae principi Ahmalekitarum erant, fuisse dicitur. Inde ortum est aliud proverbium: صار فلان حديثا للجرادتين »Factus est quidam narratio duabus locustis« i. e. Cuiusdem res patefacta et vulgata est.

٥١٧ أَلْأَمُ مِنْ كَلْبٍ عَلَى عَرْقٍ

518. Vilior, quam canis super osse carne nudato.

٥١٩ أَلْأَمُ مِنْ ذِئْبٍ

519. Vilior, quam lupus.

٥٢٠ أَلْأَمُ مِنْ صَبِيٍّ

520. Vilior, quam puer.

Hoc ob pueri avaritiam dictum esse videtur.

٥٢١ أَلْأَمُ مِنَ ٱلْجَوْزِ

521. Vilior, quam nux.

٥٢٢ أَلَذُّ مِنْ مَاءِ غَادِيَةٍ وَمِنْ مَذَاقِ ٱلْخَمْرِ وَمِنْ نَوْمَةِ ٱلضُّحَى وَمِنْ قُبْلَةٍ عَلَى عَجَلٍ

522. Gratior, quam aqua nubis matutinae; quam vini gustus; quam somnus die alto; quam osculum in festinatione.

In Scharaf-Aldini opere legitur: الذ من غادية »Gratior quam nub es matutina«; sed vitiosa lectio est, nam in Samachscharii opere aliter legitur.

٥٢٣ أَلَصُّ مِنْ شِظَاظٍ

523. Furacior, quam Schithsathsus.

Nomen furis cuiusdam ad gentem Dhabbah pertinentis est.

٥٢٤ أَلَصُّ مِنْ بُرْجَانَ

524. Furacior, quam Bordjanus.

٥٢٥ أَلَصُّ مِنْ فَارَةٍ

525. Furacior, quam glis.

٥٢٦ أَلَصُّ مِنْ عَقْعَقٍ

526. Furacior, quam pica.

In codice Berol. legitur من قعقاع.

Proverbia recentiora.

---

٥٢٧ لَمْ يَحْمِلْ خَاتَمِي مِثْلَ خِنْصِرِي

527. Non portavit annulum meum, quo sigillum imprimitur, sicut digitus meus medius

٥٢٨ لَيْسَ فِي ٱلْحُبِّ مَشْوَرَةٌ

528. Non est in amore consilium.

٥٢٩ لَيْسَ فِي ٱلشَّهَوَاتِ خُصُومَةٌ

529. In cupiditatibus non est litigatio

٥٣٠ لَيْسَ بِصَبَاحِ ٱلْغُرَابِ يَجِيءُ ٱلْمَطَرُ

530, Ob crocitationem corvi pluvia non venit.

٥٣١ لَيْسَ ٱلفَرَسُ بِجُلِّهِ وبُرْقُعِهِ

531. Equus non est per stragulam suam et maculam albam suam in fronte.

Id est: Equi virtus non ex talium rerum conditione cognoscitur.

٥٣٢ لَيْسَ ٱلْجَمَالُ بِٱلثِّيَابِ

532. Pulchritudo non est in vestibus.

٥٣٣ لَيْسَ وَرَاءَ عَبَّادَانَ قَرْيَةٌ

533. Non est post Ahbbadanum vicus.

In id dicitur, pone quod nulla res est. Ahbbadan nomen insulae est a duobus Tigridis brachiis formatae, quae in mare Persicum effunduntur. Kam.

٥٣٤ لَيْسَ لِلْبَاطِلِ أَسَاسٌ

534. Non est vano fundamentum.

٥٣٥ لَيْسَ عَلَى ٱلْإِنْسَانِ إِلَّا مَا مَلَكَ

535. Non est homini impositum nisi quod valet.

٥٣٦ لَيْسَ ٱلْحَرِيصُ بِزَايِدٍ فِي رِزْقِهِ

536. Avido res ad vitam necessariae non augentur

٥٣٧ لَيْسَ حَيٌّ عَلَى ٱلزَّمَانِ بِبَاقٍ

537. Vivens vivendo tempus non vincit.

٥٣٧ لَيْسَ لِلْعَبْدِ مِنَ ٱلْأَمْرِ ٱلْخِيَرَ

538. Servo rei electiones non sunt.

٥٣٩ لَيْسَ ٱلشَّامِىُّ لِلْعِرَاقِىِّ بِرَفِيقٍ

539 Syriacus Iracae incolae socius non est.

Vetus, ni fallor, inter Syriae et Iracae incolas odium erat, praesertim bellis inter Ahlium et Moahwijjahum gestis auctum.

٥٤٠ لَيْسَ ٱلْمُشِيرُ كَالْخَبِيرِ

540. Indicium faciens similis non est rei gnaro.

٥٤١ لِلْمُسْتَشَارِ حِيرَةٌ فَلْيُمْهَلْ حَتَّى يَغِبَّ فِى رَأْيِهِ

541. Ei, qui consilium init, mentis perturbatio est. Mora igitur concedatur, donec ad finem in consilio perveniat!

٥٤٢ لَيْسَ ٱلْحِمَارُ ٱلْوَاقِعُ كَصَاحِبِهِ

542. Non est asinus cadens ut dominus ipsius.

٥٤٣ لَيْسَ فِى ٱلتَّصَنُّعِ تَمَتُّعٌ وَلَا مَعَ ٱلتَّكَلُّفِ تَظَرُّفٌ

543. Non est in studio se ornandi commodum et in re molesta suscipienda indicium ingenii.

٥٤٤ لَحْمُهُ كَفَافُ لِأَدِيمِهِ

544. Caro sua par est pelli ipsius.

٥٤٥ لَيْسَ لِقَوْلِهِ سُورٌ يَحْصُرُهُ

545. Verbo suo non est murus, qui id retineat.

٥٤٦ لَيْسَتْ يَدِى مَخْضُوبَةً بِٱلْحِنَّاء

546. Non est manus mea tincta cypro.

Possibilitatem pensandi significat.

٥٤٧ لَيْسَ هٰذَا بِنَاءُ ابراهيم

547. Non est hoc Abrahami aedificium.

Triplex est proverbii legendi modus. In meo codice ليس هذا بنار ابن لهيم »Non est hoc ignis Ebn-Lohaimi“ (filii magnae ollae), in codice Berol. بنار ابراهيم »Ignis Abrahami“, in codice Lugd. بناء ابراهيم »Aedificium Abrahami« legitur.

٥٤٨ لَيْتَهُ بِتَاهَرْتَ ٱلْعُلْيَا وَبِٱلسُّوسِ ٱلْأَبْعَدِ وَفِى ٱلْبَحْرِ ٱلْأَخْضَرِ وَفِى سَقَرٍ حَيْثُ لَا مَاءَ وَلَا شَجَرَ

548. Utinam is esset in Tahorto altissimo et Susa remotissima, et in mari viridi et in igne infernali, ubi neque aqua neque arbor est!

Tahortum est oppidum in Africa situm, quod olim imperii caput erat. conf. Abulf. Ann. T. II. p. 318. p. 467. In rem levem adhibetur.

٥٤٩ لَيْتَ ٱلْفُجْلَ يَهْضِمُ نَفْسَهُ

549. Utinam raphanus se ipsum frangeret!

٥٥٠ لَيْسَ فِى ٱلْبَيْتِ سِوَى ٱلْبَيْتِ

550. Non est in domo nisi domus.

In codice Berol. legitur ليس فى الدار الا الديار

٥٥١ لَيْسَ فِي ٱلْعَصَا سَيْرٌ

551. Non est in baculo lorum.

In eum dìcitur, qui id, quod vult, perficere non potest. Lorum baculum retinet, ne e manu excidat portanti.

٥٥٢ لَوْ أَلْقَمْتُهُ عَسَلًا عَضَّ إِصْبَعِي

552. Si ei mel deglutiendum dedissem, manus meas momordisset.

٥٥٣ لَوْ وَقَعَتْ مِنَ ٱلسَّمَاءِ صَفْعَةٌ مَا سَقَطَتْ إِلَّا عَلَى قَفَاهُ

553. Si colaphus e coelo decidisset, non nisi in eius occiput decidisset.

Sic in codicibus legitur, sed dubito, num صقعة fulminis ictus legendum sit.

٥٥٤ لَوْ كَانَ فِي ٱلْبُومَةِ خَيْرٌ مَا تَرَكَهَا ٱلصَّيَّادُ

554. Si in ulula bonum fuisset, eam venator non reliquisset.

٥٥٥ لَوْ لَا ٱلْقَيْدُ عَدَا

555. Si vinculum non fuisset, transgressus esset (v. cucurrisset).

٥٥٦ لَيْسَ مَنْ سَوَّدَ وَجْهَهُ قَالَ أَنَا حَدَّادٌ

556. Non is, qui faciem suam nigrificavit, dixit: Ego faber ferrarius sum.

٥٥٧ لَيْسَ مَعَ ٱلسَّيْفِ بُقْيَا

557. Non est cum gladio duratio.

٥٥٨ لَوْ عَيَّرْتُ كَلْبًا خَشِيتُ مَحَارَهُ

558. Si canem opprobrio affecissem, reditum eius timuissem.

٥٥٩ لَوْ بَلَغَ رَأْسُهُ ٱلسَّمَآءَ مَا زَادَ

559. Si caput eius coelum attigisset, auctus non esset.

٥٦٠ لَوْ سَدَّ مَحْسَاهُ لَنَبَسَ مَفْسَاهُ

560. Si locum suum bibendi obstruxisset, profecto ipsius podex locutus esset.

٥٦١ لِشَيْءٍ مَّا قِيلَ دَعِ ٱلْكَلَامَ لِلْجَوَابِ

561. Ob rem dictum fuit: Sine verba ad responsum!

٥٦٢ لَحْظٌ أَصْدَقُ مِنْ لَفْظٍ

562. Intuitus veracior est, quam vox.
Conf. prov. 263.

٥٦٣ لَزِمَهُ مِنَ ٱلْكَوْكَبِ إِلَى ٱلْكَوْكَبِ

563. Ei adhaesit a stella usque ad stellam.

٥٦٤ لَقِيَهُ بِدُهْنِ أَبِي إِيُّوب

564. Occurrit ei cum oleo Abu-Ijjubi.

In socium suum potestatem habuit.

٥٦٥ لِكُلِّ عَمَلٍ ثَوَابٌ لِكُلِّ كَلَامٍ جَوَابٌ

565 Omni operi est retributio; omni sermoni est responsum.

Duo proverbia sunt in codice Lugd. et Berol.

٥٦٦ لِسَانُ ٱلتَّجْرِبَةِ أَصْدَقُ

566. Experientiæ lingua veracior est.

٥٦٧ لَوْ لَا ٱلْخُبْزُ مَا عُبِدَ ٱللّٰهُ

567. Si panis non fuisset, Deus cultus non esset.

٥٦٨ لَوْ بَلَغَ ٱلرِّزْقُ فَاهُ لَوَلَّاهُ قَفَاهُ

568. Si victus quotidianus ad ejus os pervenisset, profecto ei occiput convertisset.

In infelicem dicitur.

٥٦٩ لِتَكُنِ ٱلثَّرِيدَةُ بِلَقَاءِ لَا ٱلْقَصْعَةُ

569. Sit intrita albo nigroque colore variegata occurrens, non scutella!

٥٧٠ لَيْسَ يَوْمِي بِوَاحِدٍ مِنْ ظَلُومٍ

570. Non est dies meus unus ex injusto

٥٧١ لِسَانُ ٱلْمَرْءِ مِنْ خَدَمِ ٱلْفُؤَادِ

571. Lingua viri est servus cordis.

٥٧٢ لِسَانُ ٱلْبَاطِلِ عَيٌّ لِلظَّاهِرِ وَٱلْبَاطِنِ

572. Lingua vani (falsi) hæsitans est in re apparente et occulta.

٥٧٣ لَنَا إِلَيْهِ حَاجَةٌ كَحَاجَةِ ٱلدِّيكِ إِلَى ٱلدَّجَاجَةِ

573. Nobis eo opus est, quemadmodum gallo gallina opus est.

٥٨٤ لَيْسَ فِي ٱلْبَرْقِ ٱللَّامِعِ مُسْتَمْتَعٌ لِمَنْ يَخُوضُ فِي ٱلظُّلْمَةِ

574. Utilitatem non capit e fulgure splendente is, qui in tenebras ingreditur.

٥٧٥ لَوْ أُسْعِطْتُ بِكَ مَا دَمِعَتْ عَيْنِي

575. Si per te in nares mihi inditum fuisset medicamentum, oculus meus non lacrymasset.

٥٧٦ لَوْ ٱتَّجَرْتُ فِي ٱلْأَكْفَانِ مَا مَاتَ أَحَدٌ

576. Si mercaturam exercuissem pannis lineis, quibus cadavera involvuntur, nemo mortuus esset.

Infelicem virum esse, significat.

٥٧٧ لِحَافٌ وَمَضْرَبَةٌ لِمَنْ يَعْلُو وَيُعْلَى

577. Lodix et acies ensis ei, qui adscendit et super quem adscenditur.

٥٧٨ لَنْ يَتَلَمَّظَ بِهِ شِدْقَاكَ وَلَنْ يُسَوِّدَ بِهِ كَفَّاكَ

578. Non tanguntur eo oris tui anguli, et non nigrae fiunt eo manus tuae.

Frustrationem spei significat.

٥٧٩ لَيْسَ هٰذَا ٱلْأَمْرُ زَدْوًا بِالْجَوْزِ وَلَا جَنْحًا بِٱلْكِعَابِ

579. Non est haec res ludere nuce et non est talos circumvertere.

٥٨٠ لِكُلِّ حَيٍّ أَجَلٌ

580. Omni vivo est terminus vitae.

٥٨١ لِكُلِّ دَاءٍ دَوَاءٌ

581. Omni morbo est remedium.

٥٨٢ لِكُلِّ جَدِيدٍ لَذَّةٌ

582. Omni novo voluptas est.

٥٨٣ لِكُلِّ قَدِيمٍ حُرْمَةٌ

583. Omni antiquo est reverentia.

٥٨٤ إِلْزَمِ ٱلصِّحَّةَ يَلْزَمْكَ ٱلْعَمَلُ

584. Si sanitas tibi necessaria est, opus faciendum tibi necessarium erit.

٥٨٥ إِلْتِمَاسُ ٱلزِّيَادَةِ عَلَى ٱلْغَايَةِ مُحَالٌ

585. Petere augmentum extremo absurdum est.

٥٨٦ اَللَّذَّاتُ بِٱلْمُؤَنَاتِ

586. Voluptates sunt in rebus ad vitam necessariis.

٥٨٧ اَلْأَلْقَابُ تَنْزِلُ مِنَ ٱلسَّمَآءِ

587. Cognomina a coelo demittuntur.

٥٨٨ اَللَّيْلُ جُنَّةُ ٱلْهَارِبِ

588. Nox est clypeus fugientis.

٥٨٩ لَا يَصْبِرُ عَلَى ٱلْخَلِّ إِلَّا دُودُهُ

589. Acetum ferre non potest nisi vermis eius.

٥٩٠ لَا تَحْسُنُ ٱللُّثْغَةُ بِٱلْفِيلِ

590. Blaesae linguae vitium per elephantem pulchrum non est.

٥٩١ لَا عِتَابَ بَعْدَ ٱلْمَوْتِ

591. Non est obiurgatio post mortem.

٥٩٢ لَا خَيْرَ فِي وُدٍّ يَكُونُ بِشَافِعٍ

592. Non est bonum in amore, qui per intercedentem (deprecantem) oritur.

٥٩٣ لَا تَطْمَعْ فِي كُلِّ مَا تَسْمَعُ

593. Ne cupias omnem rem, quam audis!

٥٩٤ لَا تَجْرِ فِيمَا لَا تَدْرِ

494. Ne curras in eo, quod nescis!
In codice Berol. تدرى legitur.

٥٩٥ لَا تُرِ ٱلصَّبِىَّ بَيَاضَ سِنِّكَ فَيُرِيكَ سَوَادَ ٱسْتِهِ

595. Ne ostendas puero albedinem dentis tui, nam is tibi nigredinem podicis sui ostendet.

٥٩٦ لَا تُنْكِحْ خَاطِبَ سِرِّكَ

596. Ne proco secretum tuum in matrimonium des!

٥٩٧ لَا تَمُدَّنَّ إِلَى ٱلْمَعَالِي يَدًا قَصُرَتْ عَنِ ٱلْمَعْرُوفِ

597. Ne extendas ad dignitatis altos gradus manum, quae beneficium conferre non potuit.

٥٩٨ لَا تُدِلَّنَّ بِحَالَةٍ بَلَغْتَهَا بِغَيْرِ آلَةٍ

598. Ne nimis audax sis propter statum, ad quem sine instrumento pervenisti!

٥٩٩ لَا بُدَّ لِلْحَدِيثِ مِنْ أَبَارِيزَ

599. Narrationi aromata necessaria sunt.

٦٠٠ لَا أُحِبُّ دَمِى فِى طَسْتِ ذَهَبٍ

600. Non amo sanguinem meum in vase aureo.

٦٠١ لَا تُرْسِلِ ٱلْبَازِى فِى ٱلضِّبَاب

601. Ne mittas falconem in lacertas!

٦٠٢ لا تُعَنِّفْ طَالِبًا لِرِزْقِهِ

602. Ne duriter tracta eum, qui victum quotidianum suum petit!

٦٠٣ لَا خَيْرَ مِنْ أَبٍ وَلَوْ أَلْقَاكَ فِى لَهَبٍ

603. Nil melius est quam pater et si in flammam te conjecerit.

٦٠٤ لَا تَكُنْ رَطْبًا فَتُعْصَرَ وَلَا يَابِسًا فَتُكْسَرَ

604. Ne mollis sis, ut exprimaris et ne aridus sis, ut frangaris!

٦٠٥ لَا تَجِىءُ مِنْ خُلَّةٍ عَصِيدَةٌ

605. Non provenit ex planta Chollah appellata pulmentum!

٦٠٦ لَا يَرَى وَرَاءَهُ خُضْرَةً

606. Non videt pone se virorem.

In eum dicitur, qui amore sui impletus est.

٦٠٧ لَا يَمْلَأُ قَلْبَهُ شَىْءٌ

607. Res non implet cor ejus.

Fortis est.

٦٠٨ لَا يُفَرِّجُ عَنْ إِنْسَانٍ بِرَمَضِ عَيْنِهِ

608. A nemine moerorem removet albis sordibus oculi sui.

Virum valde avarum esse designat.

٦٠٩ لَا تُعَلِّمِ ٱلشُّرْطِيَّ ٱلتَّفَحُّصَ وَلَا ٱلسُّوطِيَّ ٱلتَّلَصُّصَ

609. Ne doceas satellitem praetorianum (disciplinae publicae custodem) diligentem inquisitionem et virum e gente Soth (ignobili) latrocinium.

٦١٠ لَا يُكَالُ ٱلرِّجَالُ بِٱلْقُفْزَانِ

610. Viri magnis mensurae modis non mensurantur.

٦١١ لَا تَسُبَّ أُمِّي ٱللَّئِيمَةَ فَأَسُبَّ أُمَّكَ ٱلْكَرِيمَةَ

611. Ne contumelia adficias matrem meam vilem, nam matrem tuam generosam contumelia adficiam.

٦١٢ لَا يَعْرِفُ مَحْسَاهُ مِنْ مَفْسَاهُ

612. Non discernit locum suum, ubi sorbet, a loco suo, ubi pedit.

٦١٣ لَا تَأْكُلْ خُبْزَكَ عَلَى مَائِدَةِ غَيْرِكَ

613. Ne edas panem tuum ad mensam alius!

٦١٤ لَا يُمَيِّزُ بَيْنَ ٱلتِّينِ وَٱلسِّرْقِينِ

614. Non distinguit ficum a fimo.

٦١٥ لَا يَقْرَأُ إِلَّا آيَةَ ٱلْعَذَابِ وَكُتُبَ ٱلصَّوَاعِقِ

615. Non legit nisi versum poenae et libros fulminum

In eum dicitur, qui aliis terrorem incutit.

٦١٦ لَا يَجِدُ فِي ٱلسَّمَآءِ مَصْعَدًا وَلَا فِي ٱلْأَرْضِ مَقْعَدًا

616. Non invenit in coelo locum, ubi adscendat, et non in terra locum, ubi sedeat.

Virum timere significat. conf. prov. 460.

٦١٧ لَا يَقُومُ عِطْرُهُ بِفُسَآئِهِ

617. Odoramentum ejus peditum eius non sustinet.

٦١٨ لَا تَسْقُطُ مِنْ كَفِّهِ خَرْدَلَةٌ

618 Non decidit e manu ejus semen sinapi unum.

Avarus est.

٦١٩ لَا يَطِنُّ عَلَيْهِ ٱلذُّبَابُ وَلَا تَهُبُّ عَلَيْهِ ٱلرِّيحُ
وَلَا تَرَاهُ ٱلشَّمْسُ وَٱلْقَمَرُ

619. Non susurrant super eo muscae et non flat super eo ventus, et non videt eum sol et luna.

Custoditus est.

٦٢٠ لَا بِطُولِ حَبُّونَةَ وَلَا بِقَصْرِ جَارِيَتِهَا

620. Non per longitudinem Hajjunae et non per brevitatem puellae ejus.

٦٢١ لَا تُؤَخِّرْ عَمَلَ ٱلْيَوْمِ لِغَدٍ

621. Ne differas opus huius diei in crastinum diem

٦٢٢ لَا تُحَرِّكَنَّ سَاكِنًا

622. Ne quietum moveas!

٦٢٣ لَا يَمْسِكُ ضُرَاطَهُ خَوْفًا

623. Ob metum crepitum ventris cohibere non potest.

٦٢٤ لَا تَأْمَنِ ٱلْأَمِيرَ إِذَا غَشَّكَ ٱلْوَزِيرُ

624. Ne a principe securus sis, si Vezirus te odit!

٦٢٥ لَا تَلِدُ ٱلْفَارَةُ إِلَّا ٱلْفَارَةَ وَلَا ٱلْحَيَّةُ إِلَّا ٱلْحَيَّةَ

625. Mus nonnisi murem gignit et serpens non nisi serpentem.

Samachscharius habet: هل تلد الحية الا الحية reliquis omissis.

٦٢٦ لَا تَخُرَّ عَلَى مَا دَهَاكَ أَعْمَى أَصَمَّ

626 Ne irruas contra id, quod tibi accidit tanquam caecus et surdus!

٦٢٧ لَا يَشْكُرُ ٱللَّهَ مَنْ لَا يَشْكُرُ ٱلنَّاسَ

627. Deo gratias non agit is, qui hominibus gratias non agit.

٦٢٨ لَا تَقَعُ عَلَيْهِ قِيمَةٌ

628. In eum pretium non cadit.

Hominem vilem esse significat.

٦٢٩ لَا تَجْنِي يَمِينُكَ عَلَى شِمَالِكَ

629. Manus dextera tua contra manum sinistram tuam iniuste non aget.

٦٣٠ لَا قَلِيلٌ مِنَ ٱلْعَدَاوَةِ وَٱلْإِحَنِ وَٱلْمَرَضِ

630. Non est paucum in inimicitia, odio et morbo.

٦٣١ لَا تَدْخُلْ بَيْنَ ٱلْبَصَلَةِ وَقِشْرَتِهَا

631. Ne intres inter cepam eiusque pellem!

٦٣٢ لَا جُرْمَ بَعْدَ ٱلنَّدَامَةِ

632. Non est crimen post poenitentiam.

٦٣٣ لَا يَذْهَبُ ٱلْعُرْفُ بَيْنَ ٱللّٰهِ وَٱلنَّاسِ

633. Non perit beneficium inter Deum et homines.

Hoc in codice Berol. et Pocock. legitur.

٦٣٤ لَا يَسْتَمْتِعُ ٱلْجَوْزَةَ إِلَّا كَاسِرُهَا

634. Non fruitur nuce nisi eam frangens.

٦٣٥ لَا عِنْدَ رَبِّى وَلَا عِنْدَ أُسْتَاذِى

635. Non apud dominum meum et non apud magistrum meum.

٦٣٦ لَا تَسْخَرْ بِكَوْسَجٍ مَا لَمْ تَلْتَحِى

636 Ne irrideas rara barba praeditum, quamdiu barbatus non es!

٦٣٧ لَا يَفْزَعُ ٱلْبَازِى مِنْ صِيَاحِ ٱلْكُرْكِيِّ

637. Non timet falco clamorem gruis.

٦٣٨ لَا تَبِعْ نَقْدًا بِدَيْنٍ

638. Ne vendas pecuniam paratam pro debito!

٦٣٩ لَا يُبْصِرُ ٱلدِّينَارَ غَيْرُ ٱلنَّاقِدِ

639. Non considerat nummum aureum, nisi qui bonos a malis discernit.

٦٤٠ لَا رَسُول كَٱلدِّرْهَمِ

640. Non est legatus instar drachmae.

٦٤١ لَا يَعْقِدُ ٱلْحَبْلَ وَلَا يَرْكُضُ ٱلْمِحْجَنَ

641. Non ligat funem et non movet baculum capite adunco.

Debilis est.

٦٤٢ لَا يَصْبِرُ عَلَى طَعَامٍ وَاحِدٍ

642. Non patienter fert cibum unum.

٦٤٣ لَا يَشْرَبُ ٱلْمَآءَ إِلَّا بِدَمٍ

643. Non bibit aquam nisi per sanguinem.

Fortis est.

٦٤٤ لَا تَلْهَجْ بِٱلْمَقَادِيرِ فَإِنَّهَا مَضْرَاةٌ عَلَى ٱلْإِسَاءَةِ
مَدْعَاةٌ إِلَى ٱلتَّقْصِيرِ

644. Ne deditus sis fatis, nam illa te impellunt ad male faciendum et te incitant ad minus faciendum quam debes.

In codice meo et Berol. legitur: بالمقادير „fatis", in Lugd. بالمعاذير „excusationibus".

٦٤٥ لَا تُؤَدِّبْ مَنْ لَا يُوَاتِيكَ وَلَا تَشْرَعْ فِيمَا لَا يَعْنِيكَ

645. Ne edoceas eum, qui tecum non consentit, et ne aggrediaris rem, quae ad te non spectat.

Caput. XXIV

Littera Mim

١ مَا تَنْقَعُ ٱلشَّعَفَةُ فِى ٱلْوَادِى ٱلرَّغِب

1. Utilis non est pluvia lenis in valle ampla.

In eum dicitur, qui alteri parvum donum dat, ex quo utilitatem capere non potest. Idem proverbii legendi modus in Samachscharii opere observatur. Legitur quoque in proverbio ما ترقع „Non reparat. At vero in Kamusi opere tam Calcutteusi quam Turcico ما تنقع „non stagnat" legitur, id quod mihi multum placet.

٢ مَا يَجْعَلُ قَدَّكَ إِلَى أَدِيمِكَ

2. Non ponit pellem haedinam tuam ad cutem magnam tuam.

Sic scholion: Id est: Non te impellit, ut parvam rei tuae partem cum magna compares. Praepositio الى sensus

ratione habita posita est, quod in verbo يجعل verbi يضم »coniungit« significatio inest. Proverbium autem significat, comparationis institutam rationem non rectam fuisse. Kamusi auctor dicit, proverbium quoque adhiberi de eo, qui terminum suum transgrediatur. Et sic Samachscharius, qui ut codex Berol. ما يجعل habet.

٣ مَا حَلَلْتَ بَطْنَ تَبَالَةَ لِتَحْرِمَ ٱلْأَضْيَافَ

3. Non habitas medium regionis Tebalah appellatae, ut hospitum spem fallas.

Tebalah nomen regionis fertilis in terra Iemen est. Legitur quoque in proverbio تحلى (habitas o femina!) et تحرمى. In eum dicitur, qui beneficia, quae in alios conferre consuevit, abrumpere vult.

٤ مَا عَلَى ٱلْأَرْضِ شَيْءٌ أَحَقُّ بِطُولِ سِجْنٍ مِنْ لِسَانٍ

4. Non est res in terra dignior, quae diu in carcere includatur, quam lingua.

Duplici modo vox احق enunciatur, aut est accusativi casus dialecti regionis Hidjas ratione habita aut nominativi casus dialecto gentis Tamim proprius. Proverbium nos monet, ut in sermone cauti simus, ne damno adficiamur.

٥ مَا صَدَقَةٌ أَفْضَلُ مِنْ صَدَقَةِ مِنْ قَوْلٍ

5. Non est eleemosyna praestantior, quam eleemosyna verbi.

Id est: Quam verbum, quae veritatem probat. Proverbium nobis linguae custodiam commendare, dixit Meid. In Samachscharii opere voces من صدقة omissa sunt. Sa-

machscharius dicit, proverbium adhortari, ut nos adeuntem lenibus verbis benigneque excipiamus. Mohammedem quoque dixisse, benigna verba praeferenda esse eleemosynae (cum asperitate datae).

٦ مَا بَلَلْتُ مِنْهُ بِأَفْوَقَ نَاصِلٍ

6. Non potitus sum ex eo sagitta, cuius crena fracta erat, quae cuspidem amiserat.

De eo dicitur, qui utilitati non est in re, quae eius curae committitur. Alii dicunt, proverbium significare, virum ab avaro nullam rem accepisse Simile est proverbium decimum.

٧ مَا يُقَعْقَعُ لَهُ بِالشِّنَانِ

7. Non excitatur ei strepitus motis utribus veteribus.

De eo dicitur, qui fortunae casibus non deprimitur et quem non terret res, in qua vera terroris causa non est. In Samachscharii opere لا loco vocis ما est. Nabeghahus timidum describens dixit:

كَأَنَّكَ مِنْ جِمَالِ بَنِي أُقَيْشٍ يُقَعْقَعُ خَلْفَ رِجْلَيْهِ بِشَنِّ

„Tu esse videris unus e camelis Banu-Okaisch post cuius pedes moto utre vetusto strepitus excitatur“ Metrum Wafir est. p. 204.

٨ مَا يُصْطَلَى بِنَارِهِ

8. Nemo eius igne calefit.

Potens et fortis est, ut ad eum perveniri aut cum eo pugnari non possit. In Samachscharii opere لا يصطلى legitur. Interdum vero istis verbis sensus satyricus tribuendus est, ut in hoc Alanzarii versu:

إِنَّ ٱلَّذِى لَا يُصْطَلَى بِنَارِهِ وَلَا يَنَامُ ٱلْجَارُ مِنْ سُعَارِهِ

„Utique is est, ad cuius ignem nemo calefit, et cuius vicinus ob famis ardorem non dormit“. Metrum Redjes est. p. 231.

٩ مَا تُقْرَنُ بِفُلَانٍ ٱلصَّعْبَةُ

9. Non conjungitur cum quodam camela indomita.

Camelam indomitam et difficilem cum camelo mansueto, ut dometur, coniungere solebant. Proverbii igitur sensus est: Quidam nobilior et maior est, quam ut in hunc usum adhibeatur. De eo dicitur, qui tam potens est, ut, qui ei adversetur, opprimatur. Hunc proverbii explicandi modum Abu-Ohbaidus adnotavit. Albahelius autem dixit, proverbium sic dici: تقرن بفلان الصعبة „Cum quodam camela indomita coniungitur“ i. e. ad rem perficiendam aptus est.

١٠ مَا بَلِلْتُ مِنْهُ بِأَعْزَلَ

10. Non eum tanquam inermem assecutus sum.

Is rei perficiendae convenit, ut ei similis non sit, qui in bello arma non habet. Conf. prov. sextum.

١١ مَا يُحْسِنُ ٱلْقُلْبَانِ فِى يَدَىْ حَالِبَةِ ٱلضَّانِ

11. Armillae duae non placent in manibus feminae oves mulgentis.

Femina oves mulgens serva est. Proverbium in eum dicitur, qui pulchra conditione, qua indignus est, utitur.

١٢ مَا وَرَآءَكِ يَا عِصَامُ

12. Quid est pone te, o Ahzami!

Verba haec Alharitso ben-Ahmru regi Cendae adscri-

buntur. Causam autem talem fuisse dicunt. Auhfi ben-Mohallem filiam pulcherrimam corpore et ingenii dotibus ornatam esse audiverat rex. Quam rem ut exploraret, mulierem Cenditam prudentem et disertam, Ahzami appellatam misit. Haec filiae matri, Omamah dictae, quum adventus causam exposuisset, ad puellam introducta est. Tanta puellae pulchritudo erat, ut caeteras omnes superare videretur. Mulier autem, quae puellam velo non tectam vidisset, dixit: ترك الخداع من كشف القناع „Reliquit deceptionem, qui velum detexit“ indicatura, nullam in ista re deceptionem esse, quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt. Rex eam redeuntem conspiciens et, quem nuntium adferret, interrogans istis proverbii verbis usus est. Tum pulchritudinem puellae omnibus laudibus extulit sic locuta: صرح المحض عن الزبد رايت جبهة كالمراة المصقولة يزينها شعر حالك كاذناب الخيل ان ارسلته خلته السلاسل وان مشطته قلت عناقيد جلاها الوابل وحاجبين كانما خطا بقلم او سودا بحمم تقوسا على مثل عين الظبية العبهرية بينهما انف كحد السيف الصبيعى حفت به وجنتان كالارجوان فى بياض كالجمان شق فيه فم كالخاتم لذيذ المبتسم فيه ثنايا غر ذات اشر تقلب فيه لسانا بفصاحة وبيان بعقل وافر وجواب حاضر تلتقى فيه شفتان حمروان تحلبان ريقا كالشهد اذا دلك فى رقبة بيضاء كالفضة ركبت فى صدر كصدر تمثال دمية وعضدان مدمجان يتصل بهما ذراعان ليس فيهما عظم يمس ولا عرق يجس ركبت فيهما كفان دقيق قصبهما لين عصبهما تعقد ان شئت منهما الانامل نتا فى ذلك الصدر ثديان كالرمانتين يخرقان عليها ثيابها تحت ذلك بطن طوى طى القباطى المدمجة كسر عكنا كالقراطيس المدرجة تحيط بتلك العكن سرة كالمدهن المجلو خلف ذلك ظهر فيه كالجدول ينتهى الى خصر لو لا رحمة الله لانبتر لها كفل يقعدها اذا نهضت وينهضها اذا قعدت كانه دعص الرمل لبده سقوط الطل يحمله فخذان لفاوان تحتهما ساقان خدلتان كالبرديتين شيبتا بشعر اسود كانه

حلق النزرد تحمل ذلك قدمان كحذو اللسان فتبارك الله مع صغرهما كيف تطيقان حمل ما فوقهما فارسل الملك الى ابيها فخطبها وزوجها اياه وبعث بصداقها فجهزت فلما ارادوا ان يحملوها الى زوجها قالت لها امها ابنية ان الوصية لو تركت لفضل فى ادب تركت لذلك منك ولكنها تذكرة للغافل ومعونة للعاقل ولو ان امراة استغنت عن الزوج لغنى ابويها وشدة حاجتهما اليها كنت اغنى الناس عليه (cod. m. et B عنه) ولكن النساء للرجال خلقن ولهن خلق الرجال اى بنية انك فارقت الجو الذى منه خرجت وخلفت العش الذى فيه درجت الى وكر لم تعرفيه وقرين لم تالفيه فاصبح بملكه عليك رقيبا ومليكا فكونى له امة يكن لك عبدا وشيكا يا بنية احملى عنى عشر خصال يكن لك ذخرا وذكرا الصحبة بالقناعة والمعاشرة بحسن السمع والطاعة والتعهد لموقع عينه والتفقد لموضع انفه فلا تقع عيناه منك على قبيح ولا يشم منك الا طيب ريح والكحل احسن الحسن (الموجود) والماء اطيب الطيب المفقود والتعهد لوقت طعامه والهدوء عنه حين منامه فان حرارة الجوع ملهبة وتنغيص النوم مبغضة والاحتفاظ ببيته وماله والارعاء على نفسه وحشمه وعياله فان الاحتفاظ بالمال حسن التقدير والارعاء على العيال والحشم حسن التدبير ولا تفشى له سرا ولا تعصى له امرا فانك ان افشيت سره لم تامنى غدره وان عصيت امره اوغرت صدره ثم اتقى مع ذلك الفرح ان كان ترحا والاكتئاب عنده ان كان فرحا فان الخصلة الاولى من التقصير والثانية من التكدير وكونى اشد ما تكونين له اعظاما فيكون اشد ما يكون لك اكراما وكونى اشد ما تكونين له موافقة فيكون اشد ما يكون لك مرافقة واعلمى انك لا تصلين منه الى ما تحبين حتى توثرى رضاه على رضاك وهواه على هواك فيما احببت وكرهت والله يخير لك فحملت اليه فعظم موقعها منه فولدت له الملوك السبعة الذين ملكوا بعده اليمن „Lac purum apparuit spuma remota; vidi frontem speculo polito similem, ornatam crinibus nigris, qui caudis equorum (longitudine) similes sunt, quos

si dimittis, catenas esse putas, quos si pectis, dicis: racemi sunt, quos imber retexit; duo supercilia tanquam calamo picta aut carbone superducta, nigra, quae sicut oculus dorcadis pulchrae curva sunt. Inter ea est nasus (tenuis) ut cuspis gladii Zabiihtici, quem duae cingunt genae purpureae simul albae sicut margaritarum albedo est. Ibi os diffissum est annulo, quo sigillum imprimitur, simile, dulce ridens, impletum dentibus splendentibus acuminatis, in quo se movet lingua facunda et diserta, cum summa prudentia loquens et statim respondens. Duo autem labia rubra sibi invicem occurrunt, quae sputum dulce eliciunt, ut favus mellis, quando exprimitur, in collo albo sicut argentum, elato in pectore, quod simile est pectori idoli ex marmore ficti et brachia duo laevia, in cuius anterioribus partibus cum iis coniunctis neque os tangitur neque vena palpando cognosci potest cum duabus manibus tenuia ossa habentibus nervosque lenes, quarum digitos (ita molles sunt), si vis, nodare potes. In isto autem pectore eminent duae mammae similes duobus malis Punicis, quae eius vestes (ob motum firmum) lacerant. Sub illa re venter est, qui complicatus est modo, quo panni Aegyptiaci (albi, tenues) laeves complicantur, plicis ob obesitatem instructus instar chartarum convolutarum. Adiacet autem istis plicis umbilicus ampullae olcariae detersae similis. Pone illud dorsum, in quo rivulo similis cavitas est, quae perducit ad medium, quod (ob tenuitatem), si Dei non fuisset misericordia, profecto abruptum fuisset. Ei est podex, qui quum surgit, efficit, ut sedeat, et quum sedet, ut surgeat efficit, cumulo arenae similis, quem ros decidens firmum reddidit, eumque duo femora sustinent crassa, sub quibus duo crura rotunda sunt similia rei Bordijjah appellatae[1]) mixta crinibus nigris, quasi annulli loricae sint, quod portant duo pedes linguae

---

1) Quaenam vocis بردية significatio sit, vehementer dubito, nullam enim in lexicis reperio, quae isti rei comparandae apta esse videatur.

mensurâ similes. Deus autem benedictus sit! Quomodo, quum tam parvae sint, illud, quo onusti sunt, portare valent? Rex igitur ad eius patrem misit puellam in matrimonium sibi petens. Pater autem dote missa eam in matrimonium dedit, ut ad novum maritum duceretur. Tempore autem, quo in eo erant, ut ipsam ad novum maritum ducerent, mater filiam sic allocuta est: O filiola! Quod si consilium ob praestantiam educationis intermitteretur, id tibi non darem; sed admonitio socordis et prudentis adiumentum est et si mulier marito carere posset ob divitias parentum et ob magnum desiderium, quo parentes erga ipsam impleti sunt, tu eo maxime carere posses; sed ut mulieres ob viros creatae sunt sic viri ob mulieres existunt. O filiola! Tu ab aëre, ex quo tu prodiisti, te separasti et nidum tuum, ad quem adscenderas, relinquens ad alium, quem non noscis, ivisti et ad socium, quocum non consuevisti. Is autem potestate sua tuus factus est custos et possessor. Sis igitur serva ei, ut tuus sit servus celer. O filiola! Tecum sume a me decem proprietates, ut tibi sint tanquam thesaurus et recordatio. Societas cum contento animo, et consortium cum obedientia et cura assidua loci, quem videt et ratio diligens loci, quem olfacit, ne oculi eius in rem turpem, quam peragis, incidant, neque tui pravum odorem percipiat. Collyrium autem est pulcherrimum pulchritudinis (iuventae) et aqua optimum odoramenti[1]) desiderati. Tum cura tempore, quo cibum sumit et quies tempore, quo dormit, nam famis ardor occupat et perturbatio somni odium movet. Tum custodia domus opumque et ratio habita ut personae ipsius sic ministrorum domesticorumque. Custodia opum autem consistit in eo, ut quantum detur, bene definiatur et ratio habita domesticorum et ministrorum in eo, ut res bene instituantur. Ne autem eius secretum divulges aut eius mandato inobediens sis, nam si

1) Sed in codice Lugd. signum Teschdidi nomen habet, ut boni verti possit.

eius secretum divulgas, ab eius perfidia securus esse non potes et si eius mandato inobsoquens es, eius pectus ira accendis. Tum quoque cave, ne laeta sis, quum ipse moestus est, et (fuge) tristitiam, quum ipse laetus est. Prior autem proprietas cohaeret cum eo, quod minus, quam debemus, facimus, posterior cum eo, quod vitam turbamus. Magni eum semper habe, ut honore te adficiat! Quam maxime cum eo consentias, ut te benignissime tractet. Scias autem, desiderio tuo ab eo te non potituram esse, nisi eius voluntatem tuae, eiusque cupiditatem in eo, quod cupis aut nolis, tuae praeferas. Deus autem efficiat, ut rectum eligas![1]) His verbis finitis deducta honorificum apud eum occupavit locum. Septem post eam regnantes in regione Jemen reges ex ea nati sunt. Abu-Ohbaidas ما دراكِ ita enunciavit, ut كِ masculini generis sit; verba autem Alnabeghaho Aldsobjani tribuens Ihzamum ben-Schahbar regis Alnohmani cubicularium hoc versu interroganti, quaenam regis aegroti conditio esset. Sic quoque in Kamusi opere legitur.

١٣ مَا لِي ذَنْبٌ إِلَّا ذَنْبُ ضُحْرٍ

13. Non est mihi crimen praeter crimen Zohrae.

ضَحْر et ضُحْر (Zahr et Zohr) vox declinabilis et indeclinabilis nomen filiae Lokmani est.[2]) Lokmanus cum filio suo Lokaimo praedatum profectus multis camelis potitus erat. Lokaimus quum ante Lokmanum domum reversus esset, Zohra unum ex eius camelis mactavit, ut patri cibum pararet. Lokmanus, qui odium in Lokaimum conceperat, quod ante ipsum domum venerat, filiae alapas duxit. Haec autem iniusta poena in proverbii consuetudinem venit et verba in eum dicuntur, qui pro beneficio noxa adficitur. Dixit Chaffafus ben-Nodbah:

1) Adhortationes hae leguntur quoque in Chrestomathia mea nova p. ٩٣ sq.

2) In Kamusi opere eam Lokmani sororem fuisse legimus.

وَعَبَّاسٍ يُدِبُّ لِيَ ٱلْمَنَايَا وَمَا أَذْنَبْتُ إِلَّا ذَنْبَ صُحْرِ

„Et quot austeri mihi mortes excitant, dum nullum crimen commisi, nisi crimen Zohrae."

Metrum Wafir est. p. 204.

١٤ مُحْسِنَةٌ فَهِيلِي

14. Benefacientem (te video); effunde igitur, o femina!

Mulier e viri cuiusdam vase in suum vas cibum effudit et viri adventu attonita rursus e suo vase in viri vas evacuavit et illi interroganti, quid ageret, respondit: Effundo. Tum vir ista verba, quae in proverbium venerunt, dixit. De viro adhibetur, qui opus facit rectum, ita ut a nobis probetur. Vox autem محسنة et nominativi et accusativi casum admittit. Si nominativi casum ponis انت; sin autem accusativi casum admittis, اراك video te supplendum est. conf. Dj. s. v. هيل

١٥ مِنْ حَظِّكَ نَفَاقُ أَيِّمِكَ

15. Fortunae tuae tribuendum est, quod virgo tua innupta in matrimonium poscitur.

Scholion proverbium sic explicavit: اى مما وهب الله لك من الجد ان لا تبور عليك ايمك ويروى هذا فى الحديث „Id est: Fortunae tuae, quam Deo debes, tribuendum est, quod virgo tua innupta tibi damno non perit (dum in matrimonium non petitur). Et hoc in traditione refertur.

١٦ مَصِّى مَصِيصًا

16. Suge, o femina!

Narrant, adolescentem ea conditione dactylos edendos dedisse puellae, ut, quamdiu dactylos ederet, sibi, quid vellet, facere permitteretur. At quum timeret, ne dactyli

consumti essent, priusquam sibi satisfecisset, ista verba dixit. Proverbium in mandato, ut totum opus absolvatur, adhibent.

١٧ مَنْ أَضْرِبُ بَعْدَ ٱلْأَمَةِ ٱلْمُعَارَةِ

17. Quemnam verberabo post servam mutuo acceptam?

In eum dicitur, qui tibi contemtui est. Serva mutuo accepta multum verberatur et maximo contemtui est. Suae quisque servae parcet.

١٨ مَا يَعْرِفُ قَطَاتَهُ مِنْ لَطَاتِهِ

18. Discernere nescit nates suas a fronte sua.

Stupidum designat.

١٩ مَا بِٱلدَّارِ شَفْرٌ

19. Non est in domo ullus.

Vocabulum شفر cum Fatha et Dhamma enunciari potest. Vox nonnisi in negando adhibetur. Sed in versu Dsu-l'Rommahi sine negatione vox reperitur. Dicitur quoque ما بالدار شفرة; voci autem a nonnullis unius significatio tribuitur, dum alii dicunt esse pro ذو شفر crepidine palpebrae instructus, i. e. homo. Sunt, qui dicant, vocis شفر significationem capere esse, ut sensus sit: Non est in domo capiens.

٢٠ مَا بِهَا دُعْوِيٌّ

20. Non est in ea (domo) vocans.

In Samachscharii opere ما بالدار „Non in domo" legitur.

٢١ مَا بِهَا دِبِّيٌّ

21. Non est in ea repens.

Omnes hi loquendi modi nonnisi cum negatione adhibentur. In Samachscharii opere „ما بالدار „Non in domo“ legitur.“

٢٢ مَقْتَلُ ٱلرَّجُلِ بَيْنَ فَكَّيْهِ

22. Locus mortis viri inter mandibulas est.

Voci مقتل triplicem significationem tribui posse dicunt aut caedis aut loci caedis aut occisoris. Verba autem haec Almofadhdhelus Actsami ben-Zaifi esse dixit eumque, quum mortem appropinquantem sentiret, inter alia haec filiis suis dixisse. In isto autem sermone viginti novem proverbia, quae diversis in Meidanii opere locis, occurrunt, reperiuntur. In lingua autem mortis causam saepius esse docet proverbium, ut silentium commendetur. Eandem rem plures protulerunt. Sic quidam dixit: رحم الله امرءًا اطلق ما „بين كفيه وامسك ما بين فكيه „Deus benevolentia sua beet virum, qui id, quod inter manus est, dimittit et id quod inter mandibulas est, retinet.“ Quam pulchre autem Abu-l'Fatach Albosti locutus est versibus sequentibus:

تَكَلَّمْ وَسَدِّدْ مَا ٱسْتَطَعْتَ فَإِنَّمَا كَلَامُكَ حَيٌّ وَٱلسُّكُوتُ جَمَادُ

فَإِنْ لَمْ تَجِدْ قَوْلًا سَدِيدًا تَقُولُهُ فَصَمْتُكَ مِنْ غَيْرِ ٱلسَّدِيدِ سَدَادُ

„Loquere et bene dirige quod potes, nam sermo tuus est vivus et silentium est inanimata res; sed si verbum rectum non invenis, silentium tuum, dum haud rectum taces, rectum est.“

Metrum Thawil est. c. p. 163.

Hocce iudex Abu-Ahmedes Manzur ben-Mohammed Alherewi imitatus est, dixit enim:

اذا كُنْتَ ذَا عِلْمٍ وَمَارَاكَ جَاهِلٌ فَأَعْرِضْ فَفِى تَرْكِ ٱلْجَوَابِ جَوَابُ

وَإِنْ لَمْ تُصِبْ فِي ٱلْقَوْلِ فَٱسْكُتْ فَإِنَّمَا سُكُوتُكَ عَنْ غَيْرِ ٱلصَّوَابِ صَوَابُ

„Si scientia polles et tecum ignorans disputando certat, averte te, nam in omissione responsi responsum est, et si in sermone rectum non invenis, tace, nam silentium tuum, dum haud rectum non profers, rectum est.“

Metrum Thawil est. p. 163.

Abu-Sahlus sermonis conditiones hisce verbis indicavit:

أُوصِيكَ فِي نَظْمِ ٱلْكَلَامِ بِخَمْسَةٍ إِنْ كُنْتَ لِلْمُوصِى ٱلشَّفِيقِ مُطِيعَا

لَا تَغْفُلَنْ سَبَبَ ٱلْكَلَامِ وَوَقْتَهُ وَٱلْكَيْفَ وَٱلْكَمَّ وَٱلْمَكَانَ جَمِيعَا

„Quinque res in componendo sermone tibi commendo, s suadenti amico obsequium praestare vis. Ne neglig causam sermonis, tempus, quomodo loquaris, quot ver facias et locum sermonis!

Metrum Camil est. c. p. 213.

٢٣ مَاتَ حَتْفَ أَنْفِهِ

23. Mortuus est morte nasi sui.

Id est: Non occisus, sed morte naturae, dum extremus vitae spiritus e naso exiit. Legitur quoque حتف انفيه.

٢٤ مُثْقَلٌ ٱسْتَعَانَ بِذَقْنِهِ

24. Onere gravatus a mento suo auxilium petiit.

Altera lectio est بدفيه a lateribus suis. De eo dicitur, qui ab eo, qui auxilium ferre non potest, auxilium petiit. Proverbium a camelo desumtum est, qui onere gravatus, ut surgere non possit, mentum terrae imponit.

٢٥ مَا لَهُ نَسُولَةٌ وَلَا قَتُوبَةٌ وَلَا جَزُورَةٌ

25. Non est ei animal ad genituram destinatum et non animal sella instructum et non animal, ut mactetur, destinatum.

Omnibus opibus caret.

٢٦ مَثَلُ ٱلْجَلِيسِ ٱلسَّوْءِ كَٱلْقَيْنِ إِنْ لَمْ يُحْرِقْ ثَوْبَكَ بِشَرَرِهِ يُؤْذِيكَ بِدُخَانِهِ

26. Socius pravus similis est fabro ferrario, si scintillis suis vestem tuam non laedit, fumo suo noxam tibi infert.

Huic proverbio verba Muzibi ben-Abi Wakkaz similia sunt: لا تجالس مفتونا فانه لا يخطيك منه احدى خلتين اما ان يفتنك فتتابعه او يوذيك قبل ان تفارقه „Ne socius sis eius, qui in turbas coniectus (seductus) est, nam unam harum duarum rerum tibi continget aut te decipiet, ut eum sequaris aut te noxa adficiet, antequam eum relinquis“. In codicibus Lugd. et Berol. loco vocum ان لم legitur الا.

٢٧ مَا أَطْوَلَ سَلَا فُلَانٍ

27. Quam longae sunt secundinae cuiusdam!

Si secundinae longae sunt, tempus, quo ex utero exeunt, longum est et partus difficilis.

٢٨ مَا أُضِيفَ شَيْءٌ إِلَى شَيْءٍ أَحْسَنُ مِنْ حِلْمٍ إِلَى عِلْمٍ

28. Non est rei cum re conjunctio pulchrior, quam mansuetudinis cum doctrina.

٢٩ مَا غَضَبِي عَلَى مَنْ أَمْلِكُ وَمَا غَضَبِي عَلَى مَنْ لَا أَمْلِكُ

29. Non est ira mea contra eum, qui in potestate mea est, et non est ira mea contra eum, qui in potestate mea non est.

Id est: Si in mea potestate est, me ab eo vindicare possum; nulla igitur irae meae causa est; sin vero in mea potestate non est, ei ira mea noxia non est. Cur igitur ira mihi ipsi damnum infero? Nulla est igitur irae causa. Verba ista Moahwijjaho adscribuntur.

٣٠ مَا يُحْجَزُ فُلَانٌ فِي الْعِكْمِ

30. Non ligatur quidam in sarcina.

Id est: Eius locus occultus non est. Sunt, qui dicant, verbum حجز significationem habere" circum stragulum volvere funem, quo constringitur". Nonnulli contendunt, proverbium de forti adhiberi, qui in itinere, dum hostis impetus timeatur, sub clitellarum stragula se non abscondat. Samachsch.

٣١ مَا تَبُلُّ إِحْدَى يَدَيْهِ الْأُخْرَى

31. Non irrigat una eius manus alteram.

Valde avarus est.

٣٢ مَا لِي بِهٰذَا الْأَمْرِ يَدٌ

32. Non est mihi hac in re manus.

Nil valeo hac in re, nil possum. Conf. Kam. Dj.

٣٣ مَا أُبَالِي عَلَى أَيِّ قُطْرَيْهِ وَقَع

33. Non curo, in quo latere deciderit.

Et legitur قطريه cum eadem significatione. De eo dicitur, cuius in calamitates incidentis nulla neque misericordiae neque gaudii ratio habetur.

٣٤ مَا أُبَالِي مَا نَهِيءُ مِنْ ضَبِّك

34. Non curo, quid lacertae tuae non satis coctum sit.

Non me tangit, sive bonum sive malum tibi accidat. Legitur quoque ما نهو et ما نضج.

٣٥ مَا فِي بَطْنِهَا نُعْرَة

35. Non est in eius ventre foetus immaturus.

De eo dicitur, qui parum possidet.

٣٦ مَاتَ فُلَانٌ بِبِطْنَتِهِ لَمْ يَتَغَضْغَضْ مِنْهَا شَيْء

36. Mortuus est quidam cum impletione ventris sui, nulla eius deminutione adfectus.

Proverbium Ahmruo ben-Alahz adscribitur. Dixit Abu-Ohbaidus, in rebus religionis proverbium adhiberi i. e. integer e mundo exiit, ut religio detrimentum non ceperit. Fieri potest, ut Ahmruus hunc proverbio sensum tribuerit.

٣٧ مَاتَ وَهُوَ عَرِيضُ ٱلْبِطَان

37. Mortuus est, dum eius cingulum ventris largum erat.

A camelis omnino satiatis in homines translatum pro-

verbium significat, virum tempore, quo mortuus esset, opibus abundasse.

٣٨ مَا أَعْرَفَنِي كَيْفَ يُحَزُّ ٱلظَّهْرُ

38. Quam bene novi, quomodo dorsum vulneraretur!

In eum dicitur, qui in medio gentis contumelia te adficit, dum tu maiore contumelia eum laedere potes. Id est: Si voluissem, eadem vel maiore etiam contumelia te adficere potuissem.

٣٩ مَا حَكَّ ظَهْرِي مِثْلُ يَدِي

39. Non fricuit tergum meum nisi manus mea.

Nullam in hominibus fiduciam posui.

٤٠ مِنْ كُلِّ شَيْءٍ تَحْفَظُ أَخَاكَ إِلَّا مِنْ نَفْسِهِ

40. Ab omni re custodis fratrem tuum nisi ab anima (a se ipso).

Ab hominibus fratrem tuum custodire potes, sed quominus sibi ipsi damnum inferat, impedire non potes. De noxa adhibetur, quam homo sibi ipsi infert. Samachsch.

٤١ مُذَكِّيَةٌ تُقَاسُ بِٱلْجِذَاعِ

41. Equus septem annorum cum trienni confertur.

Vocabulum مذكى equum significat, cui annus unus vel duo anni post dentitionem praeterlapsi sunt, quo aetatis tempore molestiis ferendis aptissimus est. In eum dicitur, qui magnum cum parvo comparat.

٤٢ أَمْهِلْنِي فُوَاقَ نَاقَةٍ

42. Moram mihi concede per temporis spatium, quo lac in cameli uber vacuum iterum redit!

Hoc parvum temporis spatium significat, nempe usque ad tempus, quo iterum camela mulgetur. In codice Berolin. post proverbium 110 legitur مهلا فواق ناقة cum eodem sensu.

٤٣ مَا أَرْخَصَ ٱلْجَمَلَ لَوْ لَا ٱلْهِرَّةُ

43. Quam vile cameli pretium est, nisi felis esset

Vir camelum, quem amiserat, se drachmae pretio venditurum esse iuraverat. Postea quum eum iuramenti poeniteret, felem ad camelum appendens dixit, se animalia nonnisi coniuncta vendere, ut cameli pretium una drachma esset, felis autem mille drachmae essent. Quae res in causa erat, cur homines ista verba dicerent. Significant autem, unam rem pretiosam cum altera vili coniunctam esse.

٤٤ مَا بَقِيَ مِنْهُ إِلَّا قَدْرُ ظِمْءِ ٱلْحِمَارِ

44. Non restat ex eo nisi quantitas sitis asini.

Asini sitis brevissima est, aqua enim diu carere non potest. Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium ad Merwanum ben-Alhacim referri. Eum tempore belli civilis dixisse: الآن حين نفد عمري فلم يبق الا قدر ظمء الحمار صرت اضرب الجيوش بعضها ببعض „Nunc quum vita mea iam periit, ut non restet nisi quantitas sitis asini iam unam partem exercitus per alteram profligo.“

٤٥ مَا بِٱلْعَيْرِ مِنْ قِمَاصٍ

45. Non est in asino saltus.

Vox قماص cum vocali Kesre aut Dhamma enunciatur, sed prius praestat. De eo dicitur, cui nil roboris restat, ut se movere non valeat. Samachsch. In Kamusi opere

legimus, proverbium quoque adhiberi de eo, qui vilis evaserit, postquam honoratus fuerit.

٤٦ مَا لَهُ عَافِطَةٌ وَلَا نَافِطَةٌ

46. Non est ei ovis aut capra.

Alii voci عافطة servae, voci نافطة ovis significationem tribuunt, alii autem dicunt عافطة significare crepitum ventris emittentem, نافطة sternutantem, utraque autem voce capras designari. Proverbio sensus est: Nulla ei res restat. conf. Kam. Dj.

٤٧ اَلْمِعْزَى تُبْهِى وَلَا تُبْنِى

47. Caprae lacerant et non aedificant.

Abu-Ohbaidus dixit, proverbii originem in eo quaerendam esse, quod caprarum pili tentoriis faciendis non inserviant. Caprarum autem possessoribus tentoria habitantibus accidere, ut caprae in tentoria adscendant eaque dilacerent. conf. Djeuh. s. v. بهى. In eum dicitur proverbium, qui res corrumpit et non reparat. Sunt autem, qui dicant, vocem تبهى in proverbio significationem pulchritudine privat aut vacuam reddit aut amplam reddit lacerando habere posse.

٤٨ مِلْحُهُ عَلَى رُكْبَتِهِ

48. Sal eius super genu suo.

Proverbium hoc in eum dicitur, qui pronus in iram est et prava indole praeditus, quemadmodum sal in hominis genu mox dispergitur. Alii voci ملح lactis significationem tribuunt, id quod Meidanio optimum videtur, ut proverbii sensus sit: „Non custodit uxores suas et non observat officium“, quemadmodum nemo in genu suo lac conservare potest. Ebn-Alahrabius autem

dixit, proverbium significare: Parum fidei in eo est«. Abu-Säihdus denique putavit, in proverbio hunc esse sensum: Sal eius existit, quamdiu apud te sedet, sed quum surgit, dispergitur. Miscinus Daremita in uxorem suam dixit:

لَا تَلُمْهَا إِنَّهَا مِنْ أُمَّةٍ مِلْحُهَا مَوْضُوعَةٌ فَوْقَ ٱلرُّكَبْ

كَشُمُوسِ ٱلْخَيْلِ يَبْدُو شَغْبُهَا كُلَّمَا قِيلَ لَهَا هَاكِ وَهَبْ

„Ne eam vituperes, nam ex familia oriunda est, cuius sal super genubus positum est, ut sternax equa, cuius inobedientia apparet, quotiescunque ei dicis: Haci et Hab[1]).
Metrum Raml est. c. p. 237.

٤٩ مَا يَعْرِفُ قَبِيلًا مِنْ دَبِيرٍ

49. Discernere non potest filum, quod inter nendum antrorsum ducitur, a filo, quod retro trahitur.

Alazmäihus autem hoc cum modo, quo aures ovium findantur, مقابلة et مدابرة dicto cohaerere putat. conf. Dj. s. دبر.

٥٠ مَا يَعْرِفُ هِرًّا مِنْ بِرٍّ

50. Discernere non potest vocationem ovium a propulsione.

Ebn-Alahrabius dixit, vocem هر advocationem ovium, بر propulsionem significare. Alii dicunt, هر nomen esse derivatum a هررته abhorrui ab eo et بر a بررت به amavi eum, ut sensus sit. Non dignoscit eum, qui ipsum recusat, ab eo, qui eum benigne tractat. Dixit autem Chaledus ben Celtsum, هر esse felem et بر

---

1) Legitur quoque هال. Utraque voce equi increpantur.

murem, ut proverbii sensus sit: Felem a mure non dignoscit. Ex Abu-Ohbaidahi denique sententia vox الهر cum هرهرة, بر autem cum بربرة cohaeret, ut sic proverbium intelligendum sit: Non discernit vocem ovium a voce caprarum. Summa autem hominis ignorantia designatur. conf. Kam. et Dj. Legi quoque dixit Samachscharius: ما هو من بر

٥١ مَا لَهُ هِلَّعٌ وَلَا هِلَّعَةٌ

51. Non hoedus aut capella ei est.

Nil possidet. conf. Dj.

٥٢ مَا لَهُ هَارِبٌ وَلَا قَارِبٌ

52. Non est ei aut fugiens aut appropinquans,

Alazmäihus hunc verborum sensum esse dicit: Neque fugiens ab eo, neque appropinquans ad eum ei est. Alchalilus autem voci قارب noctu petentis aquam significationem tribuendam esse censuit, ut proverbii sensus sit: Neque recedens ad eam ei est i. e. Nullam rem possidet.

٥٣ مَا لَهُ سَمٌّ وَلَا حَمٌّ

53. Nulla in eo omnino spes est.

Utraque proverbii vox سم et حم cum Fatha, ut nomina actionis sint, aut cum Dhamma, ut nomina sint, enunciatur. Sed de vera utriusque vocis significatione interpretes inter se non consentiunt. Alferräus dixit, utramque vocem spem significare, ut proverbii sensus sit: Nemo in eo spem ponit. Meidanius autem dixit, utriusque vocis significationem a loquendi modo: سممت سمك et حممت حمك, quod idem sit quam قصدت قصدك „Idem propositum habui“ sumendam esse i. e. Quum in te nil boni sit, nemo te adit. In Kamusi opere proverbium sic legitur: ما له حم ولا سم. Auctor

dixit, fortasse verborum sensum esse: Neque parum neque multum ei est. In Djeuharii opere sic legimus: ما له سم ولا حمر غيرك

٥٤ مَا لَهُ حَبَضٌ وَلَا نَبَضٌ

54. Non est ei vox et non motus arteriae.

Multa de vocibus حبض et نبض dissensio est. Abu-Ahmruus priori soni, vocis, posteriori motus arteriae significationem tribuit. Alazmäihus dicit, se nescire, quaenam vocabuli حبض significatio sit. Legitur quoque sic proverbium: ما له نبض ولا حبض ut utraque vox motum significet. Alii alio modo voces explicant.

٥٥ مَا لَهُ حَانَّةٌ وَلَا آنَّةٌ

55. Non est ei camela et non ovis.

٥٦ مَا لَهُ سَبَدٌ وَلَا لَبَدٌ

56. Non est ei crinis et non lana.

Id est: Ob magnam paupertatem. Alii dicunt, esse pro ذو سبد وذو لبد ut equi, cameli, boves ovesque significentur. Samachsch.

٥٧ مَا لَهُ قُذَعْمِلَةٌ وَلَا قِرْطَعْبَةٌ

57. Non est ei res pauca.

Abu-Ohbaidus dixit, omnes istos loquendi modos significationem verbis aptam initio habuisse, tum in proverbialem transiisse. Quod vero attinet ad voces سعنة, قذعملة, قرطعبة et معنة, se earum originem nescire confessus est. Abu-Ahmruus dixit, رجل قذعل essse virum vilem, contemtum et dixit Abu-Saidus, قذعملة esse mulierem parvam, despectam. Dixit autem Alsaji-

dahus, vocem istam significare rem paucam ex gr. granum et cum hoc cohaerere formulam: لا تعط فلانا قذعملة „Ne des cuidam granum“ ut proverbii sensus sit: „Non est ei res pauca“, vocem enim قرطعبة alteri similem significationem habere In Samachscharii opere tanquam duo proverbia scripta sunt verba. Voci قذعملة rei parvae ut granorum, voci قرطعبة panni laceri significatio tribuitur.

٥٨ مَا لَهُ سَعْنَةٌ وَلَا مَعْنَةٌ

58. Non est ei cibus multus et non cibus paucus.

Vario modo proverbii vocabula interpretati sunt. Allihjanius dixit, vocabulum سعنة idem esse ac ودك adeps, Ebn-Alahrabius autem ei multitudinis cibi aliusve rei significationem, et voci معنة paucitatis cibi aliusve rei tribuit. Sensus igitur proverbii est: Ei neque multum neque paucum est. conf. Kam.

٥٩ مَا يَجْمَعُ بَيْنَ ٱلْأَرْوَى وَٱلنَّعَامِ

59. Non congregantur ibices et struthiocameli.

Sic dicitur, quoniam caprae montanae in montium cacuminibus, struthiocameli in campis degunt. De rebus multum diversis proverbium adhibetur. Alter proverbii legendi modus est: ما يجمع الاروى والنعام i. e. Quomodo bonus et malus societatem ineunt?

٦٠ مَا نَهِوَ ٱلضَّبُّ وَمَا نَضِجَ

60. Neque cruda neque benecocta est lacerta.

De eo adhibetur, qui incertus neque rem bene tractat, neque eam relinquit.

٦١ مَا هُوَ إِلَّا ضَبُّ كُدْيَةٍ

61. Non est is nisi lacerta terrae durae.

Legitur quoque ضب كلدة cum eadem significatione. Quum lacerta in terra dura, quae effodi non possit, non capiatur, proverbium hominem designat, in quem nemo potestatem habet.

٦٢ مَاتَ فُلَانٌ كَمَدَ ٱلْحُبَارَى

62. Mortuus est quidam tristitiâ otidis.

Conf. C. XXII, 232.

٦٣ مَرَرْتُ بِهِمِ ٱلْجَمَّاءَ ٱلْغَفِيرَ

63. Transii ad eos tanquam clypeum caput tegentem.

Grammaticus Sibawaihi appellatus dixit, الجماء nomen esse, quod tanquam infinitivus poneretur. Accusativi locum habere ut vox العراك in hoc hemistichio metri Wafir (conf. p. 204.) فاوردها العراك ولم يذدها »Et eos (camelos) ad aquationem adire sivit et eos non repulit«. Alius quidam dixit, vocem الجماء idem significare quam vox البيضة nempe galeam capitis, quod aequabilis جماء sit i. e. in latere capitis prominentes partes non habeat. Adiectivum autem غفير eum apposuisse, quod caput tegat. Dici هم فى هذا الامر الجماء الغفير et جماء الغفير. „Ii in hac re clypeus caput tegens sunt« i. e. omnes. Ebn-Alahrabius versum sequentem citavit:

صَغِيرُهُمْ وَكَهْلُهُمْ سَوَاءٌ هُمُ ٱلْجَمَّاءُ فِي ٱللُّومِ ٱلْغَفِيرُ

»Parvus eorum et senex eorum aequalis est. Ii in vilitate galea tegens sunt i. e. omnes“ Metrum Wafir est. p. 204. Dicitur quoque جاوا جما غفيرا »Omnes (multi) venerunt«. De quibus vocibus, quae diversissimo modo enunciantur, conf. Lexic m. s. v. غفير et Kam. s. غفر

٦٤ مَا بِهِ قَلَبَةٌ

64. Non est in eo vitium.

Vocem قلبة cohaerere censent cum قلاب morbo cordis, quo eodem die camelus moritur.

٦٥ مَا جُعِلَ ٱلْعَبْدُ كَرَبِّهِ

65. Non collocatus est servus ut ipsius dominus.

Verba haec Rabiaho ben-Djerad Alaslami adscribuntur. Causam eorum hanc fuisse narrant. Alkahkahus ben-Mahbad ben-Sorarah ben-Ohdos ben-Said ben-Ahbd-Allah ben-Darem et Chaledus ben-Ribih ben-Silm ben-Djandal ben-Nahschal ad Actsamum ben-Zaifi venerant disceptantes, quis nobilior esset, pignore centum camelorum, quos nobilior acciperet, posito. Actsamus dicens: سفيهان يريدان الشر »Duo stulti malum volentes« eos ab ista re dehortatus est et quum nollent, retentis pignoris camelis eos ad Rabiahum ben-Djerad, qui litem dirimeret, misit dicens: قتل ارضا عالمها وقتلت ارض جاهلها »Occidit terram is, qui eam noscit et terra eum occidit, qui eam haud noscit«. Primum Kahkahus interrogatus, quid proferret, dixit: Ego sum filius Mahbedi ben-Sorarah et mater mea filia Dhirari est. Ex patruis decem et ex avunculis meis decem principatum gesserunt et hic est arcus patrui mei, quem pro Arabibus pignori dedit. Avus autem meus Sorarahus tres reges in clientelam recepit unum contra alterum protegens. Tum Chaledus interrogatus, quid proferret, dixit: Ego sum filius Ebn-Malici ben-Ribih ben-Silm, matre autem utor Kardaah filia Mendusi. Quae quum audivisset Rabiahus Kahkahum victorem pronuntiavit. Chaledus autem dixit: Num Ebn-Mahbadum ben-Sorarah parem Ebn-Silmo ben-Djendal facis? Respondit Rabiahus: Non par habitus est servus domino suo«.

٦٦ مَا نَلْتَقِي إِلَّا عَنْ عُفْرٍ

66. Non occurrimus nisi post mensis spatium

Vocabulum عفر ad temporis spatium maius, mensis aut duorum mensium definiendum adhibetur.

٦٧ مَا يَوْمُ حَلِيمَةَ بِسِرٍّ

67. Non est dies Halimae secretum.

In omni re manifesta et nota adhibetur conf. C. XVIII 222. Ahbd-Alrahmanus patrem suum Almofadhdhelum sic rem retulisse narravit: Quum Almondsirus ben-Mäi-ssema in expeditionem ipsi fatalem suos educeret, Alharitsus ben-Djebelah natu maior rex Ghassani eum metuebat. Erat in exercitu Almondsiri vir e gente Banu-Hanifah, Schamrus ben-Ahmru appellatus, cuius mater e gente Ghassan oriunda erat, qui cum exercitu exierat, ut ad Alharitsum transiret. Hic igitur Alharitso dixit, Almondsiri exercitum numerosiorem esse, quam ut ei resisteret. Qua de causa Alharitsus centum viros e suo exercitu fortissimos elegit et ad Almondsiri exercitum proficisci iussit, qui ei nuntiarent, se quod ei deberet solvere paratum esse, et si hostium exercitus incuriae se traderet, ut subito in regem impetum facerent, iis imperavit. Filiam autem suam Halimam puellam pulcherrimam singulos odoramento imbuere iussit. Dum autem mandatum filia perficiebat, strenuus adolescens Lebidus ben-Ahmru appellatus, ei oscula dedit. Qua de re quum puella apud patrem questus esset, is eam tacere iussit, in isto enim adolescente summam se fiduciam habere. Mandato autem isti centum iuvenes ita satisfaciebant, ut rex occideretur. Abul'Haitsamus autem narravit, Arabes Balkisam appellare Halimam. Alnabeghahus gladios describens istius diei mentionem fecit:

تُخُيِّرْنَ مِنْ أَزْمَانِ يَوْمِ حَلِيمَةٍ إِلَى ٱلْيَوْمِ قَدْ جُرِّبْنَ كُلَّ ٱلتَّجَارِبِ

تَقُدُّ ٱلسَّلُوقِيَّ ٱلْمُضَاعَفَ نَسْجُهُ وَيُوقِدْنَ بِالصُّفَّاحِ نَارَ ٱلْحُبَاحِبِ

»Electi sunt (praehabiti sunt) a temporibus diei Halimae usque ad hunc diem omni experientiâ probati, diffindunt loricam Salukiticam dupliciter textam, et in lapidum tabula scintillas volantes eliciunt«. Metrum Thawil est p. 161.

٦٨ مَا أَرْزَمَتْ أُمُّ حَائِلٍ

68. Quamdiu sonum edit mater pulli camelini recens nati.

Id est: semper. conf. Kam. Dj.

٦٩ مَا يَلْقَى ٱلشَّجِىُّ مِنَ ٱلْخَلِىِّ

69. Quod accipit anxius a curis vacuo.

Nullum solatium vel auxilium adfert, quod ille aliorum curis vacuus est. Vox الشجى sine Teschdido effertur. Qui autem cum Teschdido vocem enunciant, ei formam فعيل esse statuunt. conf. C. XXVI, 43 et Harir ٩.٥.

٧٠ مَا أَمْرُ ٱلْعَذْرَآءِ فِى نَوَى ٱلْقَوْمِ

70. Non attinet virginis res ad gentis propositum.

De rebus publicis cum feminis non est consultandum.

٧١ مَا يُنَدِّى ٱلْوَتَرَ

71. Uvidam non reddit chordam.

٧٢ مَا يُنَدِّى ٱلرَّضْفَةَ

72. Uvidum non reddit lapidem candentem.

٧٣ مَا يُنَدِّى صَفَاتَهُ

73. Uvidam non reddit petram suam.

Omnia haec hominis avaritiam designant. Lapidi candenti carnes assandae imponuntur. Parum est, quod lapidem candentem uvidum tantum reddit. In codice Lugd. ما تندى صفاته legitur.

٧٤ ما في سنامها هنانة

74. Non est in eius (camelae) gibbo adeps.

De eo dicitur, apud quem nil boni est.

٧٥ ما كل عورة تصاب

75. Non omnis locus nudus attingitur.

Id est: Non omnis locus nudus et haud custoditus talis est, ut per eum in hostium terram intres.

٧٦ ما أنت بحية ولا سية

76. Tu neque benefaciens neque malefaciens es.

Simili modo dicitur: فلان لا حاء ولا ساء. Fieri autem potest, ut voces proverbii a حاء, qua voce camelus increpatur et a ساء, qua voce asinus increpatur, derivatae sint. Id est: Quum sit decrepitus et robore destitutus, eos increpare non potest.

٧٧ ما أنت بعلق مضنة

77. Tu non es res pretiosa.

Id est: Neque res, cui animus adhaeret neque cui parcetur, quum vilis sit. conf. Kam. Dj. s. v. ضن

٧٨ ما يروى غلته بالمضيح

78. Non exstinguitur eius sitis vehemens lacte aqua mixto.

In eum dicitur, cuius noxa parva re non reparatur.

٧٩ مَا كُلُّ رَامِى غَرَضٍ يُصِيبُ

79. Non omnis iaculans scopum ferit.

Proverbio hoc Arabes de spe frustrata se consolari solent.

٨٠ مَا هٰذَا ٱلْبِرُّ ٱلطَّارِقُ

80. Quae est haec beneficentia noctu veniens?

In beneficium dicitur, quod ab homine prodiens pro novo habetur. Loco vocis طارق »noctu veniens« legitur طارف »novus«.

٨١ مِنْ قَرِيبٍ يَشْبَهُ ٱلْعَبْدُ ٱلْأَمَةَ

81. Modo non similis est servus servae.

Non multum discriminis inter eos est. In duos vehementer similes adhibetur.

٨٢ مِنْ قِدَمٍ مَا كَذَبَ ٱلنَّاسُ

82. Diu est, quod homines mentiti sunt.

Mendacium non est res nova, sed diu ab hominibus adhibitum erat.

٨٣ مَا لَهُ رَوَاءٌ وَلَا شَاهِدٌ

83. Non est ei pulchritudo corporis et lingua.

Neque corporis pulchri adspectu neque sermone se commendat.

٨٤ مَنْ حَدَّثَ نَفْسَهُ بِطُولِ ٱلْبَقَاءِ فَلْيُوطِّنْ نَفْسَهُ عَلَى ٱلْمَصَايِبِ

84. Qui animae suae existentiam longam promittit, is animam suam calamitatibus adsuescat!

Verba haec Ahbd-Alrahmano filio Abu-Becri Alziddik adscribuntur. In Samachscharii opere loco vocis المصايب legitur المرازى eadem cum significatione.

٨٥ مَنْ لَمْ يَأْسَ عَلَى مَا فَاتَهُ أَرَاحَ نَفْسَهُ

85. Qui tristis non est ob rem, quae ipsum fugit, is animam suam tranquillam reddit.

Sunt Actsami ben-Zaifi verba, quae hominem monent, ut in rebus adversis tristitiam abiiciat.

٨٦ مَا أَشْبَهَ ٱللَّيْلَةَ بِٱلْبَارِحَةِ

86. Quam similis est haec nox praeteritae nocti!

Proverbium significat rerum duarum similitudinem et maxime in malam partem adhibetur. Alhasanus proverbium hoc in quodam sermone adhibuit hunc versum dicens:

كُلُّهُمْ أَرْوَغُ مِنْ ثَعْلَبٍ مَا أَشْبَهَ ٱللَّيْلَةَ بِٱلْبَارِحَةِ

„Omnes isti astutiores quam vulpes sunt. ¡Quam similis est haec nox praeteritae!“ Metrum Raml est p. 237.

٨٧ ٱلْمَرْءُ بِخَلِيلِهِ

87. Vir per amicum suum.

Ex amico, quo utitur, viri conditio cognoscitur. Verba haec, quae Mohammedis esse dicuntur, nonnisi in codice Berolin. et Pocock. hoc loco leguntur.

٨٨ مَلِّكْ ذَا أَمْرٍ أَمْرَهُ

88. Fac, ut possessor rei rem suam possideat!

Id est: Omnis res dominum suum spectat. In cura, quam vir in opes suas impendit, adhibetur.

٨٩ مَا أُبَالِيهِ عَبَكَةً

89. Non curo eum minima cura.

Vox عبكة est parva pars butyri in utre remanens, quae vilem et despectam rem designat. Accusativus عبكة locum vocis بالة tenet, nam verbum بالى duplicem accusativum regit. Similis hic est loquendi modus alteri: ضربه سوطا, ut sensus sit ضربه ضربا بسوط „Percussit eam percutiendo flagello usus".

٩٠ مَا عِنْدَهُ مَا يُنَدِّى ٱلرَّضْفَةَ

90. Non est aqud eum, quod lapidem candentem madefacit.

Conf. prov. 67. Alazmäihus dixit: Homines, quum ollam non habeant, vas e cutibus sibi parare solent, in quo iniecto lapide candente res coquunt. In avarum, qui nullam rem dat, adhibetur, In Samachscharii opere ما يبل الرضفة „Non madefacit lapidem candentem" legitur.

٩١ أَمْرَعَ وَادِيكَ وَأَجْنَى حَلَّبُهُ

91. Pabulo abundat vallis tua et eius plantae Hollab fructus ferunt.

Vox حلب (Hollab) plantae nomen est in campo nascens, quae per terrae superficiem se expandit semper virens. Inde dicitur تيس حلب „hircus plantae Hollab

i. e. eam amans. In virum dicitur opibus abundantem, cuius conditio pulchra est. In Samachscharii et Scharaf-Aldini opere وادية eius vallis legitur.

مَرْعًى وَلَا كَالسَّعْدَانِ ٩٢

92. Pratum est; sed non ut planta Sahdan.

Planta Sahdan in campis crescens optimum camelorum pabulum est. De re bona dicitur, quae alteri bonitate inferior est. Verba autem ista Chansae filiae Ahmrui ben-Alscharid tribuuntur. Causam hanc fuisse tradunt: Quum Chansa a nundinis reverteretur, homines ad Hindam filiam Ahtbahi ben-Rabiah congregatos invenit, quibus elegias in familiam pronuntiabat. Ad eam propius accedens interrogavit, quaenam causa ploratus esset? Respondit: Principes gentis Modhar deploro. Rogavit igitur, ut et ipsi versus repeteret. Cecinit igitur hosce versus:

أُبَكِّي عَمُودَ ٱلْأَبْطَحَيْنِ كِلَيْهِمَا   وَمَانِعَهَا مِنْ كُلِّ بَاغٍ يُرِيدُهَا
أَبِي عُتْبَةَ ٱلْفَيَّاضَ وَيْحَكِ فَاعْلَمِي   وَشَيْبَةَ وَٱلْحَامِي ٱلذِّمَارِ وَلِيدُهَا
أُولَئِكَ أَهْلُ ٱلْعِزِّ مِنْ آلِ غَالِبٍ   وَلِلْمَجْدِ يَوْمٌ حِينَ عُدَّ عَدِيدُهَا

,,Deploro columnam utriusque alvei et eius defendentem ab omni expetenti, qui eum cupit, patrem meum Ahtbahum exundantem (beneficiis), vaeh tibi! et scias o femina! et Schaibaham, cuius filius tutor sui iuris erat. Hi erant dignitate praediti inter gentem vincentem et laudi est dies, quando eius numerus numeratur".

Metrum Thawil est. p. 161.

Quibus auditis ista proverbii verba dixit et versus recitavit sequentes:

أُبَكِّي أَبَا عَمْرٍو بِعَيْنٍ غَزِيرَةٍ   قَلِيلٍ إِذَا تَغْفِي ٱلْعُيُونُ رُقُودُهَا
وَصَخْرًا وَمَنْ ذَا مِثْلُ صَخْرٍ إِذَا بَدَا   بِسَامِيَةِ الأَبْطَالِ قُبًّا يَقُودُهَا

„Deploro Abu-Ahmruum oculo lacrymis abundante, parum dormiente, quando oculi dormitant et Zachrum et quis est Zachro simils? quando apparet cum strenuis altis dux eos ducens". Metrum Thawil est. p. 161.

Almofadhdhelus autem ista verba feminae Thajjitae tribuit, quae vidua ab Ahmru-l'Kaiso ben-Hodjr Alcendi in matrimonium ducta et ab eodem rogata, quomodo ipsi novus maritus placeret, ista verba dixerit significatura eum bonum esse, sed priorem meliorem fuisse. Samachscharius dixit, proverbium de benefico, qui in beneficiis modum teneat et ad summum finem non tendat, adhiberi. Vocabulo مرعى aut nominativi aut accusativi casus tribui potest. conf. Kam. Djeuh. s. v. سعد

٩٣ اَلْمَالُ بَيْنِى وَبَيْنَكَ شَقَّ الْأَيْلَمَةِ

93. Opes inter nos diffissio oleris Ailamah.

In hoc proverbio voci شق aut accusativi aut nominativi casus tribui potest. Legitur quoque الابلمة. In priore nominis actionis forma est, ut sic explicetur: المال بينى وبينك مشقوق شق الابلمة, in posteriore modo praedicati construitur, ut sic explicanda sit: شق المال بينى وبينك شق الابلمة. conf. Scharaf-Aldin., Samachsch. et Kam. D. s. v. بلم

٩٤ مَثَلُ الْمُؤْمِنِ مَثَلُ الْخَامَةِ مِنَ الزَّرْعِ يُفَيِّئُهَا الرِّيحُ مَرَّةً هٰهُنَا وَمَرَّةً هٰهُنَا وَمَثَلُ الْكَافِرِ مَثَلُ الْأَرْزَةِ الْمُجْذِيَةِ عَلَى الْأَرْضِ حَتَّى يَكُونَ انْجِعَافُهَا مَرَّةً

94. Similitudo credentis (Mohamedani) est similitudo mollis segetis, quam ventus modo huc modo illuc inclinare facit et similitudo increduli est similitudo arboris pinus firmae super terra, quae una vice evellitur.

Loco vocis يفيّئها in codice Lugdun. et in Djeuharii opere تميلها legitur. Verba sunt Mohammedis Arabum principis. Dixit Abu-Ohbaidahus, Mohammedanum cum ista planta comparatum esse, quoniam in se, familia, liberis et opibus adfligatur, incredulum vero usque ad mortem detrimentum non capere, et si detrimentum capiat, huiusce rei mercedis participem non fieri. Mortem autem eius, quippe quum peccatis suis onustus Deo occurrat, cum ista arboris evulsione comparatam esse.

٩٥ مَرْعًى وَلَا أَكُولَةٌ

95. Pratum et non est ovis ad saginam separata.

In divitem dicitur, cuius opibus nemo fruitur.

٩٦ أَمْرَعْتَ فَانْزِلْ

96. In locum pabulo abundantem venisti, descende igitur!

Legitur quoque اعشبت فانزل »Herbas invenisti, descende!“ Sensus est: Quod tibi opus est, attigisti, quiesce igitur! Simile est proverbium C. XVIII, 169. conf. Samachsch.

٩٧ مَا ضَرَّ نَابِى شَوْلُهَا ٱلْمُعَلَّقُ أَنْ تَرِدَ ٱلْمَآءَ بِمَآءٍ أَوْنَقُ

97. Non nocuit camelae meae annosae paucae

aquae quantitas ad eam appensa. Quod ad aquam venis cum aqua, fiducia dignius est.

De re adhibetur tibi innoxia, si eam tecum portas, quae tempore necessitatis utilitatem tibi adfert. conf. C. I, 129.

٩٨ مَآءٌ وَلَا كَصَدَّآءِ

98. Aqua est; sed non aqua putei Zadda appellati.

Huiusce putei, qui etiam صَدْآءِ appellatur, aqua optima fuisse dicitur. Dixit Dherarus Sahdita:

وَإِنِّي وَتَهْيَامِي بِزَيْنَبَ كَالَّذِي يُطَالِبُ مِنْ أَحْوَاضِ صَدَّآءَ مَشْرَبَا

»Ego cum amore vehemente meo, quo Sainabam amplector, similis sum ei, qui e cisternis putei Zadda potum petit.«
Metrum Thawil est. p. 161. conf. prov. 92.

٩٩ الْمَآءُ مَلَكُ أَمْرِي

99. Aqua est id, quo res mea subsistit.

In meo codice امرى vir legitur. Legitur quoque ملك الامر i. e. Id, quo res substitit. Nec non legitur مَلَكَ أَمْرَهُ »Res eius continet« Samachsch. Scharaf-Aldin. De re dicitur, qua altera subsistit. Hoc proverbium Abu-Saidus retulit.

١٠٠ مَا أَقُومُ بِسَبِيلِ تَلْعَتِكَ

100. Non sto in torrente collis tui.

Id est: Tibi resistere non possum, i. e. satyra et contumeliis te laedere non possum.

١٠١ مَا أَنْتَ بِلَحْمَةٍ وَلَا سَتَاةٍ

101. Tu neque subtegmen neque stamen telae es.

Nullam utilitatem aliis adferre potes. In Samachscharii opere ما هو „Non is“ legitur.

١٠٢ مَا أَنْتَ بِنِيرَةٍ وَلَا حَفَّةٍ

102. Tu neque lignum transversum (quod adhibent in texendo) neque liciatorium es.

Vox حفة verbis القصبات الثلاث „Arundines tres“ in scholiis explicata est. Vox القصبات autem instrumentum, quo textores utuntur, significat. conf. lex. meum. Proverbium in eum dicitur, qui neque prodest neque nocet. In Samachscharii opere ما هو „Non is“ legitur.

١٠٣ مَا عِقَالُكَ بِأُنْشُوطَةٍ

103. Non est vinculum tuum nodus facile solvendus.

Id est: Amicitiae et amoris tui vinculum non facile rumpitur. عقال proprie funis est, quo camelus ligatur. Est autem ellipsis in proverbio, quae sic describitur: ما عقد عقالك بعقد انشوطة „Non est ligatio vinculi tui ligatio nodi facile solvendi. In Bertheaui libello p. 17. عقاله „Vinculum eius“ legitur

١٠٤ مَا بِهَا نَافِخُ ضَرَمَةٍ

104. Non est in ea (domo) sufflans ligna accensa.

In Samachscharii opere ما بالدار „Non in domo“ legitur. I. e. Nemo in domo est. conf. Kam.

١٠٥ مَا عَلَيْهَا خَضَاضٌ

105. Non est super ea parva res ornamenti.

Vocabulo خضاض et خضض conchulae albae, qui-

bus servae se ornant significantur. Omnino non ista femina ornata est.

١٠٦ مَا كَفَى حَرْبًا جَانِيهَا

106. Non sufficit bello is, qui id accendit.

Dixit Abu-Alhaitsamus: Qui rem corrupit, ab eo eius reparatio non exspectatur. Dixit Hodjrus ben-Mahmud:

لَكِنْ فَرَرْتَ حِذَارَ ٱلْمَوْتِ مُنْكَفِئًا وَلَيْسَ مُغْنِي حَرْبٍ عَنْكَ جَانِيهَا

„Sed fugisti recedens propter mortis timorem et bellum accendens te absente utilitati non est"

Metrum Basith est c. p. 190.

Poeta Djerir proverbii verba versui sequenti inseruit:

فَإِنْ يَدْعُنِي بِٱسْمِ ٱلْبُعَيْثِ فَلَمْ يَجِدْ لَئِيمًا كَفَى فِي ٱلْحَرْبِ مَا كَانَ جَانِيَا

„Et si nomine Albaihts me vocat, non invenit vilem, qui in bello ei rei, quam provocavit, sufficit".

Metrum Thawil est. c. p. 161.

١٠٧ مَحَا ٱلسَّيْفُ مَا قَالَ ٱبْنُ دَارَةَ أَجْمَعَا

107. Delevit gladius omnia Ebn-Darae verba.

Hemistichium metri Thawil est c. l. m. p. 161. Filius Darae (a matre appellatus), cuius nomen Salim erat, ad gentem Banu-Ahbd-Allah ben-Ghathfan pertinebat. Qui quum Somailum unum e gente Banu-Fesarah hoc versu perstrinxisset:

أَبْلِغْ فَزَارَةَ أَنِّي لَمْ أُصَالِحْهَا حَتَّى يَنِيكَ زُمَيْلٌ أُمَّ دِينَارِ

»Perfer genti Fesarah nuntium, me cum ea pacem non facturum esse, donec Somailus matrem Dinari futuat«.

Metrum Basith est c. p. 190.

Somailus subito impetu eum occidit dicens:

أَنَا زُمَيْلٌ قَاتِلُ ٱبْنِ دَارَةْ   وَرَاحِضُ ٱلْمَخْزَاةِ عَنْ فَزَارَةْ

»Ego sum Somailus occisor filii Darae et removens ignominiam a gente Fesarah.“ Metrum Sarih est. p. 246.

Alcomaitus autem in hoc dixit sequentes versus:

أَبَتْ أُمُّ دِينَارٍ فَأَصْبَحَ فَرْجُهَا حِصَانًا وَقُلِّدْتُمْ قَلَائِدَ قَوْزَعَا

خُذُوا ٱلْعَقْلَ إِنْ أَعْطَاكُمُ ٱلْعَقْلَ قَوْمُهَا وَكُونُوا كَمَنْ سِيمَ ٱلْهَوَانَ وَأَرْتَعَا

وَلَا تُكْثِرُوا فِيهِ ٱلضَّجَاجَ فَإِنَّهُ مَحَا ٱلسَّيْفُ مَا قَالَ ٱبْنُ دَارَةَ أَجْمَعَا

»Noluit mater Dinari et pudendum eius pudicum erat et vos torquibus semper manentibus (ignominiae) ornati eratis. Sumite piaculum et estote ut is, qui in contemtus pratum dimissus liber incessit in pabuli copia. Et ne multum clamorem tollatis, nam ensis verba omnia filii Darae delevit«. Metrum Thawil est c. p. 161.

Proverbium de timido adhibetur, qui minas profert; sed eas non peragit. Samachschar.

١٠٨ مَازِ رَأْسَكَ وَٱلسَّيْفَ

108. O Masine! caput tuum et gladium!

Proverbii huius originem talem fuisse Alazmäihus narravit. Vir Masin appellatus captivum fecerat, a quo alius quidam se vindicare volebat. Dixit igitur hic Masino ista verba et quum caput deflecteret, captivum capite truncavit. In explicanda voce ماز interpretes non consentiunt. Sunt, qui dicant ماز esse abbreviatum vocis مازن, ut ellipsis verbi مد »extende« statuatur. Alasharius autem dixit, ماز ex ماين, ut littera ى in imperativo abiecta sit, ortum esse. Kamusi auctor putavit, Masinum eum fuisse, qui capite truncaretur.

١٠٩ مَخْشُوبٌ لَا يُنَقَّحُ

109. Amputatus (ramus) cuius cortex non detrahitur.

Vox مخشوب significat amputatus de arbore, antequam concinnatur. Dicitur سيف خشيب ensis nondum perfectus et contra politum ensem significant verba. De re proverbium adhibetur, quae incepta sed non recte aptata est.

١١٠ مَا تَنْهَضُ رَابِضَتُهُ

110. Non surgit eius praeda cubans.

Altera proverbii lectio est: ما تقوم »non stat«. Vocabulum رابضة praedam iactu occisam significat. Proverbii verba virum rei perficiendae peritum designant.

١١١ مَا أَصَبْتُ مِنْهُ أَقَذَّ وَلَا مُرَيَّشًا

111. Non assecutus sum ab eo sagittam pennis carentem et non pennis instructam.

Legi potest مريّش et مُرِيش. Neque multum boni neque paucum ab eo accepi. Kamusi auctor id intelligi posse putat de opibus aut de familia.

١١٢ مَا لَهُ لَا عُدَّ مِنْ نَفَرِهِ

112. Quid ei? Ne in eorum numero habeatur!

Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium invocationem Dei continere, quae laudis locum teneret, quemadmodum diceretur: قاتله الله ما افصحه »Pugnet cum eo Deus, quam disertus est!« Dixit Amru-l'Kaisus:

فَهْوَ لَا تَنْمِي رَمِيَّتُهُ مَا لَهُ لَا عُدَّ مِنْ نَفَرِهْ

»Quod ad eum attinet, praeda ab eo petita a loco suo se non tollit, quid ei est? ne in eorum numero habeatur!

Metrum est Madid. Conf. l. m. p. 181.

Proverbii sensus est: Occidat eum Deus, ut in eorum numero non habeatur.

١١٣ مَعَ ٱلْخَوَاطِى سَهْمٌ صَايِبٌ

113. Cum errantibus est sagitta feriens scopum.

De eo dicitur, qui saepius errans semel rectum invenit. Abu-l'Haitsamus dixit, primam verbi formam خطئت non recte adhiberi pro quarta اخطات. Proverbio autem huic aliud, quo vulgus utitur, simile est: رب رمية من غير رام »Interdum iactus est sine iaculatore«. conf. C. X, 62 et 71. Abu-Ohbaidus dixit, avarum interdum dona dare, proverbii nostri significationem esse.

١١٤ مِنْ أَيْنَ تَرْمِى ٱلْأَقْرَعَ تَشُجُّهُ

114. Unde calvum petis, eum vulneras.

De eo dicitur, qui honorem suum vituperanti et laedenti exponit omnino non cavens.

١١٥ مَا قُرِعَتْ عَصًا عَلَى عَصًا إِلَّا حَزِنَ لَهَا قَوْمٌ وَسُرَّ بِهَا آخَرُونَ

115. Quotiescunque pulsatus fuit baculus baculo, tristitia adfecti sunt alii, alii gaudium perceperunt.

Dicit Abu-Ohbaidus, in mundo rem nullam accidere, in qua homines consentiant. Eandem ob rem, etsi minimi momenti sit, alios tristes alios laetos esse.

١١٦ مِثْلُ صَرْخَةِ ٱلْحُبْلَى

116. Instar clamoris vehementis praegnantis.

Altera lectio est صيحة الحبلى cum eadem significatione. Adhibetur in magno clamore, qui tollitur in calamitate vel alia re.

١١٧ مَا كَانُوا عِنْدَنَا إِلَّا كَلَفَّةِ ٱلثَّوْبِ

117. Non erant apud nos nisi ut involutio vestis.

Despecti erant apud nos.

١١٨ مَا عَلَيْهِ فِرَاضٌ

118. Non est super eo vestimentum.

Legitur quoque قراض i. e. Quod abrumpit ab eo oculum eum tegens. Eodem sensu dicitur: ما عليه طحربة »Non est super eo panniculus«. conf. Djeuh. De nudo abhibetur.

١١٩ مَا ذُقْتُ عَضَاضًا وَلَا لَمَاجًا وَلَا أَكَالًا وَلَا ذَوَاقًا وَلَا قَضَامًا

119. Non gustavi rem, quae mordetur, rem, quae editur extrema oris parte, rem, quae editur, rem, quae gustatur, rem, quae frangitur.

Id est: nil gustavi et sic quoque dicitur: ما ذقت علوسا „Non gustavi rem edulem“ vel عذوفا et عدوفا ut عذافا et عدافا „Rem, quae comeditur.“

١٢٠ مَا يَدْرِى أَيُخْثِرُ أَمْ يُذِيبُ

120. Nescit, utrum crassum relinquat an liquefaciat.

Dixit Alazmäihus, proverbii originem hanc esse. Mulier butyrum coquendo purificans crassum cum tenui miscebat, ut purum non fieret. Taedium autem rei capiens

nesciebat, utrum ollam tolleret, an relinqueret super igne, donec butyrum purificatum esset. In re dubia adhibetur, dum homo haesitat. Dixit poeta:

تَفَرَّقَتِ ٱلْمَخَاضُ عَلَى ٱبْنِ بَوٍّ فَمَا يَدْرِى أَيُخْثِرُ أَمْ يُذِيبُ

„Dispersae sunt camelae ad pellem stramine impletam et nescit, utrum crassum relinquat lac an liquefaciat.“
Metrum Wafir est p: 204.

وَكُنْتُمْ كَذَاتِ ٱلْقِدْرِ لَمْ تَدْرِ إِذْ غَلَتْ أَتُنْزِلُهَا مَذْمُومَةً أَمْ تُذِيبُهَا

„Eratis similes mulieri ollam habenti, quae quum bulliret, nesciebat, utrum eam ab igne removeret vituperata an liquefaceret.“ Metrum Thawil est. p. 161.

١٢١ مَا كُلُّ بَيْضَاءَ شَحْمَةٌ وَلَا كُلُّ سَوْدَاءَ تَمْرَةٌ

121. Omne album non est adeps et omne nigrum non est dactylus.

Narrant, Hindam filiam Auhfi ben-Ahmir Dsohlo ben-Tsahlebah nuptam Ahmirum et Schaibanum peperisse, tum mortuo Dsohlo eam Malico ben-Becr ben-Sahd ben-Dhabbah nuptam Dsohlum ben Malic genuisse. Filios autem eius Ahmirum et Schaibanum cum matre inter gentem Banu-Dhabbah vixisse et demum mortuo Malico ad suos rediisse. Hisce duobus autem opes apud patruum Kaisum ben-Tsahlebah appellatum fuisse. Quum ad patruum venientes, illum opes perdidisse viderent, Ahmirum ben-Dsohl in patruum insiliisse et eum strangulare incepisse. Patruum autem dixisse: O fili fratris mei! sine me! فان الشيخ متواة „et utique senex est interitus“ quae verba in proverbii consuetudinem venerint, tum eum quoque dixisse: ما كل بيضاء شحمة ولا كل سوداء تمرة „Non omne album adeps est et non omne nigrum dactylus“ ut significaret, forma externa eum patri similem esse, non animi natura. Proverbium in suspicione adhibent. Quae verba Samachscharius sic explicavit: يعنى

ان لم اعطك مالك قتلتنى فدعنى اعطك فلا اتوى نفسى فكف عنه وقال ذلك يريد انك ظننت ان اتلاف مالى يسوغ لك كما يظن الجاهل ان كل بيضاء شحمة يضرب فى اختلاف اخلاق الناس وطباعهم Id est: Si tibi opes tuas non do, me occides; sed sine me, ut tibi (eas) dem, nam me ipsum non perdam. Tum alter eo abstinuit ista verba dicens, ut significaret, eum putasse, direptionem opum ipsi licitam esse, quemadmodum ignorans putet, omne album adipem esse. Adhibetur proverbium de diversitate naturae et indclis in hominibus.

١٢٢ مَا أَصْنَبْتُ لَكَ إِنَاءً وَلَا أَصْفَرْتُ لَكَ فِنَآءً

122. Non effeci, ut tibi vas inclinatum esset, et non effeci, ut locus ante habitaculum tuum vacuus esset.

Nullam rem tibi ingratam peregi i. e. Non abduxi camelos tuos, ut vasa tua inclinata essent, lacte non impleta et locus ante habitaculum tuum camelis vacuus esset.

١٢٣ مَا أَنْتَ بِخَلٍّ وَلَا خَمْرٍ

123. Tu neque acetum neque vinum es.

Dixit Abu-Ohbaidus: Nonnulli vinum ob eius delicias bonum, acetum vero malum esse habuerunt, alii autem rem contrariam huic esse dixerunt. Proverbii sensus est: In te neque bonum neque malum est.

١٢٤ مَا بِهَا طُلٌّ وَلَا نَاطِلٌ

124. In ea (domo) neque lac neque vinum est.

Suffixum ها ad دار domum referendum est. Nil boni in domo est.

١٢٥ مَتَى كَانَ حُكْمُ ٱللّٰهِ فِي كَرَبِ ٱلنَّخْلِ

125. Quando fuit Dei sapientia in infima parte ramorum palmae?

Hemistichium metri Thawil est. p. 160. Dixit Abu-Ohbaidus, proverbii verba Djeriro ben-Alchathafi adscribi. Dixerat in eum poeta e gente Ahbd-Alkais hunc versum

أَرَى شَاعِرًا لَا شَاعِرَ ٱلْيَوْمَ مِثْلُهُ جَرِيرًا وَلٰكِنْ فِى كُلَيْبٍ تَوَاضُعُ

»Video poetam, non est hodie poeta ei similis, Djerirum, sed in Colaibo est humilitas«. Metrum Thawil est. p. 161.

Respondit Djerirus hisce verbis:

أَقُولُ وَلَمْ أَمْلِكْ بَوَادِرَ دَمْعَتِى مَتَى كَانَ حُكْمُ ٱللّٰهِ فِى كَرَبِ ٱلنَّخْلِ

»Dixit, et non cohibui lacrymas meas properantes: Quando fuit sapientia Dei in infima parte rami palmae?

Sic dixit, ut significaret, Dei sapientiam non esse in agricolis et palmarum possessoribus, quoniam ditio gentis Ahbd-Alkais palmis abundabat. conf. Djeuh. s. كرب. Proverbium de viro adhibetur, qui ad certamen de excellentia provocat isto certamine indignus. Samachsch.

١٢٦ مَا ظَلَمْتُهُ نَقِيرًا وَلَا فَتِيلًا

126. Non iniuste egi contra eum scrobiculo nuclei dactyli et pelle in medio ossis dactyli.

Id est: Nullo modo contra eum iniuste egi.

١٢٧ مَا ٱلْخَوَافِى كَـٱلْقِلَبَةِ وَلَا ٱلْخُنَّازُ كَٱلثُّعَبَةِ

127. Non sunt rami palmae ut medulla palmae, non lacerta variegata Chonnas appellata ut lacerta venenata Tsoahbah appellata.

Duo proverbia esse videntur, quorum prius unam rem alteri praeferendam esse significat. Vox ثـــعـــبـــة Tsoahbah crassam significat lacertam viridi capite, vene-

natam, cuius morsus interdum hominem occidit. Maior est corpore quam lacerta وزغة appellata. Proverbium posterius significare, unam rem altera leviorem esse, Meidanius adnotavit.

١٢٨ مَا نَقَصَ مِنْ مَالِكَ مَا زَادَ فِي عَقْلِكَ

128. Non est detrimentum in opibus tuis habendum id, quod prudentiae tuae augmento erat.

conf. C. XXIII, 108.

١٢٩ اَلْمَسْأَلَةُ آخِرُ كَسْبِ ٱلرَّجُلِ

129. Mendicatio postremus viri quaestus est.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur. Praecipit proverbium, ut homo nonnisi summa necessitate coactus mendicetur.

١٣٠ مَالُهُ أَحَالَ وَأَجْرَبَ

130. Pecora eius ne concipiant et scabie infecta sint!

Dira hisce verbis imprecantur.

١٣١ مَثَلُ ٱلْعَالِمِ كَٱلْحَمَّةِ يَأْتِيهَا ٱلْبُعَدَآءُ وَيَزْهَدُ فِيهَا ٱلْقُرَبَاءُ

131. Similis est doctus fonti calido, ad quem longe remoti accedunt et quo propinqui abstinent.

Conf. C. XI, 33.

١٣٢ مَلَكْتَ فَأَسْجِحْ

132. Rebus potitus es; condona igitur!

Narravit Abu-Ohbaidus, verba haec Ahjischam imperatori Ahlio dixisse die pugnae, qui dies cameli appellatur, quum in pilento camelino ad Ahlium victorem adduceretur. Ahlius autem splendido cum comitatu Medinam eam misit. conf. Djeuh. Proverbii autem originem Samachscharius hanc fuisse narravit. Doraidus ben-Alzammah viro Ahwanah ben-Almoschtahil appellato Ahbsitae occurrens postulavit, ut hic se ei captivum traderet. Ahwanahus quum esset corpulentus, alter autem emaciatus, facere nolebat. Post pugnam acrem quum Doraidus alterum vicisset, iste dixit: ملكت فاسجح وطلبت فانجح »In potestatem redegisti, condona igitur! postulasti, voti nunc compos esto! Proverbium poetae in usum saepius converterunt.

١٣٣ اَلْمَلَسَى لا عُهْدَة

133. Celeris, non reditus.

Samachscharius et Scharaf-Aldinus لا عهدة له habent. Proverbium a Meidanio sic explicatum est: Dicitur ناقة ملسى Camela celeris, quippe quae evadit et cui nulla res ob celeritatem adhaeret. Et dicitur in vendendo: ملسى لا عهدة et ابيعك الملسى i. e. البيعة الملسى »venditionem celerem« et forma فعلى adiectivi est. Vocabulum autem عهدة est persecutio vendentis ob vitium (تبعة). Sensus igitur est: Evadit res et tum ad me non redit. De eo dicitur, qui a re liber evadit, ut ea neque pro eo neque contra eum sit. Dixit Abu-Ohbaidahus, proverbium in aversatione vitiorum كراهة المعايب adhiberi. Scharaf-Aldinus et Samachscharius dixerunt, proverbium monere, ut societas eius, cui fides habenda non sit, caveatur.

١٣٤ ما أُبَالِيهِ عَبَكَة

134. Eum non curo tanquam micam offae.

Proverbium significat, virum unum alterum nihili facere

Simili ratione dicitur ما اباليه بالة „Nullam omnino eius rationem habeo« quod in rebus quoque adhibetur. In Samachscharii codice haec duo proverbia in unum contracta sunt.

١٣٥ مَا ذُقْتُ عِنْدَهُ عَبَكَةً وَلَا لَبَكَةً

135 Non gustavi apud eum micam offae et non bucceam.

Aliis vocabulum عبكة butyri partem utri adhaerentem designat. conf. Kam.

١٣٦ اَلْمَرْءُ تَوَّاقٌ إِلَى مَا لَمْ يَنَلْ

136. Vir maxime cupit rem, quam non cepit.

Simili ratione poeta dixit:

أَحَبُّ شَيْءٍ إِلَى ٱلْإِنْسَانِ مَا مُنِعَا

»Maxime amata homini res est, quam attingere non potest.«

Metrum hemistichii Basith est. Conf. Meid. prov. 248. ed. Schult.

١٣٧ اَلْمَدْحُ الذَّبْحُ

137 Laus est mactatio.

Qui laude, qua alius eum ornat, decipitur, est quasi mactatus.

١٣٨ ما يُمْعِنُ بِحَقِّي ولا يُذْعِنُ

138. Neque ius meum abnegat neque id confitetur.

Debitorem designat, qui debitum neque abnegat neque confitetur, tum in quemlibet dicitur, qui rem impedit.

١٣٩ مِنْ شَرِّ مَا أَلْقَاكَ أَهْلُكَ

139. Ob malum est, quod te familia tua reiecit.

Id est: Si in te bonum fuisset, familia tua te non fugisset. Alius autem proverbii legendi modus est: من شر ما طرحك اهلك „Ob malum est, quod te reiecit gens tua“. Sic Samachscharius. De avaro dicitur, quem homines fugiunt.

مَا لَهُ ثَاغِيَةٌ وَلَا رَاغِيَةٌ ١٤٠

140. Neque balans neque barriens ei est.

Neque ovem neque camelum (i. e. nil) possidet.

مَا لَهُ دَقِيقَةٌ وما جَلِيلَةٌ ١٤١

141. Neque parva neque magna ei est.

Id est: Neque ovis neque camela. conf. Kam. s. r. دق et Djeuh. s. v. جل

مَا لَهُ دَارٌ وَلَا عَقَارٌ ١٤٢

142. Neque domus ei est neque supellex.

In voce عقار definienda non consentiunt. Aliis palmae sunt, aliis supellex domestica est. conf. Djeuh. s. v. عقر.

مَا فِي ٱلدَّارِ صَافِرٌ ١٤٣

143. Non est in domo sibilans.

I. e. ullus. conf. Djeuh. s. v. صفر

مَا حَجَّ وَلٰكِنْ دَجَّ ١٤٤

144. Non est peregrinatus Meccam; sed mercaturam fecit.

Dicitur هم الحاج والداج. Dicunt, vocem الداج adiuto-

res et camelorum locatores (الاعوان والمكارون) significare. Alii dicunt, voce الداج eos significari, qui mercaturae faciendae causa exierint ut derivetur a دج, quod rependi significationem habeat.

١٤٥ مَا أُنْكِرُكَ مِنْ سُوءٍ

145. Non te repudio ob malum.

Id est: Te repudio, quod mihi non bene notus es.

١٤٦ ما عِنْدَهُ طَايِلٌ وَلَا نَايِلٌ

146. Non est apud eum utilitas aut donum.

Neque meritis insignis neque liberalis est. Hocce proverbium nonnisi in codice Berolin. et Pocock. legitur.

١٤٧ ما عِنْدَهُ خَيْرٌ وَلَا مَيْرٌ

147. Non est apud eum bonum aut commeatus.

Inutilis est. conf. Djeuh. s. v. مير.

١٤٨ مَا لِي فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ دَرَكٌ

148. Non est mihi hac in re gradus.

Vocabulo درك gradus et locus, per quem adscenditur significatur; propriam autem vocis significationem esse dicunt funis inferne additi funi magno, ne in hauriendo ille magnus aqua semper madefactus corrumpatur. Sensus proverbii igitur est: In eo nulla utilitas est, neque per eum noxa avertitur.

١٤٩ اِسْتَمْسِكْ فَإِنَّكَ مَعْدُوٌّ بِكَ

149. Te contine, nam in cursum actus es!

Monet proverbium, ut homo caveat. Fatum eum ad res a Deo ipsi decretas propellere. Dixit Alhasanus eundem fere sensum exprimens: من كان الليل والنهار مطيته فانه يسار به وان كان مقيما »Cuius iumentum dies et noctes (tempus) sunt, is proficiscitur et si eodem loco manet«.

١٥٠ أُمِرَّ دُونَ عَبِيدَةَ الوَذَمِ

150. Sine Ahbidaho lorum Wadsam appellatum firmiter torsum fuit.

Vocabulum وذم, nomen lori est, quo situlae ansa ligatur. De eo dicitur, sine cuius ope res perficitur. Proverbium versus sequentis posterior pars est:

وَلَقَدْ هَمَمْتُ بِذَاكَ إِذْ حُبِسَتْ وَأُمِرَّ دُونَ عَبِيدَةَ ٱلْوَذَمُ

»Hoc mihi proposueram, quum constricta esset et praeter Ahbidahum lorum firmiter torsum esset«.

Metrum Camil est. p. 214.

١٥١ مَا تَئِطُّ مِنِّي لَهُ حَاسَّةٌ

151. Non stridet (commovetur) pro eo meus sensus.

Nulla eius commiseratione aut amore moveor.

١٥٢ مَا هٰذَا ٱلشَّفَقُ الطَّارِفُ حُبَّى

152. Quaenam est haec commiseratio nova, o Hobba?

Hobba nomen feminae est.

١٥٣ مَا هُوَ بِٱبْنِ نَأْطَانَ

153 Non est is Ebn-Tsathan.

Mollis non est sicut lutum.

١٥٤ ما الذُّبابُ وما مَرَقَتُهُ

154. Quid est musca et quid portio iusculi eius? In contemtu rei adhibetur.

١٥٥ ما يَدْرِى مَا أَىٌّ من ىٍّ

155. Nescit, qualis sit unus respectu alterius.

اى est quinam et ى est homo vilis. Legitur quoque sic proverbium: ما يدرى ما اى من اى »Nescit qualis sit quisnam respectu cuiusnam«.

١٥٦ مّا يَعْرِفُ الْحَوَّ مِنَ اللَّوِّ

156. Discernere non potest verum a falso.

In vocibus الحو et اللو definiendis interpretum dissensio est. Alii dicunt, الحو significare verum, اللو falsum; alii الحو esse camelorum propulsionem, اللو camelorum retentionem; aliis denique الحو est certe, اللو si (لو). Sunt quoque, qui proverbium sic proferant: ما يعرف الحى من اللى conf. lex. meum s. حى et Harir p. 204.

١٥٧ ما طَافَ فَوْقَ الْأَرْضِ حَافٍ وناعِلٌ

157. Non circumivit super terra aut nudipes aut calceatus.

١٥٨ ما يُعْوِى ولا يُنْبِحُ

158. Neque ad ululandum neque ad latrandum impellitur.

Tam debilis est, ut neque in malo neque in bono eius ratio sit habenda, canis enim latratus, quia hospitis adventum

adnunciat, pro bono habetur, lupi autem ululatus pro malo.

١٥٩ مَا جَعَلَ ٱلْبُوسَ كَالأَذَى

159. Frigus hiemis par non fecit aestui aestatis?

بوس miseriam hoc in proverbio frigus hiemis, اذى noxam calorem aestatis significare dicunt. Proverbium negat difficile et facile inter se conferri posse.

١٦٠ مَا ٱكْتَحَلْتُ غِمَاضًا ولا حِثَاثًا

160. Non illevi oculo meo collyrium somno.

Omnino non dormivi. Samachscharius, qui in proverbio غماضا omisit, legi quoque dixit: ما جعلت فى عينى حثاثا. Hoc in proverbio غماض arctatio oculorum et حثاث somnus esse videtur. In Kamusi opere tanquam duo proverbio sub حث et غمض adnotata sunt. conf. Djeuh.

١٦١ ما لَهُ سِتْرٌ ولا عَقْلٌ

161. Non est ei velamen et non prudentia.

Voce velamine hoc in proverbio pudor significari dicitur.

١٦٢ مَا فِي كِنانَتِهِ أَهْزَعُ

162. Non est in eius pharetra unica superstes.

De eo dicitur, cui nil opum restat. Dicitur quoque: ما فى الدار اهزع »In domo ullus non est« Djeuh.

١٦٣ مَا زَالَ مِنْهَا بِعَلْيَاءَ

163. Non cessavit esse ob illam (agendi rationem) in loco alto (honoris).

Pronomen هَا referendum est ad nomen الفعلة omissum.

١٦٤ أَمْسِكْ عَلَيْكَ نَفَقَتَكَ

164. Parcus sis in expensis tuis!

Verba haec Schoraihus ben-Alharits iudex viro, quem loquentem audiverat, dixit, ut moneret, ne nimium loqueretur. Sermonem igitur cum expensis comparavit.

١٦٥ الْمِنَّةُ تَهْدِمُ ٱلصَّنِيعَةَ

165. Exprobratio beneficium delet.

De viro dicitur, qui primum beneficium confert, tum exprobrando id delet.

١٦٦ الْمُزَاحَةُ يُذْهِبُ ٱلْمَهَابَةَ

166. Iocus verecundiam tollit.

Verba haec Acisamo ben-Zaifi tribuuntur. Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis dixisse fertur: اياك والمزاح فانه يجر القبيحة ويورث الضغينة »Cave iocum, nam turpem agendi modum adducit et odii participem reddit«.

١٦٧ الْمُزَاحُ سِبَابُ ٱلنَّوْكَى

167. Iocus est convicium stultorum.

Quod si cum stulto iocaris, ei similis fis. Stulto autem similem esse pro convicio habetur. Proverbii verba Chaledus ben-Zafwan dixisse fertur.

١٦٨ مَا زَالَ يَنْظُرُ فِى خَيْرٍ أَوْ شَرٍّ

168. Non cessavit observare bonum aut malum.

In talem dicitur, qui, si bonam rem peragit, praemio donatur, sin malam, vituperatur. Similis ratio est proverbio, quod No. 163 legitur.

١٦٩ مَا ظَنُّكَ بِجَارِكَ فَقَالَ ظَنِّى بِنَفْسِى

169. Quam opinionem de vicino tuo habes? Dixit: Eandem opinionem, quam de me, habeo.

Homo ex se ipso aut bene aut male iudicare de aliis solet.

١٧٠ مِثْلُ ٱلْمَآءِ خَيْرٌ مِنَ ٱلْمَآءِ

170. Res aquae similis melior est, quam aqua.

Vir, cui lac aqua mixtum bibendum offerebatur, dum quidam dicebat: lac hoc aquae simile est, verbis illis usus est. Virum pauco contentum esse significat.

١٧١ أَمْلَكُ ٱلنَّاسِ لِنَفْسِهِ أَكْتَمُهُمْ لِسِرِّهِ

171. Qui secreta sua maxime celat, is summam in se potestatem habet.

Proverbium laudat eum, qui secreta sua non divulgat. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus لاخيه »fratri suo«. additum est. Amicitiae enim conditionem interdum mutari dixerunt.

١٧٢ ما فى ٱلْحَجَرِ مَبْغًى وَلَا عِنْدَ فُلَانٍ

172. Non in lapide est modus expetendi et non apud quendam.

Id est: Nemo est, qui lapidem expetendum esse putet. Proverbio hoc vilitas affirmatur et boni paucitas designatur.

١٧٣ مِنَ ٱلْأَزَّلِ حُسْنُ ٱلْآخِرِ

173. A primo pendet postremi pulchritudo.

Si rei initium pulchrum est, eius finis bonus erit.

١٧٤ مِنْ مَأْمَنِكَ تُؤْتَيْنَ

174. A duobus lateribus securis tuis peteris.

Tibi res ingrata superveniet e duobus lateribus propinquorum aut amicorum, quibus fidem habes.

١٧٥ مَا صَلَّى عَصَاكَ مُسْتَدِيمٌ

175. Cunctans baculum tuum rectum non reddidit.

Igne adhibito ramus, ex quo hasta conficitur, rectus redditur, in isto autem opere festinatio evitanda est. Proverbium in quo vir cum baculo non recto comparatur, significat, virum esse ignorantem. Kaisus ben-Sohair dixisse fertur:

فَلَا تَعْجَلْ بِأَمْرِكَ وَٱسْتَدِمْهُ فَمَا صَلَّى عَصَاكَ كَمُسْتَدِيمِ

»Ne festines in re tua; sed cuncteris in ea, non enim baculum tuum rectum reddet nisi cunctans«.

Metrum Wafir est. p. 204. conf. Djeuh.

Similis est loquendi ratio: ما صليت عصا مثله i. e. Prudentiorem eo neminem reperi.

١٧٦ مَا ضَفَا وَلَا صَفَا عَطَاؤُهُ

176. Donum eius neque multum est neque purum.

Proverbium hoc Meïdanius sic explicavit: الضافى الكثير والصافى النقى اى لم يضف وفق الظن ولم يصف من كدر المن »Vocabulum الضافى multus, الصافى purus est. I. e. Non multum est, ut opinioni consentiens sit et non purum est a sordibus exprobrationis«.

١٧٧ ما هو الّا سحابة ناصحة

177. Non est is nisi nubes pluviam non emittens.

Dicitur سقاء ناصح »Uter e quo aqua non emanat«. Proverbium virum vehementer avarum esse significat.

١٧٨ ما اساء من اعتب

178. Non male fecit is, qui contentum reddidit.

De eo dicitur, qui apud socium suum se excusat nuntians, se eum contentum redditurum esse.

١٧٩ ما يخنق على جرّته

179. Non suffocatur rumine suo.

Omnia, quae in animo habet, loquitur nil veritus. conf. C. I, 359. Sed in codice meo et Lugdun. يخفق legitur.

١٨٠ ما اسكت الصّبىّ اهون ممّا ابكاه

180. Quod puerum ad silentium redegit, levius fuit, quam quod eius fletum excitavit.

De eo dicitur, qui, si multum eum petiisse putas, parvo dono a te accepto contentus fit.

١٨١ ما لك لا تنبح يا كلب الدّوم قد كنت
نبّاحا فما لك اليوم

181. Quid tibi est, quod non latres? O canis tranquille! Iam multum latrans eras. Quid tibi hodie est?

Versus sunt, quorum metrum Sarih est. p. 246. In eum dicitur proverbium, qui grandaevus et debilis factus est.

In codicibus Berol. et Pocockianio legimus, proverbii originem talem fuisse. Viri cuiusdam asinum habentis canis latrabat, quotiescunque asinus revertebatur. Quodam die, quum asinus non rediret et canis latratus non audiretur, vir ista verba dixit significaturus, asinum cunctari.

١٨٢ مَا يَنْفُضُ أُذُنَيْهِ مِنْ ذٰلِكَ

182. Non excutit aures suas ab eo.

Constans est illa in re et eam non permutat.

١٨٣ مَا دُونَهُ شَوْكَةٌ وَلَا ذُبَّاحٌ

183. Non ab eo retinet spina et non fissura in interiore digiti parte.

De re dicitur, ad quam facile pervenitur. conf. Djeuh. ذبح .v

١٨٤ مَا دُونَهُ شَقَذٌ وَلَا نَقَذٌ

184. Non retinet ab eo propellens et abigens.

Id est: Non retinet ab illa re res timenda et ingrata. Dicit Meidanius, nil ad hoc proverbium explicandum additum esse; fortasse autem vocem شقذ derivari posse ab اشقذ repulit et شقذ repulsus fuit, quasi dictum esset: ما دونه بعد »Non retinet ab ea re distantia longinqua«, ita ut نقذ praecedenti voci adiuncta esset. Verba autem ما به شقذ ولا نقذ »Non est in eo motus« significare, Ebn-Alahrabius dixit. In Kamusi opere legimus: ما له شقذ ولا نقذ »Nulla ei res est« (et sic in Samachsch.) et ما به شقذ ولا نقذ »Non est in eo vitium«, quae posteriora etiam cum vocali Dhamma enunciari possunt.

١٨٥ مَا لَكَ مِنْ شَيْخِكَ إِلَّا عَمَلُهُ

185. Non est tibi a sene tuo nisi eius opus.

A sene nil, nisi quod perficere valet, postulari potest. De viro grandaevo dicitur.

١٨٦ مَا تُحْسِنُ تُنْجُوهُ وَلَا تُنَنْجُوهُ

186. Neque bene propinat ei (infanti) lac neque bene cacare eum sinit.

Vox تننجوه a نجو (merda) derivanda est. Dicitur de medicamento homini ventrem solvente نجاه futur. ينجوه »solvit eius ventrem«. Pronomen ه ad omissum ولد referendum est. Feminae stultitiam proverbium designat.

١٨٧ مَا نَزَعَهَا مِنْ لَيْتَ

187. Non recessit ab ea per vocem ليت utinam.

Suffixum ها ad vocem الفعلة actionem referendum est. I. e. Qui facinus turpe peregit, ab eo desistere non vult. In virum dicitur, qui vituperium ipsi adhaerens vel rem turpem quam peragit, a se non removet. Vox نزعها autem est pro نزع عنها omissa praepositione. Quod autem attinet ad verba من ليت, ea significant, eum non a se removere illud facinus, poenitentiam dum agat, dicere enim solet poenitens: ليتنى لم افعل »Utinam ego id non fecissem«. Proverbii autem sensus est: Eum facti non poenitet.

١٨٨ مَا هَلَكَ ٱمْرُءٌ عَنْ مَشُورَةٍ

188. Non periit vir propter deliberationem.

Verbis hisce deliberatio in rebus commendatur.

١٨٩ مَا لِلرِّجَالِ مَعَ ٱلْقَضَاءِ مَحَالَةٌ

189. Non est viris cum fato astutia.

١٩٠ مَا ٱلنَّاسُ إِلَّا أَكْمَهُ وَبَصِيرٌ

190. Non sunt homines nisi caecus et videns.

Diversae sunt hominum naturae.

١٩١ أَلْمَرْءُ أَعْلَمُ بِشَانِهِ

191 Vir rem suam optime noscit.

١٩٢ أَلْمَنَاكِحُ ٱلْكَرِيمَةُ مَدَارِجُ ٱلشَّرَفِ

192. Mulieres generosae sunt viae, quibus ad celsitudinem adscenditur.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur.

١٩٣ أَلْمُشَاوَرَةُ قَبْلَ ٱلْمُسَاوَرَةِ

193. Deliberatio ante congressum.

Proverbio huic similis ratio est, quam prov. C. I, 149 et C. III, 73.

١٩٤ أَلْمُدَارَاةُ قِوَامُ ٱلْمَعَاشِ وَمِلَاكُ ٱلْمُعَاشَرَةِ

194. Comitas est columen vitae et fulcrum consortii.

١٩٥ مَا أَحْلَى فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ وَلَا أَمَرَّ

195. Neque dulcis est hac in re neque amarus.

Id est: Nil facit. In Samachscharii opere sic legitur: ما امر وما احلى et in versibus poetarum sic semper legitur. Conf. Djeuh.

١٩٦ مَا لِي فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ يَدٌ وَلَا إِصْبَعٌ

196. Neque manus neque digitus hac in re mihi est.

Meritum mihi nullum hac in re est.

١٩٧ مَا رَأَيْتُ صَقْرًا يَرْصُدُهُ خَرَبٌ

197. Non vidi accipitrem, cui avis tarda insidiaretur

De nobili adhibetur, quem vilis subiugat.

١٩٨ مَا أُمَامَةُ مِنْ هِنْدٍ

198. Quam diversa est Omamah ab Hinda!

Duarum mulierum nomina sunt. conf. C. XXIV, 12. Differentiam inter duas res significat, ut una alterius comparatione instituta definiri non possit.

١٩٩ مَا لَهُ حَابِلٌ وَلَا نَابِلٌ

199. Neque stamen telae neque subtegmen habet.

Nullam rem possidet.

٢٠٠ مَا أَسْتَبْقَاكَ مَنْ عَرَّضَكَ لِلْأَسَدِ

200. Superstitem te esse non voluit is, qui leoni te obiecit.

De eo dicitur, qui ad rem perficiendam te cogit, cuius finis tibi gratus non est.

٢٠١ مِثْلُ ٱلنَّعَامَةِ لَا طَيْرٌ وَلَا جَمَلٌ

201. Similis est struthiocamelo neque avis neque camelus.

In hominem dicitur, cui neque bonum neque malum adscribitur.

٢٠٢ مَا عَسَى أَنْ يَبْلُغَ عَضُّ ٱلنَّمْلَةِ

202. Non fieri potest, ut formicae morsus noceat.

Proverbium significat, unum alterius minas non curare.

٢٠٣ مَا سَدَّ فَقْرَكَ مِثْلُ ذَاتِ يَدِكَ

203. Paupertatem tuam non removet, nisi quod manus tua perficit.

Ne in re, quae nobis perficienda est, in alio fiduciam ponamus, proverbium monet.

٢٠٤ مَا قَلَّ سُفَهَآءُ قَوْمٍ إِلَّا ذَلُّوا

204. Non sunt gentis stulti, nisi despecti sunt.

Similis ratio est proverbio لا بد للفقيه من سفيه يناضل عنه »Iurisconsulto oportet sit insipidus quem defendat«.

٢٠٥ مَا ٱلنَّارُ فِى ٱلْفَتِيلَةِ بِأَحْرَقَ مِنَ ٱلتَّعَادِى لِلْقَبِيلَةِ

205. Non est ignis in ellychnio ardentior, quam inimicitia mutua tribui.

٢٠٦ مَا لَهُ حَلَبَ قَاعِدًا وَٱصْطَبَحَ بَارِدًا

206. Quid ei est? Mulgeat sedens et potum matutinum sumat frigidus.

Scholion sic proverbium explicavit: يقال معناه حلب شاة وشرب من غير تغل وهذا فى الدعاء عليه »Proverbii

sensus talis esse dicitur: Mulgeat ovem et bibat cibo solidiore carens. Hisce autem verbis homini male precantur.

٢٠٧ مُقَنَّعٌ وَٱسْتُهُ بَادِيَةٌ

207. Calantica indutus, dum podex eius apparet.

De eo dicitur, qui arcana sua divulgat. Meid. Samachscharius dixit, proverbium significare, rem alieno loco adhibitam esse.

٢٠٨ مَا تَسَالَمَ خَيْلَاهُ كَذِبًا وَلَا تَسَايَرَ خَيْلَاهُ كَذِبًا

208. Non pacem faciunt eius duo equi in mendacio; non simul incedunt eius duo equi in mendacio.

De mendace utrumque proverbium adhibetur. Dixit poeta:

فَمَا تَسَالَمَ خَيْلَاهُ إِذَا ٱلْتَقَتَا وَلَا يُعَوَّجُ عَنْ بَابٍ إِذَا وَقَفَا

»Non pacem colunt eius duo equi, quum occurrunt, et non deflectitur a porta, quum stat“.

Metrum Basith est. p. 190.

Dixit Ebn-Alahrabius: Dicitur: Mentitor, cuius duo equi non simul currunt et cuius duo equi pacem non colunt, verax non est, ut eius sermo admittatur.

٢٠٩ مَا عِنْدَهُ شَوْبٌ وَلَا رَوْبٌ

209. Non apud eum est mel mixtum et lac spissum.

Dixit Ebn-Alahrabius: Vocabulum شوب mel mixtum et روب lac coagulatum significat. i. e. Nil boni apud eum est. Samachscharius dixit, sensum esse: Non miscet

lac cum aqua i. e. non corrumpit id et id non reparat. De eo adhiberi, qui neque noxius neque utilis sit. Traditionis verba sunt: لا شوب ولا روب فى الشرى „Non est deceptio in vendendo et emendo“. Tum quoque dicitur vendenti: لا شوب ولا روب عليك „Tu a vitiis mercis, quam vendidisti, liber es“ conf. Harir p. ٣٨٧

٢١٠. مَا ٱلْإِنْسَانُ لَوْ لَا ٱللِّسَانُ إِلَّا صُورَةٌ مُمَثَّلَةٌ أَوْ بَهِيمَةٌ مُهْمَلَةٌ .

210. Homo, si lingua non fuisset, nil esset, nisi imago similis facta vel brutum neglectum.

Hoc proverbio sermonis facultas laudatur.

٢١١ مَا تَرَكَ ٱللّٰهُ لَهُ شُفْرًا وَلَا ظُفْرًا وَلَا أَقَذَّ وَلَا مَرِيشًا

211. Non reliquit ei Deus crepidinem palpebrae et unguem et sagittam alis carentem et alatam.

Plura proverbia coniuncta esse videntur, ut quodlibet verbum separatim adhibeatur. Id est: Omnes opes amisit.

٢١٢ مَا لَهُ لَا سُقِيَ سَاعِدَ ٱلدَّرِّ

212. Quid ei est? Ne satietur lactis copia in venis uberis!

Male precantur homini optantes, ut venae uberum camelorum lacte careant. Ante ساعد vocem ذو omissam esse statuunt.

٢١٣ مَا يَقُومُ بِرُوبَةِ أَهْلِهِ

213. Gentis suae res necessarias non perficit.

Alius proverbii legendi modus est: برّوبة امرِه i. e. Totam rem suam". Primaria autem vocis الرّوبة significatio esse dicitur res quae lacti inditur, ut coaguletur; aliis autem الرّوبة necessitas, res necessaria est. Ebn-Alahrabius dixit, روبة الرجل prudentiam, ingenium viri significare. conf. Kamus.

٢١٤ ما لَهُ جُولٌ ولا مَعقُولٌ

214. Neque latus putei neque prudentia ei est.

Proverbii sensus est: Non est ei consilium firmum, sicut latus putei solidum, cuius ruina non timetur, neque prudentia, quae eum a rebus non convenientibus retinet.

٢١٥ ما يُنْضِجُ كُرَاعًا ولا يَرُدُّ رَاوِيَةً

215. Non bene coquit cruris partem tenuiorem et non repellit iumentum aquam hauriens.

In virum debilem, despectum dicitur. Narravit Ahmrah filia Moahwijahi ben-Ahmru, se patrem suum nocte, in cuius fine moreretur, hunc versum recitantem audivisse:

يا وَيْحَ صِبْيَتِي ٱلأُولَى تَرَكْتُهُمْ مِنْ ضَعْفِهِمْ مَا يُنْضِجُونَ كُرَاعَا

„Vach! pueris meis hisce, quos tam debiles reliqui, ut ne cruris partem tenuiorem coquere possent".

Metrum Camil est. p. 213.

٢١٦ مَا أَمْلِكُ شَدًّا ولا إِرْخَاءً

216. Neque firmiter ligare neque laxare possum.

Quod mihi imponis, perficere non possum.

٢١٧ مَا يُسَاوِي مِنْكَ ذُبَاب

217. Non valet nervum in muscae pene.

Rem vilem designat. Dixit Nozairus, vocabulum المتك significare nervum in interiore penis parte filo similem.

٢١٨ مَا فَخَرَ غَيُورٌ قَطُّ

218. Non gloriatus est unquam zelotypus.

Verba haec sapiens dixit, quippe quum الغيور eum designet, qui in quamlibet mulierem zelotypus est.

٢١٩ مَا بِهَا عَرِيبٌ

219. Non est in ea (domo) distincte loquens (i. e. ullus).

٢٢٠ مَا بِهَا دِبِّيجٌ

220. Non est in ea (domo) ullus.

Conf. lexic. meum sub voce دبيج, sed legitur quoque دبيح. In Samachscharii opere ما بالدار „non in domo" legitur. Conf. Kam. Dj.

٢٢١ مَا بِهَا وَابِرٌ

221. Non est in ea (domo) ullus.

De voce وابر dubitant. Fieri potest, ut significet pilos habens aut commorans aut incedens. In Samachscharii opere ما بالدار „non in domo" legitur.

٢٢٢ مَا حَنَى مَنَاحَ ٱلْعَلُوقِ

222. Donavit mihi modo, quo camela in alienum pullum propensa donat.

Vocabulum علوق camela, quae in alienum pullum propensa lac suum retinet, quum odorem

eius percipit, significatur. De eo igitur adhibetur proverbium, qui hypocrisi usus aliam de se mentem palam facit, quam habet.

٢٢٣ مَا سَقَانِي مِنْ سُوَيْدٍ قَطْرَةً

223. Non mihi bibendam dedit nigri guttam.

Vocabulum سويد deminutivi forma vocis اسود est, qua aqua significatur, Arabes enim aquae et dactylis nigri cognomen dederunt. De eo dicitur, qui nullum tibi solatium adtulit.

٢٢٤ مَهْمَا تَعِشْ تَرَهْ

224. Quam diu vives, rem videbis.

Obiectum vocis تره, in qua ه non est pronominis signum, sed littera in fine addita, supplendum est, scilicet شيا rem I. a. quamdiu vives, res admirabiles videbis.

٢٢٥ ما حَوَيْتَ وَلَا لَوَيْتَ وَمَا حَوَاهُ وَلَا لَوَاهُ

225. Non collegisti et non recondidisti; et non collegit id et non recondidit.

Duo sunt proverbia, quae de eo adhibentur, qui vanum petit. i. e. Non collegisti, quod petiisti, quia vanum petiisti.

٢٢٦ مَا جَاءَ بِمَا أَدَّتْ يَدٌ إِلَى يَدٍ وَمَا جَاءَ بِمَا تَحْمِلُ ذَرَّةٌ إِلَى جُحْرِهَا

226. Non attulit id, quod manus ad manum perduxit; et non adtulit id, quod formica in foramen suum portat.

Duo sunt proverbia, quae significant, hominem sine praeda et spe frustratum rediisse. In codice meo et Lugd. يدا الى يد legitur.

٢٢٧ مَا هُوَ إِلَّا غَرْقٌ أَوْ شَرْقٌ

227. Non est id nisi submersio aut suffocatio

De re dicitur, quae uno et altero modo difficilis perfectu est.

٢٢٨ مَا أَغْنَى عَنْهُ زَبَلَةً وَلَا زِبَالًا

228. Non ei tantum prodest, quantum ore formica portat.

Vocabula زبلة et زبال eadem significant et coniuncta sunt, ut omnes tales res amplectantur.

٢٢٩ مَا فِي ٱلْإِنَاءِ زُبَالَةٌ

229. In vase res non est.

٢٣٠ مَا لَهُ نُقْرٌ وَلَا مُلْكٌ

230. Neque puteus neque aqua pauca ei est.

Vocabulum نقر pluralis vocis نقرة locum, ubi aqua restagnat et tum puteum significat.

٢٣١ مَا أَدْرِي أَغَارَ أَمْ مَارَ

231. Nescio, utrum in regionem Ghaur appellatam an in regionem Nedjd venerit.

Ghaur est occidentalis provinciae Tehamae pars inter mare et Dsat-Ihrk sita.

٢٣٢ مَا بِٱلدَّارِ لَاعِي قَرْوٍ

232. Non est in domo lingens vas, e quo canis bibere solet.

In significatione vocis قرو definienda interpretes non consentiunt. Proverbii sensus est: Ullus in domo non est.

٢٣٣ مَا لَهُ هابِلٌ وَلا آبِلٌ

233. Non est ei insidians et camelos non bene pastum ducens.

De eo dicitur, cuius nemo curam habet.

٢٣٤ مَا كَانَ لَيْلِي عَنْ صَبَاحٍ يَنْجَلِي

234. Nox mea Aurorae cedere nolebat.

Proverbium significat, virum re, quam initio assequi non potuisset, post longum temporis spatium potitum esse.

٢٣٥ مَاؤُكَ مَآءٌ لَا يَنَالُ قَادِحُهُ

235. Aqua tua aqua est, quam hauriens non sumit.

Id est: Aqua tua tam pauca est, ut capi non possit. De re cum aqua putei comparata, quae pauca et parum utilis est, adhibetur. Sed in codicibus Berol. et Pocock. legitur لا ينام „Non dormit".

٢٣٦ ما يُشَقُّ غُبَارُهُ

236. Non diffinditur eius pulvis.

Propter celeritatem et levitatem cursus pulverem non excitat, qui diffindatur. De eo dicitur, quocum cursus certamen iniri non potest. Verba haec Kazirus Djasimaho dixit, cuius iam in parte libri, in qua res Sabbae narratae sunt, mentio facta est. conf. T. I. p. 426 C. VII, 9.

٢٣٧ الْمَرْءُ بِأَصْغَرَيْهِ

237. Vir per res suas duas minimas est perfectus.

Res duae minimae viri cor et lingua sunt, quae res maximi momenti iure habentur. conf. C. III, 48 لان تسمع بالمعيدى خير من ان تراه et Scharaf-Aldin.

٢٣٨ مَا كَلَّمْتُهُ إِلَّا كَحَسْوِ ٱلدِّيكِ

238. Non locutus sum cum eo, nisi quemadmodum gallus aquam sorbet.

Id est: Summa cum celeritate locutus sum.

٢٣٩ مَا يَخْفَى هٰذَا عَلَى ٱلضَّبُعِ

239. Non latet hoc hyaenam.

De re omnibus nota dicitur, quia hyaena stupidissimum animal esse putatur.

٢٤٠ مَسِّي سُخَيْلَ بَعْدَهَا أَوْ صَبِّحِي

240. Vespertino tempore, o Sochaila! post hoc factum aut matutino tempore venias!

Sochaila servae nomen erat, quae Ahmiri ben-Althsarib Alahdwani pecora pastum educebat. Eam Ahmirus semper vituperare solebat, si mane adveniebat vespera adveniendum esse dicens, sin vespera, mane. Factum autem est, ut Ahmirus, ad quem, iudex quum esset, duplici sexu praeditum hominem, ut de eo iudicium ferret, adduxissent, in iudicio ferendo dubius haereret. Qua in causa quum serva consilium prudens dedisset, ei ista verba dixit significaturus, eam, postquam ipsum e dubio liberasset, in agendo omnino liberam esse. De eo dicitur proverbium, qui libere a nemine impeditus negotium tractare potest.

٢٤١ مَا عِنْدَهُ أَبْعَدُ

241. Nil boni apud eum est.

Simili ratione dicitur ما عنده طايل „Non est apud eum longum“ et انه لغير ابعد „Ille profecto non longe remotus est“. Sic autem explicare licet proverbium: ما عنده من المطالب ابعد مما عند غيره „Quod e rebus petendis apud eum invenitur longius remotum est, quam id, quod apud alios est vel hoc modo: Non est apud eum res, quae longius petatur i. e. res pretiosa.

٢٤٢ مَا لَهُ بُذَّمٌ

242. Non est ei prudentia.

In explicanda voce بذم interpretes omnino non consentiunt. Conf. lex. meum.

٢٤٣ مَا لَكَ آسْتٌ مَعَ آسْتِكَ

243. Non sunt tibi nates cum natibus tuis.

Abu-Saidus dixit, proverbium significare, cuidam neque opum multitudinem esse, neque copiam virorum.

٢٤٤ مِنَ الرَّفْشِ إِلَى الْعَرْشِ

244. A scopis ad thronum.

De eo dicitur, qui postquam humilis fuerat, elevatur. Sunt, qui vocem رفش, nomen actionis cum elevationis significatione esse dicant. Initio autem proverbii verbum ارتقى adscendit aut ارتفع elevatus est“ supplendum est. Proverbium genti Iracae proprium esse dicitur.

٢٤٥ مَخَايِلُ أَغْزَرُهَا السَّرَابُ

245. Nubes aptae ad pluviam, quarum melior pars vapor est.

Vapor autem, qui meridiei tempore in desertis apparet, speciem quidem aquae prae se ferens nullam aquam continet, quapropter nubes omnino pluvia carens istis proverbii verbis designatur. De eo dicitur, qui multa verba facit, quarum autem maior pars nihili est.

٢٤٦ مِنْ قَبْلِ تَوْتِيرٍ تَرُومُ النَّبْضَ

246. Antequam arcum nervo instruxisti, tinnitum arcus vis.

Id est: Rem ante tempus suum vis.

٢٤٧ مَا مِنْ غُرَّةٍ إِلَّا وَإِلَى جَنْبِهَا عُرَّةٌ

247. Non est macula alba, in cuius latere scabies non est.

Macula alba in fronte equi quum sit signum generositatis, generosum ipsum significat. Proverbium de generosis, quibuscum viles mixti sunt, adhibent.

٢٤٨ مَنْ تَرَكَ ٱلْمِرَاءَ سَلِمَتْ لَهُ ٱلْمُرُوءَةُ

248. Qui certamen de viri virtute contra alios intermittit, ei viri virtus integra est.

٢٤٩ مَنْ عَاشَرَ ٱلنَّاسَ بِٱلْمَكْرِ كَافُوهُ بِٱلْغَدْرِ

249. Qui in consortio erga homines dolose agit, erga eum perfidia utuntur pensantes.

٢٥٠ اَلْمَعَاذِرُ مَكَاذِبُ

250. Excusationes sunt mendacia.

Verba haec sunt Motharrafi ben-Alschochajjir. Similis ratio proverbio est, quod C. I, 19. legitur.

٢٥١ مَعَ ٱلْمَخْضِ يَبْدُو ٱلزُّبْدُ

251. Dum commoves lactis flores, butyrum recens apparet.

Si summam in re diligentiam adhibemus, voto potimur.

٢٥٢ مَا عَدَا مِمَّا بَدَا

252. Quid praeteriit ex re, quae primum apparuit.

Alilius imperator Sobairo ben-Alahwwam die pugnae c a m e l i dicto dixisse fertur: عرفتني بالحجاز وانكرتني بالعراق فما عدا مما بدا »In regione Hidjasi me cognovisti et in regione Ihracae me abnegasti. Quid autem praeteriit ex re, quae primum apparuit?« I. e. Quid te impedivit, quominus mihi fidem praestares, quemadmodum initio animo habebas?

٢٥٣ مَنْ صَدَّقَ ٱللّٰهَ نَجَا

253. Qui erga Deum sincere agit, is salvus evadit.

Abu-Horairahus verba haec Mohammedem dixisse adtulit. Tres viros in deserto simul iter fecisse narrant. Subito incidente pluvia ad montis antrum confugerant exspectantes, donec pluvia cessaret. Accidit autem, ut petra e monte delapsa antri introitum omnino clauderet. Omnibus autem desperantibus unus eorum dixit: Quilibet vestrum optimum quod peregit opus, memoret et Deum invocet. Hoc consilium quum sequerentur, factum est, ut singulis loquentibus sensim sensimque petra ab antri introitu recederet. Mohammedes autem istam rem audiens illa verba dixit, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt.

٢٥٤ مَنْ أَكْثَرَ أَهْجَرَ

254. Qui multa verba facit, absurde loquitur.

De eo dicitur, qui verbis suis res ipsum non spectantes attingit.

٢٥٥ مَنِ ٱغْتَابَ خَرَقَ وَمَنِ ٱسْتَغْفَرَ رَقَعَ

255. Qui absentem traducit, lacerat et qui veniam petit, reparat.

Dicunt obiectum verbi خرق esse ستر الله „Dei velum“ et tum sensum esse: Si veniam petit, reparat id, quod laceravit. Proverbium imperat hominibus, ut peccatorum veniam petant. Loco vocis رقع legitur quoque رفا.

٢٥٦ مَنْ حَفَرَ مُغَوَّاةً وَقَعَ فِيهَا

256. Qui foveam fodit, in eam incidit.

Vocabulum مغواة fovea est, quae tegitur, ut lupus aut hyaena hoedo superimposito allecti in eam incidant. conf. Djeuh. s. غوى. In Samachscharii opere sic legitur alterum proverbium: „من حفر لاخيه جبا وقع فيه منكبا „Qui fratri suo foveam fodit, in eam pronus concidit.“

٢٢٧ مَنْ يُطِعْ غَرِيبًا يُمْسِ غَرِيبًا

257. Qui Gharibo obedit, is vespera peregrinus erit.

Inest proverbio verborum lusus in voce غريب, quod nomen proprium viri est, qui Gharib ben-Ihmlik (vel Ohmluk) ben-Lauds ben-Sem ben-Noah appellabatur et in voce غريب peregrinus. Iste vir opum dilapidator fuisse dicitur.

٢٥٨ مَنْ يُطِعْ عِكَبًّا يُمْسِ مُنْكِبًّا

258. Qui Ihcabbo obedit, is vespera prostratus est.

lhcabb nomen viri est, cui ab Alnohmano ben-Almondsir carceris custodia tradita erat.

٢٥٩ مَنْ يُطِعْ نِمْرَةً يَفْقِدْ ثَمَرَةً

259. Qui pardo obedit, fructu destitutus erit.

٢٦٠ مِنْكَ رَبْضُكَ وَإِنْ كَانَ سَمَارًا

260. Tuus est victus tuus sufficiens et si lac aqua dilutum est.

De propinquis vilibus et familia usurpatur proverbium conf. Kam. s. ربض

٢٦١ مِنْكَ أَنْفُكَ وَإِنْ كَانَ أَجْدَعَ

261. Tuus est nasus et si amputatus est.

De eo dicitur, cuius tam malum quam bonum ad te attinet, et si non bene erga te agit. Verba haec Konfodsum ben-Djahwanah Masinitam Alrabiaho ben-Cahb Masinitae dixisse tradunt. Causam talem fuisse. Alrabiahus fratri suo Comaischo homini inepto equum generosum tradiderat, quo ad suos veheretur. Vir autem astutus quidam e gente Banu-Malic oriundus, cui nomen Korad ben-Djorm, isti genti se immiscuerat occasionem illius equi abripiendi capturus, occultaverat enim prudenter, quinam esset et quaenam praesentiae causa. Qui quum Comaischum equo illo vehentem vidisset, camelam suam conscendit eique obviam venit, speravit enim fore, ut eum deciperet. Dixit autem illi inepto, se scire asinam multum pinguem et asinum cum ea aureum. Quibus si potitus es, gentis tuae ollas implebis et a paupertate securus eris. Quibus verbis ineptus fidem habens interrogavit, quomodo illis potiri posset. Alter dixit: Ego tibi eos adferam, sed nonnisi equo tuo nocte vehens ego eos assequi possum. Offerebat igitur

ineptus equum suum, quem alter tradita camela, ut ipsum loco quodam expectaret redeuntem, conscendit. Ineptus autem fame coactus, quum alter non reverteretur, ad suos rediit. Rabiahus ob illam rem vehementer iratus fratrem in terram prostravit, ut eum occideret. Quod quum Kenfodsus videret ista proverbii verba dixit, significaturus, fratrem, etsi male egisset, ferendum esse. conf. C. I, 51. Legitur quoque وان ذن „et si muco manat" Samachsch. Koradus autem cum equo ad suos veniens rem versibus sequentibus narravit:

رَأَيْتُ كُمَيْشًا نَوْكُهُ لِي نَافِعٌ   وَلَمْ أَرَ نَوْكًا قَبْلَ ذٰلِكَ يَنْفَعُ

يُؤَمِّلُ عَيْرًا مِنْ نُضَارٍ وَعَسْجَدٍ   فَهَلْ لَكَ فِي عَيْرٍ كَذٰلِكَ مَطْمَعُ

فَقُلْتُ لَهُ أَمْسِكْ قَلُوصِي وَلَا تَرِمْ   خِدَاعًا لَهُ إِنَّ ذُو ٱلْمَكَايِدِ يَخْدَعُ

فَأَصْبَحَ يَرْمِي ٱلْخَافِقَيْنِ بِطَرْفِهِ   وَأَصْبَحَ تَحْتِي ذُو أَفَانِينَ جُرْشُعُ

أَبَرَّ عَلَى ٱلْجُرْدِ ٱلْعَنَاجِيجِ كُلِّهَا   فَلَيْسَ وَلَوْ أَقْحَمْتَهُ ٱلْوَعْرَ يَكْسَعُ

„Vidi Comaischum, cuius stupiditas mihi utilis erat, et non vidi stupiditatem ante illud utilem. Sperat asinum ex auro puro confectum. Et num tu talis asini cupidus es? Eique dixi: Prehende camelum meum iuvencum, et ne decipere eum quaeras, siquidem astutus decipit. Is mane occidentem orientemque versus oculum direxit, et sub me est equus varii cursus, amplo ventre praeditus, qui omnes glabros, praestantes equos superabat, et qui, etsi eum in salebrosum locum propulissem, pede non offenderet."

Metrum Thawil est. p. 161.

٢٦٢ مَا أَنْتَ بِأَنْجَاهُمْ مَرَقَةً

262. Tu non es eorum celerrimus quoad animam.

Meidanius hoc scholion adtulit: المرقة النفس والنجى من النجاة يضرب لمن افلت من قوم قد اخذوا واصيبوا „Vocabulum المرقة idem est, quod النفس et النجى a نجاة derivandum est. Adhibetur de eo, qui salvus evasit e gente, quae capta et poena adflicta erat.“ Dilucidius Samachscharius, qui ما هو habet, proverbium hisce verbis explicavit: جنى قوم جناية فاخذوا وافلت احدهم فقيل ما هو بانجاهم مرقة اى نفسا وانجاهم من النجا وهو السرعة اى انما انجاه القدر ولا نجاوه „Gens crimen commiserat. Capta et punita est; sed unus eorum salvus evasit. Dicebatur igitur: ما هو بانجاهم مرقة id est نفسا (quoad animam). Vox انجاهم autem a نجا, quae vox celeritatem significat, derivanda est. Id est: Fatum eum eripuit et non celeritas.

٢٦٣ مَنْ نَجَا بِرَأْسِهِ فَقَدْ رَبِحْ

263. Qui caput suum e periculo liberavit, iam lucro potitus est.

Metrum Redjes est omissa prima syllaba. Proverbium significat, rem perdifficilem et periculosam fuisse, ut, qui e periculo salvus evaserit, contentus esse debeat. Abu-Obaidus dixit, versus hos in noctes proelii Siffinensis compositos esse:

أَللَّيْلُ دَاجٍ وَٱلْكِبَاشُ تَنْتَطِحْ نِطَاحَ أُسْدٍ مَا أَرَاهَا تَصْطَلِحْ

فَمَنْ نَجَا بِرَأْسِهِ فَقَدْ رَبِحْ

„Nox tenebrosa est et arietes cornibus petunt modo leonum, non eos video pacem ineuntes. Qui autem caput suum e periculo liberavit, iam lucratus est«.

Metrum Redjes est. conf. p. 231.

٢٦٤ مَتَى عَهْدُكَ بِأَسْفَلِ فِيكَ

264. Quando vidisti inferiorem oris tui partem?

Meidanius proverbio hocce scholion adiecit: اى متى اثغرت يضرب للامر القديم وللرجل يخرف قبل وقت الخرف وقال ابن الاعرابى يضرب للذى يطلب ما لا ينال ويعنى القايل به اسنانه اذ كان صغيرا قال وهذا مثل قولهم هيهات طار غرابها بجرذانك وقال ابو عمرو تقول اذا قدم عهدك بالرجل ثم رايته متى عهدك باسفل فيك فيقول المجيب زمن السلام رطاب وربما قيل زمن الفطحل يريدون قدم العهد Id est: Quando primores dentes abiecisti? De re antiqua adhibetur et de viro, qui mente sana privatur ante tempus. Dixit Ebn-Alahrabius: De eo adhibetur, qui invenit id quod non accipit. Dicens autem eo dentes suos significat, quando parvus erat. Et hoc simile est verbis: هيهات طار غرابها بجرذانك »Diu est, quod eius corvus cum muribus tuis avolavit“ (conf. C. XXVII, 23.). Dixit Abu-Ahmruus: Quum diu virum non vidisti, tum vero eum vides, dicis: متى عهدك باسفل فيك „Quando vidisti inferiorem partem oris tui?« Et dicit respondens: من السلام رطاب „Tempore Alselam rithab“ et saepius dicitur زمن الفطحل „tempore Alfithahli,“ quo antiquum tempus designant.“

Samachscharius autem hoc scholion addidit: يقوله الرجل اذا سئل عن الشى لم يعهد به منذ زمان طويل يعنى بعد عهدى كبعد عهدك باسفل فيك اى باسفل تغرك ومنبته وذلك قبل الاثغار الفم يذكر ويراد به الاسنان ويقال للحسل لا يسقط فوه اى اسنانه „Verba haec dicit vir, quum interrogatus est de re, quam diu non vidit. I. e. Distantia temporis mei, quo vidi, est ut distantia temporis, quo vidisti inferiorem partem oris tui i. e. inferiorem dentium partem et locum, unde dentes nascuntur et hoc est, antequam primores dentes abiiciuntur. Oris vero mentio fit, quo dentes designentur. Et dicitur: Foetus lacertae Lybicae os non decidit, id est: eius dentes.“

٢٦٥ مَنْ وُقِيَ شَرَّ لَقْلَقِهِ وَقَبْقَبِهِ وَذَبْذَبِهِ فَقَدْ وُقِيَ

265. Qui custoditus est a malo linguae suae et ventris sui et penis sui, is omnino custoditus est.

Id est: Is ab omni malo securus est. De eo dicitur qui multum loquitur etc. In Scharaf-Aldini libro legitur: اذا وقع et in fine وقي الشر كله, et sic in codice Berolinens.

٢٦٦ مَنْ يَسْمَعْ يَخَلْ

266. Qui audit, is opinatur.

Id est: Si quis rumores de aliorum vitiis accipit, eius animo opinio prava de aliis inhaeret.

٢٦٧ مِنْ كِلَا جَنْبَيْكَ لَا لَبَّيْكَ

267. Ex utroque latere tuo tibi non obeditur.

Loco vocis جنبيك legitur جانبيك, quod idem est. De eo dicitur, qui spe et ope destitutus est.

٢٦٨ مَنْ يَطُلْ هَنُ أَبِيهِ يَنْتَطِقْ بِهِ

268. Cui penis patris sui longus est, is eo tanquam zona medium corporis sui cingit.

Id est: Cui multi sunt fratres, is potens et honoratus est. Dixit poeta:

فَلَوْ شَاءَ رَبِّي كَانَ أَيْرُ أَبِيهِمِ طَوِيلًا كَأَيْرِ الْحَارِثِ بن سَدُوسِ

„Si dominus meus voluisset, penis patris eorum longus fuisset, ut penis Alharitsi ben-Sadus.

Metrum Thawil est. c. p. 163.

Ille enim Alharitsus viginti et unum filios habuisse dicitur. Ahlium imperatorem proverbii verba dixisse, Samachscharius narravit.

٢٦٩ مَنْ يَطُلْ ذَيْلُهُ يَنْتَطِقْ بِهِ

269. Cuius lacinia longa est, is ea tanquam zona utitur.

Abu-Hatimus retulit, Alazmäihum dixisse, proverbium significare, virum divitias suas modo haud conveniente adhibere. Legitur quoque sic proverbium:

٢٧٠ مَنْ يَطُلْ ذَيْلُهُ يَطَأْ فِيهِ

270. Cuius lacinia longa est, is pede eam calcat.

Quae proverbia in divitem, qui prodigus est, dicuntur.

٢٧١ مَنْ يَنْكِحِ ٱلْحَسْنَآءَ يُعْطِ مَهْرَهَا

271. Qui feminam pulchram matrimonio sibi iungit, is dotem eius dat.

Qui rem sibi necessariam petit, studium suum in ea acquirenda ponit et opes suas erogat. Proverbium docet, opibus aliorum favorem conciliandum esse.

٢٧٢ مَنْ سَرَّهُ بَنُوهُ سَآءَتْهُ نَفْسُهُ

272. Quem filii sui laetitia adficiunt, ei anima sua displicet.

Verba haec Dhirarus ben-Ahmru Dhabbita dixisse fertur. Huius viri filii tredecim numero erant, quorum quisque incursionem hostilem fecerat et princeps factus erat. Quos quum die quodam cum filiis, quos haberent congregatos conspiceret, ista verba dixit, sciebat enim,

illos, quod ipse grandaevus esset, ad istam actatem pervenisse. conf. Ibn-Kotaib p. 89. ed. Eichhorn.

٢٧٣ مِثْلُ ٱبْنَةِ ٱلْجَبَلِ مَهْمَا يُقَلْ تَقُلْ

273. Similis filiae montis (Echo), quae omnia, quae dicuntur, repetit.

In imbecillem mente dicitur, qui cuiusvis sententiam sequitur.

٢٧٤ مَنْ أَشْبَهَ أَبَاهُ فَمَا ظَلَمَ

274. Qui patri suo similis est, iniustus non est

Similitudo cum patre est res conveniens, nemo enim dignior, qui patri similis sit, quam filius. Alii autem dicunt: فما ظلم الاب „Iniustus non est pater in eo, quod filius ipsi similis est.« Hocce proverbium e versu Caahbi ben-Sohair derivatum esse dicunt:

أَنَا ٱبْنُ ٱلَّذِى لَمْ يُخْزِنِى فِى حَيوتِهِ قَدِيمًا وَمَنْ يُشْبِهْ أَبَاهُ فَمَا ظَلَمْ

,Ego filius eius sum, qui, dum vivebat, olim ignominia me non adfecit, et qui patri suo similis est, is iniuste non agit". Metrum Thawil est p. 162. conf. Harir. p. ٥٨٥.

٢٧٥ مَنْ يَكُنْ أَبُوهُ حَذَّاءً تُجَدْ نَعْلَاهُ

275. Cuius pater sutor est, eius calcei praestantes sunt.

In eum dicitur, cui adiutores auxilio sunt.

٢٧٦ مَنْ لَكَ بِأَخِيكَ كُلِّهِ

276. Quis tibi frater tuus totus est?

Abu-l'Dardäi Anzaritae verba fuisse dicuntur. Id est: Amicus tuus non in omnibus rebus tibi placere potest,

cum igitur patienter feras oportet, etsi eius agendi ratio interdum tibi displiceat.

٢٧٧ من العناء رياضة الهرم

277. Molestiae est condocefacere aetate decrepitum.

Ad Almanzurum chalifam schismaticorum unus pervenit. Quem quum Almanzurus verbis perstringeret, dixit:

أتروض عرسك بعد ما كبرت ومن العناء رياضة الهرم

,,Num uxorem tuam condocefacis, posteaquam grandaeva facta est, et condocefacere aetate decrepitum res molesta est'' Metrum Camil est. p. 214.

Almanzurus, qui viri illius submisse loquentis verba non intellexisset, Alrabiahum praesentem interrogavit, quid senex dixisset. Alrabiahus respondit:

العبد عبدكم والمال مالكم وهل عذابك عني اليوم مصروف

,,Servus est servus vester et opes sunt opes vestrae et num poena tua mihi hodie remittitur? Metrum Basith est. p. 190.

Almanzurus virum impune dimisit et Alrabiahi factum gratum habuit.

٢٧٨ ما استتر من قاد الجمل

278. Qui camelum ducit, absconditus non est.

Dixit Alkolachus:

انا القلاخ بن جناب بن جلا أخو خناثير اقود الجملا

,,Ego sum Alkolachus filius Djanabi[1]) filii Djalae, fra-

1) Djanab avus eius erat.

ter[1]) malorum duco camelum. Metrum Redjes est. p. 231.

٢٧٩ مَا لَهُ سَارِحَةٌ وَلَا رَائِحَةٌ

279. Non est ei aut pecus pastum incedens aut e prato vespera rediens.

Id est: Nil possidet. conf. Djeuh.

٢٨٠ مُعَيْبُورَاءُ تَكَادَمُ

280. Asini, qui se invicem mordent.

Stultos inter se concitatos et tumultuantes significat.

٢٨١ مَنْ لِي بِالسَّانِحِ بَعْدَ ٱلْبَارِحِ

281. Quis efficere mihi potest, ut a latere sinistro veniat, postquam a latere dextero venit.

Ad virum quendam dorcades a latere dextero ipsi venientes, id quod Arabibus malo omini est, transierunt. Quod quum aegre ferret, alius quidam dicebat, illas ei a latere sinistro iam transituras esse. Respondit autem vir proverbii verbis significaturus, se de re desperare. In Samachscharii opere من لك legitur.

٢٨٢ مَنِ ٱسْتَرْعَى ٱلذِّئْبَ ظَلَمَ

282. Qui lupum esse vult pastorem, iniustus est.

Id est: Iniustus est in gregem. Alii autem dicunt, posse significare, eum iniustum in lupum esse, cui rei, cui praeesse non possit, curam tradat. Verba autem ista Actsamo ben-Zaifi tribuuntur. De eo dicitur proverbium, qui virum haud fidum rei praeficit. Narrant, Ahmirum ben-

---

1) In Kamusi opere pater legitur.

Obbaid ben-Wahab filiam Zaifii sororem Actsami Zahbaham appellatam in matrimonium duxisse et ex ea tres filios Dsibum (lupum), Calbum (canem) et Sabohum (leonem) genuisse. Calbum, qui mulierem e gente Banu-Asad (sc. e familia Banu-Habib) in matrimonium duxisset, in gentes Kais (sc. Kais ben-Naufal, Kais ben-Wahban et Kais ben-Djabir) hostiliter irrupisse eorumqne opes diripuisse. Tum gentem Banu-Asad in gentem Banu-Calb, qui sororis filii essent, irrupisse eosque pro gentibus Kais cepisse. Calbum autem filium Ahmiri ad avunculum suum Actsamum venisse rogatum, ut ipsi Kaisitas eorumque opes traderet, se enim filios suos a gente Banu-Asad redemturum esse. Actsamum, qui rem facere vellet, patrem Zaifium dissuasisse dicentem: Ne facias, Calbus enim est vir angustus animo. Quod si ei opes tradideris, eas retinebit, sin vero Kaisitas ei dederis, eorum lytrum accipiet. Tradas potius opes Dsibi manibus, praestantissimus enim et generosissimus fratrum est. Tradidisse igitur Actsamum opes Dsibo, Kaisitas Calbo. Calbum autem, fratrem suum Dsibum quum decepisset, opes sumsisse et dixisse: Si vultis, capronis vestris amputatis vos libere dimittam, dum ego vestrum opibus potior, vos autem meos filios libere dimittatis eorum opibus retentis. Calbus lytri desiderio captus Kaisitas diutius apud se retinuit. Actsamus autem quum de re certior factus esset, dixit: من استرعى الذئب ظلم »Qui lupum pastorem esse vult, iniustus est« et ad eum veniens, dixit: انك لفى اموال بنى اسد واهلك فى الهوان »Tu possides opes gentis Banu-Asad, dum gens tua in contemtu est«, tum dixit: نعيم كلب فى بوس اهله »Voluptas Calbi (canis) in miseria gentis suae est,« quae quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt. conf. Djeuh. s. رعى et ظلم nec non Cap. VII, 126.

٢٠١٣ مَنْ حَبَّ طَبَّ

283. Qui amat, industrius est.

Proverbium hisce verbis explicatur: قالوا معناه من احب فطن واحتال لمن يحب والطب الحذق »Dicunt, sensum eius esse: Qui amat rem intelligens est, et in re, quam amat, sibi acquirenda solers est, nam vocabulo طب solertiae significatio inest.« Samachsch. In Kamusi opere احب legitur.

٢٨٤ مِنْ نَطَانَةٍ لَا يَعْرِفُ قَطَاتَهُ مِنْ لَطَاتِهِ

284. Propter stupiditatem nates suas a fronte discernere nequit.

Legitur quoque من رطانة significatione haud diversa.

٢٨٥ مَطَلَهُ مَطْلَ نُعَاسِ ٱلْكَلْبِ

285. Moram ei intulit, ut mora est somnolentiae canis.

Id est: Longam moram ei concessit, quippe canis somno deditus est. conf. Kam.

٢٨٦ ٱلْمَنَايَا عَلَى ٱلسَّوَايَا

286. Mortes super sellis.

Legitur quoque على الحوايا cum eadem significatione. Proverbium Ohbaido ben-Alabraz adscribitur, qui verba dixisse fertur die infausto, quo Alnohmanus, ut versus diceret, eum rogasset. Abu-Ohbaidus dixit, alios esse, qui in proverbio voce الحوايا mulierum clitellas significari dixerint, se autem putare proprium verborum sensum esse: homines mortui super sellis portati, et verba postea ad res calamitosas significandas adhibita esse. conf. Djeuh. s. v. حوى.

٢٨٧ اَلْمَنِيَّةَ وَلَا ٱلدَّنِيَّةَ

287. Mors et non dedecus.

Id est: Mortem dedecori praehabendam esse puto. Si accusativi casum admittis, verbum اختار praehabeo supplendum est, sin vero nominativum ponis, sic explicandum est: المنية الى احب ولا الدنية »Mors mihi gratior est et non dedecus«. Proverbii auctorem Ausum ben-Haritsah esse dicunt.

٢٨٨ اَلْمَوْتُ ٱلْأَحْمَرُ

288. Mors rubra.

Dixit Abu-Ohbaidus, verba haec proferri in patientia noxae et molestiae. Alazmäihus dixit, hoc duplici modo explicari posse: Uti homines loquendi modo: mors rubra et mors nigra. Tribui morti colorem leonis, quasi mors tanquam leo in hominem irruat. Aliis autem rubro significari novum. Abu-Ohbaidahus autem dixit, homini terrore commoto totum mundum tum rubrum tum nigrum videri, quemadmodum Abu-Sobaidus Thajjita in describendo leone dixerit:

إِذَا عَلِقَتْ قِرْنًا خَطَاطِيفُ كَفِّهِ رَأَى ٱلْمَوْتَ بِٱلْعَيْنَيْنِ أَسْوَدَ أَحْمَرَ

»Quando ungues manus suae adversario inhaerent, videt oculis suis mortem nigram, rubram«.

Metrum Thawil est. p. 161.

٢٨٩ اَلْمَوْتُ ٱلسَّجِيحُ خَيْرٌ مِنَ ٱلْحَيَاةِ ٱلذَّمِيمَةِ

289. Mors lenis melior est, quam vita vituperata.

٢٩٠ مَنْ عَتَبَ عَلَى ٱلدَّهْرِ طَالَتْ مَعْتَبَتُهُ

290. Qui obiurgat tempus, eius obiurgatio diuturna est.

Legitur مَعْتَبَتُهُ et مَعْتِبَتُهُ. Meidanius autem sic vertendum putat: Qui irascitur tempori, eius ira longa est.

٢٩١ اَلْمِكْثَارُ كَحَاطِبِ ٱللَّيْلِ

291. Qui multum loquitur, ei similis est, qui noctu ligna colligit.

Proverbium, quod Actsamo ben-Zaifi adscribitur, de eo adhibetur, qui omnia, quae ipsi in mentem veniunt, loquitur. Ut noctu ligna colligens saepe aut serpentis aut scorpionis morsu laeditur, sic multa loquens verbis suis sibi nocet. In Scharaf-Aldini opere كحاطب ليل legitur.

Dixit poeta:

احْفَظْ لِسَانَكَ أَيُّهَا ٱلْإِنْسَانُ لَا يَقْتُلَنَّكَ إِنَّهُ ثُعْبَانُ
كَمْ فِي ٱلْمَقَابِرِ مِنْ قَتِيلِ لِسَانِهِ كَانَتْ تَخَافُ لِقَاءَهُ ٱلْأَقْرَانُ

»Custodi linguam tuam, o homo, ne te occidat, nam serpens est longus. Quot sunt in sepulchris occisi a lingua sua, quibus occurrere timebant hostes!

Metrum Camil est. p. 213.

Proverbium duplici modo adhiberi dixit Scharaf-Aldinus, tum de eo, qui in sermone bona cum pravis misceat tum de eo, qui sermone suo erga se iniustus sit.

٢٩٢ مَنْ يَرَ يَوْمًا يُرَ بِهِ

292. Qui diem videt, in eo conspicitur.

Verba haec Calhabus ben-Schubûb Asadita primum

dixisse fertur[1]). Qui quum solus in gentem Thai incurreret, Haritsahus ben-Lam Thajjita virum gentis suae, qui Ihtrimus appellabatur, fortem et strenuum ad se vocavit interrogans, num ab isto pravo eum liberare posset. Qui quum se posse respondisset, decem speculatores cum eo misit. Invenerunt illum in umbra arboris Araca appellatae dormientem et equum ad latus alligatum. Vir igitur ille strenuus cum socio ad eum descendit. Eius manibus arreptis in terra cubantem retinuerunt. At evigilans dexteram manum ex unius manibus retrahens iugulo compresso virum necavit. Tum reliqui advolarunt et iacentem vinculis constrinxerunt. Occisi autem filius Haudsahus ben-Ihtrim, ut sibi ius vindicandi concederetur, petiit. Caeteri, se eum ad Harithsahum adducturos esse, dixerunt. Advenienti Haritsahus dixit: يا كلحب ان كنت اسيرا فطالما اسرت »O Calhabe, si captus nunc es, et saepissime captivos fecisti«. Calhabus autem istis verbis, quae in proverbii consuetudinem venerunt, respondit. Haritsahus tum occisi filio, ut vindictam sumeret, permisit. Reliqui autem dum inter se sermonem faciebant, Calhabus vincula solvens fuga se eripuit tanta celeritate, ut ipsi equis vehentes eum non attingerent. Tali modo vindicandi spe frustrata Haudsahus hos versus dixit:

إِلَى ٱللّٰهِ أَشْكُو أَنْ أَوبَ وَقَدْ ثَوَى قَتِيلًا فَأَوْدَى سَيِّدُ ٱلْقَوْمِ عِتْرِمُ

فَمَاتَ ضَيَاعًا هٰكَذَا بِيَدِ ٱمْرِءٍ لَئِيمٍ فَلَوْ لَا قِيلَ ذُو ٱلْوِتْرِ مُعْلَمُ

»Apud Deum queror, quod redeo et iam substitit ille occidendus, periit enim gentis dominus Ihtrimus. Mortuus autem est sine vindicta isto modo per manum viri vilis. Et si non (hoc accidisset), dictum fuisset: Vindictam

1) Ad proverbium C. XXIV, 359. legitur oratio, quam Ahmirus ben-Althsarib genti suae habuit. In ista oratione proverbii huius leguntur verba.

sumens cognitus factus est.« Metrum Thawil est. p. 161.

Calhabus autem versus audiens sic respondit:

أَحَوْذَةُ إِنْ تَفْخَرْ وَتَزْعُمْ أَنَّنِى لَئِيمٌ فَمِنِّي عِتْرِمُ ٱللُّومِ ٱلْأَمُ

فَأُقْسِمُ بِٱلْبَيْتِ ٱلْمُحَرَّمِ مِنْ مِنًى أَلِيَّةَ بِرٍّ صَادِقٍ حِينَ يُقْسِمُ

لَضَبٌّ بِقَفْرٍ فِي قِفَارٍ وَضَبْعَةٌ خَمُوعٌ وَيَرْبُوعُ ٱلْفَلَا مِنْكَ أَكْرَمُ

فَهَلْ أَنْتَ إِلَّا خُنْفَسَاءُ لَئِيمَةٌ وَخَالُكَ يَرْبُوعٌ وَجَدُّكَ شَيْهَمُ

أَتُوعِدُنِى بِٱلْمُنْكَرَاتِ وَإِنَّنِي صَبُورٌ عَلَى مَا نَابَ جَلْدٌ صَلَخْدَمُ

فَإِنْ أُفْنَ أَوْ أُعْمَرْ إِلَى وَقْتِ مُدَّةٍ فَإِنِّي ٱبْنُ شُوبُوبٍ جَسُورٌ غَشَمْشَمُ

»O Haudsahe! si gloriaris et contendis, me vilem esse, tum Ihtrimus vilis me vilior est. Iuro per domum sacram ad Minam pertinentem iusiurandum verissimum, verax quando iurat: Profecto! Lacerta in deserto, et hyaena claudicans et mus deserti te generosior est. Tu nonnisi vilis scarabaeus et avunculus tuus mus et avus tuus erinaceus est. Num tu mihi minaris calamitates, dum ego sum patiens in ferendo eo quod accidit, tanquam durus, robustus (camelus). Sive ego intereo sive in vita conservor usque ad tempus longinquum, ego sum filius vehementiae (vehemens) andax, intrepidus«.

Metrum Thawil est. p. 161.

Samachscharius proverbium sic explicavit: اى من راى بصاحبه يوما غير صالح لم يومن ان يرى مثل ذلك اليوم به قال الشاعر

لَا تَشْمَتَنَّ فَإِنَّ ٱلدَّهْرَ ذُو دُوَلٍ

ويروى من ير يوما اى من تهضم صاحبه واراه يوما مكروها رئى به غدا يضرب فى تنقل احوال الدهر باهله قال الشاعر

مَنْ يَرَ يَوْمًا يُرَ بِهِ وَالدَّهْرُ لَا يَغْتَرُّ بِهِ

Id est: Qui socium suum die infelici adflictum videt, securus non est, quod simili die non adfligatur. Dixit poeta: »Ne ob aliorum calamitates laetus sis, nam tempori vicissitudines sunt«.

Hemistichium metri Basith est. p. 190.

Legitur quoque quarta verbi رأى forma, ut sensus sit: Qui alium adfligit et causa est, ut ingratum ipsi diem videat, mox simili adficietur. Proverbium vicissitudines temporis significat. Dixit poeta:

»Qui diem vidit, in eo conspicitur, nam tempus per eum
non decipitur.«

Metrum Redjes est. p. 231.

٢٩٣ مَنْ يَنِكِ ٱلْعَيْرَ يَنِكْ نَيَّاكًا

293. Qui futuit asinum silvestrem, multum futuentem futuit.

Verba haec Chidhrus ben-Schibl Chotsahmita dixit, cuius uxor Haschimi amica erat. Chidhrus quum aurum et argentum sub arboris radice abscondidisset et uxori suae rem narrasset, haec servam ad amicum misit, ut opes auferret. Serva herum suum rei certiorem fecit. Herus, qui ad locum illum Haschimum exspectaturus accesserat, opes suas iam ablatas esse vidit. Per aliquot dies tacens uxori narravit, se urinatore quodam occiso duabus unionibus potitum esse et quodam loco abscondidisse, simul servae dicens, si hera tua te ad Haschimum misit, ad me prius venias. Factum est, quemadmodum praeviderat. Hera ad Haschimum servam misit. Tum Chidhrus fratrem Zojaidum secum ducens ad istum locum ante Haschimum pervenit. Ibi absconditi Haschimum audiverunt versus canentem, quibus tota res palam fieret. Chidhrus autem in Haschimum impetum faciens dixit: Qui futuit asinum sil-

vestrem, multum futuentem futuit; quae verba proverbii loco in eum dicuntur, qui cum victore certat. Haschimus manibus post tergum ligatis, ut confiteretur, ubi opes essent, coactus, capite tandem truncatus est. Serva autem, quae rem indicaverat, a Chidro loco uxoris, quam mortis poena mulctaverat, in matrimonium ducta est. De eo dicitur, qui saepius vincentem vincit. Samachsch. Proverbio metrum Sarih est. c. p. 245.

٢٩٤ مَنْ سَلَكَ ٱلْجَدَدَ أَمِنَ ٱلْعِثَارَ

294. Qui incedit in terra dura ac plana, securus est, ne pede offendat.

Monet nos proverbium, ut incolumitatem quaeramus.

٢٩٥ مَنْ تَجَنَّبَ ٱلْخَبَارَ أَمِنَ ٱلْعِثَارَ

295. Qui evitat terram mollem, in qua lapides iacent, ne pede offendat, securus est.

Conf. Kam. s. v. خبر

٢٩٦ مَنْ دَخَلَ ظَفَارِ حَمَّرَ

296. Qui vicum Taghari intrat, dialecto Himjaritica utitur.

Narrant Arabem campestrem ad regem Iemanae venisse. Regem, ut eum honore adficeret, sua lingua Himjaritica usum dixisse: ثب Sede; Arabem autem sali intellexisse et desilientem a loco alto periisse. Quod quum vidisset rex, de causa facti certiorem factum ista verba dixisse. Proverbium significat, eum, qui se genti immisceat, eius mores imitari debere. Samachsch. ظفار Thaghari nomen vici Iemanensis est. Sunt, qui voci حمر significationem luto rubro tinxit tribuant, quia in illo vico luto rubro مغرة appellato uterentur.

٢٩٧ مَنْ يَرُدُّ ٱلسَّيْلَ عَلَى أَدْرَاجِهِ

297. Quis est, qui torrentem in viam suam retrudat?

Rem significat, quae perfici nequit.

٢٩٨ مَنْ يَشْتَرِي سَيْفِي وَهٰذَا أَثْرُهُ

298. Quis gladium meum emit et hoc est eius fulgur?

Metrum Sarih est c. p. 245. Almofadhdhelus, dixit, Alharitsum ben-Thsalim Morritam verbis hisce primum usum esse. Causam eorum talem fuisse narrant: Chalidus ben-Djahfar ben-Cilab Sohairum ben-Djadsimah Ahbsitam occiderat. Huiusce rei causa vindictam gentis Ghathfan metuens ad Alnohmanum se in eius clientelam recipiens confugit. Ibi cum fratre suo Ohtbaho ben-Djahfar benigne exceptus ad cibum societatemque regis admissus est. Interim Kaisus ben-Sohair bellum contra gentem Banu-Ahmir parans ab irruente hieme impediebatur. Haritsus autem Kaiso dixit, se profecturum esse, ut Chalidum occidat, et Kaiso monenti, Alnohmanum eum in clientelam recepisse, nihilominus se eum occisurum esse, etsi in Alnohmani gremio esset, iuravit. Alharitsus vir pulcherrimo sermone utens et pugnarum Arabum quam maxime gnarus simul honorifice ab Alnohmano excipiebatur. Chalidus hoc videns et ira accensus dixit: O Abu-Laila! Nonne mihi gratiam habes, quod Sohairum occiderim, quum tu illo occiso gentis Ghathfan dominus sis? Alharitsus autem ista verba audiens tremore correptus, ut, quos manibus teneret, dactyli in terram deciderent, dixit: Tu eum occisus es! Alnohmanus autem eius iram observans Chalido dixit: Hic te occidet. Chalidus quidem tentorium suum lobulis invicem insertis omnino clauserat, sed Alharitsus gladio illos disrupit et Chalidum e somno excitavit dicens: O Chalide, num putasti, Sohairi sanguinem impune effusum esse? eum

necavit. Tum interim expergefacto Ohtbaho dixit: Si loquens te commoves, te quoque occidam! His peractis equum conscendit et fuga salutem petiit. Ohtbahus autem clamore sublato ad regis aulam tetendit dicens, Alharitsum regis fidem datam occiso Chalido irritam fecisse. Alnohmanus statim ad persequendum equites misit. Primo diluculo eum assecuti sunt. Alharitsus cum iis pugnans singulos cum eo dimicantes occidit, agmina dispersit, dum pugnabat, hunc versum canens:

أنا أبو ليلى وسيفى المعلوب من يشترى سيفى وهذا أثره

„Ego sum Abu-Laila et gladius meus in capulo nervo obligatus est. Quis emit gladium meum et hoc eius fulgor est?" Metrum Sarih est. p. 245.

Eum persequentes infecta re recesserunt. Proverbium autem adhibetur in cautione, si ex eiusmodi re damnum percepimus. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de viro, qui rem aggrediatur, quam iam expertus sit.

Alaghlabus Ihdjlita proverbium versui inseruit dicens:

قالت له في بعض ما تسطره من اشترى سيفا وهذا أثره

„Dixit (mulier) ei, inter ea, quae composuit. Quis gladium emit et hic eius fulgor est?" Metrum Redjes est. p.231.

٢٩٩ من عز بز

299. Qui vincit, praeda potitur.

Dixit Almofadhdhelus, virum e gente Thai ad familiam Banu-Tsoahl pertinentem, cui Djabir ben-Ralan nomen esset, primum ista verba dixisse. Vir iste cum duobus sociis iter faciens in loco Altsawijjah, qui pone Hiram prope ad Cufam situs erat, Alnohmani ben-Mäi-ssemäi equitibus die infausto occurrit, quo Alnohmanus quemlibet in ipsum incidentem occidere solebat. Causa hujusce diei in libro Cit. Alagh. descripta est. Verba autem ibi Ohbaido b. Alabraz adscribuntur. Alnohmanus autem, quum adducerentur, sortes ducere eos iussit dicens, se eum, qui sorte vicisset, liberum dimissurum esse, duos reliquos occisurum. Accidit, ut Djabiro bona sors contingeret. Qua-

propter sociis, quos ad mortem abduci videret, ista verba, quae postea in proverbium venerunt, dixit.

٣٠٠ مَنْ يَأْكُلْ خَضْمًا لَا يَأْكُلْ قَضْمًا وَمَنْ يَأْكُلْ قَضْمًا يَأْكُلْ خَضْمًا

300. Qui edit toto ore, is non edet extremis dentibus et qui extremis dentibus edit, toto ore edet.

Monet proverbium, ut vitae nostrae rationem habentes res prudenter disponamus, ne perditis opibus penuria oriatur.

٣٠١ مَنْ يَرَ ٱلزُّبْدَ يَخَلْهُ مِنْ لَبَنْ

301. Qui vidit cremorem lactis, eum a lacte desumtum putat.

Narrant, virum interrogasse mulierem, num oves eius lacte abundarent. Quae quum, minime! respondisset, virum, qui cremorem lactis apud ipsam conspiceret, ista verba dixisse. De viro dicitur, qui rem haud occultam occultare cupit. Abu-l'Haitsamus vocem الزبد cum duabus vocalibus Fatha enunciavit. In Samachscharii opere loco vocis يخله legitur: يعلم انه „scit eum esse". Ad metrum Ramal pertinet.

٣٠٢ مَنِ ٱشْتَرَى ٱشْتَوَى

302. Qui emit, assat.

In codice Abu-Ohbaidi et sic: من اشترى بماله اشتوى Proverbium hoc Alahmarus retulit. Opibus utendum esse, ut res nobis necessarias acquiramus, dicit.

٣٠٣ مَنْ فَازَ بِفُلَانٍ فَقَدْ فَازَ بِٱلسَّهْمِ ٱلْأَخْيَبِ

303. Qui quodam potitus est, is sorte frustrata potitus est.

Legitur quoque بقدح الاخيب, ut الاخيب significationem vocis الخيبة habeat. Abu-Ohbaid. De homine, qui utilitatem non praestat, adhibetur.

Narrant, Mohammedanorum principem Ahlium verba haec in socios suos dixisse. Significat, virum rem quaesitam non consecutum esse.

٣٠٤ مِنْ مَالِ جَعْدٍ وَجَعْدٌ غَيْرُ مَحْمُودِ

304. Ex opibus Djahdi et Djahdus non est laudatus.

Verba haec Djahdus ben-Alhozain Alchodhrita pater Zachri ben-Djahd poetae dixisse fertur. Qui quum aetate provectus esset, filii et familia ab eo recesserunt, ut nemo nisi puella nigra remaneret. Haec autem in domum adolescentis, Ohrahbah appellati, cuius amore capta erat, omnia e domo Djahdi transtulit. Quod quum Djahdus animadverteret, hos versus dixit:

أَبْلِغْ لَدَيْكَ بَنِي عَمْرٍو مُغَلْغَلَةً عَمْرًا وَعَوْفًا وَمَا قَوْلِي بِمَرْدُودِ

بِأَنَّ بَيْتِيَ أَمْسَى فَوْقَ دَاهِيَةٍ سَوْدَاءَ قَدْ وَعَدَتْنِي شَرَّ مَوْعُودِ

تُعْطِي عُرَابَةَ بِٱلْكَفَّيْنِ مُحْتَجِنًا مِنَ ٱلْخَلُوقِ وَتُعْطِينِي عَلَى عُودِ

أَمْسَى عُرَابَةُ ذَا مَالٍ يُسَرُّ بِهِ مِنْ مَالِ جَعْدٍ وَجَعْدٌ غَيْرُ مَحْمُودِ

»Perfer de te genti Ahmrui celeriter nuntium, Ahmruo et Auhfo et non est verbum meum repulsum, meam domum esse super astuta nigra, quae mihi promissum malum dedit. Dat Ohrabaho duabus manibus ad se rapienti ex odoramento Alchaluk et mihi dat super ligno (super scutella lignea). Ohrabahus iam factus est opum pos-

1) In primo versu loco vocis عمرو Amrui legitur عمي patruelis mei. Secundus tertiusque versus in codice Lugd. non leguntur. De voce الخلوق dubito.

sessor, quibus laetatur ex opibus Djahdi et Djahdus non est laudatus.« Metrum Basith est. p. 190.

De viro dicitur, qui opum iacturam patiens vituperatur.

٣٠٥ مَنْ قَنِعَ فَنِعَ

305. Qui contentus est, opibus abundat.

٣٠٦ مَنْ عُرِفَ بِٱلصِّدْقِ جَازَ كَذِبُهُ وَمَنْ عُرِفَ بِٱلْكَذِبِ لَمْ يَجُزْ صِدْقُهُ

306. Cuius veracitas nota est, eius mendacium licitum est, et cuius mendacium notum est, eius veracitas non licita est.

٣٠٧ مَنْ خَاصَمَ بِٱلْبَاطِلِ أُنْجِحَ بِهِ

307. Qui litigat in re vana, eum (res vana) vincit.

Id est: Qui rem vanam petit, in eo argumenta sua perdit et vincitur.

٣٠٨ مُخْرَنْبِقٌ لِيَنْبَاعَ

308. Silens ut insiliat.

Verbum انباع de serpente in praedam insiliente potissimum adhibetur. Legitur quoque لينباق »ut calamitatem adferat«. conf. Kamus. Djeuh.

٣٠٩ أَمَكْرًا وَأَنْتَ فِى ٱلْحَدِيدِ

309. Num dolum (adhibes), dum tu in vinculis es?

Abu-Ohbaidus dixit, verba haec Ahbd-Almalicum ben-

Merwan Saihdo ben-Ahmru ben-Alahz[1]) qui compedibus vinctus esset, dixisse. Quem quum Ahbd-Almalicus occidere vellet, is dixit: Peto a te, ut me in conspectu hominum, quae res ignominia me adficeret, non occidas. Nil autem voluit, nisi ut Ahbd-Almelicus huius contrarium faceret, nam quum in conspectum hominum adductus esset, socii eum defenderunt. Hanc rem videns Ahbd-Almalicus ista verba dixit. De eo dicitur, qui dolose agere vult, dum vinctus est.

٣١٠ مُجَاهَرَةً إِذَا لَمْ أَجِدْ مُخْتَلًا

310. Vi aperta, quum decipiendi opportunitas mihi non est.

Palam inimicitiam ostendam et ius meum postulabo, si secreto nil obtinere possum.

٣١١ أَلْمَرْءُ يَعْجِزُ لَا ٱلْمَحَالَةُ

311. Vir debilis est, non astutia,

Remedia contra calamitatem non desunt; sed debilis iis non utitur. Dixit poeta:

حَاوَلْتَ حِينَ صَرَمْتَنِي   وَٱلْمَرْءُ يَعْجِزُ لَا ٱلْمَحَالَهْ
وَالدَّهْرُ يَلْعَبُ بِٱلْفَتَى   وَالدَّهْرُ أَرْوَغُ مِنْ ثُعَالَهْ
وَٱلْمَرْءُ يَكْسِبُ مَالَهُ   بِٱلشُّحِّ يُورِثُهُ ٱلْكَلَالَهْ
وَٱلْعَبْدُ يُقْرَعُ بِٱلْعَصَى   وَٱلْحُرُّ تَكْفِيهِ ٱلْمَقَالَهْ

»Expetiisti, quando me amputasti (te a me separasti) et vir debilis est sine dubio et tempus cum viro ludit et tempus

1) Scharaf-Aldin Ahmru ben-Saihd habet.

astutius est, quam vulpes et vir cum aviditate, quae lassitudinem ei procreat, opes suas acquirit. Et servus baculo percutitur; sed ingenuo sermo sufficit«.

Metrum Camil est. p. 214.

٣١٢ مَنْ نَجَلَ ٱلنَّاسَ نَجَلُوهُ

312. Qui homines pede anteriore percutit, eum (homines) percutiunt.

Qui prave se gerit erga homines, erga eum eodem agendi modo homines utuntur. Duplici modo aut confodiendo aut iaciendo vocabulum نجل explicari potest. conf. Djeuh.

٣١٣ مَنْ يَبْغِ فِي ٱلدِّينِ يَصْلَفْ

313. Qui a iusto recedit, commodum inde non capit

Qui mundanas res per religionem petit, parum consequitur. Dixit Alazmäihus: Nil obtingit apud homines et eorum amorem non meretur. Samachscharius dixit, sensum esse: Qui in religione caeteris se praestantiorem esse putet et superbiat, eum parum boni ab hominibus consequi conf. Kam. s. v. صلف

٣١٤ مَنْ حَفَّنَا أَوْ رَفَّنَا فَلْيَقْتَصِدْ

314. Qui nos ornat aut honorat, modum rectum teneat.

Vocem حفنا derivare licet, a حفت المراة وجهها »Pilos removit mulier e facie, ut se ornaret« et رفنا a رف الغزال ثمر الاراك »Dorcas extremis labiis fructum arboris Arac appellatae sumsit« i. e. Qui nos laudat aut ornat, modum rectum teneat. Dixit Abu-Ohbaidus: Qui nos laudat ne

modum excedat, sed verum loquatur. Dicitur من حفنا „qui nobis servit et in nos propensus est" et رفنا i. e. حاطنا „nos circumdat, nos custodit." Et dicitur ذهب من كان يحفه ويرفه i. e. qui ei servivit et eum custodivit. Et legitur quoque: من حفنا او رفنا فليترك »Qui nobis servivit aut nos custodivit, omittat hoc facere«. Narrant mulierem invenisse struthiocamelum, cuius in faucibus pars gummi oblonga, tenuis, contorsa haereret et eius caput veste sua texisse. Tum ad gentem sibi propensam et utilem ivisse ista verba dicentem, quum sperasset, fore, ut strutheocamelo illo potita dives fieret. Struthiocamelum vero vestem eius abstulisse. Quapropter proverbium in eum dicitur, qui re parva valde laetatur, et in re haud certa fiduciam ponit.

٣١٥ مَنْ قَلَّ ذَلَّ وَمَنْ أَمِرَ قَلَّ

315. Qui paucus est, vilis est et qui multus est, paucus est.

Id est: Cui pauci sunt adiutores, is vincitur et despectus est, at cuius propinqui multi sunt, pauci sunt eius inimici. Auso ben-Haritsah verba haec adscribuntur. In Samachscarii opere in fine فل legitur et sic explicatur من كثر ناصره غلب مناويه وكسره »Qui adiutores multos habet, is adversarium suum vincit et frangit«.

٣١٦ مِنَ ٱللَّجَاجَةِ مَا يَضُرُّ وَيَنْفَعُ

316. Pertinacia tum nocet tum prodest.

Verba sunt Alasahri ben-Abi-Hamram Aldjahfi. Quum pullus equi generosus, cuius causa certamen cursus iniisset, periret, hunc versum dixit:

أَهْلَكْتُ مُهْرِى فِى ٱلرِّهَانِ لَجَاجَةً وَمِنَ ٱللَّجَاجَةِ مَا يَضُرُّ وَيَنْفَعُ

»Perdidi pullum meum in certamine ob pertinaciam et pertinacia tum nocet tum prodest«.

Metrum Camil est. p. 212.

٣١٧ مِنْ غَيْرِ خَيْرٍ طَرَحَكَ أَهْلُكَ

317. Quum bonum non esses, gens tua te abiecit.

Vir foedo vultu praeditus in habitaculum ab incolis relictum veniens speculum invenit. Illud sumens inspexit; sed quum foedum vultum suum conspiceret, speculum abiiciens verba ista dixit.

٣١٨ مِنْ مَأْمَنِهِ يُؤْتَى ٱلْحَذِرُ

318. E loco securo suo invaditur cautus.

Verba haec Actsamus ben Zaifi dixisse fertur. Id est: Cautio ab homine res ipsi necessario ferendas non depellit, et si summa diligentia utitur. Traditionis verba sunt: لا ينفع حذر من قدر »Contra decretum divinum cautio non prodest«. Non nimium cavendum esse homini, docet proverbium.

٣١٩ أَلْمَوْتُ دُونَ ٱلْجَمَلِ ٱلْمُجَلَّلِ

319. Mors est infra camelum magnifaciendum.

Id est: Mors potius ferenda est, quam ut camelus, quo Ajescha vehatur, occidatur. Ahbd-Alrahmano ben-Ahttab ben-Osaid ben-Abi-l'Ahz ben-Omajjah verba ista tribuuntur, quae die pugnae dies cameli appellatae in hoc versu dixit:

أَنَا ٱبْنُ عَتَّابٍ وَسَيْفِي وَلْوَلْ وَٱلْمَوْتُ دُونَ ٱلْجَمَلِ ٱلْمُجَلَّلْ

»Ego sum filius Ahttabi et gladius meus sonans et mors infra camelum magnificiendum est«. Metrum Sarih est. p. 245.

٣٢٠ اَلْمُلْكُ عَقِيمٌ

320. Regnum sterile est.

Quod si gens de regno pugnat, propinquitatis vincula rumpuntur et pater contra filium se armat, ut pater filium non genuisse videatur conf. Kamus. Djeuh.

٣٢١ اَلْحَقُّ ٱلْخَفِىُّ إِذْكَارُ ٱلْإِبِلِ

321. Clam opes delentur, si camelae pullos mares pariunt.

٣٢٢ مَنْ شَمَّ خِمَارَكِ بَعْدِى

322. Quis operimentum tuum post me olfecit?

Quaenam est causa, ut me fugias? De eo dicitur, qui post quietem fugit. Sed in Kamusi opere ما شم خمارك legitur et sensus talis esse dicitur: Quid statum tuum mutavit et te adflixit? Arabum mulieres velum aromatibus imbuere solent.

٣٢٣ مَنْ يَمْدَحُ ٱلْعَرُوسَ إِلَّا أَهْلُهَا

323. Quis praeter familiam eius sponsam laudat?

Proverbium significat, propinquos mutuum sibi auxilium praestare et ipsorum admiratione adfici.

٣٢٤ مَنْ يَاتِ ٱلْحَكَمَ وَحْدَهُ يَفْلُجْ

324. Qui solus ad iudicem venit, desiderio suo potitur.

Nemo enim erit, qui eum mendacii accuset.

٣٢٥ مَوَاعِيدُ عُرْقُوبٍ

325. Promissa Ohrkubi.

Proverbii verba promissa non impleta designant. conf. C. VII, 103.

٣٢٦ مَنْ يَجْتَمِعْ يَتَقَعْقَعْ عَمَدُهُ

326. Qui congregatur cum aliis, eius columnae strepunt.

Id est: Non fieri potest, nisi ut, qui congregentur, separentur. Alii dicunt, sensum hunc esse: Quum homines congregantur et inter se propinqui sunt, discordia et malum inter ipsos nasci solet, ut separentur. Kamusi auctor addidit, sensum fortasse hunc esse: Qui ob magnum numerum et rem collectam invisus sit, ei timendum esse, quod status ille cesset et res dispergantur.

٣٢٧ مَتَى يَأْتِى غَوَاثُكَ مَنْ تُغِيثُ

327. Quando venit auxilii clamor tuus ad eum, cui tu opem fers.

In codice meo et Lugd. من ياتى, in codice Berol. متى ياتى legitur. Hoc praeferendum est, nam versus metri Wafir pars est. De viro dicitur, qui sero auxilium fert et de viro, qui promittens moram trahit. Dicitur غوث الرجل, quum dicit: واغوثاه „Ad auxilium!«, dum nomen غوث et غواث cum vocali Dhamma aut Fhata enunciandum est. Alferra dixit, vocabulum غواث solum esse, quod vocalem Fatha haberet, reliqua omnia cum Dhamma aut Kesre efferri.

٣٢٨ مَنْ يَمْشِ يَرْضَ بِمَا رَكِبَ

328. Qui pedibus incedit, is eo, quod equitat, contentus est.

De eo adhibetur, qui ad rem ipsi ingratam cogitur.

٣٢٩ مَنْ عَالَ بَعْدَهَا فَلَا ٱجْتَبَرَ

329. Qui post illud pauper est, is ne ditetur!

Verba haec ex versu Ahmrui ben-Celtsum desumta sunt:

مَنْ عَالَ مِنَّا بَعْدَهَا فَلَا ٱجْتَبَرْ وَلَا سَقَى ٱلْمَاءَ وَلَا رَعَى ٱلشَّجَرْ

»Qui pauper est ex nobis post id, is ne ditetur et aquam ne propinet et arbores ne depascatur«.

Metrum Redjes est. p. 231.

٣٣٠ مَنْ لَاحَاكَ فَقَدْ عَادَاكَ

330. Qui dedecore te adficere (quasi corticem tuam detrahere) studet, is inimicitiam tecum exercet.

Proverbium hoc Actsamo ben-Zaifi adscribitur. conf. Djeuh. s. لحى. Monet proverbium, ne amicis adversemur. Samachsch.

٣٣١ مَنْ حَقَرَ حُرِمَ

331, Qui despicit, frustratur.

Qui despicit parvum, quod assequi potest, magno non potitur.

٣٣٢ مَنْ صَانَعَ ٱلْمَالَ لَمْ يَحْتَشِمْ

332. Qui opes erogat, pudorem non concipit.

Abu-Ohbaidus proverbium sic adnotavit: من صانع المال لم يحتشم من طلب الحاجة »Qui opes erogat, pudorem non concipit in re necessaria petenda«. Sunt, qui

legant بالمال Samachsch. Hortatur proverbium, ut opibus non parcamus, quo certius res nobis necessarias consequamur.

٣٣٣ مَنْ يَلْقَ أَبْطَالَ ٱلرِّجَالِ يُكْلَمْ

333. Qui viris fortibus occurrit, vulneratur.

Verba haec Ohkailus ben-Ohloffah Morrita, quum eius filius Ahmallesus sagitta eius femora laesissset in versibus dixit:

إِنَّ بَنِيَّ زَمَّلُونِي بِٱلدَّمْ شِنْشِنَةٌ أَعْرِفُهَا مِنْ أَخْزَمْ

مَنْ يَلْقَ أَبْطَالَ ٱلرِّجَالِ يُكْلَمْ

»Filii sanguine me inquinarunt. Natura est, quam Achsami esse scio. Qui viris strenuis occurrit, vulneratur[1]).

Metrum Sarih est. p. 245.

٣٣٤ مَنْ لَا يَذُدْ عَنْ حَوْضِهِ يُهَدَّمْ

334. Qui a lacu suo (receptaculo aquae) non repellit, is vastabitur.

Est receptaculum aquae, e quo cameli bibunt. Fieri potest, ut camelis prementibus id vastetur. Proverbii sensus est. Qui se non defendit, iniuria adficitur.

٣٣٥ مِنَ ٱلْعَجْزِ وَٱلتَّوَانِي نُتِجَتِ ٱلْفَاقَةُ

335. Debilitate et cunctatione paupertas gignitur.

Hae duae res paupertatis praecipuae causae sunt. Meidanius hoc addidit scholion: وهذا من كلام اكثم بن صيفى حيث يقول المعيشة ان لا ينى فى استصلاح المال والتقدير

1) In Kamusi opere plures et varii versus adnotati sunt. Dixit auctor, Abu-Achsamum aut avum Hatimi Thajjitae aut abavum fuisse. Achsamo mortuo eius filios avum impetu facto vulnerasse.

واحوج الناس الى الغنى من لم يصلحه الا الغنى وكذلك
الملوك وان التغرير مفتاح البوس يريد ان من كان فى شدة
وفقر اذا غرر بنفسه بان يوقعها فى الاخطار ويحمل عليها اعباء
الاسفار يوشك ان يفتح عنه اقفال البوس ويرفل من حسن
الحال فى اصفى اللبوس ومثل ما حكى من كلام صيفى ما
حكاه المورج بن عمرو قال سال الحجاج رجلا من العرب عن
عشيرته فقال اى عشيرتك افضل قال اتقاهم لله
بالرغبة فى الاخرة والزهد فى الدنيا قايهم اسود قال ارزنهم
حلما حين يستجهل واسخاهم حين يسال قال فايهم ادهى

قال من كتم سره ممن احب مخافة ان يشار اليه يوما قال
فايهم اكيس قال من يصلح ماله ويقتصد فى معيشته قال فايهم
ارفق قال من يعطى بشر وجهه اصدقاءه ويتلطف فى مسالته
ويتعاهد حقوق اخوانه فى اجابة دعوتهم وعيادة مرضاهم
والتسليم عليهم والمشى مع جنايزهم والنصح لهم
بالغيب قال فايهم افطن قال من عرف ما يوافق الرجال من
الحديث حين يجالسهم قال فايهم اصلب قال من اشتد
عارضته فى اليقين وحزم فى التوكل ومنع جاره من الظلم
„Verba haec Actsami ben-Zaifi sunt, quum diceret: Vitae ratio eo consistit, quod vir non laxus est in bene administrandis opibus easque recte disponit. Is autem opibus maxime eget, qui in rebus suis bene administrandis opibus carere non potest. Haec est regum ratio. Semet autem periculo exponere est clavis calamitatis, quibus verbis significare vult, fieri posse, ut, qui penuria et paupertate laboret, si se ipsum periculo exponat, ita ut pericula subeat et onera itinerum sibi imponat, calamitatum claustra ab eo removeantur et candidissimis vestimentis pulcherrimae conditionis indutus incedat. His autem verbis similia sunt, quae Almoarredjus ben-Ahmru retulit. Dixit, interrogasse Alhadjdjadum quendam ex Arabibus campestribus: Quisnam in familia tua praestantissimus est? Alterum respondisse: Qui Deum maxime timet cum desiderio alterius mundi. et abstinentia in hoc mundo. Tum interrogasse: Quisnam eorum potentissimus est? Respondisse alterum: Firmissima

mansuetudine et intelligentia praeditus, quum ignorantiae accusatur et liberalissimus eorum, quum rogatur. Porro: Quisnam eorum subtilissimus ingenio est: Respondisse alterum: Qui secretum suum ab eo, quem amat, occultat timens, ne aliquando ei adversarius fiat. Porro: Quisnam eorum astutissimus est? Respondisse alterum: Qui opes suas bene administrat et in vitae ratione modum rectum tenet. Porro: Quisnam benignissimus eorum est? Respondisse alterum: Qui hilari vultu amicos excipit, in rogando comitatem ostendit, qui fratrum suorum iura observat in eo concedendo, quod sibi adsumunt, in visitandis aegrotis, in salute dicendo, in comitandis funeribus et in sincero monito de eo, quod ipsos latet. Quis autem eorum maxime intelligens est? respondit: is, qui in colloquio id cognoscit, quod viris, quibuscum convenit, maxime conveniens est. Denique: Quisnam eorum firmissimus est: Respondisse alterum: Is, cuius latus in re certa durum est, qui prudenter cavet simul fiduciam in Deo ponens et vicinum suum ab iniuria defendit."

٣٣٦ مَوْتٌ لَا يَجُرُّ إِلَى عَارٍ خَيْرٌ مِنْ عَيْشٍ فِي رِمَاقٍ

336. Mors, quae dedecoris causa non est, melior est, quam vita in summa penuria.

Proprie: vita, in qua tantum victus nobis est, quantum ad extremum vitae spiritum ducendum sufficit. Hortatur proverbium, ut mortem nobilem vitae ignobili praeferamus.

٣٣٧ مَأْرُبَةٌ لَا حَفَاوَةٌ

337. Necessitas, non rerum tuarum cura.

Id est: Te honore adficit, quod tu ei necessarius es, non quod te amat. De viro adhibetur, qui nonnisi ob rem ipsi necessariam te visitat. Samachsch. Aut nominativi aut accusativi casus vocibus tribuitur. Si nominativi casum admittis, supplendum est هذه haec est necessitas

etc., sin vero accusativi casum esse statuis, proverbium sic explicandum est: فعلت هذا مارية f e c i h o c n e c e s s i t a t e etc. حفاوة autem est a n i m i c o n d i t i o, q u a r e s a l i u s n o s m a x i m e m o v e t, u t, q u o m o d o s e h a b e a t, m u l t u m i n t e r r o g e m u s. Proverbio similia sunt verba ارب ساقك لا نزاع شاقك »Necessitas te propulit, non desiderio tuorum adfectus fuisti«.

٣٣٨ مِنْ دُونِ مَا تَأْمُلُهُ تَهَابِرُ

338, Quominus assequaris id, quod speras, difficultates impediunt.

Vocabulo تهابر impedimenta, quae nobis in via occurrunt, ut nox, fluvius, collis, terra aspera etc. significantur.

٣٣٩ مَوْلَاكَ وَإِنْ عَنَّاكَ

339. Herus tuus est, et si te adfligit.

Voci مولاك accusativi casum tribuunt, ut احفظ aut راع »c u s t o d i, c u r a« supplendum sit.

٣٤٠ مَنْ لَكَ بِذُنَابَةِ لَوْ

340. Quis extremum vocis si (لو) verum esse efficit?

Id est: Quis efficere potest, ut لو (si) verum (حق) sit. Et dixit poeta:

تَعَلَّقْتَ مِنْ أَذْنَابِ لَوٍّ بِلَيْتَنِي وَلَيْتَ كَلَوٍ خَيْبَةٌ لَيْسَ تَنْفَعُ

»Adhaesisti ad vocem u t i n a m e g o, dum vocem si modo protuleras et u t i n a m sic ut s i est frustratio, quae nil prodest. Metrum Thawil est. c. p. 161.

Vocabulum autem ذنابة et مذنبة l o c u s est, a d q u e m

torrens (fluctus) eius pervenit. Significare autem vult, caudam, quae est extremum membrorum iumenti.

٣٤١ مَنْ سَبَّكَ قَالَ مَنْ بَلَّغَنِى

341. Quis te contumeliis verborum adfecit? Dixit: Qui ad me rem pertulit.

Qui ad te contumelias ab aliis in te dictas pertulit, is contumeliam in te ipsum dixit, nam si tacuisset, illae contumeliae verborum tibi prorsus ignotae fuissent.

٣٤٢ مَشَى اِلَيْهِ اَلْمَلَا وَالْبَرَاحَ

342. Palam ad eum ivit.

Duplex proverbium esse videtur مشى اليه الملا et مشى اليه البراح, quibus idem sensus est. Vocibus autem الملا et البراح deserti late patentis significatio hoc in proverbio est. Contrarius sensus inest verbis: مشى اليه الخَمَرَ[1]) In loco arboribus tecto (i. e. occulto) ad eum accessit et دب له الضراء Repsit ad eum inter arbores perplexas.

٣٤٣ مُعَاوِدُ ٱلسَّقْيِ سَقَا صَبِيًّا

343. Adsuetus rigationi iam puer rigavit.

De eo dicitur, cui rerum experientia est. Accusativus صبيا statum et conditionem subiecti, id quod Arabum grammatici حال vocant, designat.

٣٤٤ مَنْ قَنِعَ بِمَا هُوَ فِيهِ قَرَّتْ عَيْنُهُ وَمَنْ لَبِسَ

1) Hoc in codice Berol. et Pocockiano novum proverbium est.

يَائِسًا عَلَى مَا فَاتَهُ وَدَّعَ بَدَنَهُ وَمَنْ رَضِىَ بِٱلْيَسِيرِ طَابَتْ مَعِيشَتُهُ وَمَنْ عَتَبَ عَلَى ٱلدَّهْرِ طَالَتْ مَعْتَبَتُهُ

344. Qui contentus est eo, quod habet, tranquillus est. Qui desperationi se non tradit ob res, quae ipsum fugiunt, is corpus suum quietat. Qui pauco contentus est, eius vita bona est. Qui tempus vituperat, eius vituperatio longa est.

Plura sunt proverbia. Quae in codice meo, Lugd. et Berolin. leguntur من عتب الدهر طالت معتبته, ea iam prov. 345 occurrunt. In codice P. recte omissa sunt. Verba autem omnia Actsami ben-Zaifi esse dicuntur.

٣٤٥ مَنْ يَرُدُّ ٱلْفُرَاتَ عَنْ دِرَاجِهِ

345. Quis Euphratem in via sua retrudit?

Legitur quoque عن ادراجه cum eadem significatione. Rem impossibilem designat proverbium. Verba haec usurpasse dicitur Saidus ben-Zuhan Ahbdita, qui oppido Cufae praeerat. Scripserat enim ad eum Ahjischa Mohammedis vidua, ut incolas Cufae dehortaretur, ne ad Ahlium imperatorem proficiscerentur. Lectis litteris dixit: امرت بامر وامرنا بامر امرنا ان نقاتل حتى لا تكون فتنة وامرت ان تقعد فى بيتها فامرتنا بما امرت به ونهتنا عما امرنا به »Ei res imperata est et nobis res imperata est. Nobis imperatum, ut pugnemus, donec rebellio cesset et ei imperatum est, ut domi maneat. Nunc vero nobis imperavit id, quod ipsi imperatum est et nobis interdixit id, quod nobis imperatum est«. Tum templum intrans manum sinistram, quae die Iarmuc appellato amputata erat, sustulit et inter alia ista verba protulit, quae

in proverbii consuetudinem venerunt, significaturus se rem impedire non posse, quum Cufae incolae proficisci vellent. In Samachscharii opere legitur: من يرد السيل على ادراجه »Quis torrentem in via sua retrudit?«

٣٤٦ مَذْقَتِى أَحَبُّ إِلَىَّ مِنْ مَحْضَةِ آخَرَ

346. Lac aqua mixtum meum gratius mihi est, quam lac purum alius.

Simile est proverbium: غثك خير من سمين غيرك »Macrum tuum melius est, quam pingue alius«.

٣٤٧ مَنْ عَضَّ عَلَى شِبْدِعِهِ أَمِنَ ٱلْآثَامَ

347. Qui mordet super lingua sua, a peccatis securus est.

Qui linguam suam continet, ei poena timenda non est.

٣٤٨ مَنَاجِلُ تَحْصُدُ تِنًّا بَالِيًا

348. Falces, quae herbam aridam veterem resecant.

De eo dicitur, qui rem laudat, dum nemo eius laudem curat.

٣٤٩ مِنْ غَيْرِ مَا شَخْصِ ظَلِيمٌ نَافِرٌ

349. Struthiocamelus mas fugiens dum nulla persona est.

De eo dicitur, qui de socio, cui nullum est crimen, queritur.

٣٥٠ مَظْلُومٌ وَطْبٌ يَشْرَبُ ٱلْمُحَبَّبُ

350. Lac non prorsus crassum utris bibit potu omnino satiatus.

De eo adhibetur, qui bonum, quo ei opus non est, consequitur.

٣٥١ مَقْنَاةٌ رِيَاحُهَا ٱلسَّمَايِمُ

351. Locus sole non illustratus, cuius venti fervidi sunt.

Significatur vir dignitate pollens et potens, cuius bonum speratur; sed si quis ad eum se recipit, non is bene adiuvatur.

٣٥٢ مَخَالِبُ تَنْسُرُ جِلْدَ ٱلْأَعْزَلِ

352. Ungues, qui cutem inermis dilacerant.

Vocabulum اعزل inermis hoc in proverbio de ave, quae volare non potest, usurpari videtur. Proverbium eum designat, qui ipso inferiorem iniuste tractat.

٣٥٣ مَشِيمَةٌ تَحْمِلُهَا مِبْنَاتٌ

353. Tunica foetum involvens, quam femineam prolem pariens portat.

Virum designat, in quo nulla aut laetitiae aut spei causa aliis est.

٣٥٤ مَشَامُ مُرْبِعٍ رَعَاهُ مُصِيفٌ

354. Locus, ubi observatur fulmen, vere parientes camelos habentis, quem aestate parientes camelos habens depavit.

De eo dicitur, qui e re utilitatem cepit, quae alii molesta fuit.

٣٥٥ مُجِيلُ قِدْحٍ وَٱلْجَزُورُ تَرْتَعِى

355. Sagittas sorti inservientes circumvertens, dum mactando destinatus camelus pabuli copia fruitur.

Sagittae, quae sorti inserviunt, circumvertuntur, postquam camelus mactatus est eiusque partes divisae sunt. Significat igitur proverbium virum, qui opus celeriter perficere studet, cuius tempus nondum elapsum est.

٣٥٦ مَخِيلَةٌ تَقْتُلُ نَفْسَ ٱلْخَايِلِ

356. Superbia (quae) ipsum superbum occidit.

In eum dicitur, qui principatum petens se in interitum coniicit.

٣٥٧ مَسُّ ٱلثَّرَى خَيْرٌ مِنَ ٱلسَّرَابِ

357. Terram humidam tangere melius est, quam vapor meridianus.

Voce السراب vapor meridiei tempore in desertis apparens significatur, quae aquae speciem habens viatores in errorem inducere potest. Monet igitur proverbium, ut pauco contenti simus et opum, quas alius possideat, spe non decipiamur.

٣٥٨ مُمَالِحَانِ يَشْحَذَانِ ٱلْمُنْصَلَ

358. Collactanei duo, qui ensem acuunt.

Duos viros designat, qui amicorum speciem prae se ferentes in animo odium mutuum fovent.

٣٥٩ مَنْ خَشِىَ ٱلذِّئْبَ أَعَدَّ كَلْبًا

359. Qui lupum timet, canem sibi parat.

Adhortatur nos proverbium, ut contra inimicos nostros parati simus.

٣٦٠ مَنْ سَئِمَ ٱلْحَرْبَ ٱقْتَوَى لِلسِّلْمِ

360. Qui bellum fastidit, pacem summo pretio dato emit.

Cautionem adhibendam esse dicit in re periculosa et suadet, ut eam relinquentes ad res nobis tutiores nos convertamus.

٣٦١ امِّدْ لَكَ ٱلْوَيْلُ فَقَدْ ضَلَّ ٱلْجَمَلُ

361. In cursum (equum) adige, vaeh tibi! nam camelus erravit.

In rem gravem et periculosam si quis incidit, concedere debet, quod ab ipso petitur, ut e periculo liberetur.

٣٦٢ مُفَوِّزٌ عَلَّقَ شَنًّا بَالِيًا

362. Iter per desertum faciens utrem tritum et vetustum appendit (iumento.)

Eum significat, qui res magnas et periculosas non satis praeparatus aggreditur.

٣٦٣ مَنْ أَنْفَقَ مَالَهُ عَلَى نَفْسِهِ فَلَا يَتَحَمَّدْ بِهِ
عَلَى ٱلنَّاسِ

363. Qui opes suas in suum usum erogavit, ne is de hominibus glorietur!

Legitur quoque إلى الناس, ut sensus sit, »ne laudem suam hominibus praedicet«· Legitur quoque فلا يتحمدن به الناس »ne petat, ut eum hac de re homines laudent«.

٣٦٤ مَنْ فَسَدَتْ بِطَانَتُهُ كَانَ كَمَنْ غَصَّ بِالْمَاءِ

364. Cuius interior vestis corrupta est, is ei similis est, qui aqua suffocatus est.

Verba sunt Actsami ben-Zaifi, quibus significare vult, cuius conditio tam prava sit, ei nullum esse remedium, qui enim cibo suffocatur, is aquam adhibet, qui autem aqua suffocatur, ei rei nullum remedium restat. Samachscharius dixit[1], voce البطانة personae nostrae addictos (الخاصة) significari et hanc conditionem reparari non posse.

٣٦٥ مُعَاتَبَةُ ٱلْإِخْوَانِ خَيْرٌ مِنْ فَقْدِهِمْ

365. Fratrum obiurgatio melior est, quam eorum defectus.

Id est: Quod obiurgas fratrem ob rem tibi non placentem melius est, quam quod eum omnino deseris. Ad Abu-l'Dardaum proverbium hoc refertur. conf. Samachschar. et Bertheaui libell. p. 10. Proverbii huius ratio similis est alteri في العتاب حيوة بين الاقوام »In obiurgatione vita est inter gentes«.

٣٦٦ مِنْ حُسْنِ إِسْلَامِ ٱلْمَرْءِ تَرْكُهُ مَا لَا يَعْنِيهِ

266. Boni Mohammedani indicium est, quod res ipsum non spectantes non curat.

Verba haec Mohammedi Arabum principi adscribuntur. Narrant, Lokmanum sapientem, qui interrogatus esset, quaenam res ipsi fiducia maxime digna videretur, respondisse: Omittere res me non spectantes. Sic quoque Alahnafum, quum interrogatus esset a viro, qui eum vituperare vellet, quomodo gentis suae imperium obtinuisset, respondisse hisce verbis: بترك ما لا يعنيني (من امرك) كما عناك من امرى ما لا يعنيك »Dum reliqui res me non spectantes

e rebus tuis, sicut te adfecit e rebus meis id, quod te non spectat.«.

٣٦٧ مَنْ يَزْرَعِ ٱلشَّوْكَ لَا يَحْصُدْ بِهِ ٱلْعِنَبَا

367. Qui spinas serit, uvas inde non decerpet.

Hemistichium metri Basith est. p. 190. Qui pravo modo erga homines se gerit, is eundem ab hominibus agendi modum exspectare debet.

٣٦٨ مُكْرَهٌ أَخُوكَ لَا بَطَلٌ

368. Coactus est frater tuus, non strenuus.

Sunt Heneschi avunculi Baihasi verba, de quibus vide C. IV, 1. De eo dicitur, qui rem perficere cogitur, quae ipsi conveniens non est.

٣٦٩ مَرَّةً عَيْشٌ وَمَرَّةً جَيْشٌ

369. Modo vita modo exercitus.

Vocabula عيش et جيش nominativi casum obtinuerunt, quod praedicati locum, cuius subiectum omissum est, tenent; sic enim est supplendum: الدهر مرة عيش والدهر مرة جيش Tempus modo vita et tempus modo exercitus est et hoc est pro ذو عيش et ذو جيش »possessor vitae et possessor exercitus« Voce vita significare vult conservationem vitae, voce exercitus interitum. Meid. Amrual'Kaisus verba proverbii dixisse fertur tempore, quo vino bibendo occupatus patris occisi nuntium acciperet. Vicissitudines temporis significare volebat.

٣٧٠ مَنْ ضَاقَ عَنْهُ ٱلْأَقْرَبُ أَتَاحَ ٱللّٰهُ لَهُ ٱلْأَبْعَدَ

370. Cui propinquior impar est, ei Deus remotiorem per decretum suum destinat.

٣٧١ مَنْ يَرَنَا يَقُلْ سَوَادٌ رَكِبَ

371. Qui nos videt, dicit: Persona vectus est.

Consensum et consociationem significat.

٣٧٢ ٱلْمَرْءُ يَعْرُفُ لَا ثَوْبُهُ

372. Vir princeps factus est, non eius vestis.

De viro praestante dicitur, quem videntes ob sordidum eius habitum aspernantur.

٣٧٣ مَنْ لَمْ يُغْنِهِ مَا يَكْفِيهِ أَعْجَزَهُ مَا يُغْنِيهِ

373. Qui contentus non est eo, quod satis ipsi est, is vincere non potest id, quod ipsum perdit.

Laudatur pauco contentus animus.

٣٧٤ مَوْتٌ فِي قُوَّةٍ وَعِزٍّ أَصْلَحُ مِنْ حَيٰوةٍ فِي ذُلٍّ وَعَجْزٍ

374. Mors in robore et honore melior est, quam vita in contemtu et debilitate.

٣٧٥ مَنْ مَحَضَكَ مَوَدَّتَهُ فَقَدْ خَوَّلَكَ مُهْجَتَهُ

375. Qui sincerum tibi praestitit amorem, is tibi sanguinem suum dedit.

٣٧٦ مَنْ يَكُنِ ٱلطَّمَعُ شِعَارَهُ يَكُنِ ٱلْخَشَعُ دِثَارَهُ

376. Cuius interior vestis cupiditas est, eius exterior vestis humilitas est.

٣٧٧ مِنَ ٱلْحَبَّةِ تَنْشَأُ ٱلشَّجَرَةُ

377. E grano arbor provenit.

Id est: E re parva magnae res oriuntur.

٣٧٨ مَنْ يُعَالِجْ مَالَ غَيْرِهِ يَسْأَمْ

378. Qui tractat opes alius, fastidium habebit.

Proverbii ratio alteri simile est: ما حك ظهري الا ظفري »Non fricuit dorsum meum nisi unguis meus.

٣٧٩ مِنْ شُفْرِهِ إِلَى ظُفْرِهِ

379. A crepidine palpebrae suae ad unguem suum.

Meidanius hoc scholion habet: يضرب لمن رجع اليه ما كده في شان غيره »De viro dicitur, ad quem res redit, quam contra alium dolose excogitaverat«.

٣٨٠ مَنْ جَزِعَ ٱلْيَوْمَ مِنَ ٱلشَّرِّ ظَلَمَ

380. Qui hodie ob malum tristis est, iniuste agit.

Proverbium significat, conditionem pravam in meliorem mutatam esse. I. e. Hodie non est causa, cur ob malum tristes simus.

٣٨١ مَنْ جَعَلَ لِنَفْسِهِ مِنْ حُسْنِ ٱلظَّنِّ بِإِخْوَانِهِ نَصِيبًا أَرَاحَ قَلْبَهُ

381. Qui bonae opinionis de fratribus portionem sibi sumit, is animum suum tranquillum reddit.

Id est: Quod si quis fratrum in se animum mutatum esse vidit et huius rei excusationem quaerit, is ira in fratrem diminuta animum suum tranquillum reddit.

٣٨٢ مَنْ ذَهَبَ مَالُهُ هَانَ عَلَى أَهْلِهِ

382. Cuius opes periere, is genti suae despectus est.

Commendat nobis proverbium diligentiam et curam in opibus nostris conservandis.

٣٨٣ مَنْ نَهَشَتْهُ ٱلْحَيَّةُ حَذِرَ ٱلرَّسَنَ ٱلْأَبْلَقَ

383. Quem serpens momordit, is funem albo nigroque variegatum timet.

Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium hoc vulgo proprium esse. Dixit poeta:

إِنَّ ٱللَّسِيعَ لَحَاذِرٌ مُتَوَجِّسٌ يَخْشَى وَيَرْهَبُ كُلَّ حَبْلٍ أَبْلَقِ

»Morsus a serpente cautus et timens est, timet enim et metuit omnem funem variegatum«.

٣٨٤ ٱمْرَأَةٌ مِنْ ٱمْرِءٍ وَكُلُّهَا دِمَاءٌ مِنْ آدَمَ

384. Mulier ex viro et tota ea est sanguis ex Adamo.

Proverbium in codice Lugdun. sic legitur. Dicitur hoc esse primum ab Arabibus prolatum proverbium. In codice Berol. sic legimus: المراة من المراء وكل ادماء من ادم »Mulier ex hypocrisi et omnis effusio sanguinis ex Adamo«, id quod vitiosum mihi videtur.

٣٨٥ مَنْ نَامَ لَا يَشْعُرُ بِشَجْوِ ٱلْأَرِقِ

385. Qui dormit, moerorem vigilantis non novit.

Eum significat, qui molestias socii sui non curat.

٣٨٦ مُحَلَّأٌ يَمْشِي لِحَوْضٍ ذَيْطًا

386. Ab aqua depulsus vespera receptaculum reparans est.

De eo dicitur, qui rei molestiam fert, ex qua commodum non capit.

٣٨٧ مَنْ طَلَبَ شَيْئًا وَجَدَهُ

387. Qui rem quaerit, eam inveniet.

Verba haec Ahmirus ben-Althsarib dixisse fertur, qui gentis suae princeps et orator et Scherif erat. Qui quum morti propinquus esse videretur, gens ad eum conveniens rogavit, ut suo loco ipsis principem et oratorem et Scharifum crearet. Dixit autem: يا معشر عدوان كلفتمونى بغيا ان كنتم شرفتمونى فانى اريتكم ذلك من نفسى فانى لكم مثلى افهموا لى ما اقول لكم انه من جمع بين الحق والباطل لم يجتمعا له وكان الباطل اولى به وان الحق لم يزل ينفر من الباطل ولم يزل الباطل ينفر من الحق يا معشر عدوان لا تشمتوا بالذلة ولا تفرحوا بالعلم فبكل عيش يعيش الفقير مع الغنى ومن يرى يوما يرى به واعدوا لكل امرى جوابه ان مع السفاهة الندامة والعقوبة نكال وفيها دمامة ولليد العليا العاقبة والقود راحة لا عليك ولا لك واذا شئت وجدت مثلك ان عليك كما ان لك وللكثرة الرعب وللصبر الغلبة ومن طلب شيا وجده وان لم يجده يوشك ان يقع قريبا منه „O gens Ahdwan! Scharifum me creantes vos mihi iniustitiam imposuistis, et quomodo meam sententiam vobis patefeci et quomodo vobis mei similis est? Intelligite verba, quae vobis dico. Si quis verum et falsum coniungere vult, non coniungentur et falsum ei convenientius erit, nam verum semper fugit falsum et falsum semper fugit verum. O gens Ahdwan! Ne ob alius vilitatem gaudium concipiatis et ne ob scientiam laetemini et in omni vita pauper cum divite vivit, et qui diem videt, is eo conspicitur. Parate autem cuilibet viro ipsi conveniens responsum, nam cum stultitia est poenitentia et poena est exemplum (poena) et in ea turpitudo est. Et si vis, similem tui invenies, qui contra te est, sicut pro te erat. Mul-

titudini metus est et patientiae victoria. Et qui rem quaerit, eam inveniet, et si eam non invenit, fieri potest, ut prope ad eum decidat.«

٣٨٨ من ابعد ادوائها تكوى الابل

388. Propter remotissimum morbum cameli uruntur.

Id est: Ob morbum, quo non laborant. De eo dicitur, qui re vana occupatus est et res ipsum spectantes negligit. Samachsch.

٣٨٩ ملا عينيك شىء غيرك

389. Oculos tuos alia res, quam tua implet.

Proverbium adhibetur, ut spem rei nanciscendae, quae in aliorum manibus est, cuidam eripiamus. Loquendi modus r e s o c u l o s t u o s i m p l e t Arabibus idem est, quam r e s t i b i p l a c e t.

٣٩٠ من ملك استأثر

290. Qui regnat, praecellere vult.

De eo dicitur, qui rebus praefectus super se et gentem suam praecellere vult et hanc ob agendi rationem vituperatur.

٣٩١ من لك باخ منيع حرمه

391. Qui tibi fratris loco est, eius sacrum prohibitum est.

Adhibetur de viro, qui omnia defendit, quae pone eum sunt, ut nemo iis potiri cupiat.

٣٩٢ من لا يدارى عيشه يضلل.

392. Qui vitam suam non bene instituit, is erroris arguitur.

Talis stupidus putatur.

مَاتِيَّ أَنْتَ أَيُّهَا ٱلسَّوَادُ ٣٩٣

393. Ad te veniam, o persona!

In eum dicitur, qui minis terrere vult. Tibi occurram, nam te non curo.

مَرْحَى مَرَاحِ ٣٩٤

394. Infortunium.

Meidanius hoc scholion adnotavit: مثل قولك صمى صمام يريد به الداعية قال الشاعر

فَأَسْمَعَ صَوْتَهُ عَمْرًا فَوَلَّى وَأَيْقَنَ أَنَّهَا مَرْحَى مَرَاحِ

»Simile est verbis صمى صمام; quo infortunium significatur. Dixit poeta:

»Vocem suam pronuntiavit Ahmruo. Hic autem se convertens certo scivit, id esse infortunium«.

Metrum Wafir est. p. 204. Conf. C. XIV. 17.

مَا كَانَ مَرْبُوبًا لَمْ يَنْضَحْ ٣٩٥

395. Quamdiu (uter) succum spissum continuit, humorem non emisit.

Quod si secretum apud virum firma mente praeditum deposuisti, nil inter homines divulgatur.

أَمَعَنَا أَنْتَ أَمْ فِي ٱلْجَيْشِ ٣٩٦

396. Utrum nobiscum tu es an in exercitu?

Num tu nobis auxilium praestas, an contra nos arma fers?

٣٩٧ مِنْكِ ٱلْحَيْضُ فَٱغْسِلِيهِ

397. Tuus est menstruus sanguis, eum igitur lava! Hoc te spectat; excusa te! conf. C. XXVIII, 17.

٣٩٨ مُعْتَرِضٌ لِعَنَنٍ لَمْ يَعْنِهِ

398. Se convertens ad initium sermonis, qui ipsum non spectat.

De eo dicitur, qui rebus ipsum non spectantibus se immiscet. Sic autem proverbìum explicatum est: يضرب للمعترض فيما ليس من شانه والعنن شوط الدابة واول الكلام »De eo dicitur, qui se immiscet rei ipsum non spectanti et vox عنن est cursus iumenti, qui fit uno impetu ad scopum (aut scopus) et initium sermonis«.

٣٩٩ مُحْتَرِسٌ مِنْ مِثْلِهِ وَهُوَ حَارِسٌ

399. Se custodiens ab ipsi simili et is custos est.

Meidanius hoc scholion habet: اى ان الناس يحترسون منه ومن مثله وهو حارس وهذا كما تقول العامة اللهم احفظنا من حافظنا وانما اورد ابو عبيد هذا المثل مع قولهم عير بجير بجره لان الحارس يبرى نفسه من السرقة وينسبها الى غيره قال الاصمعى يضرب للرجل يعيب الفاسق بفعله وهو يفعل اخبث منه Id est: Homines ab eo et ei simili se custodiunt, dum custos est. Hoc autem proverbium ei simile est, quo vulgus utitur: اللهم احفظنا من حافظنا »O Deus! Custodi nos ab eo, qui nos custodit«. Abu-Ohbaidus autem hocce proverbium simul cum illo: عير بجير بجره »Exprobrat umbilici hernia laborans alteri herniam suam«, quia custos de furto se purgat, et alii id tribuit. Dixit Alazmaihus, de viro proverbium adhiberi, qui pravam ob agendi rationem vituperet, dum ipse peiorem sequatur«. Et sic Samachscharius.

٤٠٠ مِنْ حَظِّكَ مَوْضِعُ حَقِّكَ

400. E felicitate tua (portione tua) est locus officii tui.

Meidanius hocce scholion adnotavit: ويروى موقع اى وقوع حقك نتيجة حظك يريد ان وجوده منه وبسببه ويجوز ان يريد من حظك وبختك ان يكون حامل حقك ملياءً يقوم باداثه ولا يعجز عن قضائه وهذا معنى قول ابى عبيد فانه قال معناه ان مما وهب الله لعباده من الحظوظ ان يعرف للرجل حقه فلا يبخسه قلت وتقدير المثل حسن موضع حقك معدود عليك من حظك »Legitur quoque موقع i. e. officii tui existentia provenit e fortuna tua, quo significare vult, id inde provenire eiusque causa existere. Statuere quoque licet sensum esse hunc: Officium tuum portans omnia quae praestanda sunt, praestat, solvit quae solvenda sunt, perficit quae perficienda sunt. Hunc sensum Abu-Ohbaidus adnotavit dicens: Ex portionibus, quas Deus servis suis dedit, officium viri cognoscere licet; ne igitur minus faciat, quam debet. Dico ego: Proverbii sensus sic definiendus est: Locus officii tui portioni tibi datae aptus est.

٤٠١ مَنْ كَانَ مُحَاسِيَنَا أَوْ مُوَاسِيَنَا فَلْيَتَنَفَّرْ

401. Qui nobis bibendum dat aut nos consolatur, copiosus sit.

Conf. prov. 289.

٤٠٢ مَنْ أَجْدَبَ ٱنْتَجَعَ

402. Qui annonae inopiam patitur, pabulum suo loco quaerit.

De eo dicitur, cui res necessaria est. Meid. et qui paupertate pressus opes acquirere studet. Samachsch. In Samachscharii opere من اجدب جنابه انتجع legitur.

Narrant Zahzaahum ben-Zuhan apud Moahwijjahum pransum esse, et cibum, qui ante Moahwijjahum esset, sumsisse, et quum Moahwijjahus dixisset: يا ابن صوحان انتجعت من بعد »O Ebn-Zuhane! Tu e longinquo pabulum quaeris!« eum respondisse proverbii verbis. Meid.

٤٠٣ مَنْ بَاعَ بِعِرْضِهِ أَنْفَقَ

403. Qui honorem suum vendit, is vendibilem eum invenit.

Qui hominum ignominiis se exponit, iis adficietur.

٤٠٤ مَنْ يَأْكُلْ بِيَدَيْنِ يَنْفَدْ

404. Qui duabus manibus edit, opes suas perdit.

Qui duabus rebus simul occupatus unam earum non perficit, ambas perdit.

٤٠٥ مَنِ ٱعْتَمَدَ عَلَى حَبْرِ جَارِهِ أَصْبَحَ عَيْرُهُ فِي ٱلنَّدَا

405. Qui fretus est stabulo vicini sui, eius asinus mane in pluvia erit.

٤٠٦ مَرَرْتُ بِهِمْ بَقَطًا

406. Transii ad eos dispersos.

Eadem ratione dicitur: ذهبوا فى الارض بقطا »Dispersi abierunt in terram«. Dixit poeta:

رَأَيْتُ تَمِيمًا قَدْ أَضَاعَتْ أُمُورَهَا فَهُمْ بَقَطٌ فِي ٱلْأَرْضِ فَرْثُ طَوَائِفِ

»Vidi gentem Tamim, quae res suas perdiderat, et tum erat dispersa in terra, fimus agminum«.

Metrum Thawil est. p. 161.

٤٠٧ مَنْ غَرْبَلَ ٱلنَّاسَ نَخَلُوهُ

407. Qui homines cribrat, eum eodem modo cribrant.

Qui hominum res et originem scrutatur, eum furfurum loco habebunt.

٤٠٨ مُسَاعَدَةُ ٱلْخَاطِلِ يُعَدُّ مِنَ ٱلْبَاطِلِ

408. Auxilium, quod ignoranti praestatur, res inanis habetur.

Verba haec Alafaho Djorhamitae Nadjranitae Arabum arbitro adscribuntur.

٤٠٩ مَرَّ لَهُ غُرَابُ شَمَال

409. Transiit ei corvus sinistri lateris.

Res ingrata ei accidit.

٤١٠ مَنْ بَعُدَ قَلْبُهُ لَمْ يَقْرُبْ لِسَانُهُ وَيَدُهُ

410i Cuius cor remotum est, eius lingua et manus propinquae non sunt.

In timidum, ignavum dicitur.

٤١١ مِنْ شُؤْمِهَا رُغَاؤُهَا

411. Propter infelicitatem suam est eius barritus

Proverbium significat, rem difficilem esse, ut multi in ea dissentiant.

٤١٢ مَنْ يَكُ ذَا وَفْرٍ مِنَ ٱلصِّبْيَانِ، فَإِنَّهُ مِنْ كَمْأَةٍ شَبْعَانِ، وَمِنْ بَنَاتِ أَوْبَرِ ٱلْمِتْنَانِ

412. Qui multos habet pueros, is satur tuberum terrae erit et speciei, quae Benat-Aubar appellatur, in terris duris et altis crescentis.

Tres versus metri Sarih sunt c. p. 245. Nomine بنات اوبر species tuberum parvorum et lanugine obductorum, flavorum, stercori cameli similium significatur. Virum multos habere adiutores in rebus ipsi occurrentibus significat.

٤١٣ مَنْ سَاغَ رِيقَ ٱلصَّبْرِ لَمْ يَحْقَلْ

413. Qui sputum patientiae per gulam facile demittit, dolore ventris non laborat.

Monet proverbium, ut noxam, quae ab aliis nobis infertur, patienter feramus.

Forma comparativi.

---

٤١٤ أَمْنَعُ مِنْ أُمِّ قِرْفَةَ

414. Magis inaccessus, quam Omm-Kirfah.

Mulieris nomen est ad gentem Fesarah pertinentis, Malico ben-Hodsaifah ben-Badr nuptae, in cuius domo quinquaginta gladii ei sacrati suspensi erant. c. C. XVIII, 223. et Kamus. s. قرف

٤١٥ أَمْنَعُ مِنْ ٱسْتِ ٱلنَّمِرِ

415. Magis inaccessus, quam pardi podex.

In virum difficilem aditu dicitur.

٤١٦ أَمْنَعُ مِنْ عُقَابِ ٱلْجَوِّ

416. Magis inaccessus, quam aquila aeris.

Verba haec Ahmruus ben-Ahdi Lachmita Kaziro ben-Sahd, quum de regina Sabae sermo esset, dixit. Simile est: امنع من عقاب لوح الجو conf. C. VII, 9.

٤١٧ أَمْوَقُ مِنَ ٱلرَّخَمَةِ

417. Stupidior, quam vulturis species Rachma appellati.

Loca ab hominum habitaculis remotissima et accessu difficillima incolit et omnium avium vilissima et stultissima habetur. Merda humana vescitur conf. C. VI. 183.

٤١٨ أَمْوَقُ مِنْ نَعَامَةٍ

418. Stupidior, quam struthiocamela.

Narrant, struthiocamelam, si nido suo cibi quaerendi causa relicto ovum alius invenerit, hoc incubare solere. conf. C. VI, 182.

٤١٩ أَمْضَى مِنْ سُلَيْكِ ٱلْمَقَانِبِ

419. Celerius currens, quam Solaicus Almakanib.

Viri nomen erat Solaicus ben-Solacah Sahdita, qui inter Arabes cursus celeritate celeber erat. conf. C. XVIII 231. Korranus Asadita sic dixit:

لَزُوَّارُ لَيْلَى مِنْكُمُ آلَ بُرْثُنٍ عَلَى ٱلْهَوْلِ أَمْضَى مِنْ سُلَيْكِ ٱلْمَقَانِبِ

»Profecto! Visitantes ex vobis Lailam, o gens Bortson! propter terrorem celeriores sunt quam Solaic Almakanib (agminum)«.

Metrum Thawil est. p. 161.

٤٢٠ أَمْرَقُ مِنَ ٱلسَّهْمِ

420. Magis transfodiens, quam sagitta.

٤٢١ أَنْخَطُ مِنْ سَهْمٍ

421. Penetrantior, quam sagitta.

٤٢٢ أَمَرُّ مِنَ ٱلْخُطْبَانِ وَأَمَرُّ مِنَ ٱلْمَقِرِ

422. Amarior, quam planta Chotban; et amarior, quam Aloe.

Nomen خطبان plantae est ei similis, quae هليون asparagus appellatur. In Scharaf-Aldini opere legimus, plantam الخطبان eandem esse, quam الحنظل nisi, quod striis praedita sit et nitorem coloris خطبة appellati habeat. Nonnullis vocabulum مقر venenum designat.

٤٢٣ أَمَرُّ مِنَ ٱلْأَلَاءِ

423. Amarior, quam arbor Ala appellata.

Dixit poeta:

فَإِنَّكُمْ وَمَدْحَكُمْ بُجَيْرًا أَبَا لَجَاءٍ كَمَا امْتُدِحَ ٱلْأَلَاءُ

يَرَاهُ ٱلنَّاسُ أَخْضَرَ مِنْ بَعِيدٍ وَتَمْنَعُهُ ٱلْمَرَارَةُ وَٱلْإِبَاءُ

»Vos et laus vestra, qua Bodjairum vehementer ornatis

comparandi estis laudi, qua arbor Ala ornatur. Vident eam homines viridem e longinquo et amaritudo et fastidium eam defendunt«. Metrum Wafir est. p. 204.

٤٢٤ أَمْسَخُ مِنْ لَحْمِ ٱلْحُوَارِ

424. Magis insipidus, quam caro pulli cameli recens nati.

Eodem sensu dicitur املخ من لحم الحوار. Alaschahrus Alrakabanus e gente Asad patruelem suum Ridhwanum ob avaritiam, qua hospitem exceperat, vituperans hosce versus dixit:

تَجَالَفَ رِضْوَانُ عَنْ ضَيْفِهِ أَلَمْ يَأْتِ رِضْوَانَ عَنِّي ٱلنُّذُرْ

بِحَسْبِكَ فِي ٱلْقَوْمِ أَنْ يَعْلَمُوا بِأَنَّكَ فِيهِمْ غَنِيٌّ مُضِرْ

وَقَدْ عَلِمَ ٱلْمَعْشَرُ ٱلطَّارِقُونَ بِأَنَّكَ لِلضَّيْفِ جُوعٌ وَقُرّ

مَسِيخٌ مَلِيخٌ كَلَحْمِ ٱلْحُوَارِ فَلَا أَنْتَ حُلْوٌ وَلَا أَنْتَ مُرّ

كَأَنَّكَ ذَاكَ ٱلَّذِى فِي ٱلضُّرُوعِ قُدَّامَ ضَرَّتِهَا ٱلْمُنْتَشِرْ

إِذَا مَا ٱنْتَدَى ٱلْقَوْمُ لَمْ تَأْتِهِمْ كَأَنَّكَ قَدْ وَلَدَتْكَ ٱلْحُمُرْ

»Declinavit Ridhwanus a hospite suo. Nonne ad Ridhwanum de mea parte dehortatio venit? Quod ad te adtinet, gens scit, te inter ipsos esse divitem, opulentum et iam sciunt ad te venientes, te esse hospiti famis et frigoris loco Insipidus sicut caro pulli cameli recens nati, nam tu neque dulcis neque amarus es. Quasi tu sis id quod in mammis in anteriore parte papillae (lac in terram demissum[1]).

---

1) Duplici modo sensum huius versus explicant. Pars dicunt, significari rem inutilem mammis camelorum et ovium adnatarum, pars,

Quotiescunque gens convenit, non ad eam venis, quasi te asini genuissent«.

Metrum Motakarib est. p. 281. sqq.

٤٢٥ أَمْنَعُ مِنْ صَبِيٍّ

425. Magis recusans, quam puer.

Conf. C. II p. 178.

٤٢٦ أَمْنَعُ مِنْ لَهَاةِ ٱللَّيْثِ

426. Magis defensus, quam columella faucibus leonis impendens.

Legitur quoque من لهاة الاسد. Hoc desumtum est ex versu Abu-Hajjahi Nomairitae:

وَأَصْبَحَتْ كَلَهَاةِ ٱللَّيْثِ فِي فَمِهِ وَمَنْ يُحَاوِلُ شَيْئًا فِي فَمِ ٱلْأَسَدِ

»Et fuit ut columella faucibus leonis impendens et quis rem in ore leonis expetit?«

Metrum Basith est. p. 190.

٤٢٧ أَمْنَعُ مِنْ عِتْرٍ

427. Magis defensus, quam Ihtrus.

Vir fuisse dicitur ad gentem Ahd pertinens. Ishakus ben-Ibrahim Almauzeli auctoritate Ibn-Alcelbii fretus retulit, viro illi fuisse pastorem Ohbaidan appellatum, qui mille boves pastum duceret, quos si ad aquam duceret, neminem suos eodem tempore adduxisse. Hunc autem morem abrogasse Lokmanum, qui in pugna contra illum victoriam

---

significari lactis unum aut duos radios, quos ante mulgendum in terram demittunt, putant enim, illum primum e mammis effluens lac aquam flavam et noxiam esse. Illi ضرة, hi صرة legunt.

reportasset. Djarwus ben-Isaf ben-Alkuthun rem versibus descripsit dicens:

قَدْ كَانَ عِتْرُ بَنِي عَادٍ وَأُسْرَتُهُ فِي ٱلنَّاسِ أَمْنَعَ مَنْ يَمْشِي عَلَى قَدَمِ

وَعَاشَ دَهْرًا إِذَا أَثْوَارُهُ وَرَدَتْ لَمْ يَقْرَبِ ٱلْمَاءَ يَوْمَ ٱلْوِرْدِ ذُو نَسَمِ

أَزْمَانَ كَانَ عُبَيْدَانُ تَنَاذَرَهُ رُعَاةُ عَادٍ وَوِرْدُ ٱلْمَاءِ فِي ٱلْقِسَمِ

أَشَصَّ عَنْهُ أَخُو ضِدٍّ كَتَائِبَهُ مِنْ بَعْدِ مَا رُمِّلُوا قُرْبَانُهُ بِدَمِ

لَا تَرْكَبُونَا بِظُلْمٍ يَا بَنِي هُبَلٍ فَتَنْدَمُوا إِنَّ غِبَّ ٱلظُّلْمِ ذُو تُخَمِ

»Ihtrus e gente Ahditarum eiusque familia inter homines, omnium, qui pedibus incedunt, maxime defensi erant; et vixerat tempus longum, quo, dum eius tauri ad aquam veniebant, anima praeditus die adventus ad aquam non appropinquabat, usque ad tempus, quo Ohbaidanum pastores Ahdi dehortati erant et accessus ad aquam erat inter plures partitus. Repulerat ab ea hostis eius agmina, posteaquam eius propinqui[1]) sanguine inquinati erant. Ne autem vos, o gens Banu-Hobal iniuriam ferendam nobis imponite, ut poenitentiam agatis, nam finis iniuriae noxius est«.

Metrum Basith est. p. 190.

Ebn-Alahrafius cum Ebn-Calbio non consentiens, Ohbaidan aquae nomen esse dixit in extremis Arabiae felicis finibus sitae, ad quam nonnisi ferae, quum nimis remota esset, bibitum accederent.

٤٢٨ أَمْطَلُ مِنْ عَقْرَبٍ

428. Tardior in solvendo debito, quam Ahkrabus. Conf. C. III, 145.

---

1 In meo codice فرسان equites legitur.

٤٢٩ أَخْيَلُ مِنْ تَعْقَادِ ٱلرَّتَمِ

429. Inutilior, quam nodatio, qua arboris rami coniunguntur.

Mos erat Arabum, ut, qui iter ingredi vellet, coniugis suae fidem ut cognoscere posset, filo duos arboris ramos coniungeret putans coniugem fidem rupisse, si rediens fili nodum dissolutum reperiret. Rem istam رَتَم et رَتَمَة appellabant. Ebn-Doraidus dixit, rem istam quoque رتيمة appellatam fuisse. Poeta huiusce rei mentionem fecit in hoc versu:

هَلْ يَنْفَعَنْكَ ٱلْيَوْمَ إِنْ هَمَّتْ بِهِمْ كَثْرَةُ مَا تُوصِى وَتَعْقَادُ ٱلرَّتَمْ

»Num tibi hodie prodest, si eos allicere vult, multitudo adhortationis et ligatio arborum«

Metrum Redjes est. c. p. 231.

٤٣٠ أَخْيَلُ مِنْ تَسْلِيمٍ عَلَى طَلَلٍ

430. Inutilior, quam salutes domorum vestigiis dictae.

Proverbium hoc ex versu poetae desumtum est.

قَالُوا ٱلسَّلَامُ عَلَيْكَ يَا أَطْلَالُ قُلْتُ ٱلسَّلَامُ عَلَى ٱلْحَوِيلِ مُحَالُ

»Dixerunt: Salutem vobis, o domus vestigia! Dixi: Salus rei per unum annum existenti dicta absurda est«.

Metrum Camil est. c. p. 213.

٤٣١ أَخْيَلُ مِنْ حَدِيثِ خُرَافَةَ

431. Inutilior, quam narrationes Chorafahi.

Chorafahus vir ad gentem Ohdsrah pertinens fuisse fertur. Hic quum aliquod tempus inter daemones, sic enim narrant,

degisset, ad suos redux incredibilia narravit, ut eius verba in proverbium venirent. Alii خُرَافَةُ nomen proprium non esse dicunt; sed ei significationem narrationis lepidae, mirae tribuunt.

٤٣٢ أَمْحَلُ مِنَ ٱلتُّرَّهَاتِ

432. Inutilior, quam nugae.

Conf. C. XXVII, 163.

٤٣٣ أَمْضَى[1] مِنَ ٱلرِّيحِ وَمِنَ ٱلسَّيْفِ وَمِنَ ٱلسَّهْمِ
وَمِنَ ٱلنَّصْلِ وَمِنَ ٱللِّسَانِ وَمِنَ ٱلشَّفْرَةِ فِي
ٱلْوَتِينِ وَمِنَ ٱلسَّيْلِ تَحْتَ ٱللَّيْلِ وَمِنَ
ٱلْقَدَرِ ٱلْمُتَاحِ وَمِنَ ٱلْأَجَلِ وَمِنَ ٱلدِّرْهَمِ

433. Penetrantior, quam ventus; quam gladius; quam sagitta; quam cuspis teli; quam cuspis hastae; quam culter magnus in venam cordis; quam torrens sub nocte; quam fatum a Deo definitum; quam fatum; quam drachma (pecunia).

٤٣٤ أَمَضُّ مِنْ قَرْحَةٍ بَعْدَ قَرْحَةٍ

434. Magis dolens, quam ulcus post ulcus.

---

1) Sic in codice Berol. Pocock., opere Scharaf-Aldini, et Samachscharii legitur; in meo codice et Lugdun. من اللسان quam lingua est.

Codices L. et meus habent امضى; in codice Berol. correctum est امض. Sed in operibus Scharaf-Aldini et Samachsch. legitur: امضى من ترحة بعد فرحة »Penetrantior quam moeror post laetitiam. Hoc rectum est.

٤٣٥ أَمْهَنُ مِنْ ذُبَابٍ

435. Imbecillior (vilior), quam musca.

٤٣٦ أَمَرُّ مِنَ ٱلْعَلْقَمِ وَمِنَ ٱلْحَنْظَلِ وَمِنَ ٱلدِّفْلَى

وَمِنَ ٱلصَّبْرِ وَٱلصَّبِرِ

436. Amarior, quam colocynthis; quam colocynthis; quam oleander; quam myrrha.

٤٣٧ أَمْنَعُ مِنْ أَنْفِ ٱلْأَسَدِ

437. Magis defensus, quam leonis nasus.

٤٣٨ أَمْحَلُ مِنْ بُكَاءٍ عَلَى رَسْمِ مَنْزِلٍ

438. Inutilior, quam ploratus ob vestigia habitaculi (ab incolis relicti).

Conf. 402.

Proverbia recentiora.

—

٤٣٩ مَنْ ثَقُلَ عَلَى صَدِيقِهِ خَفَّ عَلَى عَدُوِّهِ

439. Qui importunus est amico suo, is inimico suo levis est.

٤٤٠ مَنْ أَهَانَ مَالَهُ أَكْرَمَ نَفْسَهُ

440. Qui parvi facit opes suas, is se ipsum honore adficit.

٤٤١ مَا أَبْعَدَ مَا فَاتَ وَمَا أَقْرَبَ مَا هُوَ آتٍ

441. Quam longe remotum est id, quod praeterivit et quam propinquum est id, quod venit.

٤٤٢ مَنْ أَدَّبَ أَوْلَادَهُ أَرْغَمَ حُسَّادَهُ

442. Qui filios suos bene instruit (educat), is invidos suos ad iram excitat.

In codice B. legitur ارجم »lapidat«.

٤٤٣ مَنْ يَشْنَأُكَ كَانَ وَزِيرًا

443. Qui te odit est Vezirus.

٤٤٤ مَنْ كَانَ لكَ كُلُّهُ كَانَ عَلَيْكَ كُلُّهُ

444. Qui totus tibi est, totus contra te est.

٤٤٥ مَا نَظَرَ لِامْرِئٍ مِثْلُ نَفْسِهِ

445. Non tantam curam agit viro alius, quantam ipse.

In codice Lugd. legitur ما يجب نظر لامرئ مثل نفسه

٤٤٦ مَا كُلُّ بَارِقَةٍ تَجُودُ بِمَائِهَا

446. Non omnis fulgurans (nubes) pluviam largiter emittit

٤٤٧ مَا وَعَظَ آمْرَءًا كَتَجَارِبِهِ

447. Nulla res virum monet modo, quo experientiae (eum monent).

٤٤٨ مَا يُدَاوَى ٱلْأَحْمَقُ بِمِثْلِ ٱلْإِعْرَاضِ عَنْهُ

448. Stulto non medicamur, si ab eo declinamus.

٤٤٩ مَنْ أَطَاعَ غَضَبَهُ أَضَاعَ أَدَبَهُ

449. Qui irae suae obedit, bonos mores suos amittit.

٤٥٠ مَنْ وَطَّنَ نَفْسَهُ عَلَى أَمْرٍ هَانَ عَلَيْهِ

450. Qui summo cum studio in rem incumbit, ei res facilis est.

٤٥١ مَنْ دَارَى ٱلْحُسَّادَ أَسْقَهُمْ ٱلْمَلَّ

451. Qui invidos benigne tractat, is in eorum os tanquam ingratum medicamentum indit prunas.

٤٥٢ مَنْ تَرَكَ قَوْلَ لَا أَدْرِى أُصِيبَتْ مَقَاتِلُهُ

452. Qui omittit dicere: Nescio, eius loci mortis adficiuntur.

Id est: Loci, qui laesi ei mortem adferunt, attinguntur.

٤٥٣ مَنْ هَابَ ٱلرِّجَالَ تَهَيَّبُوهُ

453. Qui viros reveritur, eum reveruntur.

٤٥٤ مَنْ لَمْ يَتَغَدَّ بِدَانِقٍ تَعَشَّى بِأَرْبَعَةِ دَوَانِيقَ

454. Qui pransus non est pro uno Daneko, is pro quatuor Danekis cibum vespertinum sumet.

Danekus sexta pars Drachmae est. In codice meo دوانق loco vocis دوانيق legitur.

٤٥٥ مَنْ دَقَّ نَظَرُهُ جَلَّ ضَرَرُهُ

455. Cuius consideratio parva est, eius noxa magna est.

٤٥٦ مَنْ لَمْ يَرْضَ بِحُكْمِ مُوسَى رَضِيَ بِحُكْمِ فِرْعَوْنَ

456. Qui iudicio Mosis contentus non est, is iudicio Pharaonis contentus erit.

٤٥٧ مَنْ أَكَلَ ٱلْقَلَايَا صَبَرَ عَلَى ٱلْبَلَايَا

457. Qui cibos frixos edit, is calamitates patienter feret.

٤٥٨ مَنْ بَلَغَ ٱلسَّبْعِينَ ٱشْتَكَى مِنْ غَيْرِ عِلَّةٍ

458. Qui ad aetatem septuaginta annorum pervenit, is sine causa (morbo) queritur.

٤٥٩ مَنْ لَا ذَكَرَ لَهُ فَلَا ذِكْرَ لَهُ

459. Cui penis non est, ei gloria non est.

De sobole proverbium, ni fallor, adhibetur.

٤٦٠ مَنْ سَلَّ سَيْفَ ٱلْبَغْيِ قُتِلَ بِهِ

460. Qui gladium insolentiae (iniustitiae) educit; is eo occiditur.

٤٦١ مَنْ أُعْجِبَ بِرَأْيِهِ ضَلَّ

461. Qui prudentiam suam admiratur, is errat.

٤٦٢ مَنِ ٱسْتَغْنَى بِعِلْمِهِ زَلَّ

462. Qui contentus est scientia sua, labitur.

In codice Berol. بعقله prudentia sua, in meo بعمله opere suo legitur. In codice Berol. et Pocock. hoc proverbium cum praecedente coniunctum est, ut in hoc ومن legatur.

٤٦٣ مَنْ لَمْ يَكُنْ ذِئْبًا أَكَلَتْهُ ٱلذِّئَابُ

463. Qui lupus non est, eum lupi vorant.

٤٦٤ مَنْ جَعَلَ نَفْسَهُ عِظَامًا أَكَلَتْهُ ٱلْكِلَابُ

464. Qui se ossium loco habet, eum canes vorant.

Proverbium hoc nonnisi in codicibus Berol. et Pocock. legitur.

٤٦٥ مَنْ طَلَى نَفْسَهُ بِٱلنُّخَالَةِ أَكَلَتْهُ ٱلْبَقَرُ

465. Qui furfuribus se illinit, eum boves vorant.

٤٦٦ مَنْ دَخَلَ مَدَاخِلَ ٱلسُّوءِ ٱتُّهِمَ

466, Qui in loca mala intrat, is suspectus est.

٤٦٧ مَنْ عَادَى مَجْدُودًا فَقَدْ عَادَى ٱللّٰهَ

467. Qui contra fortunatum inimicitiam exercet, is contra Deum inimicitiam exercet.

٤٦٨ مَنْ أَفْشَى سِرَّهُ كَثُرَ ٱلْمُتَآمِرُونَ عَلَيْهِ

468. Qui secretum suum divulgat, in eum multi imperium habent.

٤٦٩ مَا بَقِيَ مِن سِتْرِهِ إِلَّا مَا يَشِفُّ عَلَى مَا دُونَهُ

469. Non restat ex eius velo nisi id, quod pellucidum est super eo, quod praeter eum est.

٤٧٠ مَا هُوَ إِلَّا نَارُ ٱلْمَجُوسِ

470, Non est is nisi Magorum ignis.

De viro dicitur, qui neminem veneratur et a nemine abstinet, quippe ignis Magos comburit, etsi eum venerantur.

٤٧١ مَنْ سَابَقَ ٱلدَّهْرَ عَثَرَ

471. Qui cum tempore cursu certat, is pedem offendit.

٤٧٢ مَنْ غَضِبَ مِنْ لَا شَيْءٍ رَضِيَ مِنْ لَا شَيْءٍ

472. Qui irascitur ob nihil, is nihili contentus est.

٤٧٣ مَنِ ٱسْتَحْيَى مِنِ ٱبْنَةِ عَمِّهِ لَمْ يُولَدْ لَهُ

473. Cui pudor est filiae patrui sui, ei liberi non nascuntur.

٤٧٤ مَنْ لَمْ يَذُقْ لَحْمًا أَعْجَبَتْهُ ٱلرِّئَةُ

474. Qui carnem non gustavit, ei palmo placet.

٤٧٥ مَنْ عَيَّرَ عُيِّرَ

475. Qui alios opprobrio adficit, (ab aliis) opprobrio adficitur.

٤٧٦ مَنْ أَكَلَ ٱلسَّمِينَ ٱتَّخَمَ

476. Qui pinguem edit cibum, stomachi indigestione laborat.

٤٧٧ مَنِ ٱعْتَادَ ٱلْبَطَالَة لَمْ يُفْلِحْ

477. Qui ioco semper indulget, desiderio non potitur.

٤٧٨ مَن ٱشْتَرَى ٱلْحَمْدَ لَمْ يُغْبَنْ

478. Qui laudem emit, non decipitur.

٤٧٩ مَن اشْتَرَى ٱلدُّونَ بِالدُّون رَجَعَ إِلَى بَيْتِهِ وَهُوَ مَغْبُونٌ

479. Qui rem vilem re vili data emit, ad domum suam deceptus redit.

٤٨٠ مَنْ تَأَنَّى ادْرَكَ مَا تَمَنَّى

480. Qui cunctatur, id quod optat assequitur.

٤٨١ مَنْ اعْطَى بَصَلَةً أَخَذَ ثُومَةً

481. Qui cepe dat, allium accipit.

٤٨٢ مَنْ تَسَمَّعَ سَمِعَ مَا يَكْرَهُ

482. Qui auscultat, is quod ei displicet audit.

٤٨٣ مَنْ رَآنِي فَقَدْ رَآنِي وَرَحْلِي

483. Qui me videt, is me et sellam meam videt.

٤٨٤ مَنْ اكْثَرَ مِنْ شَيْءٍ عُرِفَ بِهِ

484. Qui rem saepius facit, is ista re cognoscitur.

٤٨٥ مَنْ تَرَكَ ٱلشَّهَوَاتِ عَاشَ حُرًّا

485. Qui cupiditates relinquit, is liber vivit.

٤٨٦ مَنْ مَرِضَتْ سَرِيرَتُهُ أَنَّتْ عَلَانِيَتُهُ

486. Cuius animi arcanum aegrotum est, eius res publica ingemit.

Conf. prov. 574.

٤٨٧ مَنْ لَمْ يُصْلِحْهُ ٱلطِّلَى أَصْلَحَهُ ٱلْكَىُّ

487. Quem unctio non sanat, eum ustio sanabit.

٤٨٨ مَا ذَاقَ أَحَدٌ مِنْ لَحْمِهِ إِلَّا ٱنْطَوَى عَلَى لَوًى

488. Non gustavit unus carnem eius, nisi doloribus ventris contorsus fuit.

٤٨٩ مِنْكَ فَٱسْتَقْرِضْ

489. A te ipso mutuo pete!

٤٩٠ مِنَ ٱلسُّرُورِ بُكَاءٌ

490. Ex laetitia ploratus oritur.

٤٩١ مَنْ أَنْفَقَ وَلَمْ يَحْسُبْ هَلَكَ وَلَمْ يَدْرِ

491. Qui opes erogat et non computat, is perdit et nescit.

٤٩٢ مَنْ طَفَرَ مِنْ وَتِدٍ الى وَتِدٍ يَدْخُل أَحَدُهُمَا فِي آسْتِهِ

492. Qui a paxillo uno usque ad alterum salit, unus eorum in podicem eius intrabit.

٤٩٣ مَنْ أَكَلَ عَلَى مَآيِدَتَيْنِ اخْتَنَقَ

493. Qui edit super duabus mensis, is suffocatur.

Aviditatem vituperat proverbium.

٤٩٣ مَا بَقِيَ مِنَ ٱللِّصّ أَخَذَهُ العَرَّافُ

494. Quod fur reliquit, id divinator sumit.

Adhibent enim ad furti auctorem detegendum divinatorem.

٤٩٥ مَنْ كَانَ طَبَّاخُهُ ابو جُعْرَان مَا عَسَى يَكُونُ مِنَ ٱلأَلْوَان

495. Cuius coquus scarabaeus ابو جعران, appellatus est, eius cibus varius esse non potest.

Vocabulo الوان varii cibi species significari videntur.

٤٩٦ مَنْ تَرَكَ حِرْفَتَهُ تَرَكَهُ بَخْتُهُ

496. Qui artem suam relinquit, eum fortuna sua relinquit.

٤٩٧ مَنْ بَكَى مِنْ زَمَانٍ بُكِيَ عَلَيْهِ

497. Qui ob tempus plorat, is deploratur.

٤٩٨ مَنْ أَحْسَنَ ٱلسُّؤَالَ عَلِمَ

498. Qui bene interrogat, is sciet.

٤٩٩ مَنْ رَقَّ وَجْهُهُ رَقَّ عِلْمُهُ

499. Cuius facies tenuis est, eius scientia tenuis est.

٥٠٠ مَنْ لَمْ يُدَارِ ٱلْمُشْطَ يَنْتِفْ لِحْيَتَهُ

500. Qui pecten haud leniter tractat, barbam suam evellit.

٥٠١ مَنْ يَجَعْ يَشْجُعْ

501. Qui dolore corripitur, strenuus est.

٥٠٢ مَنْ يَسْغَبْ يَشْغَبْ

502. Qui fame laborat, tumultum excitat.

٥٠٣ مَنْ أَكَلَ لِلسُّلْطَانِ زَبِيبَةً رَدَّهَا تَمْرَةً

503. Qui principis uvam passam edit, eam tanquam dactylum reddet.

٥٠٤ مَنْ أَنْتَ فِي ٱلرُّقْعَةِ

504. Quis tu es in tabula latrunculorum?

٥٠٥ مَنْ لَمْ تَنْفَعْكَ حَيٰوتُهُ فَمَوْتُهُ عُرْسٌ

505. Cuius vita tibi non prodest, eius mors convivium nuptiale est.

٥٠٦ مَنْ سَعَى رَعَى

506. Qui operam dat, is pascit.

٥٠٧ مَنْ جَالَ نَالَ

507. Qui circumit, assequitur.

٥٠٨ مَن ٱحْتَرَفَ ٱعْتَلَفَ

508. Qui artem exercet, victum accipit.

٥٠٩ مَنْ غَلَبَ سَلَبَ

509. Qui vincit, rapit.

٥١٠ مَنْ نَامَ رَأَى ٱلْأَحْلَامَ

510. Qui dormit, somnia videt.

٥١١ مَنْ زَرَعَ ٱلْمَعْرُوفَ حَصَدَ ٱلشُّكْرَ

511. Qui beneficium serit, gratias metit.

٥١٢ مَنْ ضَعُفَ عَنْ كَسْبِهِ ٱتَّكَلَ عَلَى زَادِ غَيْرِهِ

512. Qui lucrum suum facere non potest, is in alius commeatu fiduciam ponit.

٥١٣ مَنْ حَسُنَ ظَنُّهُ طَابَ عَيْشُهُ

513. Cuius opinio pulchra est, eius vita bona est.

٥١٤ مَن ٱتَّكَلَ عَلَى زَادِ غَيْرِهِ طَالَ جُوعُهُ

514. Qui in alius commeatu fiduciam ponit, eius fames longa est.

٥١٥ مَنْ حَسَدَ مَنْ دُونَهُ فَلَا عُذْرَ لَهُ

515. Qui ipso inferiori invidet, ei excusatio non est.

٥١٦ مَنْ لَمْ يُصْلِحْهُ ٱلْخَيْرُ أَصْلَحَهُ ٱلشَّرُّ

516. Quem bonum non reparat, eum malum reparabit.

٥١٧ مَنْ تَعَدَّى ٱلْحَقَّ ضَاقَ مَذْهَبُهُ

517. Qui ad veritatem transgreditur, eius via angusta est.

٥١٨ مَنْ جَرَّبَ ٱلْمُجَرَّبَ حَلَّتْ بِهِ ٱلنَّدَامَةُ

518. Qui experimentis probatum experitur, ei poenitentia supervenit.

٥١٩ مَنْ هَانَتْ عَلَيْهِ نَفْسُهُ فَهُوَ عَلَى غَيْرِهِ أَهْوَنُ

519. Qui sibi contemnendus est, is aliis maiore contemtione dignus reperitur.

٥٢٠ مَنْ لَمْ يُحْسِنْ إِلَى نَفْسِهِ فَلَمْ يُحْسِنْ إِلَى غَيْرِهِ

520. Qui sibi non benefacit, is aliis non benefacit.

٥٢١ مَنْ أَحَبَّ شَيْئًا أَكْثَرَ مِنْ ذِكْرِهِ

521. Qui rem amat, is eius multam mentionem facit.

٥٢٢ مَنِ ٱشْتَرَى مَا لَا يَحْتَاجُ إِلَيْهِ بَاعَ مَا يَحْتَاجُ إِلَيْهِ

522. Qui res sibi haud necessarias emit, is res sibi necessarias vendit.

٥٢٣ مَنْ طَلَبَ ٱلْغَايَةَ صَارَ آيَةً

523. Qui extremum petit, signum fit.

٥٢٤ مَنْ لَمْ يُرِدْكَ فَلَا تُرِدْهُ

524. Qui te non vult, eum tu ne velis!

٥٢٥ مَنْ عَبَدَ ٱللّٰهَ فِي خَلْقِ ٱللّٰهِ

525. Quis Deo servit in Dei creaturis?

٥٢٦ مِنَ ٱلْكَيْسِ خَتْمُ ٱلْكِيسِ

526. Crumenam obsignare prudentiae est.

٥٢٧ مُصَارَمَةُ ٱلْجَاهِلِ مُوَاصَلَةُ ٱلْعَاقِلِ

527. Alienatio ab ignorante est coniunctio cum prudente.

٥٢٨ مَنْ لَانَتْ كَلِمَتُهُ وَجَبَتْ مَحَبَّتُهُ

528. Cuius sermo lenis est, eius amor necessarius est.

٥٢٩ مَنِ ٱسْتَغْنَى كَرُمَ عَلَى أَهْلِهِ

529. Qui dives est, a familia sua honoratur.

Monet proverbium, ne homines molestia adficiamus. Samachschar.

٥٣٠ مِنْ تَمَامِ ٱلْحَجِّ ضَرْبُ ٱلْجَمَّالِ

530. Ad perfectionem peregrinationis pertinet percussio ductoris camelorum.

Verba haec Alahmaschus dixisse fertur.

٥٣١ مَنِ ٱصْطَنَعَهُ ٱلسُّلْطَانُ ضَيَّعَهُ ٱلشَّيْطَانُ

531. Cui rex benefacit, eum diabulus amittit.

Conf. pr. 597.

٥٣٢ مَنْ يَقْدِرُ عَلَى رَدِّ أَمْسِ وَتَطْيِينِ عَيْنِ ٱلشَّمْسِ

532. Quis diem hesternum reducere potest et solem luto obducere?

٥٣٣ مَنْ لَمْ تَخُنْهُ نِسَاؤُهُ تَكَلَّمَ بِمِلْءِ فِيهِ

533. Quem mulieres suae non decipiunt, is pleno ore loquitur.

٥٣٤ مَنْ رَفُقَ رَتَقَ وَمَنْ خَرُقَ خَرَقَ

534. Qui benignus et comes est, reparat et qui stupidus est, lacerat.

٥٣٥ مِنْ كَثْرَةِ ٱلْمَلَّاحِينَ غَرِقَتِ ٱلسَّفِينَةُ

535. Propter multitudinem nautarum navis submersa est.

٥٣٦ مِنْ سَعَادَةِ ٱلْمَرْءِ أَنْ يَكُونَ خَصْمُهُ عَاقِلًا

536. Fortunae viri tribuendum est, quod eius adversarius prudens est.

٥٣٧ مِنْ عَادَةِ ٱلسَّيْفِ أَنْ يَسْتَخْدِمَ ٱلْقَلَمَ

537. Gladii consuetudo est, ut calamum scriptorium in servitium adigat.

٥٣٨ مِنْ دُونِ ذَا قُتِلَ ٱلْوَلِيدُ

538. Propter rem minoris momenti quam hoc Alwalidus occisus est.

٥٣٩ مِنْ نَكَدِ ٱلدُّنْيَا مَنْفَعَةُ ٱلْهَلِيلَجِ وَمَضَرَّةُ ٱللَّوْزِينَجِ

539. Angustiae mundi tribuenda est utilitas myrobalanae et noxa dulciarii ex amygdalis parati.

٥٤٠ مَنْ أَحَبَّ وَلَدَهُ رَحِمَ ٱلْأَيْتَامَ

540. Qui filium suum amat, erga orphanos misericors est.

٥٤١ مَنْ تَغَدَّى بِسُوءِ ٱلسِّيرَةِ تَعَشَّى بِزَوَالِ ٱلْقُدْرَةِ

541. Qui cum prava agendi ratione prandit, is cum potentiae defectu cibum vespertinum sumit.

٥٤٢ مَن فَعَلَ مَا شَاءَ لَقِيَ مَا سَآءَ

542. Qui facit quod vult, ei quod malum est, occurrit.

٥٤٣ مَنْ نَامَ عَنْ عَدُوِّهِ نَبَّهَتْهُ ٱلْمَكَايِدُ

543. Qui dormit inimicum negligens, eum doli expergefaciunt.

٥٤٤ مِنَ ٱلْعَجَايِبِ أَعْمَشُ كَحَّالُ

544. Ad res admirabiles pertinet infirmitate visus cum lacrymarum frequenti fluxu laborans, qui stibio multum utitur.

٥٤٥ مِنْ فُرَصِ ٱللِّصِّ ضَجَّةُ ٱلسُّوقِ

545. Ad furis occasiones pertinet quod in foro clamor et strepitus est.

٥٤٦ مَا يَنفَعُ ٱلْكَبِدَ يَضُرُّ ٱلطِّحَالَ

546. Quod iecori prodest, id spleni nocet.

٥٤٧ مَا أَهْوَنَ ٱلْحَرْبُ عَلَى ٱلنَّظَّارَةِ

547. Quam leve est bellum hominibus contemplantibus!

٥٤٨ مَا صِدْنَا شَيْئًا وَٱلَّذِى كَانَ مَعَنَا أَفْلَتَ

548. Nil venati sumus et quod nobiscum erat, periit.

٥٤٩ مَا تَرَكَ الأَوَّلُ لِلآخِرِ شَيْئاً

549. Primus postremo rem non reliquit.

٥٥٠ مَا أَحْسَنَ الْمَوْتَ إِذَا حَانَ الأَجَلُ

550. Quam pulchra est mors, quando vitae finis adest!

٥٥١ مَا كُلُّ قَوْلٍ لَهُ جَوَابٌ

551. Non est omni verbo responsum.

٥٥٢ مَا الْحُبُّ إِلَّا لِلْحَبِيبِ الأَوَّلِ

552. Non est amor nisi amato primo.

٥٥٣ مَا أَشْبَهَ السَّفِينَةَ بِالْمَلَّاحِ

553. Navis quam similis est nautae!

٥٥٤ مَا صَنَعَ اللّٰهُ فَهُوَ خَيْرٌ

554. Quod Deus fecit, id bonum est.

٥٥٥ مَا فِيهِ حَبَّةُ مِلْحٍ

555. Non est in eo granum salis.

De odioso adhibetur.

٥٥٦ ما جُمِسَ الوُدُّ بِمِثْلِ ٱلْعِتَابِ

556. Amor vituperio non congregatur.

Pocockius vertit: Non vulnerat amorem quodquam instar reprehensionis; sed propter praepositionem ب sic verti non potest. In codice Berol. Passivi vocales sunt, ut vertatur: Non vulneratur amor (خمش) re reprehensioni simili. In codice Lugd. حمش est »congregatur,« quod mihi praeferendum videtur, ut sensus sit: Verbis, quae reprehensioni similia sunt, amor dispergitur (deletur). In meo codice جمش habeo.

٥٥٧ مَا أَطْيَبَ ٱلْخَمْرَ لَوْلَا ٱلْخُمَارُ

557. Quam bonum esset vinum, nisi crapula esset.

٥٥٨ مَا حِيلَةُ ٱلرِّيحِ إِذَا هَبَّتْ مِنْ دَاخِلٍ

558. Quod remedium venti est, quum intrinsecus flat?

٥٥٩ مَا عَدَا ٱلْفَرَسُ فَلَا حَاجَةَ لَكَ إِلَى ٱلسَّوْطِ

559. Quamdiu equus currit, tibi flagellum opus non est.

٥٦٠ مَعَ كُفْرِهِ قَدَرِيٌّ

560. Cum incredulitate sua Kadarita est.

٥٦١ مَا بِي دُخُولُ ٱلنَّارِ بِي طَنْزُ مَالِكٍ

561. Non est per me introitus ignis inferni, per me est ludibrium Malici.

Malic nomen angeli est, qui inferno praeesse dicitur.

٥٦٢ مَا هُوَ إِلَّا بُسْتَانٌ

562. Non est ille nisi hortus.

De elegante dicitur.

٥٦٣ مَا تَحْمِلُهُ الأَرْضُ

563. Eum terra non portat.

De gravi dicitur.

٥٦٤ مِلْحٌ عَلَى جُرْحٍ

564. Sal super vulnere.

٥٦٥ مَنْ كَتَمَ عِلْمًا فَكَأَنَّمَا جَهِلَهُ

565. Qui scientiam occultat, est ac si eam ignorat.

٥٦٦ مَا أَصْنَعُ بِشَمْسٍ لَا تُدَفِّئُنِي

566. Quid cum sole faciam, qui me non calefacit?

Nullum ex eo commodum percipio.

٥٦٧ مَا ٱلْمَرْءُ إِلَّا بِدِرْهَمَيْهِ

567. Non est vir nisi per drachmas suas duas.

Id est: Per unam, quam alteri dat, et alteram, quam retinet.

٥٦٨ مَا خَيْرُ لَذَّةٍ فِيهَا وَزْنُهَا مِنَ ٱلْمَكْرُوهِ

568. Quid boni in voluptate, cuius pondus ingratum est?

٥٦٩ مَشْيُنَا شَوْطٌ بَاطِلٌ

569. Incessimus tanquam lux per fenestram intrans.

٥٧٠ مَوَدَّةُ ٱلْآبَاءِ قَرَابَةُ ٱلْأَبْنَاءِ

570. Amor parentum est propinquitas filiorum.

٥٧١ مَتَى فَرْزَنْتَ يَا بَيْدَقُ

571. Quando tanquam regina (in ludo latrunculorum) te gessisti, o pedes?

٥٧٢ مَعَ كُلِّ تَمْرَةٍ زُنْبُورٌ

572. Cum quolibet dactylo vespa est.

٥٧٣ مُشْطٌ يُقَلِّبُهُ خَصِيٌّ أَصْلَعُ

573. Pecten, quod castratus calvus vertit.

٥٧٤ مَنْ لَمْ تُهَذِّبْهُ ٱلْإِقَالَةُ هَذَّبَهُ ٱلْعِثَارُ

574. Quem non corrigit condonatio vitii, eum lapsus corrigere debet.

٥٧٥ مَنْ طَلَبَ عَيْبًا وَجَدَهُ

575. Qui vitium quaerit, id invenit.

٥٧٦ مَطْرَةٌ فِي نِيسَانَ خَيْرٌ مِنْ أَلْفِ شَانٍ

576. Pluvia una mense Nisan melior est, quam mille res.

٥٧٧ مُدَوَّرُ ٱلْكَعْبِ

577. Rotundum talum habens.

Infaustum designat.

٥٧٨ مِنَ الأَدَبِ تَرْكُ الأَدَبِ

578. Ad elegantes mores pertinet elegantes mores non ostendere.

Nempe inter fratres.

٥٧٩ الْمَحْبُوبُ مُسَبَّبٌ

579. Amatus convicio adficitur.

٥٨٠ الْمَوْتُ فِى الْجَمَاعَةِ طَيِّبٌ

580. Mors in agmine bona est.

٥٨١ الْمَذْبُوحَةُ لَا تَأَلَّمُ السَّلْخَ

581. Mactatum animal dolores non habet quum ei pellis detrahitur.

٥٨٢ الْمُعْجِبُ أَبَدًا مُغْضَبٌ

582. Admiratione sui plenus semper iratus est.

٥٨٣ الْمُسْتَقْرِضُ مِنْ كِيسِهِ يَأْكُلُ

583. Mutuo petens e crumena sua edit.

٥٨٤ الْمَرْءُ يَسْعَى بِجَدِّهِ

584. Vir per fortunam suam in cursum agitur.

٥٨٥ الْمَوْتُ حَوْضٌ مَوْرُودٌ

585. Mors est aquae receptaculum, ad quod accedendum est.

٥٨٦ المالُ مَيّالٌ

586. Opes multum inclinantes sunt.

٥٨٧ اَلْمَرْأةُ فِرَاشٌ فَاسْتَوْثِرُوهُ

587. Mulier stragula est, mollem eam vobis reddite!

٥٨٨ اَلْمَرْأةُ السُّوءُ غُلٌّ مِنْ حَدِيدٍ

588. Mulier prava est vinculum cervicis ferreum.

٥٨٩ اَلْمَرْءُ حَيْثُ يَضَعُ نَفْسَهُ

589. Vir ibi est, ubi se ipsum collocat.

٥٩٠ اَلْمَمْلُوكَةُ مِنْ أُذْنِهَا تَسْمَنُ

590. Serva ab aure sua pinguis est.
De eo dicitur, qui verbis pulchris decipitur.

٥٩١ مَا يَوْمِي مِنْكَ بِوَاحِدٍ

591. Non est dies meus a te unus.
Malum a te ortum non ab uno latere me adficit.

٥٩٢ مَنْ كَانَ ذَا دُهْنٍ طَلَى اسْتَهُ

592. Qui oleum possidet, podicem suum illinit.
Dives sine necessitate opes erogat. Samach.

٥٩٣ مِنَ الحِيلَةِ تَرْكُ الحِيلَةِ

593. Astutiae est non adhibere astutiam.

٥٩٤ مَن غَابَ خَابَ

594. Qui absens est, frustratur.

Legitur quoque من غاب غاب حظه »Qui absens est, eius sors (portio) absens est.« conf. Bertheaui libell. p. 20 text. Ar.

٥٩٥ المَرْكُوبُ خَيْرٌ مِنَ الرَّاكِبِ

595. Iumentum melius est quam eques.

٥٩٦ مَنْ لِلْجِذَاعِ بِسَبْقِ القُرَّحِ

596. Quis efficit, ut triennes equi cursu praevertunt quinquennes?

٥٩٧ مَنْ أَكَلَ مَرَقَةَ ٱلسُّلْطَانِ ٱحْتَرَقَتْ شَفَتَاهُ وَلَوْ بَعْدَ حِينٍ

597. Qui principis iusculum edit, is labium laedit et si post tempus.

Conf. prov. 503.

٥٩٨ مِنَ الظَّفَرِ بِالْبُغْيَةِ تَعْجِيلُ ٱلْيَأْسِ

598. Qui desiderio suo potitur, is celeriter desperare solet.

٥٩٩ مِنْ شَهْوَةِ التَّمْرِ مَصُّ ٱلنَّوَى

599. Qui dactylos cupit, is nucleos sugit.

٦٠٠ مَنْ كَثُرَ عَدُوُّهُ فَلْيَتَوَقَّعِ ٱلصَّرْعَةَ

600. Cui multi inimici sunt, is, ut prosternatur, exspectet.

٦٠١ مَنْ خَدَمَ ٱلرِّجَالَ خُدِمَ

601. Qui viris servit, ei servitia praestantur.

٦٠٢ مَنْ سَلِمَتْ سَرِيرَتُهُ صَحَّتْ عَلَانِيَتُهُ

602. Cuius arcanum incolume est, eius publicitas integra est.

Conf. prov. 458.

٦٠٣ مَنْ لَمْ يَنْتَفِعْ بِظَنِّهِ لَمْ يَنْتَفِعْ بِيَقِينِهِ

603. Qui ex opinione sua utilitatem non capit, is ex certa cognitione sua utilitatem non capit.

Hoc proverbio ars divinandi (فراسة) laudatur.

٦٠٤ مَنْ أَيْقَنَ بِٱلْخَلَفِ جَادَ بِٱلْعَطِيَّةِ

604. Qui de re in locum succendente certus est, is liberaliter donum dat.

٦٠٥ مَنْ لَمْ يَصْبِرْ عَلَى كَلِمَةٍ سَمِعَ كَلِمَاتٍ

605. Qui unum verbum patienter non audit, is plura verba audiet.

٦٠٦ من صغّر مقتولا فقد صغّر قاتله

606. Qui occisum parvum facit, is eius occisorem parvum fecit.

٦٠٧ من جهل أباه فقد جهل

607. Qui patrem suum ignorat, is re vera ignorans est.

٦٠٨ من لم يصن نفسه ابتذله غيره

608. Qui se ipsum non custodit, de eo conservando alii solliciti non sunt.

٦٠٩ من لم يركب الأهوال لم ينل الآمال

609. Qui pericula non obit, is rebus speratis non potitur.

٦١٠ من لجأ إلى الزمان أسلمه

610. Qui ad tempus confugit, eum tradit.

٦١١ من لا يكرم نفسه لا يكرم

611. Qui se ipsum non honorat, is ab aliis non honoratur.

٦١٢ من غلب الأيام غلب

612, Qui cum diebus certat, is vincitur.

٦١٣ مَنْ عَمِلَ دايِمًا أَكَلَ نايِمًا

613. Qui semper opus facit, is dormiens edit.

٦١٤ مَنْ تَلَذَّذَ بِٱلْكَلامِ تَنَغَّصَ بِٱلْجَوابِ

614. Qui ex sermone voluptatem percipit, is per responsum infelix fit.

Caput XXV.

Littera Nun.

١ نَفْسُ عِصَامٍ سَوَّدَتْ عِصَامًا

1. Anima Ihzami principem constituit Ihzamum.

Proverbium hemistichium huius versus est:

نَفْسُ عِصَامٍ سَوَّدَتْ عِصَامَا   وَعَلَّمَتْهُ ٱلْكَرَّ وَٱلْإِقْدَامَا

»Anima Ihzami principem constituit Ihzamum et impetum et audaciam eum docuit“

Metrum versus Sarih est. conf. p. 245. Kam. Djeuh.

Dicunt proverbium spectare Ihzamum ben-Schohair, qui Alnohmani ben-Almondsir cubicularius esset, ad quem Alnabeghahus Dsobjanita, ab introitu ad Alnohmanum impeditus, hunc versum direxerit:

فَإِنِّي لَا أَلُومُكَ فِي دُخُولٍ وَلٰكِنْ مَا وَرَاءَكَ يَا عِصَامُ

„Ego ob introitum te non vitupero; sed quid pone te est, o Ihzame ?[1])

Proverbium virum per se celebrem factum esse, dum eius maiores celebres non essent, significat. Hanc ob causam ab Arabibus الخارجى cognominabatur, qui prodierit ad dignitatem nemine suorum praecedente. Narrant, ad Hadjdjadjum virum venisse, ut rem peteret. Hadjdjadjum de eius stultitia certiorem factum, ut eum experiretur, interrogasse virum: اعصامى ام عظامى „Num meritis tuis an maioribus tuis clarus es ?[2]) et illum respondisse: عظامى عصامى „Meis meritis et maioribus clarus sum". Quod quum audiret, Hadjdjadjum cogitasse, virum esse summis meritis et dignitate insignem eamque ob causam eius desideriis omnino satisfecisse. At vero quum postea intellexisset, illum esse vehementer stupidum, eum dixisse: Verum mihi dic, nisi vis, ut te occidam! Quaenam erat causa, cur mihi interroganti tali modo responderes? virum autem hisce verbis se defendisse". Quum neque unum neque alterum verbum, quid significaret, intellexisset, se cogitasse, rectum futurum, si utrumque verbum adhibuisset, nam si unum ipsi noceret, alterum ipsi prodesset. Quae verba audientem Hadjdjadjum dixisse: المقابر تصير العى خطيبا „Coemeteria efficiunt, ut qui lingua impeditus sit, pulchro modo loquatur." Et haec quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt.

٢ نَفْسِي تَعْلَمُ أَنِّي خَاسِرٌ

2. Anima mea scit, me esse a via aberrantem

De eo dicitur, qui vituperatus, se esse vituperio dignum cognoscit et ea de se scit, quae aliis ignota sunt.

---

1) Quum aegrotus Alnohmanus esset, cupivit, ut de statu eius certior fieret. Metrum Wafir est. p. 203.

2) Conf. Ill. Wilken. hist. Samanid. p. 24.

٣ نفسك بما تجمجم أعلم

3. Anima tua optime scit, quae ipsa dicere non vult.

Tu melius, quam alius intimas animi tui cogitationes novisti.

٤ نظرة من ذي علق

4. Adspectus amantis.

De eo dicitur, qui cum amore adspicit.

٥ نعم عوفك

5. Bene se habeat conditio tua!

De vocis عوف significatione non consentiunt. Alii voci animi, rei significationem tribuunt, alii penis. Hisce diversis significationibus admissis aut generaliorem aut specialiorem bene precandi sensum habet. Conf. Kam.

٦ أنجز حر ما وعد

6. Perficit ingenuus quod promisit.

Metrum proverbii Redjes est. Conf. libr. meum p. 231. Dixit حر sine articulo cavens, ne se ipsum ingenuum appellaret, quae propria sui ipsius laus fuisset. Dixit Almofadhdhelus, haec verba Alharitsum ben-Ahmru cognominatum اكل المرار (edens plantam amaram[1]) Cenditam Zachro ben-Nahschal ben-Darim dixisse. Haritsus enim sub conditione quintae partis praedae homines Iemanenses Zachro indicaverat, ut eos diriperet. Re perfecta Alharitsus ista proverbii verba dixit moniturus, ut promissis satisfieret. Zachri autem gens quum Haritso praedae partem dare recusaret, Zachrus collis fastigium, per cuius angus-

1) Aliis cognomen Amru-l'Kaisi est.

tias genti transeundum erat, Schadjaat appellati, occupavit dicens: ازمت شجعات بما فيهن „Clivus Schadjaat angustus est propter id, quod in eo est". conf. C. I, 138. Hamsahus autem ben-Tsahlebah ben-Djahfar ben-Tsahlebah ben-Jarbuh iuravit dicens: Per Deum! Nullam praedae nostrae partem accipiet". Zachrus istum impetu facto occidit et hanc ob causam quintam praedae partem accepit, quam Alharitso dedit. Nahschalus sic rem versibus descripsit:

وَنَحْنُ مَنَعْنَا ٱلْجَيْشَ أَنْ يَتَأَوَّبُوا عَلَى شَجَعَاتٍ وَٱلْجِيَادُ بِنَا تَجْرِى

حَبَسْنَاهُمْ حَتَّى أَقَرُّوا بِحُكْمِنَا وَأُدِّىَ أَنْفَالُ ٱلْخَمِيسِ إِلَى صَخْرِ

„Impedivimus exercitum, quominus super clivo Schadjaat appellato iter faceret, dum equis generosis vehebamur. Retinuimus eos, donec mandatum nostrum agnoscerent et ad Zachrum quinta pars praedae adportata esset".

Metrum Thawil est. p. 161. Promissis satisfaciendum esse, proverbium docet. Samach.

٧ النَّفْسُ أَعْلَمُ مَنْ أَخُوهَا النَّافِعُ

7. Anima melius scit, quis ei frater utilis sit.

De eo dicitur, quem aut laudas aut vituperas, quum tibi necessarius sit.

٨ النَّفْسُ مُولَعَةٌ بِحُبِّ ٱلْعَاجِلِ

8. Anima est dedita amori properantis.

Verba haec sunt Djeriri ben-Alchathafi:

إِنِّى لَأَرْجُو مِنْكَ شَيْئًا عَاجِلًا وَٱلنَّفْسُ مُولَعَةٌ بِحُبِّ ٱلْعَاجِلِ

»Ego, profecto! spero a te rem properantem et anima dedita est amori properantis«. Metrum Camil est. p. 212.

Properans mundum caducum designat.

٩ النَّفْسُ عَرُوفٌ

9. Anima patiens est in rebus ingratis ferendis.

Anima res ingratas, si ab aliis auxilium non exspectat, patienter fert.

١٠ نَظَرَ إِلَيْهِ عَرْضَ عَيْنٍ

10. Eum intuitus est intuitu subito.

Sic in scholiis: اعترضته عينه من غير تعمد ونصب عرض على المصدر »Incidit in eum oculus haud data opera et vocabulum عرض accusativi casum obtinuit, tanquam nomen actionis.«

١١ نَزَتْ بِهِ ٱلْبِطْنَةُ

11. Abripuit eum petulantia.

De eo dicitur, qui vitam commodam non ferens petulanter se gerit. conf. C. XVI, 29.

١٢ انْكِحِينِي وَٱنْظُرِي

12. Mihi nupta fias et videas!

Vir deformis mulieri, quam in matrimonium petebat, verba ista dixit significaturus, se animi dotibus pulcherrimis praeditum esse, etsi corporis pulchritudo ipsi non esset.

١٣ النَّاسُ إِخْوَانٌ وَشَتَّى فِي ٱلشِّيَمِ

13. Homines fratres sunt et diversi natura.

Id est: Homines, etsi tanquam fratres congregati, tamen natura diversi sunt. Samachscharius et Scharaf-Aldinus huiusce proverbii explicandi causa addiderunt: قيل الشيم بيت للاسكاف فيه من كل جلد رقعة »Dicitur الشيم est domus sutoris, in qua omnis cutis segmentum est«

١٤ أُنْصُرْ أَخَاكَ ظَالِمًا أَوْ مَظْلُومًا

14. Adiuva fratrem tuum sive is iniuriam infert sive iniuriam patitur!

Verba haec Mohammedem, Arabum prophetam, dixisse narrant et quum interrogaretur, quomodo iniustus adiuvandus esset, respondisse eo, ut ab iniuria removeretur. Abu-Ohbaidus retulit, Arabes, licet Mohammedes istis verbis usus esset, ita adhibere proverbium, ut significet, fratrem omni modo adiuvandum esse. Djonḍabo ben-Alahubar ben-Ahmru ben-Taṃim ista verba adscribuntur. Placet autem addere ex Meidanii opere lepidam, qua res explicatur, narrationem: قال المفضل اول من قال ذلك جندب بن العنبر بن عمرو بن تميم وكان رجلا دميما فاحشا وكان شجاعا وانه جلس هو وسعد بن زيد مناة يشربان فلما اخذ الشراب فيهما قال جندب لسعد وهو يمازحه يا سعد لشرب لبن اللقاح وطول النكاح وحسن المزاح احب اليك من الكفاح ودعس الرماح وركض الوقاح فقال سعد كذبت والله انى لاعمل العامل وانحر البازل واسكت القايل قال جندب انك لتعلم انك لو فزعت دعوتنى عجلا وما ابتغيت بى بدلا ولرايتنى بطلا اركب العظيمة وامنع الكريمة واحمى الحريمة فغضب سعد وانشا يقول

هل يسود الفتى اذا قبح الوجه وامسى قراه غير عتيد
واذا الناس فى الندى راوه ناطقا قال قول غير سديد

فاجابه جندب لبس زين الفتى الجمال ولكن زينه الضرب بالحسام التليد
ان يملك الفتى فزين والا ربما ضن باليسير العتيد

قال سعد وكان عايفا اما والذى احلف به لتاسرنك ظعينة بين العريبة والدهينة ولقد اخبرنى طيرى انه لا يغيثك غيرى قال جندب كلا انك لجبان تكره الطعان وتحب القيان فتفرقا على ذلك فغبرا حينا ثم ان جندبا خرج على فرس له يطلب القنص فاتى على امة لبنى تميم يقال ان اصلها من جرهم فقال لها لتمكننينى مسرورة او لتقررين مجبورة قالت مهلا فان المرء من نوكه

يشرب من سقاء لم يوكه فنزل اليها عن فرسه مدلا فلما دنا
منها قبضت على يديه بيد واحدة فما زالت تعصرهما حتى
تركته لا يستطيع ان يحركهما ثم كتفته بعنان فرسه وراحت
به مع غنمها وهى تحذو به وتقول

لا تامنن بعدها الولايدا فسوف تلقى باسلا مواردا
وحية تضحى لحى راصدا

قال فمر بسعد فى ابله فقال يا سعد اغثنى قال سعد ان الجبان
لا يغيث فقال جندب

يا ايها المرء الكريم المشكوم انصر اخاك ظالما او مظلوم

فاقبل اليه سعد فاطلقه ثم قال لو لا ان يقال قتل امراءة لقتلتك
قالت كلا لم يكن ليكذب طيرك ويصدق غيرك قال
صدقت. »Dixit Almofadhdhelus, Djondabum ben-Alahnbar ben-Ahmru ben-Tamim ista verba primum dixisse. Erat enim vir turpis, deformis, sed strenuus. Is quum aliquando cum Sahdo filio Saidi Manat vino bibendo indulgeret et utrumque vinum occuparet, Djondabus Sahdo iocans dixit: O Sahde! Profecto! Bibere lac camelarum et cum feminis diu concumbere et pulchre iocari tibi gratius est, quam adversarium aggredi et confodere hasta et cursus equorum duris ungulis praeditorum. Sahdus respondit: Mentitus es, per Deum, profecto! Ego hastae cuspidem tracto, et robustum camelum macto et loquentem ad silentium redigo. Dixit autem Djondabus: Tu cognosces, te, si timore impletus esses, ad auxilium me vocaturum esse. Et, profecto! Strenuum me esse videres, nam pericula subeo et mulieres defendo. Haec ob verba Sahdus iratus hosce versus recitavit:

»Num vir foedo vultu praeditus, qui hospites parato cibo vespera non excipit, regnare potest, quem in hominum consessu audiunt proferre verba insulsa«. Horum et sequentium versuum metrum Chafif est p. 262.

Djondabus autem respondens dixit:

»Viri ornamentum pulchritudo non est, sed ornamentum

eius est percutere gladio antiquo. Quod si tibi dat vir, ornatur; si non, interdum parcus est in pauco, parato«.

Sahdus autem, qui ex avibus futura cognoscebat, dixit: Iuro, mulierem inter camelos morbo عرن laborantes et camelas parum lactis habentes captivum te facturam esse. Et aves mihi nuntiarunt, alium quam me te liberaturum non esse. Tum Djondabus dixit: Minime, nam tu pavidus es, hastarum confossionem fugis et ancillas amas. Se separarunt. Tempore praeterlapo Djondabus equo vehens venatum exiit. Incidens autem in servam Tamimitarum, quam e gente Djorham ortam esse tradunt, dixit: Aut te mihi tradas laeta aut patiaris coacta! Illa: Lente agas! Vir propter stultitiam suam bibet ex utre, quem non ligavit. Ille eam despiciens ab equo suo descendit. Quum autem appropinquasset ea una sua manu eius manus arripiens, eas comprimere non cessavit, donec eas movere non posset. Tum habenâ equi manibus post tergum ligatis vespera cum pecoribus domum recedens eum canens propulit et dixit: Ne posthac a servis securum te esse putes, tu enim occurres strenuo, simul ad aquam accedenti, et serpenti, qui vivo insidiatur. Dixit (narrator): Transiens autem ad Sahdum, qui camelos suos domum ducebat, dixit: O Sahde! opem mihi fer! Sahdus autem respondit: Pavidus opem non fert. Djondabus tum dixit: O vir generose, remuneratione dignus! Opem fer fratri tuo sive iniustus sive iniuria adfectus est. Tum accedens Sahdus eum liberavit et dixit: Nisi dicerent, me mulierem occidisse, te occiderem. Tum illa dixit. Minime, factum enim non est, ut avis tua mentiretur et alius quam tu verax esset. Ille autem dixit: Verum dixisti.«

Verba autem duplici modo grammatice explicare licet, aut ut duo status accusativi sint, qui ad vocem اخاك pertinet aut qui e pronomine (tu) in imperativo occulto pendet. Istud autem fraternitatis officium fratris omni modo adiuvandi poeta versibus expressit sequentibus:

إِنَّ أَخَا ٱلصِّدْقِ ٱلَّذِى يَسْعَى مَعَكْ   وَمَنْ يَضُرُّ نَفْسَهُ لِيَنْفَعَكْ

وَمَنْ إِذَا صَرْفُ زَمَانٍ صَدَعَكْ   شَتَّتَ أَمْرَ نَفْسِهِ لِيَجْمَعَكْ

وَإِنْ عَدَوْتَ ظَالِمًا عَدَا مَعَكْ

„Verus amicus est is, qui tecum it, et qui sibi nocet, ut tibi prosit, et qui, quum temporis calamitas te diffindat, res suas dispergit, ut te colligat, et qui, si iniustus curris, tecum currit.“

Metrum Redjes est. p. 231. conf. Bertheaui libell. p. 8. text.

١٥ نَابٌ وَقَدْ تَقْطَعُ ٱلدَّوِيَّةَ

15. Annosa camela et iam desertum peragrat.

De viro grandaevo cui vires restant, ut in eo fiducia ponatur, proverbium adhibent.

١٦ نَزْوُ ٱلْفُرَارِ ٱسْتَجْهَلَ ٱلْفُرَارَ

16. Adsultus pulli vaccae silvestris commovit pullum vaccae silvestris.

Metrum Sarih est. p. 246. Vaccae silvestris pullus, quum adultus est, insilire incipit, quam rem alii videntes imitantur. Monet igitur nos, ut pravorum societatem fugiamus, fieri enim potest, ut eorum agendi rationem imitantes corrumpamur. Sunt, qui voci نزو accusativi casum tribuant, ut verbum نزا suppleatur „Insiliit modo pulli vaccae silvestris“ Legitur quoque القرار (oves) Conf. proverbium تسفهت قرارا قرار

١٧ أَنْكَحْنَا ٱلْفَرَى فَسَنَرَى

17. In matrimonium dedimus asinum et iam videbimus.

Vir quidam, qui patri minime placebat, puellam in matrimonium petiit. Mater, cui istae nuptiae gratae essent, patrem commovit, ut quamvis invito animo consentiret. At malum illius rei finem praevidens ista verba dixit. Proverbium nos monet, ut rei finem infelicem caveamus. Legitur quoque فسوف نرى. Novus maritus cum asino comparatur. Scharaf-Aldinus dixit, proverbium quoque adhiberi, quum res necessaria a viro potente peteretur et quid ageret exspectaretur. conf. Samach.

١٨ نَجَّا عَيْرًا سِمَنُهُ

18. Asinum pinguedo sua e periculo liberavit.

Abu-Saidus dixit: Dum asini emaciati ob pabuli inopiam periissent, asinum pinguem salvum evasisse. Adhibetur igitur proverbium ad hominem monendum, ut rem caveat, antequam acciderit. Dicitur quoque de eo, quem opes suae e periculo liberarunt.

١٩ نَعِمَ كَلْبٌ فِي بُؤْسِ أَهْلِهِ

19. Commode vivit canis tempore calamitatis gentis suae.

Legitur quoque: نعيم الكلب في بوسى اهله et نعيم الكلب في بئس اهله „Commoda vita canis calamitate gentis suae nititur". Tempore calamitatis canis cadaveribus gaudet. De servo aut alio adhibetur, qui, dum gens calamitate occupata est, eius opibus potitur. Virum laudans dixit poeta:

تَرَاهُ إِذَا مَا ٱلْكَلْبُ أَنْكَرَ أَهْلَهُ يُفَدِّى وَحِينَ ٱلْكَلْبُ جَذْلَانُ نَاعِمُ

„Vides eum, quotiescunque canis gentem suam non novit, liberantem et quando canis hilaris et bene nutritus est i. e. tempore calamitatis. Metrum Thawil est p. 161.

٢٠ اَلنَّبْحُ مِنْ بَعِيدٍ أَهْوَنُ مِنَ ٱلْهَرِيرِ مِنْ قَرِيبٍ

20. Latratus e loco remoto facilior est, quam gannitus e propinquo.

Id est: Ne prope accedas ad rem, quam times, sed e longinquo contra eam remedium quaeras.

٢١ أَنْطِقِى يَا رَخَمُ إِنَّكِ مِنْ طَيْرِ ٱللّٰهِ

21. Loquere, o avis Racham! nam tu e numero avium Dei es.

Avis Racham, vulturum formam habens, corvi magnitudine, collo et corpore albo, sed extremis alis nigra hominibus multum despecta est, quippe quum cadaveribus vescatur. Quapropter quum sonum edat ut caeterae aves, nemo autem eius rationem habeat, ista proverbii verba ludibrii causa dicuntur. Proverbium de viro dicitur, cuius nemo ullam rationem habet aut ad eius verba aures intendit. Dixit Alcomaitus virum vituperans:

أَنَشَأْتَ تَنْطِقُ فِى ٱلْأُمُورِ كَوَافِدِ ٱلرَّخَمِ ٱلدَّوَائِرِ

إِذْ قِيلَ يَا رَخَمُ ٱنْطِقِى فِى ٱلطَّيْرِ إِنَّكِ شَرُّ طَائِرِ

فَأَتَتْ بِمَا هِىَ أَهْلُهُ وَٱلْعِىُّ مِنْ شَلَلِ ٱلْمُحَاوِرِ

„Adolevisti loquens in rebus sicut adveniens ex avibus Rachm in gyrum volantibus. Quando dicitur: O avis Rachm! loquere inter aves, tu es pessima avis, adfert quae ea digna sunt et haesitationis in sermone causa in mutilatione respondentis est.“

Metrum Camil est. p. 215.

٢٢ نَامَ نَوْمَةَ عَبُّودٍ

22. Dormivit somno Ahbbudi.

Alscharkius virum istum, se mortuum esse fingentem suis dixisse: Deplorate me tanquam mortuum, ut videam, quomodo me revera mortuum deplorabitis. Eum autem isto in statu mortem obiisse. Almofadhdhelus fabulam ad rem explicandam adferens dixit, eum servum nigrum fuisse, qui per septem annorum spatium e somno non evigilasset. Proverbium autem in omnem adhiberi, qui diu dormivisset, ut diceretur: انوم من عبود „Diutius dormiens quam Ahbbudus."

٢٣ اَلنَّقْدُ عِنْدَ ٱلْحَافِرَةِ

23. Pecunia parata apud terram est, quam equus pede effodit.

Dixit Tsahlabus, proverbium significare pecuniam paratam esse apud victoriam in equorum certamine, quia rem pignori depositam is accipiat, cuius equus cursu vicerit. Dixit Alferraus: Audivi quendam Arabem sic proverbium proferentem: النقد عند الحافر »Pecunia parata apud ungulam (equi) est.« Primum in equos dictum ad alios transferri proverbium. Alazmäihus dixit, verborum النقد عند الحافر „Pecunia parata apud ungulam est« sensum esse: pecunia parata in venditione, ut statim pretium detur, nam equum, ut Kamusi auctor dixit, qui sit animal omnium praestantissimum, mora solvendi concessa vendere non solent. Alius quidam dixit in venditione adhibitum proverbium عند الحافرة esse i. e. apud primum verbum. Dicitur رجع فلان في حافرته »Rediit quidam in rei suae initio.« Sunt denique, qui dicant, verborum النقد عند الحافر sensum esse, conversionem et beneplacitum, siquidem fossor terram effodiat, ut videat, num bona sit nec ne.

٢٤ أَنْجَدَ مَنْ رَأَى حَضَنًا

24. In regionem Nedjd pervenit, qui montem Hadhan vidit.

Hadhan montis in alta Nedjdj regione siti nomen est, ut qui eum conspexerit, istam terram intraverit. Proverbium significat, rei indicium adesse. conf. Djeuh. s. v. حضن

٢٥ النَّبْعُ يَقْرَعُ بَعْضُهُ بَعْضًا

25. Una arbor Nabah alteram percutit.

Arbor نبع Nabah appellata in montium cacuminibus crescit. Illam arborem magni habent, quod ex eius ligno arcus et sagittae conficiuntur. Proverbium hoc Sijadus in se et Moahwijjahum dixit. Sijadus oppidi Bazrae praefecturam gerebat, dum Almoghirahus Ebn-Schahbah oppido Cufae praeerat. Mortuo Almoghiraho Sijadus, qui timeret, ne illius loco Ahbd-Allahus ben-Ahmir oppido praeficeretur, Moahwijjaho suasit, ut illius oppidi imperium Aldhahhaco ben-Kais traderet. Moahwijjahus autem, quid vellet cognoscens ei rescripsit: قد فهمت كتابك فليفرخ روعك ابا المغيرة لسنا نستعمل ابا عامر على الكوفة وقد ضممناها اليك مع البصرة »Iam intellexi litteras tuas. Sit vero tranquillus animus tuus, (conf. C. XX, 66.) o Abu-l'Moghirahe! Abu-Ahmirum Cufae non praefecimus; sed illius loci praefecturam cum tua coniunximus!« Quae verba quum Sijadus legisset, ista proverbii verba dixit significaturus, duos viros ingenii acumine et intelligentia aequales esse. conf. XVIII, 24. et Bertheau libell. p. 19 text. nec non Hamas. p. ٧١

٢٦ نِجَارُهَا نَارُهَا

26. Origo eius est eius (cameli) stigma.

Vocabulo نار ignis signum camelo inustum designatur, ut dicatur ما نارهذه الناقة »Quodnam signum huic camelae inustum est?« Ex stigmatibus camelorum inustis

origo cognosci potest. Proverbium adhibent significaturi ex signis externis rei internam conditionem cognosci posse.

٢٧ نَبْلُ العَبْدِ أَكْثَرُهَا ٱلْمَرَامِى

27. Maior pars sagittarum servi sagittae scopi sunt.

Vir ingenuus caro pretio sagittas emit, emit enim sagittas lata cuspide praeditas et sagittas longas cuspides habentes tum bello tum venando aptas, dum servus, qui neque bello neque venando operam dat, nonnisi sagittas, quibus scopus feritur, minore pretio venales sibi comparat.

٢٨ نَاقِرَةٌ لَا خَيْرَ فِى سَهْمٍ زَلَجَ

28. Scopum ferientes sunt (eius sagittae). Nil boni est in sagitta ex arcu delabente.

De viro dicitur, qui argumentis suis adversarium vincit. Voci نَاقِرَة nominativi casus tribuitur, quod supplendum est سهامه eius sagittae sunt scopum ferientes aut رميته eius iactus est scopum feriens. Quod si vero accusativi casum admittis, supplendum est رمى رمية »Iecit iactu (scopum feriente). Ad metrum Redjes referri potest. c. p. 232.

٢٩ النُّفَاضُ يُقَطِّرُ الجَلَبَ

29. Pabuli inopia efficit, ut in seriem (vendendi causa) cameli disponantur.

Proverbium monet nos, ut opibus nostris conservandis operam demus, priusquam pereant. Conf. Kam. et Djeuh. Sunt, qui vocabulo in latus convertendi significationem tribuant, ut de mactandis camelis et calamitate adhibeatur.

٣٠ أُنْجُ وَلَا إِخَالُكَ نَاجِيًا

30. Libera te; sed non puto, te salvum evasurum esse.

Verba haec puella Alhaidjomanijjah appellata incursum hostilem Almakruhi patri suo nuntians dixit. Alahsahsus ben-Salamah proverbii verba versui inseruit dicens:

فَإِنْ تَنْجُ مِنْهَا تَنْجُ مِنْ ذِى عَظِيمَةٍ وَإِلَّا فَإِنِّى لَا إِخَالُكَ نَاجِيَا

„Et si liberaris ab ea, a magna calamitate liberaris et sin minus, tum non puto te salvum evasurum esse."

Metrum Thawil est. p. 161. Proverbii verbis, ut metum hostis iniiciant, utuntur. Conf. C. VI, 10. XXIII, 381.

٣١ النَّجَاحُ مَعَ الشَّرَاحِ

31. Prosper successus cum explicatione est.

Sic Alazmäihus proverbium retulit et talem ei sensum tribuit: Explica mihi rem meam, tum rebus meis prosper successus erit.

٣٢ النَّاقَةُ بِجِنِّ ضِرَاسِهَا

32. Camela per initium malignitatis suae.

Meidanius hoc scholion adiunxit: يقال ناقة ضروس اذا كانت سيئة الخلق عند النتاج واذا كانت كذلك حامت على ولدها وجن كل شى اوله وقرب عهده يضرب للرجل الذى ساء خلقه عند المحاماة „Dicitur de camela ضروس, quando in pariendo maligna naturâ est, et quum talis est, obiit circa pullum suum. Vocabulum جن initium rei et propinquitatis eius designat. Adhibetur de viro, cuius natura in defendendo prava est.

٣٣ النَّقْبُ مِيعَادُ مَزَاحِيفِ المَطِيِّ

33. Via per montes ducens est locus promissus iumentis saepius fatigatis.

Proverbium significare dicitur, res ex eventu cognosci.

٣٤ أَنْقَعَ لَهُ الشَّرُّ حَتَّى سَئِمَ

34. Malum ei maceravit (medicamentum), donec fastidium caperet.

Malum eum summopere adflixit.

٣٥ نَشَطَتْهُ شَعُوبُ

35. Dente suo mors eum momordit.

Morte abreptus fuit.

٣٦ نَظَرَ المَرِيضِ إِلَى وُجُوهِ ٱلْعُوَّدِ

36, Aegrotus visitantium vultus observavit.

De eo dicitur, qui vi oppressus amantem intuetur.

٣٧ نَفْسِي تَمْقَسُ مِنْ سُمَانَى ٱلْأَقْبُرِ

37. Animus meus male habet ex coturnice sepulchrorum.

Narrant, puerum bubonem venatum esse eamque, quam coturnicem esse putaret, edisse. Quum inde vomitus crearetur, eum ista verba dixisse. Proverbium significat, rem spurcam haberi.

٣٨ نَاوَصَ ٱلْجَرَّةَ ثُمَّ سَالَمَهَا

38. Lignum retis movit (dorcas), tum pacem cum eo fecit.

Primum dorcas capta multum se movet, ut lignum, quo rete tenetur, frangat, tum autem fatigata tranquilla est. De eo dicitur, qui primum adversatur, tum ad consensum cogitur. conf. Djeuh. s. v. جر

٣٩ نَظَرَ ٱلتُّيُوسُ إِلَى شِفَارِ ٱلْجَازِرِ

39. Hirci magnos lanii cultros observaverunt.

De eo dicitur, qui victus et vi coactus inimicum adspicit.

٤٠ أَنْجِ سَعْدُ فَقَدْ هَلَكَ سُعَيْدٌ

40. Eripe te, o Sahde! nam Soaihdus iam periit.

Sahdus et Soaihdus duo Dhabbahi ben-Odd filii erant. Monet proverbium, ut re elapsa id, quod restet, nobis conservemus. Proverbium hoc Alhadjdjadjus adhibuit, res autem C. VI, 29. narrata est. Scharaf-Aldin.

٤١ إِنْبَاضٌ بِغَيْرِ تَوْتِيرٍ

41. Attractum arcum remittit, quem nervo non instruxit.

Minatur et minas perficere non potest, fieri enim non potest, ut arcus attrahatur, nisi is nervo instructus sit. In Scharaf-Aldini libro من غير legitur. Simile sensui est proverbium: كالحادى وليس له بعير »Ut canendo ducens cui camelus non est« et تجشا لقمان من غير شبع »Ructum emisit Lokmanus non satiatus.« Legitur quoque sic proverbium: لا تعجل بالانباض قبل التوتير »Ne festines arcum attrahere, antequam eum nervo instruxeris.« Id est: Ne in re festines, antequam tempus adest.

٤٢ اَلنَّاسُ كَأَسْنَانِ الْمُشْطِ

42. Homines dentibus pectinis similes sunt.

Id est: Origine similes, omnes enim filii Adami sunt. Meid. In malo similes sunt. Scharaf-Aldin.

٤٣ اَلنَّاسُ بِخَيْرٍ مَا تَبَايَنُوا

43. Homines statu gaudent bono, quamdiu inter se distincti sunt.

Necesse est, homines sint iubentes et obedientes, nam aequales inter se perirent. In Scharaf-Aldini et Samachscharii codicibus proverbio addita sunt verba: فاذا تساووا هلكوا »Et quando inter se aequales sunt, pereunt.«

٤٤ اَلنَّاسُ كَابِلٍ مِائَةٍ لَا تَجِدُ فِيهَا رَاحِلَةً

44. Homines centum camelis similes sunt, inter quos ne unus quidem est ad vecturam idoneus.

Multi sunt homines, sed in paucis bonum est.

٤٥ اَلنِّسَاء حَبَايِلُ الشَّيْطَانِ

45. Mulieres diaboli laquei sunt.

Verba haec Ebn-Masuhdus dixit. conf. Vita Timuri T. I. p. 24. ed. Manger.

٤٦ نَقْطُ عَرُوسٍ وَأَبْعَارُ ظِبَاءٍ

46. Notae sponsae et stercora dorcadum.

Poeta Djerirus hoc proverbio usus est, quum transiens poetam Dsul'Rommahum hominibus congregatis ver-

sus suos recitantem audiret, significaturus, versus illos dorcadis stercori similes esse, quorum bonus odor perciperetur; sed quod contritum pravum reperiretur. Notae sponsae autem illas notas, quibus sponsa se ornat, significare videntur.]

٤٧ نَقِّى نَقِيقَكِ فَمَا أَنْتِ إِلَّا حُبَارَى

47. Vocifereris modo tuo consueto, nam tu non es nisi avis Hobara!

Bubonem quum vir venando cepisset, et illa in manu eius vociferaretur, ista verba protulit. Abu-Ahmruus dixit: Significat, rem turpem non curandam esse ratione habita boni التغميض على الخبيث لحساب الطيب.

٤٨ نَجَا فُلَانٌ جَرِيضًا

48. Evasit quidam iam extremum spiritum ducens.

E summo periculo vix salvus evasit.

٤٩ أَنَسَبٌ أَمْ مَعْرِفَةٌ

49. Utrum generis commemoratio an notitia?

Id est: Num generis commemoratio et notitia aequales sunt in necessitate iuris (حق) et utilitatis?

٥٠ نِعْمَ مَأْوَى الْمِعْزَى ثَرْمَدَآء

50. Quam pulcher est locus commorationis caprarum locus Tsermida!

Tsermida nomen loci est, pabulo abundantis. Proverbium iubet audire virum liberalitate sua notum.

٥١ نَشَرَ لِذٰلِكَ ٱلْأَمْرِ أُذُنَيْهِ فَرَأَى عُبْرَ عَيْنَيْهِ

51. Huic rei aures suas expandit, et res oculo suo fletum parientes vidit.

In eum dicitur, qui rei desiderio adfectus res ipsi ingratas videt. In codice Lugd. proverbium hoc post proverbium 53 positum est.

٥٢ نَعُوذُ بِٱللّٰهِ مِنَ ٱلْقُلِّ بَعْدَ ٱلْكُثْرِ

52. Ad Deum confugimus a pauco post multum.

٥٣ ٱلنَّوْمُ فَرْخُ ٱلْغَضَبِ

53. Somnus iram fugat.

Proverbii sensus est: Iratus quum dormit, ira fugit.

٥٤ نَجَا مِنْهُ بِأَفْوَقَ نَاصِلٍ

54. Ab eo liberatus est cum sagitta ruptam crenam habente.

Dammo adfectus ab eo liberatus est.

٥٥ نَشِبَ فِي حَبْلِ غَيٍّ

55. In laqueo erroris haesit.

Legitur quoque: فى حبالة غى cum eadem significatione. Id est: In rem ingratam, quam fugere non poterat, incidit.

٥٦ نَقَضَ ٱلدَّهْرُ مِرَّتَهُ

56. Tempus eius funem dissolvit.

Tempus eum adflixit, ut vestigia noxae remanerent.

٥٧ نَطَحَ بِقَرْنٍ أُرُومُهُ نَقِدٌ

57. Petivit cornu, cuius radix vermibus erosa erat.

De eo dicitur, qui haud praeparatus tibi adversatur.

٥٨ اَلنَّدَمُ تَوْبَةٌ

58. Poenitentia est, quod a peccatis ad Deum nos convertimus.

Verba haec Mohammedi Arabum prophetae adscribuntur. Traditione ad nos delata sunt. conf. Djeuh.

٥٩ اَلنَّاسُ مُجْزِيُّونَ بِأَعْمَالِهِمْ إِنْ خَيْرًا فَخَيْرٌ وَإِنْ شَرًّا فَشَرٌّ

59. Hominum facta pensantur, si bona sunt, bono, sin mala, malo.

Enunciari quoque potest: ان خيرا فخيرا وان شرا فشرا, ut verbum suppleatur.

٦٠ أَنْفِقْ بِلَالُ وَلَا تَخْشَ مِنْ ذِى ٱلْعَرْشِ إِقْلَالًا

60. Eroga opes, o Bilale! et ne time ab eo, qui thronum possidet, deminutionem (paupertatem).

Verba haec Mohammedes, Arabum propheta, Bilalo dixisse fertur[1]). Proverbium avaritiam fugere nos iubet.

٦١ اَلنَّارُ خَيْرٌ لِلنَّاسِ مِنْ خِلْفَةٍ

61. Ignis melior est hominibus, quam quod ferae modo a facie modo a tergo veniunt.

1) De Bilalo, qui apud Mohammedem precum horae annunciandae muneri praeerat, conferas librum meum. Selecta ex historia Halebi p. 49 adnott.

Proverbium hoc scholio Meidanii sequente explicatur: زعموا ان الضبع رات سنا نار من بعيد فقابلتها ثم اقعت ورفعت يديها فعل المصطلى وايهات منها النار ثم قالت عند ذلك النار خير للناس من خلفة يضرب لمن يفرح بما لا يناله منه كثير خير »Narrant, hyaenam splendorem ignis e longinquo videntem clunibus terrae affixis sedisse et ex adverso ignem adspexisse, dum se calefacientis modo pedes anteriores tolleret et quam remotus ab ea ignis erat! Tum eam dixisse isto statu: Ignis melior est hominibus, quam quod praeda modo a facie modo a tergo venit.« Proverbium autem de eo adhibetur, qui re laetatur, ex qua non multum boni percipit.« Sed in proverbio de voce خلفة dubito. Pocockius et Schultensius dubitantes verterunt.« Ignis melior est hominibus, quam quod post eum est.“ In cod. Berol. vocales additae sunt, ut Chalifah enuncietur, sed nescio, quamnam ob causam factum sit. In scholiis de voce وايهات, quae et in meo et codice Lugdunensi legitur, dubitavit Reiskius, qui in margine codicis Lugdunens. وايمات adscripsit. In codice Berol. واذيهات legimus.

٦٢ أَلنَّاسُ نَقَايِعُ ٱلْمَوْتِ

62. Homines sunt praeda ante distributionem mactata mortis.

Vocabulum نقيعة camelum significat, qui, antequam praeda facta inter singulos distribuitur, mactatur. cf. Hamas. ۴۵۸. Id est: Mors homines mactat, quemadmodum lanius illum camelum mactat. conf. Kam. Djeuh.

٦٣ أَلنَّفْسُ عَزُوفٌ أَلُوفٌ

63. Anima est abstinens a rebus et adsueta rebus.

Animam nostram rei adsuefacere et a re desuefacere possumus. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus الوف omissum est.

٦۴ نِعْمَ ٱلْجِنُّ أَجَلٌ مُسْتَأْخِرٌ

64. Quam praeclarus clypeus est finis vitae tardans!

Verba haec Ahlius Mohammedanorum imperator dixisse fertur.

٦٥ نِعْمَ ٱلدَّوَآءُ ٱلْأَزْمُ

6ς. Quam bonum est remedium mordens!

Febris significatur. Narrant Mohammedanorum imperatorem Ohmarum interrogasse Alharetsum ben-Caldah de remedio optimo et hunc hisce verbis respondisse. Simili modo dicunt: ليس للبطنة خير من خمصة تتبعها. „Non est impletioni ventris (e qua morbus oritur) melior res, quam fames, quae eam sequitur.

٦٦ نَاصِعْ أَخَاكَ ٱلْخَبَرَ

66. Purum et non mutatum nuntium fratri tuo adfer!

٦٧ نَزَقُ ٱلْحِقَاقِ

67. Levitas rixae!

Significat, viro levitatem et inconstantiam in rixa esse. conf. Kam. s. v. حق

٦٨ نَجَوْتُ وَأَرْهَنْتُهُمْ مَالِكًا

68. Salvus evasi, eisque Malicum pignori dedi.

Verba haec sunt Ahbd-Allahi ben-Hammam Alsaluli in versu sequente dicentis:

فَلَمَّا خَشِيتُ أَظَافِيرَهُمْ   نَجَوْتُ وَأَرْهَنْتُهُمْ مَالِكًا

»Quum ungues eornm timerem, salvus evasi et pignori iis Malicum dedi.« Metrum Motakarib est. p. 281.

Omnes in eo consentiunt, quod et forma quarta et prima adhiberi possit excepto Alazmäiho, qui voci vocales futuri primae formae dedit. »Dum eis Malicum pignori do.« De eo dicitur proverbium, qui e periculo liberatur, in quo socii eius retinentur.

٦٩ نَكْأُ ٱلْقَرْحِ بِٱلْقَرْحِ أَوْجَعُ

69, Quod ulcus escharâ nudatur cum ulcere, maiore dolore adficit.

Ulcus cuticula recenti obductum si nudatur, ut iterum ulcus oriatur, id maiore nos dolore adficit. بالقرح hoc in proverbio eundem sensum offert quam مع القرح cum ulcere.

٧٠ نَاجِزًا بِنَاجِزٍ

70. Praesens 'pro praesente.

Proverbii huius explicatio talis legitur: كقولك يدًا بيد اى تعجيلا بتعجيل وفى الحديث لا تبيعوا الا حاضرا بناجز اى حاضرا بحاضر يعنى فى الصرف ويقال البيع ناجز بناجز اى نقد بنقد وناجزا فى المثل منصوب بفعل مضمر اى ابيعك ناجزا وهو نصب على الحال »Ut dicis يدا بيد i. e. Festinando pro festinando. Et traditione delata ad nos sunt verba: لا تبيعوا الا حاضرا بناجز »Ne vendatis nisi praesentem pro praesente" i. e. in mutatione (صرف) et dicitur: البيع ناجز بناجز »Venditio est praesens pro praesente« i. e. pecunia parata pro pecunia parata. In proverbio autem ناجزا accusativi casus est, quod ابيعك verbum supplendum est. Accusativi autem casus modo, quem Arabes حال statum appellant, positus est.

٧١ نِعْمَ مِعْلَقُ ٱلشَّرْبَةِ هٰذَا

71. Quam bonum est hoc poculum potus!

Dixit Alazmäihus: Vocabulum معلق poculum, quod camelo vehens suspendit, significat. Vox autem هذا indicat القدح poculum. Id est: Bibenti, qui illo utitur, sufficit usque ad mansionem, quam petit, potus unus, altero non eget. Proverbium autem de eo dicitur, qui suo consilio in rebus utitur et cui alius consilium opus non est.

٧٢ النَّزَايِعَ لَا ٱلْقَرَايِبَ

72. Peregrinas et non propinquas!

Dicitur quoque eodem sensu: الغرايب لا القرايب. Accusativi casus ex verbo omisso pendet, ut sic proverbium explicandum sit: تزوجوا الغرايب ولا تزوجوا القرايب »In matrimonium ducite peregrinas et ne in matrimonium ducite propinquas! In opibus Scharaf-Aldini et Samachscharii legitur: النزايع انجب »Peregrinae praestantiores sunt«.

٧٣ النَّاسُ يَمَامَةٌ

73. Homines columba sunt.

Proverbium monet nos, ut benigne et comiter erga homines agamus et ne eos abigamus a domibus nostris, quemadmodum columbae domibus nostris adsuefiunt.

٧٤ إِنْتِزَاعُ العَادَةِ شَدِيدٌ

74. Consuetudinis remotio difficilis est.

Legitur quoque hoc modo: انتزاع العادة من الناس ذنب محسوب »Remotio consuetudinis ab hominibus peccatum computatum est«. Hoc ei simile est, quod dicitur: العظام شديد „Ossa sunt dura“. Dicitur simili modo العادة طبيعة خامسة „Consuetudo est quinta natura“.

٧٥ النِّدَآءُ بَعْدَ ٱلنِّجَآءِ

75. Convocatio post clanculum sermonem.

Id est: Palam res tractetur, postquam secreta fuit. Proverbium, ut caveamus, monet.

٧٦ نَوْآنِ شَالَا مُحْقِبٌ وَبَارِحٌ

76. Duae stellae elatae fuerunt, una retenta pluvia, altera ventus fervidus.

Sic autem proverbium explicandum est: هما نوان ارتفعا احدهما محقب والاخر بارح „Illi duo (viri) sunt duae stellae in coelo elatae, quarum altera nullam pluviam adducit, altera ventum calidum aestatis tempore flantem adfert''. Proverbium duos viros significat externa dignitate praeclari, sed aequales in eo, quod parum boni adferunt. Comparantur cum duabus stellis.

٧٧ نَشِيطَةٌ لِلرَّأْسِ فِيهَا مَأْكَلٌ

77. Praeda in via obtingens duci, in qua lucrum est.

Vocabulum نشيطة eam praedam significat, quae duci, antequam ad hostium locum pervenit, in manus incidit. Proverbium, quod rem parvam designat, cuius desiderio capimur, adhibetur in virum in debito suo postulando auxilium petentem ab eo, qui omnibus eius opibus potiri cupit.

٧٨ نَامَ عِصَامُ سَاعَةَ ٱلرَّحِيلِ

78. Dormivit Ihzamus hora profectionis.

De viro dicitur, qui rem, postquam ea abiit, petit.

٧٩ نام بعين الآمن المشبع

79. Dormivit oculo securi, fortis.

In virum debilem dicitur, qui res tales petit, quales viri fortes petere solent.

٨٠ نعلك شر من حفاك فاتركه

80. Solea tua peior est, quam nuditas pedum tuorum; relinque eam igitur!

De viro dicitur a viro auxilium petente, qui ratione eius non habita auxilium non fert.

٨١ نحن بأرض ماؤها مسوس

81. Nos sumus in terra, cuius aqua dulcis et pura est.

Versus hemistichium metri Sarîh (p. 246) est. Sequitur: لولا عقاب صيدها نسوس „Nisi aquila fuisset, cuius praeda est avis Nasus appellata." Proverbium locum significat, in quo bene vivitur; sed in quo debilis iniusti noxa adficitur.

٨٢ نفور ظبي ما له زوير

82. Fugâ dorcadis, cui dux non est.

Sic explicandum est proverbium: نفر نفور ظبي ما له معقل يلتجا اليه „Fugit modo dorcadis, quae refugium non habet, quo se recipiat". Fugam acerrimam designat, dum eum fugimus, cuius natura et agendi modus pravi sunt.

٨٣ النسى من خير امارات الربع

83. Initium obesitatis est optimum indicium liberi accessus ad aquam.

A camelis in homines translatus loquendi modus de eo adhibetur, qui de vita dura questus in facie commodae vitae indicia habet.

٨٤ نحن بوادٍ غبيّةٍ ضروس

84. Nos in valle sumus, cuis pluvia pauca est.

De eo dicitur, cuius bonum parum est et ad multos non attinet.

٨٥ نفط وقطن أسرع احتراقا

85. Naphtha et gossypium celeriter comburuntur.

Legitur quoque اسراعا. In codice B. autem اسرعا est. Proverbium duo mala commixta inter se significat.

٨٦ النّاس أخياف

86 Homines sunt diversi.

Pluralem اخياف derivant a plurali خيف, cuius singularis اخيف fem. خيفاء est, aut ab infinitivi seu nominis actionis forma خيف. Vocabulum اخيف proprie significat diversos oculos habentem, ut unus niger alter caeruleus sit. Diversas esse naturas proverbium docet.

٨٧ النّاس شجرة بغي

87. Homines arbor iniustitiae sunt.

Homines arbor iniustitiae appellati sunt, ut inde cognoscatur, homines crescere et augeri iniustitià.

٨٨ نقّت ضفادع بطنه

88. Coaxaverunt ranae ventris eius.

I. e. Esurivit. Similí modo dicitur: صاحت عصافير بطنه „Passeres ventris eius pipiverunt".

٨٩ النَّمِيمَةُ أُرْثَةُ ٱلْعَدَاوَةِ

89. Obtrectatio est inimicitiae fomes.

٩٠ نَارُ ٱلْحَرْبِ أَسْعَرُ

90. Belli ignis multum ardet.

Arabes, quotiescunque belli consilium ceperant, ignem accendere solebant, ut signum ad id surgentibus esset conf. Alcoran. C. V, 69.

٩١ النَّدَمُ عَلَى السُّكُوتِ خَيْرٌ مِنَ ٱلنَّدَمِ عَلَى ٱلْقَوْلِ

91. Poenitentia silentii melior est, quam poenitentia verbi.

Proverbio hoc multiloquium vituperatur.

٩٢ النَّخْسُ يُكْفِيكَ البَطِيَّ المُثَقَّلَ

92. Incitatio tardum, segnem propellit.

Legitur المخثل pravus, vilis loco vocis المثقل. Vox النخس pungere, fodicare significat, dum stimulo iumentum ad celerem gressum impellimus.

٩٣ نِصْفُ العَقْلِ بَعْدَ ٱلْإِيمَانِ بِٱللّٰهِ تَعَالَى مُدَارَاةُ ٱلنَّاسِ

93. Dimidium prudentiae post fidem Deo habendam est benigna hominum tractatio.

Haec verba referuntur in traditione, qua Mohammedis socius ipsa Mohammedis verba adlegat.

٩٤ نَجَا ضُبَارَةُ لَمَّا جُدِّعَ الْجَدَرُ

94. Salvus evasit Dhobarahus, quum Aldjadari nasus amputatus esset.

Nomina duorum virorum vilissimorum inter Arabes sunt, de quibus vide C. XXIII, 498. Illo in loco nec non in scholiis nomen unius viri جدرة Djadrah scriptum est.

٩٥ نَابِلٌ وَٱبْنُ نَابِلٍ

95. Peritus et filius periti.

Proprie est: Peritus in sagittis iaciendis vel conficiendis.

Forma comparativi.

٩٦ أَنْسَبُ مِنْ دَغْفَلٍ

96. Genealogiae gnarior, quam Daghfalus.

Daghfalus vir e gente Banu-Dsohl ben-Tsahlebah ben-Ohcanah erat. conf. C. I. 35. XVIII, 267. XX, 98.

٩٧ أَنْسَبُ مِنِ ٱبْنِ لِسَانِ ٱلْحُمَّرَةِ

97. Genealogiae gnarior, quam Ebn-Lisanil'Homrahus.

Vir iste ad gentem Banu-Taim-Allat ben-Tsahlebah pertinebat et nomen Waka ben-Alaschahr gerebat. Cognomen Abu-l'Cilab habebat. conf. C. XVIII, 268.

٩٨ أَنْسَبُ مِنْ كُثَيِّرٍ

98. Praestantior encomio amatae, quam Catsirus.

Laus amatae, quam initio carminum poetae canere solebant, Arabes نسيب appellant. Proverbium hoc e versu poetae desumtum esse dicunt:

وكَأَنَّ قُسًّا فِي عُكَاظٍ يَخْطُبُ ۞ وَٱبْنَ ٱلْمُقَفَّعِ فِي ٱلْيَتِيمَةِ يُسْهِبُ

وَكَأَنَّ لَيْلَى ٱلْأَخْيَلِيَّةَ تَنْدُبُ ۞ وَكُثَيِّرَ عَزَّةَ يَوْمَ بَيْنٍ يَنْسُبُ

»Quasi Kossus in nundinis Ocathsi orationem haberet et Ebn-Almokaffahus[1]) in Aljatimah multum donaret et Catsirus Ahssahi die separationis encomio amatam laudaret. Metrum Camil est. p. 212.

٩٩ أَنْسَبُ مِنْ قَطَاةٍ

99. Saepius memorans genus, quam avis Katha.

---

1) Abu-Mohammed Ahbd-Allah ben-Almokaffah erat facundus et disertus. Eius nomen Rusabah vel Dadabah ben-Dadahischnisch erat, antequam Mohammedanum se confessus erat. Cognomen Abu-Ahmru gerebat. Eius pater cognomen Almokaffah accepit, quod a Hadjdjadjo verberatus in pede incurvatos digitos acciperet. Kam.

Sic dicitur, quia avis haec sono, quem edit, nomen suum semper appellat. conf. C. XIV, 90.

١٠٠ أَنْكَحُ مِنِ ٱبْنِ ٱلْغَزِ

100. Vehementior in initu, quam Ebn-Alghasa.

Quae hoc de proverbio Arabes tradiderunt, ea sine damno omitti possunt. Caeterum de viri nomine multa inter Arabes dissensio est. Abu-l'Iakthsanus eum appellatum esse Sahdus ben-Alghasa Alajadi dicit; Ebn-Alcalbius eum Alharitsum ben-Alghasa appellat; Alhamsahus eum fuisse tradit Ohrwahum ben-Aschjam Alajadi. Magno pene praeditus erat. In scholiis legimus: ويقال أَنْكَحُ من خَوَّات يعنون صاحب ذات النحيين وقد مر ذكره في باب الشين conf. C. XIII, 115.

١٠١ أَنْكَحُ مِنْ حوثرة

101. Vehementior in initu, quam Hautsarahus.

Vir fuisse dicitur ad gentem Ahbd-Alkais pertinens, cuius nomen Rabiahus ben-Ahmru esset. Magnus is pene praeditus erat, ut proverbiali modo diceretur: اعظم ايرا من حوثرة »Maiore pene praeditus, quam Hautsarahus.« Cognomen inde accepisse dicitur, quod, quum in nundinis Ohcatsi mulieris amplum scyphum, quem emturus esset, quod illa magnum pretium postularet, glande penis sui implevisset.

١٠٢ أَنْدَمُ مِنَ ٱلْكُسَعِيِّ

102. Maiorem poenitentiam agens, quam Alcosäihjjus.

Alhamsahus virum ad gentem Cosaah كسعة pertinuisse et nomen Moharib ben-Kais gessisse dixit. Alius quidam, cum

ad gentem Banu-Cosah (كسع), tum ad gentem Moharib pertinuisse, nomen autem Ahmir ben-Alharits habuisse. Conf. Harir. p. 95.

١٠٣ أَنْجَبُ مِنْ مَارِيَةَ

103. Nobilior, quam Maria.

Filia Ahbd-Almanat ben-Malic ben Said ben Ahbd-Allah ben-Darim erat. Hamsahus autem contendit, eam ad gentem Darim pertinuisse et peperisse Hadjibum, Lakithum et Mahbadum, filios Sorarahi ben-Ohdos ben-Said Manat ben-Darim. Conferas quoque C. VII, 3.

١٠٤ أَنْجَبُ مِنْ فَاطِمَةَ

104. Nobilior, quam Fathima.

Loco huius proverbii in libro Scharaf-Aldini أنجب من بنت الخرشب »Nobilior quam filia Chorschobi« legitur et sic in Samachscharii opere. Fathima erat filia Alchorschobi ad gentemAnmar pertinentis, nempe Anmari Baghid ben-Raits ben-Ghathfan. Huius autem proverbii causa est, quod Sijado Ahbsitae peperit Rabiahum Alcamil (perfectum), Kaisum Alhafiths (memoria tenentem), Ahmarahum Alwahhab (donatorem), Insum Alfawaris (optimum equitem). Nulla autem femina منجبة appellabatur, antequam tres filii nati erant.

١٠٥ أَنْجَبُ مِنْ أُمِّ ٱلْبَنِينَ

105. Nobilior, quam Omm-Albanin (mater filiorum).

Mulier ista filia Ahmrui ben Ahmir equitis gentis Aldhahja (الضحياء) Malico ben-Djahfar ben-Cilab nupta quinque filios Abu-Bera cognominatum Molahib Alasinnah Ahmirum et equitem Korsoli Thofail Alchail, qui pater Ahmiri ben-Althofail erat, et Rabiahum Almoktar ben-Rabiah et Nas-

salum Almadhik Solami et Moahwwidsum Alhocama Moahwijahum peperit. conf. De Sacy Notice sur le poete Lebid. p. 116. Monumenta antiq. hist. Arabum. p. 115.

١٠٦ أَنْجَبُ مِنْ خَبِيئَةَ

106. Nobilior, quam Chabiah.

Erat filia Rijahi ben-Alaschall Alghanawi. Narrant, eam quum somniaret, audivisse interrogantem: Num tibi decem viles, an tres, qui decem viris aequales sunt, gratiores habentur? Quod quum altera nocte repetitum esset, eam maritum, Djafarum ben-Cilab, quid ipsa responderet, interrogasse et ex mariti consilio dixisse tertia nocte interroganti: Tres aequales decem viris. Peperisse igitur eam tales tres, Chalidum Alazbagh cognominatum, quod in anteriore capite maculam albam haberet, Malicum Althajjan, quod ventrem collapsum haberet et Rabiahum Alahwaz, quod parvis oculis praeditus esset.

١٠٧ أَنْجَبُ مِنْ عَاتِكَةَ

107. Nobilior, quam Ahticah.

Erat filia Helali ben-Falih ben-Morrah ben Dsiewan Al solamijjah, nupta Ahbd-Menafo ben-Kozzajj, cui Haschimum, Ahbd-Schemsum et Almothallebum peperit.

١٠٨ أَنْتَنُ مِنْ مَرْقَتِ ٱلْغَنَمِ

108. Foetidior, quam lana foetida ovium.

Lana foetens, quae e pellibus nondum omnino concinnatis (aliis antequam concinnati sunt), evellitur.

١٠٩ أَنْكَحُ مِنْ يَسَارٍ

109. Saepius iniens, quam Jesarus.

Jesarus cliens gentis Banu-Taim a Djobaihäo Aschdjaihto capram, ut eius lacte uteretur, acceptam domino reddere nolebat. Quapropter Djobaihäus cum pluribus hunc versum dixit:

أَمَوْلَى بَنِي تَيْمٍ أَلَسْتَ مُؤَدِّيًا   مَنِيحَتَنَا فِيمَا يُؤَدَّى ٱلْمَنَائِحُ

»Cliens gentis Banu-Taim! tu non reddis rem tibi mutuo datam, dum tales res mutuo datae redduntur?

Metrum Thawil est. p. 161.

Respondit Taimita:

بَلَى سَنُؤَدِّيهَا إِلَيْكَ ذَمِيمَةً   فَتَنْكِحُهَا إِنْ أَعْوَزَتْكَ ٱلْمَنَاكِحُ

»Imo, eam reddam tibi vituperandam, et tu eam inibis, quum tibi mulieres desunt« Metrum Thawil est. p. 161.

Tum iterum Djobaihäus dixit:

ذَكَرْتَ نِكَاحَ ٱلْعَنْزِ حِينًا وَلَمْ يَكُنْ   بِأَعْرَاضِنَا مِنْ مَنْكَحِ ٱلْعَنْزِ قَادِحُ

فَلَوْ كُنْتُ شَيْخًا مِنْ سَوَاءةَ نُكْتُهَا   نِكَاحَ يَسَارٍ عَنْزَهُ وَهْوَ سَارِحُ

»Mentionem fecisti initus caprae tempore quo non erat, qui honorem nostrum propter initum caprae vituperaret. Sed si fuissem princeps gentis Savat[1]), eam iniissem, quemadmodum Jesarus capram suam inivit, dum pastum incedebat. Metrum Thawil est. p. 161.

١١٠ أَنَمُّ مِنَ ٱلصُّبْحِ

110. Magis divulgans, quam Aurora.

Sic dicitur, quoniam illa nullam rem tegit.

١١١ أَنَمُّ مِنَ ٱلتُّرَابِ

111. Magis divulgans, quam terra.

Quia in ea vestigia apparent.

---

1) Gens Sawat illius rei accusata est.

١١٢ أَنَمُّ مِنْ جُلْجُلٍ

112. Magis divulgans, quam tintinnabulum.

Hoc e versu sequente derivatum est:

فَإِنَّكُمَا يَا ٱبْنَيْ جَنَابٍ وُجِدْتُمَا كَمَنْ دَبَّ يَسْتَخْفِى وَفِي ٱلْعُنْقِ جُلْجُلُ

»Vos duo, o filii Djenabi! reperti estis ei similis, qui repit, ut se occultet, dum in eius collo tintinnabulum est«.

Metrum Thawil est p. 161.

١١٣ أَنَمُّ مِنْ زَجَاجَةٍ عَلَى مَا فِيهَا

113 Magis divulgans, quam vas vitreum res, quas continet.

Viri eloquentiae laude insignes aut vituperantes aut laudantes vitrum descripserunt. Vituperium eius verissimum verbis inest: يسرع اليه الكسر ولا يقبل الجبر »Celeriter frangitur, reparari non potest.« Apud regem quendam quum Schaddadus Haretsita aurum descripsisset, Sahlus ben-Harun contra vitrum laudavit. Placet autem utriusque sermonem ipsissimis verbis addere: قال شداد الذهب
ابقى الجواهر على الدفن واصبرها على الماء واقلها نقصانا على
النار وهو اوزن من كل ذى وزن اذا كان فى مقدار شخصه
وجميع جواهر الارض والفلز كله اذا وضع على ظهر الزيبق
فى انائه طفا ولو كان ذا وزن ثقيل وحجم عظيم ولو وضعت
عليه قيراطا من ذهب لرسب حتى يضرب قعر الاناء ولا يجوز
ولا يصلح ان تشد الاسنان المتقلعة بغيره وان يوضع فى مكان
الانوف المصطلمة سواه وميله اجود الاميال والهند تمره فى العين
بلا كحل ولا ذرور لصلاح طبعه وموافقة جوهره لجوهر الناظرين
وله حسنة ومنه الزرياب والصفائح التى تكون فى سقوف الملوك
وعليه مدار التبايع مذ كان التبايع وهو ثمن كل شى سواه ثم
هو فوق الفضة مع حسن الفضة وكرمها وحظها فى الصدور

وانه ثمن لكل شى مبيع/ باضعاف واضعاف اضعاف وله المرجوع وقلة النقصان والارض التى تنبته ويسلم عليها تحيل الفضة الـى جوهرها فى السنين اليسيرة وتقلب الحديد الى طبعها فى الايام القليلة والطبيخ الذى يكون فى قدوره اغذى وامرأ واصح فى الجوف واطيب وسئل على رضى الله عنه عن الكبريت الاحمر فقال هو الذهب وقال النبى عليه السلام لو ان لى طلاع الارض ذهبا فاجراه فى ضرب الامثال كل مجرى فحسده سهل بن هارون على ما حاضر به من البلاغة والخطابة فقال يعترض عليه بعيب الذهب وفضل الزجاج وتفضيله عليه الذهـب مخلوق والزجاج مصنوع وان فضله الذهب بالصلابة فقد يفضله الزجاج بالصفاء ثم الزجاج مع ذلك ابقى على الدفن والغرق والزجاج مجلو نورى والذهب متاع ساتر والشراب من الزجاج احسن منه فى كل معدن ولا يفقد معه وجه النديم ولا يثقل اليد ولا يرتفع فى السوم واسم الذهب اسم يتطير منه ولا يتفاءل به وان سقط عليك قتلك وان سقطت عليه عقرك ومن لومه سرعته الى بيوت اللئام وملكهم له وابطاوه عن بيوت الكرام وملكهم وهو فاتـن قاتل لمن صانه وهو ايضا من مصايد ابليس ولذلك قالوا اهلك الرجال الاحمران واهلك النساء الاحامر وقدور الزجاج اطيـب من قدور الحجارة وهى لا تصداء ولا يتداخـل تحت حيطانها ريح الغَمَر واوساخ الوضر وان اتسخت فالماء وحده لها جـلآء ومتى غسلت بالماء عادت جددا ولها مرجوع حسن وهو اشبه شى بالماء وصنعته عجيبة وصناعته العجب وكان سليمان بن داود عليهما السلام اذا عب فى الاناء كلحت فى وجهه مردة الجـن والشياطين فعلمه الله صنعة القوارير فحسم بها عن نفسه تلك الجراءة وذلك التهجين ومن كرع فيه شارب ماء فكانه يكرع فى اناء من ماء وهواء وضياء ومراته المركبة فى الحائـط اضـواء من مرائى الفولاذ والصور فيها ابين وقد يقدح النار من قـنـيـنـة الزجاج اذا كان فيها ماء فحاذوا بها عين الشمس لان طـبـع الزجاج والماء والهواء والشمس من عنصر واحد وليس فى كـل

ما يدور عليه الفلك جوهر اقبل لكل صبغ واجدر ان لا يفارقه حتى كان ذلك الصبغ جوهرية فيه منه ومتى سقط عليه ضياء انفذه الى الجانب الاخر من الهواء واعاره لونه وان كان الجام ذا الوان اراك ارض البيت احسن من وشى صنعاء ومن ديباج تستر ولم يتخذ الناس انية لشرب الشراب اجمع لما يريدون من الشراب منه قال الله تعالى قيل لها ادخلى الصرح فلما راته حسبته لجة وكشفت عن ساقيها قال انه صرح ممرد من قوارير وقال تعالى واكواب كانت قوارير قوارير من فضة فاشتق الفضة اسما من اسمها وقال النبى عليه السلام للحادى وقد عنف فى سياق ظعنه يا انيس رفقا بالقوارير فاشتق للنساء اسما من اسمها ويقولون ما فلان الا قارورة على انه اقطع من السيف واحد من الموسى واذا وقع شعاع المصباح والقنديل على جوهر الزجاج صار المصباح والزجاج مصباحا واحدا ورد الضياء كل واحد منهما على صاحبه واعتبروا ذلك بالشعاع الذى يسقط فى وجه المراة وعلى وجه الماء وعلى الزجاج ثم انظروا كيف يتضاعف نوره وان كان سقوطه على عين انسان اعشاه وربها اعماه قال الله تعالى الله نور السموات والارض مثل نوره كمشكاة فيها مصباح المصباح فى زجاجة الزجاجة كانها كوكب درى يوقد من شجرة الاية فللزيت فى الزجاجة نور على نور وضوء متضاعف ,, Dixit Schaddadus: Aurum in terra defossum omnium rerum durabilissimum est, aquam maxime tolerat, ex igne minimum detrimenti capit, quantitatis ratione habita omnium rerum maximum pondus habet. Omnes quoque terrae res omniaque metalla magni ponderis magnique ambitus in vase argento vivo impleto posita supernatant excepto auro, cuius minima particula (Kerathium) submergitur, ut fundum tangat. Evulsos autem dentes non convenit adligari nisi auro et in locum amputati nasi nil nisi aurum succedere potest. Styli, quorum ope collyrium oculis inditur, ex auro confecti, praestantissimi sunt, quibus Indi sine collyrio et pulvere utuntur, quum per

oculos, quorum naturae auri natura maxime conveniat, eos traduci utile videatur. Est quoque auro singularis pulchritudo. Auri aqua, qua res deaurantur et lamina, quae in tectis regum sunt, inde parantur. Commercium quoque eo semper nitebatur, quum omnium rerum pretium sit. Argento praestat, licet illud pulchrum et honoratum in hominum animos vim habeat. Eius pretio caeterae res multipliciter duplicatae emi possunt. Ad nos redit et parum diminuitur, dum terra, quae id producit et super qua incolume est, paucis annis argentum ita permutat, ut ad naturam suam redeat, et paucis diebus ferrum ad pristinam suam naturam reducit. Cibus autem in ollis ex eo confectis coctus gratior, salutarior, ventri convenientior meliorque est. Ahlius ben-Abi-Thaleb de sulphure rubro interrogatus dixit, aurum esse. Mohammedes autem dixit: Si mihi aurum, quot terrae colles sunt, esset! et quocunque proverbiali modo de auro locutus est. Sahlus ben -Harun facundiam in sermone de auro probatam isti viro invidens auri vitia et vitri praestantiam contra describens dixit: Aurum natura productum, vitrum arte factum est et quantum aurum duritie praestat, tantum vitrum puritate. Nec non vitrum, quum defoditur aut in aqua submergitur, auro durabilior est. Vitrum est quasi politum et lucis naturam habet, dum aurum utensile abscondens est. Bibere ex vase vitreo iucundius est, quam bibere ex vase metallico, quale sit. Facies compotoris cum eo non desideratur (dum tegitur), manus non gravatur et pretium maximum non est. Ex auri nomine (abitus) malum omen capitur, nunquam bonum. Si in te decidit, te occidit, si tu in id decidis, te vulnerat. Maxime autem vituperandum est (aurum), quod ad vilium domos properat, et ab iis possidetur, tarde autem in generosorum domos et potestatem venit. Qui id custodit, eum tentat occiditque. Unus laqueorum diaboli est, quapropter dicunt: Duo rubra viros perdunt, rubra mulieres perdunt. Ollae vitreae meliores sunt, quam ollae lapideae, rubigine non inficiuntur

Neque odor carnis neque sordes adipis in crassa earum latera intrant. Sordidae ope aquae poliuntur et lavatae renovantur, et pulchro modo ad pristinum statum redeunt. Aquae omnium rerum simillima est, artificium est admirabile et ars, qua conficitur, admirabilior est. Salomo quum vasi ad bibendum os admoveret, daemones rebelles diabolique austero vultu eum adspexerunt. Deus tum eum ampullas facere docuit, quarum ope istam audaciam et opprobrium a se retineret. Qui autem ad bibendum vitro os admovit, is vasi ex aqua, aura, splendore os admovere videtur. Specula autem ex vitro confecta in pariete clariora sunt, quam specula ex chalybe parata et figurae, quae in iis adparent, distinctiores. Ope ampullae vitreae aqua impletae ignis elicitur. Tum in eo ipsum solem aemulati sunt, quoniam natura vitri, aquae, aurae et solis eiusdem elementi est. Nulla autem res sub coelo pigmenta melius in se excipit et conservat, ita ut cum substantia eius intime coniungantur. Lucis autem splendorem in alterum aeris latus transmittens colorem suum in illud transfert. Quod si vero terram habitaculi per poculum colores habens contemplaris, ea pulchrior quam pictura Zanaae[1]) et sericum Tostari videtur. Homines autem ad vinum bibendum aptius vas quam vitreum sibi non pararunt. Dixit Deus altissimus (Sur. XXVII, 44):« Dictum ei est: Intra, o femina, in palatium! Quod quum vidisset, id magnam aquae molem esse putans crura sua denudavit. Ille autem dixit: Palatium est levigatum ex ampullis« Dixit porro (Sur. LXXV, 10): »Et canthari, qui ampullae sunt, ampullae argenteae«. Nomen autem argento dedit inde derivatum. Propheta autem agasoni, camelos uxores portantes vehementer impellenti dixit: O Onaise! cum ampullis leniter agas! Nomen igitur mulieribus inde derivatum dedit. Dicere solent: »Quidam nil

---

1) Nomen urbis Arabiae felicis pannis striatis notae est.

2) Nomen oppidi est.

nisi ampulla est«; dum secantior quam gladius et acutior quam novaculum est. Quod si vero lucernae lux in vitrum cadit, lucerna et vitrum una lucerna fiunt, dum altera res in alteram lucem reiicit. Huiusce rei exemplum in speculo, aquae superficie et vitro cernitur, in quas res si lucis radii incidunt, lux duplicatur, ita ut, si in hominis oculos incidat, is cernere non possit, imo interdum caecus fiat. Dixit Deus altissimus (Sur XXIV, 35): Deus est lux coelorum et terrae. Eius lux comparanda est cum fenestro, in quo lucerna est. Lucerna in vitro est. Vitrum simile est stellae fulgenti, accensae ex arbore etc. Oleo autem in vitro est lux duplicata et splendor duplicatus. conf. Harir. p. ١٧٤, ١٨٠.

١١٤ أَنْقَى مِنْ لَيْلَةِ ٱلصَّدَرِ

114. Purior, quam nox Alzadar appellata.

Proprie est nox reditus ab aqua. Sic appellata est nox, qua Meccam peregrinantes, finitis rebus sacris, e valle Mina domum redire solebant, quia nemo ad aquam remanebat. conf. Reisk. ad Abulfed. Annal. T. II, p. 304. et C. XIV, 110.

١١٥ أَنْقَى مِنْ مِرْآةِ ٱلْغَرِيبَةِ

115. Purior, quam speculum peregrinae.

Peregrina hoc in proverbio puella est, quae a viro peregrino in matrimonium ducta est. Talis autem puella quum peregrinorum vituperationem timeat, speculum suum polire solet, ut omnia, quae aliis displicere possint, a se removeat. Conf. Cap. XXVI, 107. Dixit poeta Dsu'l-Rommah camelam describens:

لَهَا أُذُنٌ حَشْرٌ وَذِفْرَى أَسِيلَةٌ وَخَدٌّ كَمِرْآةِ ٱلْغَرِيبَةِ أَسْجَحُ

„Ei est auris tenuis et cranii pars protuberans pone aures

laevis et gena ut speculum peregrinae aequabilis.“ Metrum Thawil est. p. 161.

١١٦ أَنْكَدُ مِنْ تَالِي ٱلنَّجْمِ

116. Infaustior, quam stella, quae sequitur Plejades

Meidanius sequente scholio proverbium explicavit: يعنون بالنجم المطلق الثريا وتاليه الدبران قال الاخطل

فَهَلَّا زَجَرْتَ ٱلطَّيْرَ إِذْ جَاءَ خَاطِبًا بِضِيقَةَ بَيْنَ ٱلنَّجْمِ وَٱلدَّبَرَانِ

وقال الاسود بن يعفر يصف رفعة منزله

نَزَلْتُ[1] بِحَادِى ٱلنَّجِمِ يَحْدُو قَرِينَهُ وَبِٱلْقَلْبِ قَلْبُ ٱلْعَقْرَبِ ٱلْمُتَوَقِّدِ

والعرب تقول ان الدبران خطب الثريا واراد القمر ان يزوجه فابت عليه وولت عنه وقالت للقمر ما اصنع فهذا السبروت الذى لا مال له فجمع الدبران قلاصه يتمول بها فهو يتبعها حيث توجهت يسوق صداقها قدامه يعنون القلاص وان الجدى قتل نعشا فبناته تدور به تريده وان سهيلا ركض الجوزاء فركضته برجلها فطرحته حيث هو وضربها هو بالسيف فقطع وسطها وان الشعرى اليمانية كانت مع الشعرى الشامية ففارقها وعبرت المجرة فسميت الشعرى العبور فلما رات الشامية فراقها بكت عليها حتى غمصت عينها فسميت الشعرى الغميصاء

„Vocabulo نجم sidus absolute dictum Plejades significant, idque sequens stella oculus tauri appellata est. Dixit Alachthal:

Cur non avem abegisti, quum in mansione lunae inter Plejades et oculum tauri in matrimonium petens venisset.[2])

Dixit Alaswadus ben-Jahfur mansionem suam elevatam describens:

---

1) Sed in Scharaf-Aldini opere ولدت natus sis legitur, ut infelicitas isto versu significetur.

2) Avis الطير hoc in versu idem, quod الطائر nomen astri cygni esse videtur. Metrum Thawil est. p. 161.

„Habito apud agasonem Plejedum[1]) et apud cor sc. cor scorpionis ardentis.[2])“

Arabes dicunt, stella oculi tauri quum in matrimonium petiisset Plejades, lunam illas ei in matrimonium dare voluisse, illas autem renuisse et retrocessisse dicentes: Quid cum hoc paupere, cui opes non sunt, facimus? Hanc ob causam stellam oculi tauri camelas iuvencas suas (قلاص) (conf. Ideler p. 137, 142.) congregasse, ut se divitem esse ostenderet, dum eas omni loco, quo tenderent, sequeretur, sponsalitium donum nempe illas stellas قلاص ante se propellens. Dicunt porro Arabes, Capricornum (الجدى) necasse stellam نعش appellatam, quam ob causam huius filias (بنات نعش sidus ursae) eum circumdare petentes. Dicunt porro, stellam Canopum pede percussisse sidus Orionis, hoc vero eam pede percussisse et projecisse, ut locum, quem nunc habeat, occuparet. Eam (Canopum) autem tum id gladio percutientem medium eius dissecuisse. Dicunt porro, stellam Sirium Iemanensem olim fuisse cum Syriaca, tum se segregasse et viam lacteam transgressam esse, quapropter cognomen transeuntis العبور accepisset. Stellam autem Syriacam, quum illam se separasse vidisset, lachrymas fudisse, qua de causa oculi fluxu albo laborans cognomen الغميصا accepisset. Conf. de hisce rebus ill. Ideleri libr. plur. locis. Dicitur quoque اشام من تالى النجم eodem sensu. Eadem stella التّبّع et التابع et التويبع cognominatur. Scharaf-Aldinus dixit, stellam oculi tauri (الدبران) cognominatam quoque esse حادى النجوم »Stellarum

1) حادى النجم Agaso Plejadum nomen stellae est, conf. ill. Ideleri librum: Untersuch. über die Sternnamen etc. p. 96, 137 Sic quoque قلب العقرب Cor scorpionis et القلب cor nomen stellae est, ibid. p. 179. 181.

2) Metrum Thawil est. p. 161.

agasonem« et Arabes infaustam ipsis illam stellam putasse.

١١٧ أَنْتَنُ مِنْ رِيحِ ٱلْجَوْرَبِ

117. Magis foetens, quam odor panni, quo pes obvolvitur.

Proverbium hoc ex poetae versu sequente desumtum esse dicunt:

أَثْنَى عَلَيَّ بِمَا عَلِمْتَ فَإِنَّنِي مُثْنٍ عَلَيْكَ بِمِثْلِ رِيحِ ٱلْجَوْرَبِ

„Laudavit me ob res, quas scis; sed ego te laudo ob res, quae similes sunt odori panni, quo pes obvolvitur.“

Metrum Camil est. p. 212.

١١٨ أَنْتَنُ مِنَ ٱلْعَذِرَةِ

118. Magis foetens, quam merda humana.

١١٩ أَنْشَطُ مِنْ ظَبْيٍ مُقْمِرٍ

119. Alacrior, quam dorcas luna lucente.

Conf. Harir. p. ٥٨٣. conf. Cap. XIX, 44.

١٢٠ أَنْفَرُ مِنْ أَزَبَّ

120. Fugacior, quam pilosus.

Simili ratione dicitur: كل ازب نفور „Omnis pilosus fugax est.“ Camelus pilosus pilorum longitudine territus, quod personam eos esse putet, fugax esse dicitur. Dixit poeta Alnabeghahus:

أَثَرْتَ ٱلْغَيَّ ثُمَّ نَزَعْتَ عَنْهُ كَمَا نَفَرَ ٱلْأَزَبُّ عَنِ ٱلطِّعَانِ

„Elegi errorem, tum fugi ab eo, quomodo pilosus confossionem fugit."

Metrum Wafir est. p. 204.

Dixit poeta Said-Alchail:

وَلَمَّا أَنْ رَأَيْتُ ٱلْخَيْلَ زُورًا رَمَيْتُ بِهَا سَوَادَ أَبِى ذُؤَالِ

فَحَادَ عَنِ ٱلطِّعَانِ أَبُو أُثَالٍ كَمَا حَادَ ٱلْأَزَبُّ عَنِ ٱلظِّلَالِ

‚Quum vidissem equos in unum latus inclinare firmiter incedentes, cum iis in personam Abu-Doali irrui; sed Abu-Otsalus a confossione declinavit, quemadmodum pilosus ab umbris declinat."

Metrum Wafir est. p. 204.

١٢١ أَنْبَشُ مِنْ جَيْأَلَ

121. Magis effodiens terram cadaverum causa, quam hyaena.

Hyaenae cadavera effodere solent.

١٢٢ أَنْعَسُ مِنْ كَلْبٍ

122. Somnolentior, quam canis.

Proverbium inde ortum dicitur, quod canis interdiu somno indulgeat. E versu Rubahi id derivatum esse putant:

لَاقَيْتُ مَطْلًا كَنُعَاسِ ٱلْكَلْبِ وَعِدَةً عَادَ عَلَيْهَا صَحْبِى

كَٱلشَّهْدِ بِٱلْمَاءِ ٱلزُّلَالِ ٱلْعَذْبِ

„Occurri morae somnolentiae canis simili et promisso, ad quod socii mei redicre, simili melli cum aqua limpida, dulci."

Metrum Sarih est. p. 246.

At quum canis noctu vigilet, contraria ratione dicitur: ايقظ من كلب „Vigilantior, quam canis."

١٢٣ أَنْوَمُ مِنْ فَهْدٍ

123. Magis dormiens, quam lupus cervarius.

Lupi cervarii natura in somnum propensi sunt.

١٢٤ أَنْوَمُ مِنْ غَزَالٍ

124. Magis dormiens, quam dorcadis pullus.

Sic dictum est, quoniam dorcadis pullus sugendo satiatus somno indulgere solet.

١٢٥ أَنْوَمُ مِن عَبُّودٍ

125. Magis dormiens, quam Ahbbudus.

Viri nomen est, qui per septem annos dormivisse dicitur. Almofadhdhelus ben-Salamah, socius Alferrae, dixit, illum Ahbbudum fuisse servum nigrum, qui postquam septem dies ligna colligens non dormivisset, tum septem dies somno indulgere soleret, ut eius gravis somnus in proverbii consuetudinem veniret et diceretur: قد نام نومة عبود »Somno Ahbbudi dormivit«. Alii dicunt, eum fuisse virum, qui se mortuum fingeret, ut videret, quomodo eum deplorarent. Re facta eum re vera mortuum fuisse. Conf. proverb. 22.

١٢٦ أَنْعَمُ مِنْ خُرَيْمٍ

126. Commodius vivens, quam Choraimus.

Nomen viri erat: Choraim ben-Chalifah ben-Folan ben-Folan[1]) ben-Senan ben-Abi-Haritsah Morrita. Interrogatus ab Alhadjdjadjo, quaenam esset eius commodae vitae ratio? respondit, se aestatis tempore veste nova, hiemis tempore veste trita non uti. Tum interrogatus: In

1) Proprie filii cuiusdam filii cuiusdam (horum nomina incognita fuisse videntur).

quanam re consisteret commoda vita, dixit, in securitate, quia timentem nullam ex vita utilitatem capere vidisset. Tum ut in describendo pergeret rogatus dixit, in iuventute, quia seni vita utilis non esset, tum in sanitate, quia aegrotus nullum e vita commodum caperet, denique in opulentia, quia pauper vita commoda non uteretur.

١٢٧ أَنْعَمُ مِنْ حَيَّانَ أَخِى جَابِرٍ

127. Mollius vivens, quam Hajjanus Achu-Djaber (frater Djaberi).

Molliter hic omnino vivebat. Poeta Alahscha, qui eius compotor erat, versum sequentem dixit, qui proverbii causa fuisse videtur:

شَتَّانَ مَا يَوْمِى عَلَى كُورِهَا وَيَوْمُ حَيَّانَ أَخِى جَابِرِ

»Quam diversus est dies in sella cameli et Hajjani fratris Djabiri«.

Metrum Sarih est. p. 244.

Fratris nomen ob homoioteleuton versus poeta addiderat; sed quum iste frater Hajjano dissimilis esset, Hajjanus rem aegre tulit, ut causa dissidii fieret

١٢٨ أَنْزَى مِنْ هِجْرِسٍ

128. Magis assiliens, quam ursus.

Id est: Initus causa.

١٢٩ أَنْزَى مِنْ ضَيْوَنٍ

129. Magis assiliens, quam felis mas.

Hoc de initu intelligendum est.

١٣٠ أَنْزَى مِنْ ظَبْيٍ وَأَنْزَى مِنْ جَرَادٍ

130. Magis saliens, quam dorcas; magis saliens, quam locusta.

١٣١ أَنْصَحُ مِن شَوْلَة

131. Fidelior, quam Schaula.

Servae nomen in oppido Cufa servientis erat. Quae quovis die, ut butyrum drachmae pretio emeret, a domina sua missa quum semel drachmam inveniens duplum butyri emisset et dominae suae reportasset, verberata est, quod domina putaret, eam antea dimidium butyri furatam esse. Quae res in causa erat, ut eius fidelitas in proverbii consuetudinem veniret. Conf. C. V, 129. XIII, 153.

١٣٢ أَنْدَمُ مِنْ أَبِى غُبْشَانَ ومِن شَيْخِ مَهْوٍ ومِن قَضِيبٍ

132. Magis poenitens, quam Abu-Ghobschanus, quam princeps gentis Mahw, quam Kadhibus.

Conf. C. VI, 152. Conf. Cap. XII, 98. Conf. Cap. XXIII, 485.

١٣٣ أَنْخَبُ مِنْ يَرَاعَة

133. Debilior (timidior) quam arundo.

De voce يراعة dissentiunt. Sunt, qui dicant esse arundinem, alii struthiocamelam, alii, organum, quod cavum sit.

١٣٤ أَنَدُّ مِنْ نَعَامَة

134. Fugacior, quam struthiocamelus.

١٣٥ أَنَمُّ مِنْ ذُكاء وِمن جَرَس ومن جَوْزٍ فى جُوالق

135. Magis divulgans, quam sol; quam tintinnabulum; quam nuces in sacco.

De nucibus hoc dictum est, quod commotae sonum edunt.

١٣٦ أَنقى مِن الدَّمعَة وِمن الرَّاحَةِ وِمن طَسْت ٱلعَرُوسِ

136. Purior, quam lacryma; quam vola manus; quam pelvis sponsae.

١٣٧ أَنكَدُ مِنْ كَلْب أَحَصّ ومِنْ أَحْمرِ عَادٍ

137. Magis recusans quam canis raris pilis praeditus;[1]) quam Ahmar Ahditarum[2]).

١٣٨ أَنخَى مِنْ دِيك

138. Gloriosior, quam gallus.

١٣٩ أَنوَرُ مِن صُبْح وَمِنْ وَضَحِ ٱلنَّهارِ

139. Magis lucens, quam Aurora; quam lux diei.

---

1) Dubito, num vox أنكد infelicior an magis recusans vertatur. Sed in Scharaf-Aldini et Samachscharii opere انكر من كلب احص „Ingratior quam canis raris pilis“ legitur“.

2) C. XIII, 117

١٤٠ أَنْضَرُ مِنْ رَوْضَةٍ

140. Magis florens, quam hortus.

١٤١ أَنْدَى مِنَ ٱلْبَحْرِ وَمِنَ ٱلْقَطْرِ وَمِنَ ٱلرَّبَابِ وَمِنَ ٱللَّيْلَةِ ٱلْمَاطِرَةِ

141. Humidior, quam mare; quam pluvia; quam nubes; quam nox pluviosa.

١٤٢ أَنْفَذُ مِنْ سِنَانٍ وَمِن خَازِقٍ وَمِنْ خِيَاط وَمِن إِبْرَةٍ وَمِنَ ٱلدِّرْهَم

142. Penetrantior, quam cuspis; quam cuspis hastae; quam acus; quam acus; quam drachma.

١٤٣ أَنْأَى مِنَ الكَوْكَبِ

143. Remotior, quam stella.

١٤٤ أَنْشَطُ مِنْ ذِئْبٍ وَمِن عَيْرِ ٱلْفَلَاةِ

144. Magis discurrens ex una regione in alteram, quam lupus; quam onager deserti.

١٤٥ أَنْطَقُ مِنْ سَحْبَان وَمِنْ قُسّ بْن سَاعِدَة

145. Disertior, quam Sahbanus; quam Kassus ben-Säihdah.

C. VII, 94. Conf. C. II, 139. VII, 138.

١٤٦ أَنْكَحُ مِنْ أَعْمَى

146. Magis iniens, quam caecus.

١٤٧ أَنْزَى مِنْ عُصْفُورٍ وَمِنْ تَيْسِ بَنِى حِمَّانَ

147. Magis assiliens, quam passer; quam hircus gentis Banu-Himman.

Hoc de initu intelligendum est.

١٤٨ أَنْهَمُ مِنْ كَلْبٍ

148. Cibi avidior, quam canis.

١٤٩ أَنْفَسُ مِنْ قُرْطَىْ مَارِيَةَ

149. Pretiosior, quam inaures duae Mariae.

Conf. C. VII, 3.

١٥٠ أَنْدَسُ مِنْ ظَرِبَانٍ

150. Saepius pedens, quam animal Thsariban appellatum.

De significatione vocis اندس non consentiunt. Nonnulli dicunt, significationem esse foetentior انتن. Scharaf-Aldinus a voce الندس sonus occultus vocem derivandam esse censet, ut de pedito intelligatur. Althabarius prudentioris significationem voci inesse putat, siquidem animal pedito camelos separet et lacertam voret. Conf. C. XX, 25. 83.

Proverbia recentiora.

—

١٥١ نَزَلَتْ سَلْمَى بِسَلْمَى

151. Salma apud Salmam habitatum venit.

١٥٢ نَحْنُ عَلَى صَيْحَةِ ٱلْحُبْلَى

152. Nos super clamore praegnantium sumus. Periculum esse significat.

١٥٣ نِكْ وَٱطْرَحْ وَٱتَّكِ وَلَا تَبْرَحْ

153. Futue et proiice et fiduciam habe et ne prodi!

١٥٤ نَشَأَ مَعَ نُوحٍ فِي ٱلسَّفِينَةِ

154. Adolevit cum Noa in nave.

١٥٥ نِعْمَ ٱلعَوْنُ عَلَى ٱلْمُرُوَّةِ ٱلْمَالُ

155. Pulchrum est auxilium, dum fortitudini opes adsunt!

١٥٦ نِعْمَ حَاجِبُ ٱلشَّهَوَاتِ غَضُّ ٱلْبَصَرِ

156. Bonus contra cupiditates ianitor est demissio oculorum!

١٥٧ نِعْمَ الشَّىْء الهَدِيَّة أَمَامَ الحَاجَةِ

157. Bona res est donum ante necessitatem !

١٥٨ نِفَاقُ المَرْء مِنْ ذِلِّهِ

158. Hypocrisis viri ex vilitate eius (oritur.)

١٥٩ نَزَلْتُ مِنْهُ بِوَادٍ غَيْرِ ذِى زَرْعٍ

159. Diverti in vallem eius, ubi nulla erant sata

١٦٠ نَظَرَ الشَّحِيحِ إِلَى الغَرِيمِ المُفْلِسِ

160. Adspexit avarus debitorem pauperem.

١٦١ نَظِيفُ القِدْرِ

161. Purus ollae.

Avarum esse hominem significat.

١٦٢ نَعُوذُ بِاللهِ مِنْ حِسَابٍ يَزِيدُ

162. Ad Deum confugimus a computo, qui redundat.

١٦٣ نِعْمَ الثَّوْبُ العَافِيَة إِذَا انْسَدَلَ عَلَى الكَفَافِ

163. Pulchra vestis est incolumitas, quum super victum sufficientem demissa est!

١٦٤ نُطَفُ السُّكَارَى فِى أَرْحَامِ القِيَنِ

164. Guttae seminis ebriorum in uteris ancillarum.

١٦٥ النُّقْلَةُ مُثْلَةٌ

165. Migratio est poena, quae in exemplum sumitur.

١٦٦ النَّاسُ أَتْبَاعُ مَنْ غَلَبَ

166. Homines eum, qui vicit, sequuntur.

١٦٧ النِّكَاحُ يُفْسِدُ الْحُبَّ

167. Coitus (matrimonium) amorem corrumpit.

١٦٨ النَّاسُ بِزَمَانِهِمْ أَشْبَهُ مِنْهُمْ بِآبَائِهِمْ

168. Homines tempori suo similiores sunt, quam patribus suis.

١٦٩ النَّقْدُ صَابُونُ الْقُلُوبِ

169 916. Pecunia parata est animorum sapo.

١٧٠ النُّصْحُ بَيْنَ الْمَلَاءِ تَقْرِيعٌ

170. Monitum fidum in hominum agmine datum reprehensio est.

In codice Berol. B. بين الورى legitur.

١٧١ النَّاسُ عَلَى دِينِ الْمُلُوكِ

171. Homines religionem regum sequuntur.

١٧٢ النَّسِيئَةُ نِسْيَانٌ

172. Mora in solvendo est oblivio.

١٧٣ اَلنِّكَايَةُ عَلَى قَدْرِ الْجِنَايَةِ

173. Poena secundum rationem criminis.

١٧٤ اَلنَّاسُ أَحَادِيثُ

174. Homines sunt narrationes.

١٧٥ اَلنَّاسُ بِالنَّاسِ

175. Homines per homines.

١٧٦ اَلنَّائُ فِى كُمِّى وَالرِّيحُ فِى فَمِّى

176. Fistula in manica mea et ventus in ore meo.

Verba haec Sonamus tibicen Almotawaccelo dixisse fertur, quum exire cum eo vellet. Id est: paratus sum.

١٧٧ اَلنَّاسُ عَبِيدُ ٱلْإِحْسَانِ

177. Homines servi beneficiorum sunt.

In Pocockii codice الانسان عبد الاحسان »Homo servus beneficii est« legitur.

١٧٨ أَنْفَقْتُ مَالِى وَحَجَّ الْجَمَلُ

178. Erogavi opes meas et camelus Meccam iter fecit.

١٧٩ أَنْجَسُ مَا يَكُونُ الْكَلْبُ إِذَا ٱغْتَسَلَ

179. Maxime impurus est canis, quum lavatus est.

Quod se in terra volvere solet.

١٨٠ نِعْمَ الْمُؤَدِّبُ ٱلدَّهْرُ

180. Optimus praeceptor tempus est!

Caput XXVI.

Littera Waw.

١ وَافَقَ شَنٌّ طَبَقَةَ

1. Congruit Schannus cum Thabaka.

Varius est proverbii interpretandi modus. Narravit Alscharkius ben-Alkathami: Arabs quidam, cui nomen Schannus erat, prudentia ingenioque insignis iuraverat, se per regiones iter facturum esse, donec mulierem sibi similem, quam in matrimonium duceret, invenisset. Hic in via viro occurrit eundem locum, quam ipse, petenti et cum eo itineris societatem inivit. Schannus socium suum sic interrogavit: اتحملني ام احملك „Utrum tu me portabis an ego te portabo?“ Alter, quum uterque camelo veheretur, quod ille interrogasset, absurdum putavit. Tum propius ad vicum accedentes viderunt fruges demessas et Schannus socium interrogavit? اترى هذا الزرع اكل ام لا „Putasne has fruges comestas esse nec ne? Alter Schannum, quum ista quaereret, vix sana mente praeditum putavit. Denique quum in vicum intrantes feretrum, quo mortuus efferretur, viderent,

Schannus socium interrogavit? امیت صاحبها ام حی „Num mortuus est, qui eo effertur, an vivus? Haec audiens alter se Schanno stupidiorem neminem vidisse dixit. Ad domum suam veniens Schannum, ut tanquam hospes intraret, invitavit. Erat autem Schanni socio filia ingenii acumine praedita. Cui quum pater Schanni interrogandi modum narravisset, istum virum stultum esse negavit et dixit, primae quaestioni hunc inesse sensum: Visne, ut tu mihi narrando viam minus iniucundam reddas, an ut ego faciam? secundae: Utrum fruges istas possessor vendidit et pretium earum edit nec ne? Tertiae denique: Utrum isti mortuo proles est, qua post mortem eius memoria vivat, nec ne? De hoc explicandi modo quum alter Schannum certiorem fecisset, filiam in matrimonium petiit, ut inde proverbium oriretur, quo consensus inter duos significatur. Alazmäihus autem narravit, homines tritum utrem re congruente imposita reparasse, ut inde proverbii origo petenda esset. Tum vocis طبقة diversus est enunciandi modus. Hic est ab Abu-Ohbaido adlatus explicandi modus. Ebn-Alcalbius dixit, Thabakah nomen gentis ad Ijad pertinentis fuisse, in quam nemo potestatem haberet. Schannum autem ben-Afza ben-Ahbd-Alkais ben-Dohmi ben-Djodailah ben-Asad ben-Nesar irruptione facta se ab ea vindicavisse, ut postea istis proverbii verbis uterentur significaturi, duos inter se robore aliave re congruere. Conf. prov. 100, Kam. s. v. طبق, Harir. p. ٤٩. doct. Bertheaui libr. p. 5.

٢ وَقَعَ ٱلْقَوْمُ فِي سَلَا جَمَلٍ

2. Incidit gens in membranam cameli (maris).

Vocabulo سلا significatio membranae est, qua foetus in utero involutus est. Camelo autem mari illi membrana esse non potest, quapropter proverbium gentem in malum gravissimum, cui simile non esset, incidisse significat. conf. Kam. Dj. Samachscharius القوم omisit.

٣ وَقَعُوا فِى أُمِّ جُنْدَب

3. Inciderunt in matrem Djondabi.

Samachscharius وقع habet. Abu-Ohbaidus dixit: ام جندب »Mater Djondabi« mali, iniuriae cognomen esse videri. De eo dicitur proverbium, qui in iniuriam et malum incidit. Alius quidam proverbium sic retulit: وقعوا بام جندب, quod in eos dicitur, qui iniusti sunt et occidunt alios quam suorum occisores[1]). Sunt quoque, qui dicant, vocabulo جندب locustas significari, matremque earum arenam esse. Qui autem in arenas incidit, is in malum incidit. Sunt denique, qui vocem a verbo جدب derivandam censeant, ut sensus sit: Inciderunt in annum sterilem«. Conf. Kam. Dj.

٤ وَقَعُوا فِى وَادِى جَدَبَاتٍ

4. Inciderunt in vallem Djadabat.

Vario modo proverbium refertur. Alii dicunt, جدبات pluralem esse vocis جدبة sterilitas anni, alii vocem جذبات derivandam esse putant a جـذب الـصـبـى Ablactavit infantem,« quia ablactatio dura et interdum periculosa infanti sit. Meidanius autem putat, rectum explicandi modum Alasharium, qui Alazmäihi auctoritate nixus esset, adtulisse morsus serpentis significationem voci tribuentem. Proverbium autem adhiberi de eo, qui in interitum ruat et a scopo declinet. In Kamusi opere اخذوا فى وادى جذبات legitur, ut sensus sit: Erraverunt et rectum non invenerunt«. conf. s. v. حذب

---

1) In Kamusi opere ظلموا „Iniuriâ laesi sunt“ legitur.

٥ وَقَعُوا فِي تَحُوّطٍ

5. Inciderunt in annum infertilem.

Vocabulum تحوط vario modo enunciatur. Alferra grammaticus hasce formas adnotavit: تَحُوُّط تَحَوُّط تَحِيط et تَحِيط conf. lex. meum et Kam. Samachscharius وقع الناس »Inciderunt homines« habet.

٦ وَقَعُوا فِي دُوكَةٍ وَبُوخٍ

6. Inciderunt in malum; et perturbationem.

Duae sunt, ni fallor, proverbia, ut dicatur وقعوا في دوكة et وقعوا في بوح. Vocabulum دوكة aut cum Fatha aut cum Dhamma; vocabulum autem بوخ cum ح et خ enunciatur. De eo dicitur, qui in malum et rixam incidit.

٧ وَقَعُوا فِي وَادِي تُضُلِّلَ وَتُخُيِّبَ

7. Inciderunt in rem vanam.

Tria sunt proverbia وقعوا في وادى تضلل et وقعوا في وادى تخيب et وقعوا في وادى تهلك „quorum tres voces aut cum Dhamma primae radicalis et Kesre secundae aut cum Fatha primae radicalis enunciantur; sed rectior enunciandi modus prior est.

٨ وَقَعُوا فِي الْأَهْيَغَيْنِ

8. Inciderunt in duas res bonas.

Quaenam vocis اهيغ propria sit significatio, ignoratur. Dicitur عام اهيغ annus fertilis, pabulo abundans.

Dualis cibum et potum, aliis cibum et coitum significat. conf. lex. meum et Kam. et Dj. Samachscharius وَقَعَ habet.

٩ وَقَعَ فُلَانٌ فِي سِيِّ رَأْسِهِ وَفِي سَوَآءِ رَأْسِهِ

9. Incidit quidam in bonorum copiam.

Duplici modo aut سى aut سواء in proverbio legitur. Dixit Abu-Ohbaidus, vocabulum سى significare numerum crinium in capite, ut bona eius crinibus multitudine aequentur. Ebn-Alahrabius autem putat, proverbii sensum esse: Tanta bonorum copia tectus est, ut capitis altitudinem habeant. Legitur quoque, id quod vitiosum habetur, سِن راسه; sed conferas Samachscharii opus et lexicon meum.

١٠ وَقَعُوا فِي أُمِّ حَبَوْكَرٍ

10. Inciderunt in matrem arenarum.

Legitur ام حبوكر et ام حبوكرا et ام حبوكران et tum omissa voce ام. Vocabulum حبوكر arenas, in quibus viae signum non est, significat. De eo dicitur, qui in magnam calamitatem incidit. conf. Kam. et Djeuh.

١١ وَقَعَتْ عَلَيْهِ رَخَمَتُهُ

11. Cecidit in eum eius amor.

Vocabula رحمة et رخمة significatione diversa non sunt. Proverbium, quendam amatum esse, significat.

١٢ وَدَقَ ٱلْعَيْرُ إِلَى ٱلْمَآءِ

12. Prope accessit onager ad aquam.

De eo dicitur, qui se alius voluntati submittit, post-

quam refractarius fuerat. Kamusi auctor dixit, proverbium significare, unum ob cupiditatem rei possidendae alteri se submittere.

١٣ وَجِّهِ ٱلْحَجَرَ وِجْهَةً مَا لَهُ

13. Verte lapidem in convenientem ipsi situm!

Lapidi situs conveniens esse potest, ut, si iste situs ei non sit, in alium situm vertendus sit: Legitur وجها et وجهة et جهة, quibus vocibus aut accusativi aut nominativi casus tribuitur. Quod si nominativi casum admittis, sic vertendum est proverbium: »Verte lapidem, nam ei situs conveniens est«. Monet igitur nos, ut prudenter res nostras instituamus. Conf Kam s. v. وجه.

١٤ وَاهًا مَا أَبْرَدَهَا عَلَى ٱلْفُؤَادِ

14. Euge! quam gratum est animo!

In Samachscharii opere sic proverbium legitur, واها لها من نغية ما ابردها على الكبد »Quam pulcher est sonus, et quam gratus jecori!« Adhibetur autem, ut laetitiam de laeto nuntio ostendamus. Narrant, Moahwijahum, quum ei Alaschtari mors nuntiata esset, ista verba dixisse. Narrant porro, Moahwijahum, nuntio de morte Taubahi Ebn-Alhomajjir Ohkailitae ipsi adlato, suggestum adscendisse et post Dei laudes praemissas populum sequentibus verbis adlocutum esse: يا اهل الشام ان الله تعالى قتل الحمار بن الحمير وكفى المسلمين دراه فاحمدوا الله فانها نغية كالشهد بل هى انقع لذى الغليل من الشهد انه كان خارجيا تخشى بوايقه فقال همام بن قبيصة يا امير المومنين انه كفاك حمله ولم يود حتى استكمل رزقه واجله كان والله لزاز حرب يكره القوم دراه كما قلت الاخيلية

لِزَازُ حُرُوبٍ يَكْرَهُ ٱلْقَوْمُ دَرْأَهُ وَيَمْشِي إِلَى ٱلْأَقْرَانِ بِٱلسَّيْفِ يَخْطُرُ

مُطِلٌّ عَلَى أَعْدَائِهِ يَحْذَرُونَهُ كَمَا يَحْذَرُ اللَّيْثُ الْهِزَبْرُ الغَضَنْفَرُ

فقال معاوية اسكت يا ابن قبيصة وانشا او انشد

فَلَا رَقَأَتْ عَيْنٌ بَكَتْهُ وَلَا رَأَتْ سُرُورًا وَلَا زَالَتْ تُهَانُ وَتُحْقَرُ

»O gens Syriae! Deus optimus maximus Alhimarum (asinum) ben-Alhomajjir occidit et Mohammedanos ab eius invasione repentina defendit. Laudate igitur Deum! nam hic nuntius favo mellis similis est, imo, sitibundo sitim magis restinguit quam favus mellis, haereticus (rebellis) enim erat, cuius calamitates metuebantur. Tum Hammamum ben-Kabizah dixisse: O princeps fidelium! Te ab eius opere (Deus) defendit; sed ille morte abreptus non est, donec eius victus portio et terminus perfectus esset[1]). Per Deum! pertinax erat in bello, cuius impetum repentinum homines timebant, quemadmodum Laila Alachjalijjah dixit: Pertinax in bellis, cuius impetum repentinum homines timebant, ad hostes accedens cum vibrante gladio, hostibus imminens dum eum cavebant, sicut leo crassus, fortis cavetur«. Metrum Thawil est. p. 161.

Dixit Moahwijahus: Tace! o Ebn-Kabizah! Tum versum sequentem composuit vel recitavit:

»Ne oculus, qui eum deploravit lacrymis careat, ne laeta conspiciat, ne despectum et vilem esse cesset!«

Metrum Thawil est. p. 161.

١٥ وَجَدَ تَمْرَةَ الغُرَابِ

15. Invenit dactylum corvi.

---

1) De hoc loco paulum dubito, varii enim sunt in codicibus legendi modi. In meo codice انه كفى له عمله ولم يود; in codice Lugd. انه كفاك عمله ولم يود, in codice Berol. انـه كفاك عمله ولم يودّ legitur.

Rem optimam quendam assecutum esse significat, quippe quum corvus optimos dactylos sibi eligere soleat.

١٦ وَجَدَتِ الدَّابَّةُ ظِلْفَهَا

16. Invenit iumentum ungulam suam.

In eum dicitur, qui instrumentum ad desiderium suum implendum invenit. Loco vocis ظلفها legitur طلقها „Cursum suum". Sed in Samachscharii opere sic legitur: هو غلظ الارض يقال ارض ظلفة بينة الظلف غليظة لا يتبين فيها الاثار وهي الاظلوفة ايضا والخيل تستحب الجرى فيها وقيل هو من قولهم وجد ظلفه اى ما يحبه ويظلفه عن الشهوة التى يطمح اليها على زنة تلف في الوجهين »Id est: Durities terrae. Dicitur ارض ظلفة terra dura, in qua vestigia non apparent, quae quoque اظلوفة appellatur. Equi in ea currere amant. Alii dicunt, proverbium derivatum esse a loquendi modo: وجد ظلفه „Invenit id quod amat et quod eum retinet a desiderio eius, quod adspicit". Vocales vocis تلف in uno et altero intelligendi modo habet.«

١٧ وُلْدُكِ مَنْ دَمَّى عَقِبَيْكِ

17. Filius tuus est is, qui calces tuas sanguine infecit.

Almofadhdhelus narravit, Cabscham filiam Ohrwahi ben-Djahfar ben-Cilab Ohkailum filium Thofaili, quem mulier e gente Balkain Althofailo ben-Malic ben-Djahfar ben-Cilab genuerat, adoptasse et quodam die, quo Ohkailus matri suae malum inferre vellet, Cabscham eum retinuisse, dum verbis: O fili mi! uteretur. Quod quum mater aegre tulisset, ista proverbii verba eam protulisse narrant.

١٨ وَجَدْتُ ٱلنَّاسَ اخْبُرْ تَقْلِهْ

18. Inveni homines: Proba! Odio habebis.

Id est: Scio in homines loquendi modum quadrare: اخبر تقله „i. e. si eos probas, odio eos habebis.“ Vocabulo الناس nominativi casus tribui potest, ut phrasis sit narratio (حكاية). Qui autem accusativi casum admittunt, statuunt, eum ab imperativo اخبر regi. Littera autem ه in fine vocis تقله non effertur, nil nisi vim voci addit. Obiectum autem est pronomen هم, ut تقله sit pro تقلهم. Proverbium homines vituperio dignos eorumque consortium pravum esse significat.

١٩ وَحْمَى وَلَا حَبَل

19. Appetitu vehementi laborans et non uterus plenus.

De avido cibi potusque et de eo, qui res sibi haud necessarias petit, dicitur.

٢٠ وَجْهُ ٱلْمُحَرِّشِ أَقْبَحُ

20. Facies eius, qui alios irritat, foedior est.

De viro dicitur, qui tibi alius in te contumelias dictas defert. I. e. Turpior est is, qui tibi alius in te dictas contumelias defert, quam is, qui eas dixit.

٢١ أَوْسَعْتُهُمْ سَبًّا وَأَوْدَوْا بِٱلْإِبِلِ

21. Multam in eos contumeliam dixi et abstulerunt camelos.

Arabi cuidam cameli ab hostibus erepti erant. Quum hostes abiissent, collem conscendens contumelias dixit et a suis interrogatus, ubi cameli essent, istis proverbii verbis respondit. Dixit poeta:

وَصِرْتُ كَرَاعِى ٱلْإِبْلِ قَالَ تَقَسَّمَتْ فَأَوْدَى بِهَا غَيْرِى وَأَوْسَعْتُهُمْ سَبَّا

„Factus sum similis camelorum pastori, qui dixit: Disgregati sunt. Eos alius quam ego abstulit, et ego multâ contumelia eos adfeci.“

Metrum Thawil est. p. 161.

Sunt autem, qui Cahbum ben-Sohair verborum auctorem esse dicant. Alharitsus ben-Warka Alzaidawi in gentem Banu-Ahbd-Allah ben-Ghathfan impetum faciens, Sohairi camelos eorumque pastorem abduxerat. Sohairus primum ei carmen misit et quum cameli non redderentur, satyram confecit. At eius filius Cahbus ista verba dixit, quibus significatur, viro nil nisi verba ad vindicandum esse. conf. doct. Bertheaui libr. p. 17.

٢٢ أَوْدَى ٱلْعَيْرُ إِلَّا ضَرِطًا

22. Asinus periit excepto crepitu ventris.

De vili dicitur, cui nil roboris restat et sic de sene id adhibent. Accusativus ضرطا est exceptio استثنا. In Scharaf-Aldini opere legitur ضرطة et sic Samachscharius. De re adhibetur, quae periit excepta parte eius inutili.

٢٣ أَوْرَدَهَا سَعْدٌ وَسَعْدٌ مُشْتَمِلٌ

23. Camelos ad aquam adduxit Sahdus et Sahdus est comprehendens.

Sahdus erat frater Malici ben-Said Manat. Malicus stupidus habebatur, quamvis camelos eosque tractandi rationem optime nosset (C. I, 409). Die, quo Malicus uxorem ducebat, eius frater camelos ad aquam ducebat. Qui ad aquam ducendi modus quum Malico non placeret, hunc fratri versum dixit:

أَوْرَدَهَا سَعْدٌ وَسَعْدٌ مُشْتَمِلٌ مَا هٰكَذَا تُورَدُ يَا سَعْدُ ٱلْإِبِلْ

»Ad aquam eos adduxit Sahdus, et Sahdus omnes simul cogit. Non hoc modo, o Sahde! cameli ad aquam ducuntur«.

Metrum Redjes est. p. 231.

Dicunt, proverbium significare, quendam haud adfectum fatigatione satisfecisse desiderio suo; sed vera proverbii significatio est, quendam in re petenda minus, quam debuisset, fecisse. Contrarius sensus verbis inest: بيدين ما اوردها زايدة »Duabus manibus eos (camelos) Sajidahus ad aquam adduxit. conf. C. II. 1.

٢٤ وَقَعَا كَعِكْمَىْ عَيْرٍ

24. Ceciderunt ut duae asini sarcinae.

Duae sarcinae, quae asino ad portandum imponuntur, onere aequales sunt et simul decidunt, quapropter in proverbio duplex aut cadendi aut τοῦ esse verbo وقع significatio tribuere licet. Duos autem viros inter se aequales esse proverbium significat.

٢٥ وَاقِيَةٌ كَوَاقِيَةِ ٱلْكِلَابِ

25. Custodiâ ut custodiâ canum.

I. e. Optima custodia, canes enim pullos suos quam maxime custodiunt.

٢٦ وَعِيدُ ٱلْحُبَارَى ٱلصَّقْرَ

26. Minae otidis accipitri factae.

Avis otis, quamvis armis caret, cum accipitre pugnat et interdum stercore eum inquinat, ut proverbiali modo dicatur: سلاحه سُلاحه. »Arma eius sunt merda eius.“ Proverbium minas debilis forti factas significat.

٢٧ وَرَدُوا حِيَاضَ غُطَيْشٍ

27. Pervenerunt ad lacus Ohthaisch.

Legitur مياه عطيش »ad aquas Ohthaisch.“ Vapor ille meridiei tempore in desertis conspicuus, qui aquae speciem refert, aqua Ohthaisch cognominatur. Proverbium igitur, eos periisse, significat.

٢٨ الوَلَدُ لِلْفِرَاشِ ولِلْعَاهِرِ الحَجَرُ

28. Infans strato, moecho lapides.

Voce stratum coniuges, voce lapides frustrationem aut lapidationem significant, quemadmodum dicitur: بفيه الاثلب »in eius ore sint lapides« et بفيه البرى »in eius ore sit terra«. In eum dicitur, qui iure frustratur.

٢٩ أَوْدَى بِهِمْ عُقَابُ مَلَاع

29. Abstulit eos aquila deserti.

Dixit Abu-Ohbaidus, hoc proverbium et in singulari et in plurali dici. Ebn-Doraidus autem dixit, istam aquilam celerem esse, ut voci ملاع aut deserti plantis carentis aut celeritatis significatio tribuatur. Tsahlabus denique loquendi modum adtulit: انت اخف من عقيب ملاع »Tu celerior es, quam parva aquila deserti, aquilam illam nonnisi passeres et mures venari dicens. Proverbium hominum interitum indicat.

٣٠ وَقَعَ ٱلْقَوْمُ فِي وَرْطَةٍ

30. Incidit gens in praecipitium.

Abu-Ohbaido vox ورطة terram aequabilem via carentem significat i. e. In interitum gens irruit.

٣١ وَجَدْتَ ٱلنَّاسَ إِنْ قَارَضْتَهُمْ قَارَضُوكَ

31. Homines invenies tales, ut, si iis benefacias, tibi benefaciant.

Verba, quae Abu-l'Dardäus protulisse dicitur, duplicem explicandi rationem patiuntur. Vocabulo قارض aut mutuo creditoque dandi, ut beneficia, aut secandi, ut calumnias indicet, significatio tribui potest. Addiderat autem Abu-l'Dardäus verba: وان تركتهم لم يتركوك »Et si eos reliqueris, te non relinquent«, ut totus, si priorem significationem admittis, proverbii sensus sit«. Si in homines beneficia conferre consuevisti, tum ista abrumpis, non te relinquent i. e. a te non recedent, ut porro in eos beneficia conferas. Quod si vero alteram significationem admittis, talis proverbii sensus est: Si hominum honorem calumniando laedis, te laedent, tum si hoc facere intermittis, illi ob pravam naturam in ista agendi ratione pergent.

٣٢ وَأُمٌّ بِشَقٍّ أَهْلُهُ جِيَاعٌ

32. Domus firma in loco Schakk, cuius incolae esurientes sunt.

De eo dicitur, qui ex opibus suis utilitatem non capit.

٣٣ الوَحْدَةُ خَيْرٌ مِنْ جَلِيسِ السُّوءِ

33. Solitudo melior est, quam socius pravus.

Dixit Abu-Obaidus, proverbium hoc antiquis temporibus usitatum fuisse.

٣٤ أَوْدَى بِهِ الأَزْلَمُ الجَذَعُ

34. Abstulit eos tempus.

Voce الازلم (extremas aurium partes amputatas habens) tempus designatur, cui tanquam adjectivum الجذع iuvencus additur, quia nunquam decrepitum est, sed semper novum. Dicitur de eo, quem tempus perdidit, ut recuperari non posset. Legitur quoque الازنم.

٣٥ وَقَعَ فِي رَوْضَةٍ وَغَدِيرٍ

35. Incidit in hortum et lacum.

Pabuli copiâ abundavit.

٣٦ أَوْضِعْ بِنَا وأَمِّلْ

36. Herbas Hamadh appellatas pascere nos sine et herbas Choblah depascere nos sine!

Modo hoc modo illud depascere nos sine, ne fastidio capiamur. Proverbium suadet, ut nimium in re evitantes modum rectum semper teneamus.

٣٧ وَرِيَتْ بِكَ زِنَادِي وَزَهَرَتْ بِكَ نَارِي

37. Ignitabulum tuum ignem mihi emisit; Ignis tuus mihi splenduit.

Id est: Tu fecisti id quod mihi auxilio erat. Duo proverbia, quae in felici rei successu adhibentur.

٣٨ وِجْدَانُ الرِّقِينِ يُغَطِّي أَفَنَ الأَفِينِ

38. Drachmae inventae stupiditatem stupidi tegunt.

Praestantiam divitiarum proverbium ostendit. Kamusi auctor proverbium sic adnotavit: ان الرقين يغطى افن الافين »Drachmae stupiditatem stupidi tegunt«. conf. s. v. افن

٣٩ وَشْكَانَ ذَا إِذَابَةً وَحَقْنًا

39. Quam celeriter hoc (butyrum) liquefactum et in utrem inditum fuit!

Proverbium significat, rem celeriter accidere et de eo quoque dicitur, qui rem ante tempus suum annuntiat. In Samachscharii opere proverbium sequens legitur: لوشكان

اهالة إنّ »Profecto! Celeriter hoc liquefit«. Narrant, stupidum ovem macram, cuius e naso mucor flueret, emisse. Quem quum mater ob istam rem vituperaret, verba proverbii eum dixisse, quippe quum putaret, liquefactum adipem effluere.

٤٠ وَقَعَ عَلَى ٱلشَّحْمَةِ الرُّقَّة

40. Incidit in adipem cito liquescentem.

Verius dicitur رُكَى, at vulgus dicit رُقَّ. Unum alteri in negotio opem necessariam non ferre, proverbium significat. Meid. Kam. In Samachscharii opere legitur: يضرب لمن وقع على امر لا يقاسى فيه عناء »De viro adhibetur, qui in rem incidit, in qua molestias non perfert«

٤١ وَقَعُوا فِى عَاثُور شَرّ وعَافُور شَرّ

41. Inciderunt in fossam calamitatis.

Vocabulum عاثور fossam, quae ad capiendum leonem et unde egressus non est, paratur, significat. Vocabulum عافور eandem significationem habet. Duplici igitur modo dicitur: وقعوا فى عاثور شر et وقعوا فى عافور شر. Proverbii sensus est: In calamitatem, quam effugere non poterant, inciderunt. conf. Kam. s. عفر, Djeuh. s. عثر

٤٢ أَوْهَيْتَ وَهْيًا فَارْقَعْهُ

42. Lacerasti; repara igitur id!

Si rem corrupisti, vitium corrigendum est. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere اوسعت وهيا legitur.

٤٣ أَوْدَتْ أَرْضٌ وَأَوْدَى عَامِرُهَا

43. Periit terra et eam colens periit.

De re dicitur, quae evanuit, dum simul is abiit, qui eam reparare solebat.

٤٤ وَيْلٌ لِلشَّجِيِّ مِنَ الْخَلِيِّ

44. Vae! curis presso a curis libero!

Id est: Quamnam utilitatem ille ab hoc capere potest? De hoc proverbio conf. C. XIV, 30. Alio autem modo, quo ibi res relata est, Almadajenius et Mohammedes ben-Selam Aldjomhi rem narrant. Actsamo ben-Zaifi Tamimitae verba ista tribuuntur, Actsamus enim grandaevus, quum Mohammedes in oppido Mecca homines, ut suam religionem sequerentur, invitaret, filium suum misit, qui ipsi, quid esset, nuntiaret et tum rei certior factus gentem suam, ut Mohammedis res adjuvaret, cohortatus est. Malicus autem Nowairahi filius Actsami verbis auditis dixit: Princeps vester mente alienatus est. Actsamus ista tum proverbii verba dixit. conf. Harir. ٥٥٩

٤٥ وَرَدُوا حِيَاضَ غُتَيْمٍ

45. Descenderunt ad lacum mortis.

Vocabulum غتيم Alashario' mortis nomen est, quod a significatione aestus vehementis et suffocantis derivatum esse dicit. In Samachscharii opere ورد legitur.

٤٦ وَسِّعْ رِقَاعُ قَوْمَكَ

46. O Rikahe! genti tuae rerum copiam da!

Rikah nomen viri maligni est. Moarredjus dixit, proverbium hoc interdum in bonam partem accipi, maxime autem in malam partem. De eo dicitur, qui contra gentem suam iniustus est.

٤٧ وَرِثْتُهُ عَنْ عَمَّةٍ رَقُوبٍ

47. Haereditate accepi illud ab amita liberis orba.

Ea, quae liberis orba est, clementissima in filium fratris sui esse solet.

٤٨ وَقَعُوا فِى تُغَلِّس

48. Inciderunt in calamitatem.

Sunt quoque, qui تغلس cum Dhamma litterae Lam efferant.

٤٩ وَلِّ حَارَّهَا مَنْ وُلِّى قَارَّهَا

49. Praefice calido eius eum, qui praefuit frigido eius!

Legitur quoque من تولى. Verba haec Ohmarus ben-Alchaththab aut Ahtabaho ben-Ghaswan aut Abu-Masuhdo Alanzari dixit. i. e. Onus tuum ei impone, qui ex te utilitatem cepit.

٥٠ وَا حَبَّذَا وَطَاةُ ٱلْمُمِيْل

59. Eheu! quam pulcher est incessus inclinationis!

Verba haec vir iumento vehens dixit, quum vituperatus esset, quod in latus inclinaretur. Vulneravit autem iumenti sui dorsum. In eum dicitur, qui bonum consilium non admittit.

٥١ وَاَهْلُ عَمْرٍو قَدْ اَضَلُّوهُ

51. Et gens Ahmrui eum in errorem induxit.

Meidanius hoc scholion habet: قالوا هو عمرو بن الاحوص ابن جعفر بن كلاب قاله ابوه لما قتل عمرو فلم يرجع اليه والمثل هكذا يضرب مع الواو فى واهل لما اهلكه صاحبه بيده „Dixerunt, eum esse Ahmruum ben-Alahwaz ben-Djahfar ben-Cilab et patrem eius ista verba dixisse, quum Ahmruus occisus esset, nam ad eum non redierat. Proverbium autem sic adhibetur cum littera و in واهل, quum auctor

manu sua eam delevisset«. In Samachscharii autem opere sic legitur: هو عمرو بن الاحوص بن جعفر بن كلاب غزا بنى حنظلة فى يوم ذى نجب فقتله خالد بن مالك بن ربعى وكان ابوه شديد المحبة له وكان اذا سمع باكية قال ذلك يضرب بـتاسى المصاب بالمصاب »Is est Ahmruus ben-Alahwaz ben-Djahfar ben-Cilab, qui die Dsu-Nadjab in gentem Banu-Henthselah incursionem fecerat. Occiderat eum Chalidus ben-Malic ben-Ribih. Pater eum vehementer amabat et quum plorantem audiret ista verba dixit. Adhibetur proverbium, quum adflictus ex adflicto solatium capit.

٥٢ أَوْدَى دَرِمٌ

52. Periit Darimus.

Narravit Abu-Ahmruus, Alnohmanum ben-Almondsir persecutum esse Darimum ben-Dobb-ben Morrah ben-Dsohl ben-Schaiban et praemium ei promisisse, qui eum adduceret. Quidam viro potiti sunt, sed antequam eum ad Alnohmanum adducere poterant, mortem obiit. De eo dicitur, a quo vindicta sumi non potest. Duplex autem est huiusce proverbii legendi modus, unus quem adnotavit auctor libri الجمهرة appellati اودى دارم, alter, quem Samachscharius in libro suo اودى كما اودى دارم »Periit sicut periit Darimus« adnotavit. Alii dicunt, proverbium de re, quae effugit et praeteriit, adhiberi, Darimum autem fuisse viri nomen, qui, pabulum ut quaereret, missus periisset. Dixit poeta Alahscha.:

وَلَمْ يُودِ مَنْ أَنْتَ تَسْعَى لَهُ كَمَا قِيلَ فِى الْحَرْبِ أَوْدَى دَرِمْ

»Non periit is, cui tu in bello operam dabas, sicut dictum fuit: Periit Darim«.

Metrum Motakarib est. p. 281. conf. prov. 69.

٥٣ وَلْغُ جُرَيٍّ كَانَ مَحْشُومًا

53. Sorbitio catuli parvi, qui pudore adfectus erat.

Talis legitur huiusce proverbii explicatio in scholiis: Dixit Ebn-Alahrabius, حشمته idem esse, quod اخجلته »pudore eum adfecisti«. Legitur quoque sic proverbium: ولغ جرى كلب محسوما »Sorbitio catuli parvi, qui male nutritus erat«. Tali modo Ebn-Cetswahus (ابن كثواة) proverbium retulit. Significat proverbium, avidum multum rei expetere, qua potiri possit, postquam potiundi copiam non habebat. conf. Samach.

٥٤ وَجَدْتَنِي الشَّحْمَةَ ٱلرُّقَّ طَرَفًا

54. Invenisti me adipem cito liquescentem in latere.

Id est: Tenuem in latere, ut nil te a me retineret. nullave in me tibi resistendi facultas esset. In Kamusi opere legitur: وَجَدْتَنِي الشَّحْمَةَ الرُّقَّى عَلَيْهَا الْمَأْتَى »Invenit me adipem cito liquescentem, ad quem perveniri potest«. Explicandi causa additum est: يقولها لصاحبه اذا استضعفه »Haec verba socio suo dicit, quem debilem esse putat«.

٥٥ وَلُوعٌ وَلَيْسَ لِشَيْءٍ مَرَدٌّ

55 Cupidus et nulla res redditur.

Cupidus est rei, qua potiri non potest et nulla res, quam vult, ei conceditur.

٥٦ وَقَعُوا فِي أُمِّ خِنَّوْرٍ

56. Inciderunt in fortunam secundam.

Duplex proverbii explicandi ratio est, dum Abu-

Ahmruus admisit, ut خنور ام fortunae secundae cognomen sit, sed alii infortunii significationem voci tribuunt. Vox خنور duplici quoque modo aut Channur aut Chinnaur enunciatur.

٥٧ وَيَشْرَبُ جَمَلُهَا مِنَ ٱلْمَاءِ

57. Et camela eius aquam bibit.

Proverbii originem talem fuisse narrant. Vir uxorem, quam odio habebat, repudio dimiserat. Aliquo tempore post in camelis vehentes mulieres rogarunt, ut camelis bibendum daret. Quod faciens quum inter caeteros suae repudio dimissae uxoris camelum conspiceret, ista verba dixit, quibus irridendi causa in odiosum utuntur.

٥٨ وَعَدَهُ عِدَةَ ٱلثُّرَيَّا بِٱلْقَمَرِ

58. Promisit ei modo, quo Plejades lunae promittuntur.

Sic dicitur, quoniam Plejades et Luna quovis mense semel occurrunt.

٥٩ أَوْرَدْتَ مَا لَمْ تُصْدِرْ

59. Ab aqua adduxisti id, quod ad aquam non adduxisti.

Id est: Verba locutus est, quae ad te revocare non potes vel turpe factum perfecisti.

٦٠ وَا بُطَيْنَا بَطْنْ

60. Eheu! Bothaine! ab interiore parte seca!

Narrant, plures puellam sibi in matrimonium petiisse. Patrem autem iis secandam proposuisse pedis anterioris anteriorem

partem et promisisse, se ei qui secando compagem bene attigisset, puellam in matrimonium daturum esse. Quod quum plures frustra tentassent, adolescenti Bothain appellato, qui puellae placeret, id faciendum fuisse. Cui ut secandi modum puella indicaret, ista verba eam dixisse. Proverbii autem verba in prudentia et quum quis rem assequitur, adhibentur.

٦١ وَلَدَتْ رَأْسًا عَلَى رَأْسٍ

61. Peperit caput super capite.

De muliere dicitur, quae quovis anno filium parit.

٦٢ وَيْلٌ أَهْوَنُ مِنْ وَيْلَيْنِ

62. Calamitas una levior est, quam duae calamitates

Conf. C. II, 28. et Harir. p. ٢٩٣. Solatii causa haec verba dicuntur.

٦٣ وَيْلٌ لِعَالِمِ أَمْرٍ مِنْ جَاهِلِهِ

63. Vae ei, qui rem scit, ab eo, qui rei ignarus est!

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur. Proverbium quoque hoc modo legitur ويل عالم امر من جاهله.

٦٤ وَرَاءَكَ أَوْسَعُ لَكَ

64. Pone te est amplior tibi.

Id est: Retromane, ampliorem enim tibi locum invenies. Contrario sensu dicitur: امامك اوسع لك »Ante te est amplior tibi«, i. e. praecede!

٦٥ وَجْهُ عَدُوِّكَ يُعْرِبُ عَنْ ضَمِيرِهِ

65. Facies inimici tui animum diserte explicat.

Simili ratione dicitur: البغض يبديه لك العينان Odium tibi oculi duo ostendunt«.

٦٦ وَهَلْ يُغْنِى مِنَ ٱلْحَدَثَانِ لَيْتَ

66. Num vocabulum utinam contra casus fortunae tibi utile est?

Similis sensus verbis ان ليتا وان لوا عناء »Vox utinam et vox si est molestia«. C. I, 429.

٦٧ أَوْسَعُ ٱلْقَوْمِ ثَوْبًا

67. Inter gentem largissimam vestem habens.

I. e. Eorum beneficentissimus et potentissimus. Simili ratione liberalis غمر الرداء »tegens pallium habens« appellatur.

٦٨ ٱلْوَفَاءُ مِنَ ٱللّٰهِ بِمَكَانٍ

68. Fidei apud Deum locus est.

Id est: Fides in promissis Deo grata est. Proverbium igitur laudem fidei continet.

٦٩ ٱلْوَاقِيَةُ خَيْرٌ مِنَ ٱلرَّاقِيَةِ

69. Custodia melior est, quam incantatio.

Hoc in proverbio voci راقية eadem ratio quam voci الواقية esse videtur, ut pro رقية sit. Si Deus nos servat, melius est, quam si incantamentis utimur. Sanitatem esse pro praeda habendam proverbium docet.

٧٠ أَوْدَى عَتِيبٌ

70. Periit Ahtibus.

Dixit Ebn-Alcalbius: Viri huiusce nomen est Ahtibus ben-Aslam ben-Malic ben-Schanuah ben-Kodail et ab eo gens Jemanensis originem et nomen duxit. Cuius gentis viros quum in captivitatem abduxisset rex quidam, et servos eos fecisset, sperabant, fore, ut si parvuli, quos reliquissent, adulti essent, liberarentur. Quae spes eos omnino fefellit. Inde factum est, ut Arabes dicerent: Periit Ahtibus, quemadmodum dicunt: Periit Darimus (prov. 51) Dixit Ahdijjus ben-Said:

تُرَجِّيهَا وَقَدْ وَقَعَتْ بِقُرٍّ كَمَا تَرْجُو أَصَاغِرَهَا عُتَيْبُ

»Tu in ea spem ponis et iam incidit in locum, ubi manet, quemadmodum gens Ahtib in parvulis suis spem ponit.«

Metrum Wafir est. p. 204.

In Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus proverbium sic legitur: أَوْدَى كَمَا أَوْدَى عُتَيْبُ »Periit quemadmodum gens Ahtib periit«.

٧١ وَقَعُوا فِى أُمِّ عُبَيْدٍ تَصَايَحُ حَيَّاتُهَا

71. Incidit in matrem Ohbaidi (desertum), cuius serpentes sibilant.

In calamitatem et periculum magnum inciderunt.

٧٢ وَلُودُ ٱلْوَعْدِ عَاقِرُ ٱلْإِنْجَازِ

72. Promissum pariens sterilis in complendo (promisso).

De eo dicitur, qui multa promittit, sed promissis non satisfacit.

٧٣ وَجَدْتُهُ لَابِسًا أُذُنَيْهِ

73. Inveni eum aures suas tegentem.

Id est: Socordem. Dixit poeta:

لَبِسْتُ لِغَالِبٍ أُذُنَيَّ حَتَّى أَرَادَ بِرَهْطِهِ أَنْ يَأْكُلُونِي

»Ghalibo aures meas texi, ut cum gente sua me edere vellet«. Metrum Wafir est. p. 204.

٧٤ وُصِلَ رَبِيعُهُ بِصَرَّةٍ

74. Coniunctum fuit eius ver cum macie.

Id est: Mutata fuit vitae ratio, ut malum cum bono coniunctum esset.

٧٥ وَقَعْتِ فِي مَرْتَعَةٍ فَعِيثِي

75. Incidisti in opum copiam; grassare igitur!

In eum dicitur, qui opes suas non bene administrat, quum multarum opum copia ei sit. In Kamusi opere proverbium sic legitur: وقعت في مـرتعة فعيشي »Incidisti in opulentiam; vive igitur!« Ex Samachscharii sententia ista verba stultae feminae, quae opes suas non bene administrat, dicuntur.

٧٦ أَلْوَحْشَةُ ذَهَابُ ٱلْأَعْلَامِ

76. Metus est abitus principum.

Verba proverbii Actsamo adscribuntur. Metuunt homines, quando principes desunt, ad quos in periculis confugiant. Dixit poeta:

لَعَمْرُكَ مَا ٱلرَّزِيَّةُ فَقْدُ مَالٍ وَلَا فَرَسٌ يَمُوتُ وَلَا بَعِيرُ

وَلٰكِنَّ ٱلرَّزِيَّةَ فَقْدُ حُرٍّ يَمُوتُ لِمَوْتِهِ بَشَرٌ كَثِيرُ

»Per vitam tuam! Calamitas non est defectus opum et non quod equus moritur aut camelus; sed calamitas est

defectus generosi, ob cuius mortem homines multi moriuntur.« Metrum Wafir est. p. 204.

٧٧ وَدَّعَ مَالًا مُودِعُهُ

77. Qui opes alii asservandas tradit, iis valedixit.

Fieri enim potest, ut opes ipsi non reddantur. Proverbium de parva fiducia adhibetur Samach.

٧٨ اَلْوَقْسُ يُعْدِى فَتَعَدَّ ٱلْوَقْسَا مَنْ يَدْنُ لِلْوَقْسِ
يُلَاقِ تَعْسَا

78. Scabies contagio inficit; transi igitur ad scabiem! Qui ad scabiem adpropinquat, is calamitati occurrit.

Proverbium monet, ut pravos fugiamus, ne malitiâ eorum inficiamur. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: الوقس يعدى فتعد الوقس »Scabies contagio inficit; transi igitur ad scabiem«. In Scharaf-Aldini opere sic: الوقس يعدى فتوق الوقس »Scabies contagio inficit; scabiem igitur cave!“ Sequentem versum adnotavit:

اَلْوَقْسُ يُعْدِى فَتَوَقَّ ٱلْوَقْسَا مَنْ يَذُقِ الْوَقْسَ يُلَاقِ تَعْسَا

»Scabies contagio inficit; scabiem igitur cave! Qui scabiem gustat, exitio occurrit«.

Metrum Sarih est. p. 246.

٧٩ وَقَعُوا فِى هُوَّةٍ تَتَرَامَى بِهِمْ أَرْجَاؤُهَا

79. Inciderunt in barathrum, cuius latera eos invicem proiecerunt.

In summam calamitatem irruerunt.

٨٠ وَرِيًّا يُقَطِّعُ ٱلْعِظَامَ بَرْيًا

80. Pure (eum adficiat Deus), quod ossa extenuando disrumpit!

Initio proverbii verba وراء الله »Pure cum Deus adficiat!« supplenda sunt. Verbis autem hisce, quibus metrum Sarih esse videtur (p. 246), homini mala imprecantur.

٨١ وَقَعُوا فِي ضِلَعٍ مُنْكَرَةٍ

81. Inciderunt in regionem petrosam ingratam.

Vocabulo ضلع hoc in proverbio significatio regionis inaequalis vel petrosae similis costae tribuenda videtur. De eo dicitur, qui in rem ingratam incidit.

٨٢ وَقَعُوا فِي حَرَّةٍ رَجِيلَةٍ

82. Inciderunt in terram lapidosam, asperam.

In rem ingratam et difficilem inciderunt.

٨٣ وَشِيعَةٌ فِيهَا ذِيَابٌ وَنَقَدٌ

83. Caula e virgis facta, in qua lupi sunt et oves parvae.

Proverbio, cui metrum Redjes est p. 230, locus significatur, in quo iniusti sunt et debiles adiutoribus destituti.

٨٤ أَوْدَى بِلُبِّ ٱلْحَازِمِ ٱلْمَطْرُوقُ

84. Prudentis consilium infirmus mente abstulit.

In prudentem dicitur, quem ignorans decepit. Aut metrum Redjes aut Sarih verbis esse videtur. p. 230. 346.

٨٥ وَمَوْرِدُ ٱلْجَهْلِ وَبِيُّ ٱلْمَنْهَلِ

85. Locus aquae ignorantiae est locus aquae haud salutaris.

Vocabulum وبى aquam pecori haud utilem, ut non pinguefiat, significat. Sed in codice Berol. legitur الوبىء in Lugd. الدنى »vilis«. Monet nos proverbium, ut ignorantiae vitium evitemus. Metrum Redjes (p. 230) est.

٨٦ أُورِدْتَ مَآءً نَامَ عَنْهُ ٱلْفَارِطُ

86. Ad aquam adductus es, ad quam praecessurus dormivit.

Ad aquam adductus es et sine molestia bibere potuisti, quum nemo eam ante te occupasset. Proverbium igitur significat, virum sine molestia negotium suum perfecisse.

Metrum Redjes est. p. 230.

٨٧ أَوَدُّ مِنْ عَيْشِكَ شَوْكُ ٱلْعُرْفُطِ

87. Magis amata, quam vita tua est spina fruticis Ohrfoth.

Vocabulum عرفط speciem fruticis vel arboris designat, quae ad genus عضاه appellatum pertinet. Id est: Vita tua durior est, quam illa spina. De eo dicitur, cuius vita perquam molesta et dura est. Metrum Redjes est. p. 230.

٨٨ أَوْقَدَ فِي ظَلِيفَةٍ لَا تُسْلَكُ

88. Ignem accendit in terra dura, in qua viator non est.

Sic viri magna avaritia describitur, nam qui in terra tali ignem accendit, ad eum viatores hospitii causa non accedunt. Metrum Redjes est. p. 230.

٨٩ وَاحِدَةٌ جَاءَتْ مِنَ ٱلسَّبْعِ ٱلْمُعْرِ

89. Una advenit ex septem pilos non habentibus.

Id est: Una calamitas ex septem non occultis ei supervenit. De viro dicitur, qui monitus ut caveret, cautionem omisit et calamitate obrutus est.

٩٠ وَحْيٌ فِى حَجَرٍ

90. Scriptura in lapide.

In secretis adhibetur. Secretum tuum scripturae in lapide simile est, siquidem lapis secretum non divulgat. Usurpatur quoque de re apparente. Samachsch.

٩١ وَقَعَ ٱلْكَلْبُ عَلَى ٱلذِّيبِ

91. Cecidit canis super lupum.

Verba haec Ahcramahus, cliens Ebn-Ahbbasi dixisse fertur. Vir quidam alterius opes diripuerat. Post ille alter, quum faciendi potestatem nactus esset, idem fecit. Ahcramahus hac de re interrogatus, ista verba respondit. Proverbium significat, quendam ab iniusto se vindicasse.

٩٢ أَوْلَى ٱلْأُمُورِ بِٱلنَّجَاحِ ٱلْمُوَاظَبَةُ وَٱلْإِلْحَاحُ

92. Perseverantissimus et constantissimus quisque optimum in rebus successum habet.

Monemur, ut constantes et perseverantes in rebus tractandis simus.

Forma comparativi.

—

٩٣ أَوْفَى مِنَ ٱلسَّمَوْءَلِ

93. Fidelior, quam Samuel.

Samuel ben-Hajjan ben-Ahdija Iudaeus Amru-l'Kaisi ben-Hodjr ad imperatorem Graecorum proficiscentis depositas loricas habebat. Mortuo Ahmru-l'Kaiso rex quidam Syriae contra Samuelem exercitum ducens istas loricas postulavit. Tempore autem quo Samuelem in arce sua oppugnabat, filius ex arce prodierat. Hunc ille rex captivum factum ad muros adduxit minitans, nisi loricae sibi traderentur, se filium trucidaturum esse et quum Samueles, licet omnes sui, ut loricas traderet, suasissent, rem denegaret, minas perfecit. Rex autem frustratus, quum in regionem suam reversus esset, Samueles in nundinis Ohcatsi loricas illas Ahmru-l'Kaisi haeredibus tradidit. Rem ipse versibus hisce descripsit:

وَفَيْتُ بِأَدْرُعِ ٱلْكِنْدِيِّ إِنِّى إِذَا مَا خَانَ أَقْوَامٌ وَفَيْتُ

وَقَالُوا إِنَّهُ كَنْزٌ رَغِيبٌ فَلَا وَٱللّٰهِ أَغْدِرُ مَا مَشَيْتُ

بَنَى لِى عَادِيَا حِصْنًا حَصِينًا وَمَاءً كُلَّمَا شِئْتُ ٱسْتَقَيْتُ

طِمِرًّا تَزْلَقُ ٱلْعِقْبَانُ عَنْهُ إِذَا مَا نَابَنِى ظُلْمٌ أَبَيْتُ

„Fidus fui in loricis reddendis, nam ego, quotiescunque alii perfidi sunt, fidelis sum. Et dixerunt: Thesaurus desiderandus est; sed, per Deum! Ego perfidus non sum, quamdiu in terra incedo. Aedificavit mihi Ahdija arcem

firmam et aquam, quotiescunque volo, haurio, petram in coelo elatam, a quo aquilae delabuntur (quum glaber sit). Quotiescunque iniustitia me petit, recuso.“

Metrum Wafir est. p. 204.

Poeta Alahscha istam rem versibus pulchre narravit:

كن كالسموءل اذ طاف الهمام به في جحفل كزهاء الليل جرار
بالابلق الفرد من تيماء منزله حصن حصين وجار غير غدار
اذ سامه خطتى خسف فقال له مهما تقله فانى سامع حار
فقال غدر وثكل انت بينهما فاختر وما فيهما حظ لمختار
فشك غير طويل ثم قال له اقتل اسيرك انى مانع جارى
عندى له خلف ان كنت قاتله وان قتلت كريما غير عوار
فقال تقدمة اذ قام يقتله اشرف سموءل فانظر للدم الجارى
أأقتل ابنك صبرا او تجى به طوعا فانكر هذا اى انكار
فشك اوداجه والصدر في مضض عليه منطويا كاللذع بالنار
واختار ادراعه الا يسب بها ولم يكن عهده فيها بختار
وقال لا اشترى عارا بمكرمة فاختار مكرمة الدنيا على العار
والصبر منه قديما شيمة خلق وزنده في الوفاء الثاقب الوارى

„Sis ut Samuel, quum eum circumdaret heros cum exercitu magno, simili noctis agmini, multis impedimentis gravi. In arce Alablak Alfard regionis Taima, eius habitaculum erat arx firma et vicinus haud perfidus. Quum duas res noxias ei proponeret, dixerat enim ei: Quid di-

cis, ego audiens sum, dignus[1]). Et dixit: Inter perfidiam et orbitatem tu es; elige igitur et non in iis eligenti portio bona est. Sed non diu dubitans, ei dixit: Occide captivum tuum, ego vicinum meum defendo. Apud me ei successor est, si tu eum occidis, licet generosum, haud impavidum occidis. Tum alter dixit (filium) procedere iubens, quum eum occidere paratus esset: Adspice, o Samuel, et vide sanguinem fluentem! Num occidam filium tuum ligatum an tu obediens venies? Ille autem hoc omnimodo recusavit. Tum eius venas in collo diffidit[2]) et pectus erat dolore adfectus propter eum dum erat complicatum, sicut ustio per ignem. Et elegit loricas suas, ne propter eas dedecore adficeretur et promissum, quod de iis dederat, perfidum non erat. Et dixit: Loco actionis generosae dedecus non emo, et generose agere in hoc mundo dedecori praetulit. Constantia enim ab antiquo tempore eius innata indoles erat et eius ignitabulum fidei scintillas emittens accendit.“

٩٤ أَوْفَى مِنْ عَوْفِ بْنِ مُحَلَّمٍ

94. Fidelior, quam Auhfus ben-Mohallem.

Merwanus Alkarits[3]) ben-Sinbah incursionem hostilem in gentem Becr ben-Wajel appellatam fecerat. Gens autem illa quum exercitus redeuntis vestigia sequeretur, accidit, ut vir quidam, qui eum non cognosceret, Merwanum ipsum captivum faceret. Mater redeuntem et ob captivum superbia elatum videns dixit: Tu superbire mihi

1) حار quod in pluribus codicibus legitur idem esse videtur, quod حر dignus, conveniens.

2) شك hoc in loco est pro شق.

3) Cognomen inde accepit, quod in terram Jemanensem, regionem, ubi fructus acaciae قرظ frequentes erant, incursiones facere solebat.

videris non aliter ac si ipsum Merwanum captivum fecisses. Tum Merwanus dixit: Et tu quid a Merwano speras? Magnum lytrum, respondit mulier; et quantum? ille interrogare perrexit. Mulier quum centum camelos se sperare dixisset, Merwanus tot camelos ei promisit, si ipsum ad Chomaaham filiam Auhfi ben-Mohallem duxisset. Merwanus enim hanc Auhfi filiam ab Ahmruo ben-Karib et Dsuabo ben-Asma, qui eam captivam fecerant tempore, quo gens Banu-Ahbs tentorium mortui Laitsi ben-Malic, cui nupta fuerat, diriperent, in libertatem vindicaverat. Factum est. Interim Ahmruus ben-Hind de re certior factus, quippe qui iratus contra Merwanum iuraverat, se veniam ei daturum non esse, donec manum suam in manu eius posuisset ad Auhfum, ut illum ad ipsum adduceret, misit. Auhfus autem se id facere non posse dixit, nisi permitteret, ut suam manum inter manus utriusque haberet. Venia tum Merwano data Ahmruus dixit: لا حر في وادى عوف „Non est liber in valle Auhfi. Conf. Cap. XXIII, 403.

٩٥ أَوْفَى مِنَ الْحَارِثِ بْنِ ظَالِمٍ

95. Fidelior, quam Alharithsus ben-Thsalim.

Narrant, Ihjadhum ben-Daihats ad Alharitsi pastores, aquam camelis haurientes, transeuntem veniam rogasse suis camelis aquam hauriendi. Venia data, quum funis eius nimis brevis esset, pastores Haritsi funis partem, quam cum suo coniungeret, ei commodasse. Re autem finita quum Ahmrui ben-Alnohman regis ministri camelos diriperent, virum clamasse: O vicine opem fer! Alharitsus quum ista verba pronuntiantem audiret, dixisse: Quando vicinus tuus eram? Alterum autem respondisse: Funem tuum cum meo coniunxi, et tu camelis meis potum dedisti; et dum aqua tua in ventribus camelorum meorum erat, impetus in eos factus est. Alharitsum tum vicinitatis iura agnoscentem rogasse Alnohmanum, ut sibi Ihjadhi opes redde-

rentur. Alnohmanum autem, ut significaret, Alharitsum Chalidum ben-Djafar ben-Cilab, qui vicinus Alaswadi ben-Almondsir esset, occidisse, dixisse: افلا تشد ما وهى من اديمك „Nonne tu corii tui partem ruptam firmiter ligas?“ Alharitsum autem respondisse: هل تعدون الحلبة الى نفسى „Num equos ad certamen prodeuntes ad me veniens transibis?« quibus verbis, quae in proverbii consuetudinem venerint, significaret, eum, si ipsum perderet, nullum nisi ipsum occideret. Alnohmanum autem istis verbis commotum, opes raptas reddidisse.

٩٦ أَوْفَى مِنْ أُمِّ جَمِيلٍ

96. Fidelior, quam Omm-Djamila.

Mulier ista ad familiam Abu-Horairahi ben-Dus, Alsarat incolentem pertinebat. Heschamus ben-Alwal.d ben-Almoghirah Machsumita occiderat Abu-Sohairum Alsahrani, qui ad tribum Asd Schanuah pertinebat et propinquus Abu-Sofjani ben-Harb erat. Re audita eius gens in oppido Alsarat in Dhirarum ben-Alchaththab, ut eum pro illo occideret, irruit. At hic in domum Omm-Djamilae fugiens ab ea convocatis suis defensus est.

٩٧ أَوْفَى مِنْ أَبِي حَنْبَلٍ الطَّائِيِّ

97. Fidelior, quam Abu-Hanbalus Thajjita.

Viri nomen erat Haritsah ben-Morr. Causa proverbii erat, quod Amru-l'Kaiso cum uxoribus, opibus armisque ad eum devertenti fidem servaverat. Duae autem uxores ei erant una Djodalitica altera Tsoahlitica, quarum prior, ut fidem falleret, altera ut servaret, suadebat. Quarum consilium quum audivisset, ovem bimam mulsit et lac eius bibens et ventrem suum detergens dixit: Per Deum! Non perfide agam, quamdiu lac ovis bimae mihi suffecit, et sequentes versus recitavit:

لَقَدْ آلَيْتُ أَغْدِرُ فِى جَدَاعِ وَإِنْ مُنِّيتُ أُمَّاتِ ٱلرِّبَاعِ

لِأَنَّ ٱلْغَدْرَ فِى ٱلْأَقْوَامِ عَارٌ وَإِنَّ ٱلْحُرَّ يَجْزَأُ بِٱلْكُرَاعِ

„Iam iuravi anno sterili me perfidum non futurum esse, et si septennes camelae mihi decernerentur; nam perfidia inter gentes ignominiae est et ingenuo pars cruris tenuior sufficit."

Metrum Wafir est. p. 204.

Tum illa prior eius crura tenuia videns ludibrii causa dixit: تالله ما رايت كاليوم ساقى واف „Per Deum! Non vidi sicut hodie duo crura fidem servantis! At ille Abu-Hanbalus dixit: هما ساقا غادر شر „Ea tanquam crura perfidi malum essent," quae verba in proverbii consuetudinem venerunt.

٩٨ أَوْفَى مِنَ ٱلْحَرِثِ بْنِ عَبَّادٍ

98. Fidelior, quam Alharitsus ben-Ahbbad.

Alharitsus Ahdijjum ben-Rabiah captivum fecerat. Hic ei, quem non cognosceret, promisit, se ipsum libertate donaturum esse, si ei Ahdijjum indicaret. Quum alter se promittere diceret, postulavit, ut Auhfus ben-Mohallem promissi sponsor esset. Qui quum sponsionem interposuisset, se ipsum Ahdijjum esse dicens e captivitate dimissus est. Alharitsus autem hunc versum dixit:

لَهْفَ نَفْسِى عَلَى عَدِيٍّ وَقَدْ أَسْقَبَ لِلْمَوْتِ وَٱحْتَوَتْهُ ٱلْيَدَانِ

„Heu animam meam propter Ahdijjum! Nam morti propinquus erat, et manus duae eo potiti erant."

Metrum Chafif est. p. 262.

٩٩ أَوْفَى مِنْ خُمَاعَةَ

99. Fidelior, quam Chomaah.

Est filiae Auhfi ben-Mohallem nomen, cuius mentio facta est in proverbio 94.

١٠٠ أَوْفَى مِنْ فُكَيْهَةَ

100. Fidelior, quam Focaihah.

Mulier est ad gentem Banu-Kais ben-Tsahlabah pertinens. Hamsahus dixit, eam fuisse filiam Ketadahi ben-Maschnu, materteram Tharafahi poetae celeberrimi, quia Tharafahi mater Waradaha filia Ketedahi erat. Narrant, Solaicum ben-Solacah in gentem Becr ben-Wajel incursionem facturum propter eorum vigilentiam praedandi occasionem non invenisse. Tum, quum ad aquam venientis vestigia cognovissent, eos exspectasse, donec potu satiatus recederet. In cursu autem, cuius celeritati confideret, salutem petere coactum, eum multitudine aquae, quam bibisset, impeditum fuisse, ita ut sub Fokaihahae indusio se abscondere cogeretur. Illam autem fratribus et filiis convocatis persecutores repulisse. Istam vero rem Solaicus versibus hisce celebravit.:

لَعَمْرُ أَبِيكَ وَٱلْأَنْبَاءُ تَنْمِي لَنِعْمَ ٱلْجَارُ أُخْتُ بَنِي عُوَارَا

عَنَيْتُ بِهَا فُكَيْهَةَ حِينَ قَامَتْ لِنَصْلِ ٱلسَّيْفِ فَٱنْتَزَعُوا ٱلْخِمَارَا

مِنَ ٱلْخَفِرَاتِ لَمْ تَفْضَحْ أَخَاهَا وَلَمْ تَرْفَعْ لِوَالِدِهَا شَنَارَا

„Per vitam patris tui! et nuntii deferuntur, quam pulchra vicina est soror gentis Ohwar! Focaiham dico, quum staret contra gladii cuspidem, nam velum ei detraxerant. Propter defensiones fratrem suum ignominia non adfecit et patri suo dedecus non elevavit.“

Metrum Wafir est. p. 204.

١٠١ أَوْفَدُ مِنَ ٱلْحُبَيْرِينَ

101. Saepius accedentes ad reges, quam fracturas ossium reparantes.

Fracturas ossium reparantes المجبرون cognomen est, quod filii Ahbd-Manafi ben-Kozajj gerebant, qui inter omnes Arabes saepissime reges adire solebant. Conf. Cap. XXI, 132.

١٠٢ أَوْفَقُ لِلشَّىْءِ مِنْ شَنٍّ لِطَبَقَةٍ

102. Convenientior rei, quam Schannus Tabakahae.

Conf. Cap. XXVI, 1. Ebn-Alcalbius ab Alscharkijjo ben-Alkathami in legendo et explicando proverbio dissentiens sic retulit: اوفق من طبق لشن „Convenientior, quam Thabakus Schanno" vel لشنه. Dixit autem Thabak gentis nomen esse ad Ijad pertinentis, quam nemo unquam superavisset, Schannum ad Rabiah pertinuisse. Schannum ben-Akza ben-Dohmi ben-Djadilah ben-Asad ben-Rabiah ben Nesar impetum in illam facientem ei par fuisse, ut diceretur: وافق شنا طبقه „Schann suo Thabako conveniens erat" ut iste loquendi modus in proverbii consuetudinem veniens, duos robore vel alia re pares esse, significaret. Hunc quoque versum recitavit:

لَقِيَتْ شَنًّا إِيَادٌ بِٱلْقَنَى وَلَقَدْ وَافَقَ شَنًّا طَبَقَهْ

„Gens Ijad cum lanceis genti Schann obviam venerat et gens Schann genti suae Thabak par fuerat."

Metrum Raml est, p. 237.

Alii dicunt, vocabulum طبق significare agmen hominum alteri aequale; gentem autem Schann iter facientem genti occurrisse, a qua in fugam ageretur. Pronomen in voce طبقه ad vocem شن referatur, necesse esse, si لطبقه legatur. Alii denique dicunt, شن et طبقه virorum nomina fuisse, qui in proelio occurrerent. Dictum igitur esse وافق شن طبقة وافقه فاعتنقه „Convenit Schannus Thabaka-

ho, convenit ei, tum manu in collum iniecta cum eo pugnavit. Conf. prov. 1.

١٠٣ أَوْلَمُ مِنَ ٱلْأَشْعَثِ

103. Magis epulum instruens, quam Alaschahtsus.

Hic Alaschahtsus erat filius Kaisi ben-Mahdi Carb Cenditae. Cum pluribus a religione Mohammedica quum defecisset, ad Abu-Becrum captivus adductus est. Abu-Becrus e vinculis eum dimisit, et ob genus praeclarum, unde originem ducebat, matrimonio cum sua sorore Farwaha filia Abu-Kehafae coniunxit. Ab Abu-Becro exiens omnibus ipsi occurrentibus quadrupedibus tum camelis, tum equis, tum bobus suffragines dissecuit et in domum cuiusdam Medinensis, unius eorum, qui Mohammedi advenienti opem tulerat, secessit. Hoc videntes homines Abu-Becro nuntium tulerunt, eum iterum a religione defecisse. Misit igitur Abu-Becrus viros, qui eum caperent. At ille in tectum domus adscendens homines ita allocutus est: Ego inter vos, o Medinenses, peregrinus sum, et vobis epula instruxi. Edat igitur quilibet, quod velit. Sumserunt autem omnes Medinenses carnes, ut eius factum in proverbium veniret. Huiusce rei mentionem poeta sequentibus versibus fecit:

لَقَدْ أَوْلَمَ ٱلْكِنْدِىُّ يَوْمَ مِلَاكِهِ وَلِيمَةَ حَمَّالٍ لِثِقْلِ ٱلْعَظَائِمِ

لَقَدْ سَلَّ سَيْفًا كَانَ مُذْ كَانَ مُغْمَدًا لَدَا ٱلْحَرْبِ مِنْهُ فِى ٱلطُّلَا وَٱلْجَمَاجِمِ

فَأَغْمَدَهُ فِى كُلِّ بَكْرٍ وَسَابِحٍ وَعَيْرٍ وَثَوْرٍ فِى ٱلْحَشَى وَٱلْقَوَائِمِ

فَقُلْ لِلْفَتَى ٱلْكِنْدِىِّ يَوْمَ لِقَائِهِ ذَهَبْتَ بِأَسْنَى ذِكْرِ أَوْلَادِ آدَمِ

„Cindita die connubii sui praebuit epulum baiuli ob grave pondus magnarum bestiarum. Evaginavit gladium, qui

in bello, ex quo tempore in vagina reconditus erat, in collis et craniis erat. Iam eum in vagina recondidit omnis cameli iuvenci et equi velociter incedentis et asini et tauri in visceribus pedibusque. Dic autem viro Cinditae die occursus: Pulcherrimam hominum laudem abstulisti.“

Metrum Thawil est. p. 161.

١٠٤ أوفر فداء من الأشعث

104. Maiore lytro redemtus, quam Alaschahtsus.

Quum gens Modhidj eum captivum fecisset, tanto lytro, quantum nemo adhuc neque rex neque privatus dederat, se redemit, tribus millibus camelorum datis, pro regibus enim captivis mille cameli lytro dabantur. Huiusce rei Ahmruus ben-Mahdi Carb in versu mentionem fecit dicens:

فكان فداؤه ألفي قلوص وألفا من طريفات وتلد

„Et eius lytrum erat duo millia camelarum iuvencarum et mille cameli tum novi tum haereditate accepti.“

Metrum Wafir est. p. 204.

١٠٥ أوحى من عقوبة الفجاءة

105. Celerior, quam poena Alfodjahi.

In opere Scharaf-Aldini legitur: أوحى عقوبة من الفجاءة. Fodjahus ad gentem Banu-Solaim pertinens tempore Abu-Becri latrocinia faciebat. Qui quum captus et cum viro ad gentem Banu-Asad pertinente Schodjah ben-Warka appellato, qui in podice futuebatur, adductus esset, Abu-Becrus utrumque igne cremari iussit, ita ut prior ligatus, posterior haud ligatus iniiceretur. Prior statim in carbonem mutatus est, posterior exiens aliquo tempore post crematus

est. Talis erat verborum causa, quae Medinae incolae protulerunt.

١٠٦ أَوْغَلُ مِنْ طُفَيْلٍ

106. Bibentibus saepius superveniens, quam Thofailus.

Conf. Cap. XVI, 72. Contendit Abu-Ohbaidahus, eum Cufae incolam, cui nomen esset Thofail ben-Dallal, ad gentem Banu-Ahbd-Allah ben-Ghathfan pertinentem fuisse, qui haud invitatus ad epula accederet. Cognomen habet طفيل الاعراس Thofailus nuptiarum et طفيل العرايس Thofailus sponsarum. Qui quum primus omnium in oppidis tali modo ageret, factum est, ut eius agendi rationem imitans طفيلى appellaretur. Arabes campestres eum, qui ad cibum haud invitatus accedebat, وارش, ad potum accedentem autem واغل appellare solebant. Oppidani autem ei, qui ad cibum accedebat haud invitatus, nomen واغل dederunt. Sic eorum poeta in versibus:

أَوْغَلُ فِي ٱلتَّطْفِيلِ مِنْ ذُبَابِ عَلَى طَعَامٍ وَعَلَى شَرَابِ
لَوْ أَبْصَرَ ٱلرُّغْفَانَ فِي ٱلسَّحَابِ لَطَارَ فِي ٱلْجَوِّ بِلَا حِجَابِ

»Importunius ad epula aliorum accedens, quam musca ad cibum potumque. Si conspexisset liba in nubibus, profecto in aerem advolasset sine velo.«

Metrum Thawil est. p. 161.

Alazmäihus contendit, vocem طفيلى eum significare, qui haud invitatus ad homines intret, ut derivata sit significatio a طفل „supervenit nox diei", dum Abu-Ahmruus voci طفل obscuritatis significationem tribuit. Ebn-Alahrabius denique dixit, qui طفيلى appellatus esset, eum quoque لعمظى appellari.

١٠٧ أَوْلَغُ مِنْ كَلْبٍ

107. Magis inserta in vas lingua bibens, quam canis.

١٠٨ أَوْلَعُ مِنْ قِرْدٍ

108. Imitando magis deditus, quam simius.

١٠٩ أَوْضَحُ مِنْ مِرْآةِ ٱلْغَرِيبَةِ

109. Clarior, quam speculum peregrinae.
Conf. C. XXV, 115.

١١٠ أَوْطَأُ مِنَ ٱلرِّيَاءِ

110. Mollior, quam hypocrisis.

Scharaf-Aldinus scholion sequens habet: يعنى ان الريا وطى المركب لا يحتاج النفس الى كلفه فى تحصيله بل هو من طبعها الذى يحتاج فى التخلص منه الى احتمال مشقة وقال المبرد فى تفسيره ان اهل كل صناعة هم احذق بها ممن سواهم ومن ذلك ما يروى عن محمد بن واسع انه قال الاتقاء على العمل اشد من العمل يعنى انه يتقى عليه ان يشوبه حب الريا والسمعة ومن ذلك ما يحكى عن ابى قرة الجايع انه قال الحمية اشد من العلة وذلك ان المحتمى يتعجل الاذى فى ترك الشهوة لما يرجو من تعقب العافية „Id est: quod hypocrisis est molle iumentum et animae non opus est studium, ut eam consequatur; sed ea est pars naturae ipsius, ut natura ad se ab ea deliberandum molestias ferre debeat¹)

1) Comparatur hypocrisis cum iumento molli, quod molestiam non parat insidenti

Almobarredus in explicando proverbio dixit, artis cuiuslibet et sermonis possessores in eo esse solertiores quam caeteros. Hoc id spectat, quod de Mohammede ben-Wasih relatum est, eum nempe dixisse: Cautio propter opus molestior est, quum opus i. e. quod cavet, ne ipso (opere) permisceatur amor conspectus et auditus [1]). Hoc spectat quoque id, quod de Abu-Korraho Aldjaih retulerunt, eum dixisse, victus rationem (Diät) molestiorem esse, quam morbum, quia victus rationem habens cito noxam in antecessum capit, dum cupiditati suae non satisfacit ob spem sanitatis recuperandae".

١١١ أوحى من صدى ومن طرف الموق

111. Celerior, quam Echo et latus anguli interioris oculi.

١١٢ أوضع من ابن قرصع

112. Humilior, quam Ebn-Karzah.

Nomen viri vilissimi ex incolis regionis Iemen.

١١٣ أولج من ريح ومن زج

113. Magis intrans, quam ventus; quam cuspis ferrea in inferiorem hastae extremitatem.

١١٤ أوقل من وعل ومن غفر

114. Altius in montem adscendens, quam caper montanus; quam pullus rupicaprae.

---

1) I. e. Dum cupimus ab aliis in agendo audiri et conspici.

١١٥ أَوْثَبُ مِنْ فَهْدٍ

115. Magis insiliens, quam lupus cervarius.

١١٦ أَوْقَحُ مِنْ ذِيبٍ

116. Impudentior, quam lupus.

١١٧ أَوْقَى لِدَمِهِ مِنْ عَيْرٍ

117. Magis custodiens sanguinem suum, quam asinus silvester.

Conf. C. XVIII, 37. proverb. اوقى لدمه العير. De viro multum cauto adhibetur, nam inter bestias asinus silvester omnium cautissima est.

١١٨ أَوْفَى مِنْ كَيْلِ ٱلزَّيْتِ

118. Perfectior, quam olei mensura.

١١٩ أَوْجَدُ مِنَ ٱلْمَاءِ وَمِنَ ٱلتُّرَابِ

119. Magis inventus (existens), quam aqua et terra.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus duo proverbia sunt, ut اوجد repetatur.

١٢٠ أَوْفَرُ مِنَ ٱلرُّمَّانِ

120. Plenior, quam malum Punicum.

In Scharaf-Aldini, Samachscharii operibus nec non in codicibus Berol. et Pocock. الرمانة legitur.

١٢١ أَوْسَعُ مِنَ ٱلدَّهْنَاءِ وَمِنَ ٱللُّوحِ

121. Amplior, quam desertum et quam aer.

١٢٢ أَوْثَقُ مِنَ الْأَرْضِ

122. Fiducia dignior, quam terra.
Conf. C. I, 415, 416.

١٢٣ أَوْطَأُ مِنَ الْأَرْضِ

123. Magis conculcatus, quam terra.

١٢٤ أَوْهَنُ مِنْ بَيْتِ الْعَنْكَبُوتِ

124. Infirmior, quam domus araneae.

١٢٥ أَوْهَى مِنَ الْأَعْرَجِ

125. Debilior, quam claudus naturâ.

Proverbia recentiora.

---

١٢٦ وُعِظْتَ لَوِ ٱتَّعَظْتَ

126. Monitus es, si admonitionem admittere voluisses.

١٢٧ وَقِّرْ نَفْسَكَ تُهَبْ

127. Te ipsum gravem esse ostendas, ut te venerentur.

١٢٨ وَضِيعَةٌ عَاجِلَةٌ خَيْرٌ مِنْ رِبْحٍ بَطِيءٍ

128. Pars deminuta pretii celeriter dati melior est, quam lucrum tardum.

١٢٩ وَقَعَ ٱللِّصُّ عَلَى ٱللِّصِّ

129. Incidit fur in furem.

١٣٠ وَجْهُهُ يَرُدُّ ٱلرِّزْقَ

130. Vultus eius res ad vitam necessarias repellit.

In Burckhardtii libro p. 210 يقطع legitur. Nisi fallor, sensus est: Facies eius tam deformis est, ut res ad vitam necessarias, quas Deus cuilibet creaturae concedit, ei non concedantur. conf. Burckh.

١٣١ وَقَعَ نَقْبُهُ عَلَى كَنِيفٍ

131. Cecidit foramen eius super locum tectum.

Loco huius proverbii post proverbium 127 Pocockius habet: وقع نقبه على كشف, quod Arabs quidam vertendum putavit. „Incidit perfossio eius in domum vacuam.«

١٣٢ وَجْهٌ مَدْهُونٌ وَبَطْنٌ جَائِعٌ

132. Facies oleo uncta et venter esuriens.

١٣٣ وَاحِدُ أُمِّهِ

133. Unicus matris suae.

Hisce verbis honoratus designatur.

١٣٤ وَقَعَتْ أَجُرَّةٌ وَلِبْنَةٌ فِي ٱلْمَاءِ فَقَالَتِ ٱلْأَجُرَّةُ

وَا ٱبْتِلَالَاهْ فَقَالَتِ ٱللِّبْنَةُ فَمَا ذَا أَقُولُ أَنَا

134. Inciderant later coctus et later crudus in aquam. Later coctus dixit: Eheu! madefactus sum, tum dixit later crudus: Et quid mihi dicendum est?

١٣٥ وَعْدُ ٱلْكَرِيمِ أَلْزَمُ مِنْ دَيْنِ ٱلْغَرِيمِ

135. Promissum generosi magis necessario solvendum est, quam debitum debitoris.

١٣٦ الوَلَدُ ثَمَرَةُ ٱلْفُؤَادِ

136. Infans fructus cordis est.

١٣٧ الوَجْهُ الطَّرِيُّ سُفْتَجَةٌ

137. Facies iuvenilis syngrapha bona est.

١٣٨ الوَثْبَةُ عَلَى قَدْرِ ٱلْإِمْكَانِ

138. Adsultus est secundum facultatem.
Id est: Nemo altius salit, quam vires eius permittunt.

١٣٢ الوَثِيقَةُ فِي نَصِّ ٱلْحَدِيثِ إِلَى أَهْلِهِ

139. Fiducia, quam in narrationis verbis ponimus, narranti tribuenda est.

Caput XXVII.

Littera Ha.

١ هُدْنَةٌ عَلَى دَخَنٍ

1. Lenitas cum corruptione.

Vocabulum دخن cibi corruptionem ex fumo significat, tum in mentem corruptam transfertur.

٢ هَلْ بِالرَّمْلِ أَوْشَالٌ

2. Num in arenis aqua e rupibus destillans est?

Proverbium in boni paucitate, in re, in qua fiduciam non ponimus et in avaro, qui beneficus non est, adhibetur. conf. Djeuh. s. v. وشل

٣ هَلْ تُنْتَجُ النَّاقَةُ إِلاَّ لِمَنْ لَقِحَتْ لَهُ

3. Non parit camela, nisi ei, per quem concepit.

Proverbii sensus est: Infans non erit nisi ei, cui semen est. Proverbium in comparatione unius rei cum altera (تشبيه) adhibetur. Legitur quoque: لما لقحت له i. e. quoniam uterus admissarii aquam concepit. Proverbium similitudinem indicat. Meid. Samach.

٤ هَيِّنٌ لَيِّنٌ وأَوْدَتِ ٱلْعَيْنُ

4. Lenis, mollis et abiit pulchritudo.

Verba haec mulier Dogha appellata (conf. C. VI. 163) protulit. Lora in clitellis eius quum stridorem ederent, mulieres loris novis invidentes dixerunt. Quod si viri hunc stridorem audiunt, dicent: Dogha crepitum ventris emittit; sin vero oleo id emollis, isto tu opprobrio liberata eris. Se facturam esse dixit. Mulieres igitur ei, quum domum pervenisset, oleum adtulerunt. Lorum illa tum sumens, in latus eius oleum stillatim fluere sivit et lorum nigrescere quum videret, ista verba protulit. In eum dicitur proverbium, qui rem perdit vel potius eius pulchritudinem delet, dum eam reparare vult. Dixit Abu-Ahmruus, in eum proverbium adhiberi, cui quum res superveniat, dicatur: Patientia utaris, maiora enim tibi perferenda sunt. In Samachscharii opere legitur: يضرب للذى مخبر لا منظر له „De viro adhibetur, cui interna bonitas, sed externi nil est."

٥ هُوَ ٱلْعَبْدُ زُلْمَةً

5. Servus ille est corporis staturâ.

Vocabulum زلمة vario modo enunciatur. Proverbium significat: Omnino servus est et a Deo talis creatus est, ut ab omnibus servus putetur i. e. homo vilis est. Legitur quoque زنمة Samachsch. Conf. lexic. meum s. voc. زلم et زنم.

٦ تَحَاجَتْ زَبْرَاءُ

6. Concitata est Sabra.

Alahnafo serva impudens et clamosa erat, Sabra appellata. Quoties ea irascebatur, Alahnafus هاجت زبـراء „Concitata est Sabra", dicere solebat. Postea ista verba in proverbii consuetudinem venerunt, ut si quis irasceretur, dicere solerent: قد هاج زبراوه „Eius ira iam exarsit."

٧ هَجَمَ عَلَيْهِ نِقَابًا

7. De improviso in eum irruit.

٨ هُوَ فِي مِلْءِ رَأْسِهِ

8. Ib in plenitudine capitis eius est.

De viro dicitur, qui ob rem gravem ipsi accidentem alios negligit.

٩ هُوَ قَفَا غَادِرٍ شَرٌّ

9. Illud si esset occiput perfidi, malum esset.

Proverbii huius originem talem fuisse narrant. Quidam ad gentem Tamim pertinens virum, ab ipso in clientelam receptum, contra gentem suam defenderat. Puella patrem suum rogavit, ut ipsi virum, qui promissis steterit, ostenderet. Quod quum pater faceret, deformem eum esse videns dixit: لم ار كاليوم قفا واف „Non vidi, quemadmodum hoc die, occiput viri promissis stantis." Quae verba vir ille audiens ista proverbii verba protulit. Duplici autem ratione verba ista grammatice explicare licet. Aut, ut verba هو قفا غـادر accusativi locum teneant conditionem حـال indicantia tali modo: هـو شـر اذا كـان قـفـا غادر „Malum id est, quum occiput perfidi est" quibus sensus tribuitur: لو كان هذا القفا على دمامته لغادر كان اقبح اذ هو جـمـع بين الغدر والدمامـة „Si hoc occiput foedum perfido fuis-

set, turpius id esset, quippe quum perfidia et foeditas coniunctae essent". Aut ita, ut pronominis rei, quod Arab um grammatici ضمير الشان والامر appellant, locum occupet, et voci قفا nominativi casus sit modo, quem Arabum grammatici ابتداء appellant. Tum proverbium sic explicandum est: الامر والشان قفا غادر شر في دمامـتـه ,,Res et negotium tale, occiput perfidi malum esset in foeditate sua". Proverbium de eo dicitur, cui pulchra animi indoles est, dum corporis forma foeda est. Legitur quoque هى قفا غادر, ut هى vocis القصة historia locum teneat, aut ut voci قفا feminini genus tribuatur. conf. C. XXVI, 95.

١٠ هُوَ أَلْزَمُ لَكَ مِنْ شَعَرَاتِ قَصِّكَ

10. Is tibi magis adhaeret, quam pili pectoris tui.

Eum a te removere non potes. De eo dicitur, qui a socio suo depellitur, nec non de eo, qui rem ipsi necessario praestandam denegat. Sunt quoque, qui voci قص nominis actionis significationem tribui posse putent.

١١ هُوَ أَزْرَقُ ٱلْعَيْنِ

11. Caeruleo oculo praeditus est.

Caeruleis oculis quum Graeci, Arabum inimici, praediti essent, proverbium virum inimicitiam et odium fovere significat. Simili ratione dicitur هو اسود الكبد "Is nigrum iecur habet" هم سود الاكباد "Ii nigra iecora habent" هم صهب السبال ,,Ii flavam super labiis barbam habent".

١٢ هُوَ عَلَى حُنْدُرِ عَيْنِهِ

12. Is super pupilla oculi eius est.

De eo dicitur, qui alteri propter odium molestus est.

ut eius adspectum ferre nequeat. Conf. Kam et Dj. s. حدر. In Samachscharii opere حندر عينيه et حندرة عينيه legitur.

١٣ هُمْ فِي مِثْلِ حَدَقَةِ ٱلْبَعِيرِ

13. Ii conditione fruuntur simili pupillae cameli.

Homines vita commoda frui significat, ex pupilla enim cameli cognoscere solent, num pinguis sit nec ne. In oculo autem cameli et ossiculo infimi pedis postremo pinguedinis signum remanet caeteris disparentibus. Sed in Samachscharii codice حديقة legitur. Poeta camelos describens dixit:

لَا يَشْتَكِينَ عَمَلًا مَا أَنْقَيْنَ مَا دَامَ مُخٌّ فِي سُلَامَى أَوْ عَيْنٍ

„Non queruntur de opere, quamdiu pingues sunt, quamdiu medulla in osse infimi pedis aut oculo est".

Metrum Sarih est. p. 246.

١٤ هُوَ فِي مِثْلِ حُوَلَاءِ ٱلنَّاقَةِ

14. Is conditione gaudet simili secundis membranis camelae.

Allihjanius dixit حُوَلَاء et حَوَلَاء significare قايد السلا rem ante secundam membranam ex utero exiens in partu. Hac autem voce multae herbae designantur, siquidem aqua ista multum viridis est. Proventum abundantem igitur proverbium describit.

١٥ هُوَ يَقْرَعُ سِنَّ نَادِمٍ

15. Fricat dentem poenitentis.

Legitur quoque سن الندم „Dentem poeniten-

tiae". Proverbii sensus est: Poenitet eum facti. Dixit poeta Djerirus:

إِذَا رَكِبَتْ قَيْسٌ بِخَيْلٍ مُغِيرَةٍ عَلَى ٱلْقَيْنِ يَقْرَعْ سِنَّ خَزْيَانَ نَادِمِ

„Quando gens Kais cum equitibus incursionem facturus est contra Alkainum, dentes pudibundi, poenitentis fricat".

Metrum Thawil est. p. 161.

١٦ أَهْدِ لِجَارِكَ أَشَدُّ لِمَضْغِكَ

16. Affer (donum) vicino tuo; erit durius manducationi tuae.

Meidanius hoc scholion habet: يعنى انك اذا اهديت لجارك اهدى اليك فيكون اهداوه اشد لمضغك „Id est: Quod si tu vicino tuo adfers (donum), tibi adferet (donum) et eius adlatio manducationi tuae durior erit". In codice Lugdun. sic proverbium legitur: هو لجارك اشد لمغضك nec non in scholii fine لمغضك legitur.

١٧ هُوَ يَحُطُّ فِي هَوَاهُ

17. Is incumbit in cupidine eius.

Id est: nititur eius utilitate, ut ei utilitatem adferre cupiat. Similis ratio verbis hisce est: هو يحطب فى حبله Ligna colligit in fune eius (i. e. eum adiuvat). Verbum حط hoc in proverbio significationem nixus fuit in habena habet, ut cupido cum habena comparata sit.

١٨ هَذَا أَمْرٌ لَيْسَ دُونَهُ نَكْبَةٌ وَلَا ذُبَاحٌ

18. Haec est res, a qua non impedit aut laesio lapide facta aut fissura in pede.

Res est, quae facile attingitur.

١٩ هَيْهَاتَ تَضْرِبُ فِي حَدِيدٍ بَارِدٍ

19. Apage! ferrum frigidum percutis.

Posterius versus hemistichium metri Camil (p. 212) est. Prius sic sonat: „يا خادع البخلاء عن اموالهم „O tu, qui avaros decipere vis, ut opes suas tibi concedant". Proverbium significat, in homine nil utilitatis esse.

٢٠ هَا أَنَا ذَا وَلَا أَنَا ذَا

20. Ohe! ego sum ille et ego non sum ille.

Verba haec vir dicit, qui interrogatur: „اين انت „Ubi tu es?" Id est: ego tibi non prosum.

٢١ الْهَابِي شَرٌّ مِنَ الْكَابِي

21. Pulveri similis factus peior est, quam in carbonem mutatus.

Dicitur هبا الجمر „quievit pruna" i. e. mutata est in cinerem volantem et dicitur: كبا الجمر „Pruna in carbonem mutata est extincto igne. In duos corruptores adhibetur, quorum unius corruptio peior est quam alterius.

٢٢ هُرِيقَ صَبُوحُهُمْ عَلَى غَبُوقِهِمْ

22. Effusus est potus matutinus eorum super potum vespertinum eorum.

De hominibus dicitur, quos poenitet rei patefactae. Alius quidam dixit sensum esse: Uterque abiit, ut neque potus matutinus neque potus vespertinus esset.

٢٣ هَيْهَاتَ طَارَ غُرَابُهَا بِجَرَادِكَ

23. Procul esto! avolavit eius corvus cum muribus tuis.

De re dicitur, quam praeteritam nemo reparare cupit. Similis ratio est proverbio, quod C. XXIV, 264 legitur.

٢٤ هَؤُلَآءِ عِيَالُ ٱبْنِ حَوْبٍ

24. Haec est familia Ebn-Haubi.

De eo dicitur, qui molestia adflictus est. Vocabulum حوب Haub calamitatem, molestiam significat.

٢٥ هٰذَا ٱلَّذِى كُنْتِ تَخْبَئِينَ

25. Hoc erat, quod tu occultares

Vir quidam puellam, quam pulchram putarat in matrimonium petens, quum spem suam falsam esse videret, ista verba protulit. In eum, qui spem tuam in eo positam fallit, dicitur.

٢٦ هَيْهَاتَ مِنْ رُغَائِكَ ٱلْحَنِينِ

26. Multum differt a vociferatione tua adfectio desiderii.

Proverbium a camela desumtum est, quae ob pulli desiderium argutum et tenuem sonum edit. Significat igitur, duos inter se conditione omnino diversos esse.

٢٧ هَيْهَاتَ تَطْرِيقٌ مَعَ ٱلرِّجْلِ كَذِبٌ

27. Ohe! partus cum capite et simul cum pede praecedente mendacium est.

Proverbium explicatum est scholio sequente: Vocabulum تطريق partum significat, quo manus infantis cum capite

prodit. Quod si vero pes ante manum prodit, res يتن appellatur. Est autem periculosus hic pariendi modus, ut interdum et infans et mater moriatur. Ille autem modus pariendi تطـريـق appellatus cum pede coniungi non potest. Proverbium de eo adhibetur, qui agendi modum sequitur, quo ad verum bonumque non perducitur.

٢٨ هَيْهَاتَ مُحْفِى دُونَهُ وَمُرْمِضُ

28. Ohe! locus in quo ob asperitatem pedes vulnerantur et locus, cuius arena fervida est, accessum ad id impediunt.

Metrum Redjes est. p. 230. Rem significat, ad quam nonnisi magna cum molestia perveniri potest.

٢٩ هُوَ ٱبْنُ شَفٍّ فَدَعِ ٱلْعِتَابَا

29. Is filius defectus est; omitte igitur vituperationem!

Metrum Sarih est. c. p. 246. Is filius defectus in virtute et amore est, si autem tibi amorem ostendit, eum vituperare omittas et in eo fiduciam ne ponas. De eo dicitur, cuius vinculum amoris rumpitur.

٣٠ هَنِيئًا مَرِيًّا غَيْرَ دَآءٍ مُخَامِرٍ

30. Salutare et proficiens, non morbus interiores partes occupans.

Hemistichium metri Thawil est. c. p. 161. Alschahbius homines ipsum vituperantes audiens ista dixit verba. Narrant, Cotsajjirum in oppido Bazra ab hominibus circumdatum versus recitasse tempore, quo ad eum Ahssa cum marito suo transiret. Maritum ab Ahssa postulasse, ut Cotsajjirum ira accenderet. Quod vero quum illa pudore retenta facere recusasset, maritum minis eam coegisse, ut

propius ad hominum circulum accedens versus cuiusdam poetae proferret. Cotsajjirum tum, qui eam cognovisset, hos dixisse versus:

يُكَلِّفُهَا ٱلْخِنْزِيرُ شَتْمِى وَمَا بِهَا هَوَانِى وَلٰكِنْ لِلْمَلِيكِ ٱسْتَذَلَّتِ

هَنِيئًا مَرِيئًا غَيْرَ دَاءٍ مُخَامِرٍ لِعَزَّةَ مِنْ أَعْرَاضِنَا مَا ٱسْتَحَلَّتِ

,,Porcus eam iussit, mihi contumeliam dicere, dum me non contemnebat; sed domino obsequium praestitit. Salutare et proficiens, non morbus internas partes occupans sit Ahssae propter dignitatis meae partem, quam licitam sibi habuit".

Metrum Thawil est. p. 161.

٣١ اَلْهَوَى اَلْهَوَانُ

31. Amor est contemtus.

Vir ad gentem Banu-Dhabbah pertinens, Asahdus ben-Kais appellatus, ista verba amorem descripturus protulit dicens: هو اظهر من ان يخفى واخفى من ان يرى فهو كامن كمون النار فى الحجر ان قدحته اورى وان تركته توارى وان الهوى الهوان ولكن غلط باسمه وانما يعرف ما اقول من ابكته المنازل والطلول ,,Amor apertior est, quam ut occultus sit et occultior est, quam ut conspiciatur. Absconditus est sicut ignis in lapide; si eum percutis, ignem emittit, sin autem eum relinquis, absconditus est. Et amor contemtus est; sed nomine eius in errorem inducimur. Veritatem autem verborum meorum is cognoscit, cuius lacrymas domus et vestigia domorum excitant (post amicae abitum)."

٣٢ هٰذَا أَحَقُّ مَنْزِلٍ بِتَرْكٍ

32. Hoc est habitaculum dignissimum, ut relinquatur.

Metrum Sarih est. p. 246. De omni re, sive vir sive mulier sive alia res sit, quae digna est, ut relinquatur, dicitur. Dixit Abu-Auhsadjahus:

هٰذَا أَحَقُّ مَنْزِلٍ بِتَرْكِ الذِّئْبُ يَعْوِى وَٱلْغُرَابُ يَبْكِى

„Hoc habitaculum dignissimum est, ut relinquatur. Lupus ululat et corvus plorat“. Metrum Sarih est. p. 246.

٣٣ هُوَ مَكَانُ ٱلْقُرَادِ مِنِ ٱسْتِ ٱلْجَمَلِ

33. Is est locus ricini in podice cameli.

Eum significat, qui nunquam a re se separat.

٣٤ هٰذَا أَوَانُ شَدِّكُمْ فَشُدُّوا

34. Hoc est tempus currendi; currite igitur!

Conf. prov. 54.

٣٥ هُوَ لَكَ عَلَى ظَهْرِ ٱلْعَصَا

35. Id tibi est super dorso baculi.

Simili modo dicitur: هو على طرف الثمام „Id est super extremitate herbae Tsomam appellatae“. Id est: res sine molestia attingitur.

٣٦ هُوَ كَدَآءِ ٱلْبَطْنِ لَا يُدْرَى أَنَّى يُؤْتَى

36. Is est instar morbi ventris, qui nescitur, quomodo attingatur.

Nonnisi in codice Berolin. scholion legitur: „يضرب لمن لا مخلص منه“ In eum, a quo liberari non possumus, dicitur.

٣٧ هُمُ ٱلْمِعَا وَٱلْكَرِشُ

37. Ii sunt intestinum et ventriculus.

Res gentis bene dispositas esse, significat. Dixit poeta:

يَا أَيُّهٰذَا ٱلنَّائِمُ ٱلْمُفْتَرِشُ لَسْتَ عَلَى شَيْءٍ فَقُمْ فَٱنْكَمِشْ

لَسْتَ كَقَوْمٍ أَصْلَحُوا أَمْرَهُمْ فَأَصْبَحُوا مِثْلَ ٱلْمِعَا وَٱلْكَرِشْ

„O tu dormiens, expanse! tu nil perficis; surge igitur et propera! Non es similis genti, quae rem suam bene egit, ut similis sit intestino et ventriculo".

Metrum Sarih est. p. 243.

٣٨ هُوَ حَبَاءُ مَازِحَةَ

38. Hic pudor Masihae est.

Masihah mulieris nomen est, quae quum pudorem multum de se patefecisset, sepulcrum effodiens inveniebatur. Proverbium igitur magnam inpudentiam designat.

٣٩ هَادِيَةُ ٱلشَّاةِ أَبْعَدُ مِنَ ٱلْأَذَى

39. Collum ovis remotius est a noxa.

Vocabulo هادية collum, humerus, brachium (ذراع) significatur. Ista autem corporis pars a noxa remota dicitur, quod remota est a ventriculo, intestinis, iliis faucibusque podicis. In Kodhaae gente familia Balijja appellata erat, quae clunes, quod propinquae faucibus podicis essent, non edere solebat.

٤٠ هَدْمَةُ ٱلثَّعْلَبِ

40. Dirutio vulpis.

Vocabulo هدمة latibulum vulpis dirutum significari scholion dixit. Proverbium autem de gente adhibetur, cuius res bonae et pacis conditio turbatae sunt.

٤١ هُوَ دَرَجُ يَدِكَ

41. Is tibi obsequens est.

Dicitur quoque هى درج aut هما درج aut هم درج. Sensus proverbii est: Is tibi obsequens est. Haec dixit Alscharkius, quocum Abu-Ahmruus consentit, qui voci modo, quem Arabum grammatici ظرف appellant, accusativi casum tribuit, quemadmodum dicitur: انفذته درج كتابى „Transmisi id in plicis epistolae meae" (pro فى درج). Almondsarius autem دَرَج (cum Fatha litterae legit, quemadmodum dicitur: ذهب دمه دَرَجَ الرياح Abiit eius sanguis viâ ventorum i. e. sine vindicta occisus fuit.

٤٢ هُوَ عَلَى حَبْلِ ذِرَاعِكَ

42. Id super vena magna brachii tui est.

Res tibi ita propinqua est, ut facile capiatur. Dixit Alazmäihus, proverbium fratrem, qui cum fratre omnino consentiat eique omnino obsequium praestet, significare. Dicitur quoque: هو لك على حبل الذراع „Id tibi praesto est". Conf. Djeuh. s. v. حبل.

٤٣ هٰذِهِ يَدِى لَكَ

43. Haec manus mea tibi est.

Ego me tibi submitto.

٤٤ هُوَ عِنْدِى بِٱلْيَمِينِ

44, Is apud me in latere dextero est.

In honore eum habeo.

٤٥ هُوَ عِنْدِى بِٱلشِّمَالِ

45. Is apud me in latere sinistro est.

In honore eum non habeo.

٤٦ هُمْ عَلَيْهِ يَدٌ وَاحِدَةٌ

46. Ii contra eum manus una sunt.

Ii contra eum coniuncti sunt. Samachscharius واحدة omisit.

٤٧ هَلَكُوا عَلَى رِجْلِ فُلَانٍ

47. Periere super pede cuiusdam.

Id est: Tempore cuiusdam. Dicitur: كان ذلك على رجل فلان „Fuit illud dum quidam vivebat“. Kam.

٤٨ هٰذَا حِرٌ مَعْرُوفٌ

48. Hoc est pudendum cognitum.

Verba haec Lokmano ben-Ahd adscribuntur. Soror eius viro debili nupta optavit, ut filium prudentia et astutia Lokmano similem pareret. Rogavit igitur uxorem fratris sui, ut ipsi lectum fratris per unam noctem cederet. Haec origo Lokaimi erat. At Lokmanus sequente nocte ad suam uxorem veniens ista verba dixit.

٤٩ هُنِئْتَ وَلَا تُنْكَهْ

49. Bene tibi sit, neque noxa adficiaris!

Vox تنكه est pro تنك noxa adficiaris addita littera ه. Sic Abu-l'Haitsamus proverbium retulit; sed Abu-Ahmruus sic proverbium adnotavit: هنئت ولم تبكه i. e. Haereditatem eius, quem non deploravisti, consequaris! Verbis hisce Arabes bene precantur.

٥٠ هُمْ فِي أَمْرٍ لَا يُنَادَى وَلِيدُهُ

50. Ii in re sunt, cuius infans non vocatur.

In Scharaf-Aldini opere voces هم في omissae sunt. Dixit Abu-Ohbaidus, rem esse gravissimam, ut non parvuli, sed senes in ea vocentur. Dixit Alferräus, hisce verbis extremum rei tam bonae quam malae significari. Dixit autem Cilabita, proverbii verba homines adhibere, ut significent, multas esse opes, multumque terrae proventum, ut si puer rem capturus sit, non revocetur. Kamusi auctor denique dixit, proverbium de re adhiberi, qua tam occupati sint, ut si puer manum ad capiendum extendat, is non revocetur. Dixit Ahbd-Alkais:

فَإِلَى ٱللّٰهِ أَشْتَكِي طُولَ حُزْنِي وَبَلَايَا وَلِيدُهَا لَا يُنَادَى

»Apud deum queror de longitudine tristitiae meae et de calamitatibus, quarum infans non vocatur«.

Metrum Chafif est. c. p. 262.

٥١ هَوَتْ أُمُّهُ

51. Cadat mater eius!

Verbis hisce mala imprecatio proprie inesse videtur; sed nonnisi ad laudem et admirationem significandam ea adhibentur. conf. Hamas. p. 424 et Djeuh.

٥٢ هَلْ لَكَ فِي أُمِّكَ مَهْزُولَةً قَالَ إِنَّ مَعَهَا إِحْلَابَةً

52. Num tibi matris tuae emaciatae (desiderium) est? Dixit: Cum ea lac mulctum est.

Metrum Sarih est. conf. p. 243 sq. Vocabulum احلابة, quod lac mulctum verti, significat e prato virum lac mulctum suis domum mittere. Sic autem explicata sunt proverbii verba: هل لك طمع في امك في حال فقرها اى لا تطمع فيها فليس معها شى »Num tibi desiderium matris tuae pauperrimae est. i. e. desiderium eius, dum nil possidet, te ne teneat. At alter respondet: ان معها

احلابة »cum ea est lac mulctum«. Proverbium significat, filio semper manere desiderium beneficiorum matris suae.

٥٣ هَذَا التَّصَافِي لَا تَصَافِي الْمَحْلَبِ

53. Haec amicitia mutua non est amicitia mulctri.

Metrum Redjes est. c. l. m. p. 230. Narravit Abu-Ahmruus ben-Alahla, viros duos, qui ad gentem Hodsail ben-Modricah pertinerent, exiisse impetum facturos in gentem Fahm. Qui quum Fahmitam unum occidissent, eos captivos factos interrogatos esse, quisnam eorum virum illum occidisset. Uterque eorum, se et non alterum virum interfecisse, quum confiteretur, gentem senem, quia pro iuvene lytrum sperarent, necasse. Virum autem e gente Fahm, qui eorum amicitiae certamen videret, dixisse ista verba, quibus significaret, hanc non esse amicitiam edendi et bibendi appellandam, sed veram esse amicitiam. Samachscharius في المستقصى habet et dicit, proverbium de mutua amicitia adhiberi.

٥٤ هَذَا أَوَانُ الشَّدِّ فَاشْتَدِّي زِيَمْ

54. Hoc est tempus currendi, curre igitur, o Sijame!

Metrum Redjes est. p. 230. sq. Dixit Alazmäihus, Sijam hoc in proverbio equi nomen esse. Proverbium hortatur, ut diligentia in re tractanda adhibeatur. Abu-Ohbaidus proverbium una cum altero: ليس هذا بعشك فادرجى »Hic nidus tuus non est, abi igitur!« adtulit. Proverbium autem hoc in eum dicitur, qui rem aut honorem sibi arrogat, quo dignus non est. Quae autem inter utrumque proverbium cognatio reperitur, alia esse non potest, nisi quod dicitur, contrarium priori proverbio sensum praebere cum scilicet, non quiescendi sed agendi tempus esse. conf. prov. 34.

٥٥ هُمَا كَفَرَسَيْ رِهَانٍ

55. Duo illi similes sunt equis duobus certaminis.

Duos homines significat, qui viribus, ut videtur, aequales unum eundemque finem assequi student. Haec autem aequalitas in initio, non in rei fine conspicitur. conf. Kam. s. فرس

٥٦ هُمَا كَرُكْبَتَيِ ٱلْبَعِيرِ

56. Ii ut duo cameli genua sunt.

Dixit Ebn-Alcalbius, Harimum ben-Kothbah Fesaritam proverbio isto in Ahlkamahum ben-Ohlatsah et Ahmirum ben-Althofail, qui ad eum de gloria et honore disceptaturi venissent, usum esse, ut significaret, eos gloria et honore inter se aequales esse, quippe quum cameli genua eodem tempore in terram decidant. Quum isti duo viri disceptaturi ad eum vespera venissent, quemlibet seorsim interrogavit, quaenam veniendi causa esset, et quum utrumque ut de honore cum socio disceptaret, venisse audiret, sibi ingratum certamen evitaturus et uni et alteri dixit, socio victoriam adiudicandam esse, si in certamen venisset. conf. C. VI, 172. Quae autem res in causa erat, cur et unus et alter a certamine absisteret. Quum vero poeta Alahscha utrique in itinere occurrens de itineris causa certior factus esset, Ahmiro dixit: Quid mihi dono das, si effecero, ut gloria Ahlkamahum vincas? Ahmirus respondit: Centum camelos tibi do! et quum Alahscha interrogasset, num ipsi contra Arabes tutelae futurus esset? alter respondit: اجيرك من اهل السماء والارض »Tutelae tibi sum contra gentem coeli terraeque! Ahmirus interrogatus, quid verbis gens coeli vellet, respondit: Quod si unus e filiorum aut uxorum numero mortuus fuerit, mortis pretium dabo et si iumentum tibi perierit, loco eius alterum dono tibi dabo. Quod quum Alahscha gratum haberet, Ahmirum laudavit et Ahlkamahum satyra perstrinxit dicens:

أَعَلْقَمُ قَدْ حَكَّمْتَنِى فَوَجَدْتَنِى بِكُمْ عَالِمًا عِنْدَ ٱلْحُكُومَةِ غَائِصَا

كِلَا أَبَوَيْكُمْ كَانَ فَرْعَى دِعَامَةٍ وَلٰكِنَّهُمْ زَادُوا وَأَصْبَحْتَ نَاقِصَا

تَبِيتُونَ فِي ٱلْمَشْتَى مِلَاءً بُطُونُكُمْ وَجَارَاتُكُمْ غَرْثَى يَبِتْنَ خَمَائِصَا

فَمَا ذَنْبُنَا إِنْ جَاشَ بَحْرُ ٱبْنِ عَمِّكُمْ وَبَحْرُكَ سَاجٍ مَا يُوَارِى ٱلدَّعَامِصَا

»O Ahlkamahe! voluisti, ut iudicium ferrem et invenisti me vestrum gnarum esse in iudicio penetrantem. Patres vestri erant columnae rami (principibus progeniti), sed illi creverunt, tu autem deminutus es. Vos hieme pernoctatis ventribus plenis et vicinae vestrae fame adflictae pernoctant ventribus collapsis. Non autem est crimen nostrum, si mare patruelis vestri aestuat, dum mare tuum leniter incedit, animalcula nigra non occultans«.

Metrum Thawil est. e. p. 161.

Dicere autem solebant tum temporis Arabes, quem Alahscha laudaverit, eum elatum esse, quem satyra perstrinxerit, eum abiectum esse.[1]) Ahlkamahus Mohamedanorum fidei se addicens e numero sociorum Mohammedis erat, non item Ahmirus.

٥٧ هٰذَا ٱلَّذِى كُنْتِ تُخَبِّئِينَ

57. Hoc tibi pudori erat.

Narrant, mulieri, cuius pudendum apparuisset, dum faciem tegeret, haec dicta esse verba. De eo dicitur, qui, rem, quam disponere vult, corrumpit.

٥٨ هٰذَا أَمْرٌ لَا يُثَفَّى لَهُ قِدْرِى

58. Haec est res, cui olla mea tripodibus non fulcitur.

Meidanius hocce scholion habet : اى امر لا اقربه ولا اقبله

1) Conf. libr. m. Darstellung d. Arab. Verskunst etc. p. 375.

i. e. res, quam non adduco et quam non accipio«. Sed in codice Berol. لا اقِرّ بِهِ »quam non confiteor«, ut duae sint voces, legitur.

٥٩ أَهْنَأُ الْمَعْرُوفِ أَوْحَاهُ

59. Utilissimum beneficium est celerrime in nos collatum.

Conf. Chrestom. meam novam p. 40, lin. 15.

٦٠ هٰذِهِ خَيْرُ الشَّاتَيْنِ جَزَّةً

60. Haec est optima duarum ovium tonsurâ.

De duabus rebus dicitur, quarum una alteri parum praestat.

٦١ هَانَ عَلَى الْأَمْلَسِ مَا لَاقَى الدَّبِرُ

61. Leve videtur integro dorso praedito id, quod patitur laesum dorsum habens.

Ad metrum Redjes referri potest. p. 230. Proverbium significat, virum socii sui res parum curare.

٦٢ هٰذَا أَمْرٌ لَا تَبْرُكُ عَلَيْهِ الْإِبِلُ

62. Haec est res, super qua cameli in genua non procumbunt.

Cameli in loco durissimo quum procumbant molestias magnas patienter ferentes, proverbium rem gravem, quae ferri non potest, significat.

٦٣ هُوَ أَذَلُّ مِنْ حِمَارٍ مُقَيَّدٍ

63. Is vilior est, quam asinus vinctus.

Conf. C. IX, 52.

٦۴ هُوَ يَبْعَثُ ٱلْكِلَابَ عَنْ مَرَابِضِهَا

64. Is excitat canes e locis, ubi cubant.

In virum avidum dicitur qui noctu mendicans homines adit, ut canes latrent. Alii dicunt, virum istum avidum canes e loco, ubi cubent, excitare, ut res sub iis latentes et cibi reliquias quaerat.

٦٥ هَلْ أَوْفَيْتَ قَالَ نَعَمْ وَتَغَلَّيْتُ

65. Num totum dedisti? Dixit: Certe et terminum transgressus sum.

Significat proverbium, virum ad extremum rei pervenisse et plus fecisse, quam ei imperatum esset.

٦٦ هُمَا يَتَمَاشَنَانِ جِلْدَ الظَّرِبَانِ

66. Ii duo pellem animalis Tsariban appellati inter se percutiunt.

ظربان nomen animalis feli similis et foetentis est. Proverbium significat, inter viros duos inimicitiam excitatam esse, ut unus contra alterum obscoena proferret. conf. XX, 25, 83. XXV, 150. In Samachscharii opere يتماسيان »Ceperunt inter se«. legitur.

٦٧ هُوَ بَيْنَ حَاذِفٍ وَقَاذِفٍ

67. Is est inter baculo percutientem et lapides proiicientem.

Dicunt hoc de lepore adhiberi, qui baculo percutiatur et lapidibus petatur. In eum dicitur, qui inter duo mala est modo hoc modo illo adfectus.

٦٨ هُمْ فِي خَيْرٍ لَا يَطِيرُ غُرَابُهُ

68. Ii in bono sunt, cuius corvus non avolat.

Proverbium significat, eos copiâ proventus et pabuli gaudere, ut corvus ob pabuli copiam, si in illum locum deciderit, non avolet. Dixit Dsobjanita:

وَلِرَهْطِ حَرَّابٍ وَقَدٍّ سَوْرَةٌ فِي ٱلْمَجْدِ لَيْسَ غُرَابُهَا بِمُطَارِ

»Et familiae Harrabi et Kaddi est celsitudo in laude, cuius corvus non avolat«.

Metrum Camil est. p. 213.

٦٩ هُوَ وَاقِعُ ٱلْغُرَابِ

69. Is est, cuius corvus decidit.

Eodem paene modo dicitur: هو ساكن الريح »Is est, cuius ventus quiescit«. i. e. Quietus, gravis, mansuetus[1]) est. Dixit poeta:

وَمَا زِلْتُ مُذْ قَامَ ٱبْنُ مَرْوَانَ وَٱبْنُهُ كَأَنَّ غُرَابًا بَيْنَ عَيْنَيَّ وَاقِعُ

»Et non cessavi, ex quo tempore Ebn-Merwanus eiusque filius stabant, conditione uti, quasi corvus inter meos oculos decidebat«,

Metrum Thawil est p. 161.

٧٠ هُوَ غُرَابُ بْنُ دَايَةَ

70. Is Ghorabus filius Dajae (seu corvus filius corvi est).

Eum designat, qui de origine sua falsa praedicat.

٧١ هُوَ إِحْدَى ٱلْأَثَافِي

---

1) Loco vocis وقور, quae in codice Berol. legitur, in Lugd. قوى fortis invenitur.

71. Is unum sustentaculorum ollae est.

In eum dicitur, qui hostem tuum adiuvat.

٧٢ هُوَ ٱبْنَةُ ٱلْجَبَلِ

72. Is filia montis est.

Filia montis cognomen echus est. Eum designat, qui cum quolibet est.

٧٣ هَيْهَاتَ هَيْهَاتَ ٱلْجَنَابُ ٱلْأَخْضَرُ

73. Multum abest latus viride!

Metrum Redjes est. p. 230. Alscharkius dixit, proverbium antiquis esse adnumerandum. Quum Dhabbahus ben-Odd vehementi morbo premeretur, eius filius dixit: لو قد انتهينا الى الجناب لقد انحل عنك ما تجد »Si ad latus pervenerimus, iste te dolor deseret«. Pater autem respondens ista proverbii verba protulit, ut significaret, se ad latus viride non perventurum esse. Proverbium de re, ad quam perveniri non potest, adhibetur.

٧٤ هَلْ عَادَ مِنْ كَرَمٍ بَعْدِى لِذَكْوَانَ

74. Num rediit generositatis pars post me ad Dsacwanum?

Dicunt istum fuisse virum avarum. De eo dicitur, qui de se rem promittit, quam eum antea fecisse, nemo scit. Dicitur igitur ei: Num te post me quidam mutavit? Te talem puto esse, qualem te cognovi.

٧٥ هَلْ صَاغَكَ بَعْدِى صَائِغٌ

75. Num quidam post me te finxit?

Huic similis ratio quam praecedenti est et in malam et bonam partem accipitur.

٧٦ هٰكَذَا فَصْدِى

76. Talis est venae sectio mea.

Narrant Cahbo ben-Mahmah in gente Alhnasah captivo domus matronam imperasse, ut camelae venam secaret. Camelam autem quum mactasset et hac de causa vituperatus esset, ista eum verba dixisse, ut significaret, se nonnisi modo generosorum agere.

٧٧ هُوَ أَعْلَى ٱلنَّاسِ ذَا فُوقٍ

77. Altissimus hominum est sagittae ratione habita.

Praestantissimus eorum est. Simili ratione dicitur: هو اعلى الناس كعبا »Is altissimus hominum est tali ratione habita. In Samachscharii opere اعلاهما legitur.

٧٨ هُوَ أَصْبَرُ عَلَى ٱلسَّوَافِ مِنْ ثَالِثَةِ ٱلْأَثَافِى

78. Is morbum lethalem pecorum suorum patientius fert, quam tertium ollae sustentaculum.

De eo dicitur, qui ferre pecorum interitum assuetus est.

٧٩ هُوَ إِمَّعَةٌ وَهُوَ إِمَّرَةٌ

79. Is imbecillis mente est;

Duplex est proverbium. Dicitur هو امعة et هو امرة. In eum dicitur, qui cuiuslibet consilium sequitur.

٨٠ هَنِيئًا لِسُحَامٍ مَا أَكَلَ

80. Salutare sit Sohamo id, quod edit!

Soham nomen canis est; sed rectius Kamusi auctori adhibetur proverbium in gaudio, quo quis ob inimici ca-calamitatem, dum eius pecora pereunt, adficitur.

٨١ هَيْهَاتَ مِنْكَ قُعَيْقِعَانُ

81. Quam longe distat a te Koaihkiahn!

Duo montes sunt nomen Koiaihkiahn habentes, unus apud Meccam, alter in regione Alahwas. Uter eorum in proverbio significetur, dici non potest. Hominem rei, quam optet, assequendae nullam spem habere, significat.

٨٢ هَذْرًا هِذْرِيَانُ

82. Delira, o delire!

Hisce verbis proverbium explicatur: اى اكثر من كلامك وتخليطك يا هذريان »Multum profer tui sermonis et confusionis tuae, o delire!

٨٣ هُوَ ٱلضَّلَالُ بْنُ بَهْلَلَ وَتَهْلَلَ وَفَهْلَلَ

83. Is est Aldhalal ben-Bahlal et Tahlal et Fahlal.

I. e. Vanus filius vani est. Tria sunt proverbia. Vocibus hisce vanus significatur. Sunt autem indeclinabiles, tanquam nomina propria ex lingua Arabica non derivanda. Legitur تهلل et ثهلل, quod vario modo enunciatur. Tum quoque الضلال بن التلال dicitur.

٨٤ هُوَ قَرِيبُ ٱلْمَنْزِعَةِ

84. Is est propinquus consilii.

٨٥ هٰذِهِ مِنْ مُقَدَّمَاتِ أَفَاعِيكَ

85. Haec sunt praemissa agmina viperarum tuarum.

Initia calamitatum sunt.

٨٦ هُوَ ٱلْفَحْلُ لَا يُقْدَعُ أَنْفُهُ

86. Is admissarius est, cuius nasus non percutitur.

Is est, qui non repellitur a camelis. De nobili admissario, qui ab initu non retinetur, in virum nobilem translatum est, cuius cognationem quilibet cupit.

٨٧ هُوَ يَلْطِمُ عَيْنَ مِهْرَانَ

87. Is oculum Mihrani percutit.

Proverbium, quod in Pocockii opere non legitur significat, virum in narrando mentiri. Mohallemo versus sequentes tribuuntur:

إِذَا مَا ٱجْتَمَعَ ٱلْجَزْنِيُّ وَٱلْكُوفِيُّ وَٱلْأَعْلَمْ

فَكَمْ مِنْ سَيِّئٍ يُنْشَى وَكَمْ مِنْ حَسَنٍ يُكْتَمْ

وَكَمْ عَيْنٍ لِمِهْرَانٍ إِذَا مَا ٱجْتَمَعُوا تُلْطَمْ

»Quotiescunque congregantur Djasnita et Cufita et maxime gnarus, quot res pravae divulgantur et quot res pulchrae occultantur, et quot oculi Mihrani, quotiescunque congregantur, percutiuntur!«

Metrum Hesedj est. p. 230.

٨٨ هُوَ يَنْسَى مَا يَقُولُ

88. Is obliviscitur quod dicit,

Dixit Tsahlabus, proverbium significare, verba viri mendacia esse.

٨٩ هُوَ يَخْصِفُ حِذَاءَهُ

89. Is calceum suum consuit.

Addit in narrando res, quae ad rem pertinent.

٩٠ أَهْلَكْتَ مِنْ عَشَرٍ ثَمَانِيًا وَجِئْتَ بِسَايِرِهَا حَبْحَبَةً

90. Perdidisti octo e decem et reliquos emaciatos adduxisti.

Vocabulum حبحبة emaciatos, debiles significare in scholio legimus. Ebn-Alahrabius adnotavit, a vocabulo حبحبة appellari debilem ignem نار ابي حبحبة ignem Abu-Habhabahi. Alius quidam voci حبحبة propulsus vehementioris significationem tribuit. Accusativi casum habet modo infinitivi (مصدر) aut status (حال), ut Arabum loquendi modo utar. Proverbium de vitio, quo quis opes perdidit, adhibuerunt.

٩١ هُوَ يَدِبُّ مَعَ ٱلْقُرَادِ

91. Is cum ricinis repit.

In pravum et turpem virum dicitur. Proverbium a viro desumtum esse dicitur, qui utrem ricinis impletum ad cameli caudam adligaverit. Morsus tum a ricinis camelus quum curreret, simul reliqui cameli cucurrerunt. Qua autem re illi pravo unum ex agmine furandi occasio data est.

٩٢ هَنًّا وَهَنًّا عَنْ جِمَالِ وَعْوَعَةْ

92. Longe absis a camelis Wahwaah!

Duplici modo explicatur. Nonnulli وعوعة nomen loci

est, ut proverbii sensus sit: Si salvus sum, neminem praeter te curo! quemadmodum dicitur: كل شى ولا وجع الراس »Omnis res et non dolor capitis«. Abu-Saidus vero dixit, Wahwaah nomen viri e gente Banu-Kais ben-Hentselah esse, et hunc loquendi modum similem esse sequenti: كل شى ما خلا الله جلل »Omnis res praeter Deum levis est«.

٩٣ هُوَ أَهْوَنُ عَلَيَّ مِنْ طُلْبَةٍ

93. Is vilior mihi est quam pannus, quo pice cameli illinuntur.

Vilem et despectum esse virum designat. Dixit poeta:

يا عَقِيدَ ٱللُّؤْمِ لَوْ لا نِعْمَتِي كُنْتَ كَٱلرِّبْذَةِ تُلْقَى بِٱلْفَنَا

»O homo vilis! nisi benevolentia mea fuisset, similis fuisses panno, quo pice illinuntur cameli et qui in atrium proiicitur«. Metrum Raml est. p. 237.

٩٤ هُوَ إِسَكُ ٱلْأَمَةِ

94. Is ora vulvae servae est.

Dicitur quoque: هو اسك الاماء. Foetidum, vilem designat.

٩٥ هُمْ كَنَعَمِ ٱلصَّدَقَةِ

95. Ii sunt ut pecora tributi.

Multum diversi sunt. Similiter dicitur: هم كبيت الادم »Ii ut domus coriorum sunt« quippe quum in ea tam nobilis quam vilis habitet. Conf. C. II, 41, 182.

٩٦ هُمْ كَالْحَلْقَةِ الْمُفْرَغَةِ

96. Ii sunt ut solidus annulus.

Nescitur, ubi solidi annuli extremum sit. Proverbium

igitur homines congregatos et non dissentientes significat Samachscharius habet: هم كحلقة مفرغة لا يدرى اين طرفها »Ii sunt sicut solidus annulus, cuius extremitas nescitur«.

٩٧ أَهْدِ لِجَارِكَ ٱلْأَدْنَى لَا يُقْلِكَ ٱلْأَقْصَى

97. Dona da vicino tuo propinquo, te odio non habebit remotus.

Meidanius hocce scholion adtulit: اى انك اذا اهديت للادنى يعذرك الاقصى لبعده ويروى لا يقلك ومن روى لا يقلك اراد اى لا تفعل ما يوذى الاقصى فكانه يامره بالاحسان اليهما »Id est: Quod si dona das vicino tuo propinquo, excusatum te habebit remotus, quod procul abest. Et legitur لا يقلك. Et qui hunc legendi modum sequitur, hunc sensum exprimere vult, te non nocere remoto, quasi utrique benefacere te iubeat proverbii auctor.“ In uno legendi modo vox يقلك a verbo قلى odit, in altero a قل parvus fuit derivanda est.

٩٨ هُوَ قَاتِلُ ٱلشَّتَوَاتِ

98. Is occisor hiemum est.

Benefactori dicitur, qui pauperibus hieme cibum et lignum ad calefaciendum dat. Legitur quoque: هو قاتل السنوات »Is occisor annorum sterilium est«.

٩٩ هُمْ عَلَيْهِ ضِلَعٌ جَائِرَةٌ

99. Ii contra eum costa iniusta sunt.

Contra eum iniusti sunt. Legitur quoque هو »is«.

١٠٠ هٰذَا جَنَايَ وَخِيَارُهُ فِيهِ

100. Hoc est quod collegi et optimum eius in eo est.

Legitur quoque sic proverbium: هذا جناى وهجانه فيه »Hoc est quod collegi et album eius in eo est.« Verba haec Ahmruus ben- Ahdi filius sororis Djadsimahi dixisse fertur. Conf. C. XXII, 37.

١٠١ هُوَ عَبْدُ عَيْنٍ

101. Is servus oculi est.

In servum dicitur, qui praesente domino iussa peragit, sed absente domino nil curat. Simili modo dicitur: هو اخو عين »Is frater oculi est« et هو صديق عين »Is amicus oculi est«.

١٠٢ هٰذَا وَلَمَّا تَرِدِى تِهَامَةْ

102. Hoc et nondum in Tehamam pervenisti.

Verba haec vir in regione Nedjd camelae suae dixit, quum in Tehamam iter faceret, lassa enim et adflicta eius camela erat. Metrum Sarih est p. 246.

١٠٣ هُوَ أَشَدُّ حُمْرَةً مِنَ ٱلْمُصَعَةْ

103. Is intensiore rubore est, quam fructus Zizyphi.

١٠٤ هُوَ عَلَى طَرَفِ ٱلثُّمَامِ

104. Is super extrema herba Tsomam appellata est.

Tsomam ثمام nomen herbae tritico similis est, qua domorum rimae obstruuntur. Herba illa quum longa non sit, proverbium rem designat, qua quisque facile potitur.

١٠٥ هو حُوَّاءة

105. Is planta Huwwaah est.

Vocabulum حواءة (Huwwaah) nomen plantae est florem album habentis. Similia plantae Hendeba habet folia, quae per terram expanduntur. De viro dicitur, qui e loco suo non prodit.

١٠٦ هَذَا ٱلْجَنَى لَا أَنْ يُكَدَّ ٱلْمُغْفُرُ

106. Haec est collectio, non modo quo manna manu colligitur.

Metrum Redjes est. c. p. 230. Abu-Ahmruus legit: لا ان تكد المغفرا. Vox مغفر aut vocali Fatha aut Kesre in initio enuncianda mannae speciem, quae in plantis Remts (رمث) Ohschar (عشر) et Tsomam (ثمام) reperitur, significat. Parum autem per anni spatium inde colligitur, ut proverbium significet, rem generi suo praeferendam esse et virum multum doni consecutum esse. Conf. Kam. s. v. غفر

١٠٧ هُوَ يَرْقُمُ فِي ٱلْمَاءِ

107. Is in aqua scribit.

Virum ingeniosum esse et solertem significat. Dixit poeta:

سَأَرْقُمُ فِي ٱلْمَاءِ ٱلْقَرَاحِ إِلَيْكُمُ عَلَى نَأْيِكُمْ إِنْ كَانَ فِي ٱلْمَاءِ رَاقِمُ

»Ego in aqua limpida ad vos scribam, dum remoti estis, si in aqua scribens est“.

Metrum Thawil est. p. 161.

١٠٨ هَذَا بَرْضٌ مِنْ عِدٍّ

108. Haec est quantitas parva ex aqua perenni.

De eo dicitur, qui parum e multo dat.

١٠٩ هٰذَا يَحْطِبُ فِي حَبْلِهِ

109 Hic in funem eius ligna colligit.

Eum significat, qui in rebus, quas agit, alius commodi rationem habet.

١١٠ هُوَ ثَاقِبُ ٱلزَّنْدِ

110. Is ardens ignitabulum habet.

Eodem modo dicitur: هو وارى الزند „Is ignem emittens ignitabulum habet“. De eo dicitur, a quo bonum petimus et consequimur.

١١١ هُوَ كَابِي ٱلزِّنَادِ

111. Is ignem non emittens igniarium habet.

Eundem sensum praebent verba هو صلود الزناد. Id est: Parum boni in eo est.

١١٢ هَرِقْ عَلَى جَمْرِكَ مَاءً

112. Effunde aquam super prunas tuas!

Iram tuam mitiga! Dixit Rubah poeta:

يَا أَيُّهَا ٱلْكَاسِرُ عَيْنَ ٱلْأَغْضَنِ وَٱلْقَايِلُ ٱلْأَقْوَالَ مَا لَمْ تَلْقَنِي

هَرِقْ عَلَى جَمْرِكَ أَوْ تَبَيَّنِ بِأَيِّ دَلْوٍ إِذْ غَرَفْنَا تَسْتَنِي

„O tu, qui oculo compresso me adspicis et verba dicis, quamdiu mihi non occurristi, affunde super prunam tuam aquam aut clare explica, quanam situla usurum, quum haurimus, te haurire velle“.

Metrum Redjes est, p. 231.

١١٣ هُوَ أَوْثَقُ سَهْمٍ فِي كِنَانَتِي

113. Is est sagitta pharetrae meae, in qua maximam fiduciam pono.

Hominem, in quo maximam fiduciam ponimus, significat. Verba haec Malicus ben-Mismah in Ohbaid-Allahum ben-Sijad ben-Tsibjam Taimitam dixit.

١١٤ هُمَا فِي بُرْدَةٍ أَخْمَاسٍ

114. Ii duo in panno striato Chimsi sunt.

Vocabulum خمس speciem panni striati designat, qui in Arabia felici conficiebatur. Nomen aut a rege Chims appellato aut a numero quinque, quod longitudine quinque spithamarum (اشبار) fuerit, derivatur. Duos viros inter se propinquitatis et amoris intimi vinculo coniunctos aut idem factum peragentes, ita ut in eo similes quasi una veste induti sint, significat. Conf. Kam, s. v. خمس.

١١٥ هُوَ ٱلشِّعَارُ دُونَ ٱلدِّثَارِ

115. Is interius amiculum corporis est et non exterius amiculum.

Virum intime cum altero coniunctum, ut eius res perfecte noscat, designat.

١١٦ هُوَ مُؤْدَمٌ مُبْشَرٌ

116. Is est talis, ut tam exterius quam interius cutis latus adhibeatur.

Vocabulum ادمة interius cutis latus designat. Quod si hoc latus, qua parte corium lenius est, in conficiendis rebus ita adhibent, ut in exteriore rei parte sit, res مودم appel-

..., contrarium مبشر est. Perfectum omnimodo virum, ut in se lene latus interius et asperum latus exterius coniunctum habeat, proverbium designat. conf. Kam. s. ادم et Djeuh. s. بشر

هٰذَا حَظُّ جَدٍّ مِنَ ٱلْمِبْنَاةِ ١١٧

117. Haec est portio corii ad insidendum destinati Djaddo concessum.

Djaddus vir prudens ad gentem Ahd pertinens fuisse dicitur. Qui quum ad hospitem initio noctis pervenisset, ibi alios ante ipsum advenientes, qui multum cibi potusque sumserant, invenit. Noctu autem, omnibus in uno eodemque corio dormientibus, ne, quod unus hospitum in corio ventrem exonerasset, in ipsum culpa coniiceretur, metuens suam corii partem abscidit et ista domino verba dixit. Proverbium significat, virum aliorum culpae insontem esse. Huiusce rei poetae mentionem fecerunt. Sic Malicus ben-Nowairah dibens:

وَلَمَّا أَتَيْتُمْ مَا تَمَنَّى عَدُوُّكُمْ عَدَلْتُ فِرَاشِي عَنْكُمْ وَوِسَادِي

وَكُنْتُ كَجَدٍّ حِينَ قَدَّ بِسَيْفِهِ حِذَارَ ٱلْخِلَاطِ حَظَّهُ بِسَوَادِ

»Quum id peregissetis, quod inimicus vester optaverat, lectum et pulvinar meum a vobis removi et Djaddo similis eram, quum gladio suo cavens, ne cum turba misceretur, portionem suam amputaret.“

Metrum Thawil est. c. p. 161.

هَرَّقَ لَهَا فِي قَرْقَرٍ ذَنُوبًا ١١٨

118. Effudit ei in lacum putei situlam aqua impletam.

Vocabulum قرقر in scholio hisce verbis explicatum est:

„Vocabulum قرقر est lacus i. e. القرقر الحوض حوض الركية lacus putei". Virum, qui infirmus habetur et vincitur, ab alio adiutum et liberatum esse, proverbium significat.

١١٩ هُوَ يَشُوبُ وَيَرُوبُ

119. Is conturbat et concinnat.

Vox يروب hoc in proverbio ob antecedens يشوب loco vocis يراب posita est. Proverbii sensus est: Modo falso modo recte agit. Sunt autem, qui contendant, vocem يشوب idem esse ac يدفع repellit et يروب mente turbatus est significare. Hisce autem verborum significationibus admissis, proverbii sensus est: Modo mente turbatus est, ut se non moveat, modo se aliosque defendit dimicans. Legitur quoque sic proverbium: هو يشوب ولا يروب. Hunc legendi modum Alazmäihus adtulit. Sensus est: Aquam lacte miscet et non coagulatum est (lac), i. e. Vera falsis miscet, lac enim aqua mixtum non coagulatur.

١٢٠ هُوَ ٱلسَّمْنُ لَا يَخِمُّ

120. Is est adeps non foetens.

Hisce verbis viri pulchrae indoles, ut nil mali in eo sit, laudantur.

١٢١ هِيَ ٱلْخَمْرُ تُكَنَّى ٱلطِّلَا

121. Ea vinum est, sapae cognomen habet.

Verba haec Ahbidus ben-Alabraz Mondsiro dixisse fertur, quum hic eum occidere vellet, significaturus, se honore ab Almondsiro adfici, licet eum occidere vellet. Vinum licet pulchrum cognomen habet, tamen hominibus noxam infert. conf. Djeuh. s. طلا. In virum dicitur, cuius exterior habitus pulcher est, interior autem animi conditio prava.

١٢٢ هٰذِهِ بِتِلْكَ وَٱلْبَادِى أَظْلَمُ

122. Haec pro illa; sed incipiens iniustior est.

Ferasdakus inter gentem suam carmina recitans sedebat, quum Djerirus iumento vehens transiret. Ferasdakus quum audivisset interrogans, eum Djerirum esse, versum hunc dixit, eumque Djeriro nuntiare virum iussit:

فِى حِرِ أُمِّكَ اِسْكَةٌ مَعْرُوفَةٌ لِلنَّاظِرِينَ وَمَا لَهُ شَفَتَانِ

„In pudendis matris tuae ora est nota videntibus, cui duo labia non sunt".

Djerirus eum audiens alium et quidem eo acriorem Ferasdako versum renuntiare iussit:

لٰكِنْ حِرُ أُمِّكَ ذُو شِفَاهٍ جَمَّةٍ مُخْضَرَّةٍ كَغَبَاغِبِ ٱلثِّيرَانِ

„Sed pudendum matris tuae labia habet crassa, viridia sicut iugula taurorum."

Versus ad metrum Camil (p. 212) referendus est; sed initio una syllaba abundat. Qui versus verborum causa erat, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt. Sic autem verba explicantur: هذه القالة مستحقة او مجلوبة بتلك القالة „Hic sermo dignus est illo aut adductus est per illum." Incipientem autem iniustiorem esse dixit, quod ille initium faciens causam responsi adduxerat. De retributione adhibetur.

١٢٣ الهَيْبَةُ مِنَ ٱلْخَيْبَةِ

123. Timor causa frustrationis est.

Eodem sensu dicitur: الهيبة خيبة „Timor frustratio est". Id est: Si metuis, rem non assequeris. De viro adhibetur, qui licet rem cupit, eam aggredi non audet. Hunc sensum poeta expressit:

مَنْ رَاقَبَ ٱلنَّاسَ مَاتَ غَمًّا وَفَازَ بِٱللَّذَّةِ ٱلْجَسُورُ

„Qui homines timet, is moerore moritur, sed audax gaudio potitur". Metrum Basith est. p. 194.

١٢٤ هٰذِهِ بِتِلْكَ فَهَلْ جَزَيْتُكَ

124. Hoc pro illo et num tibi par pari reddidi?

Samachscharius in fine addidit يا عمرو „O Ahmrue! Vidit Ahmruus ben-Alahwaz ad gentem Banu-Nahschal pertinens Iasidum ben-Almondsir, qui eiusdem gentis erat, iocantem cum ipsius uxore, ita ut eam repudio dimitteret. Quae res in causa erat, cur Iasido Ahmrui pudor esset. Accidit autem, ut quum uterque incursionem hostilem faceret, Ahmruus confossus equum suum amitteret. Iasidus eum liberans et equum reddens, quum fuga se eripientem conspiceret, ista verba dixit.

١٢٥ هَمُّكَ مَا هَمَّكَ

125. Sollicitudo tua te anxium reddidit.

Eodem sensu dicunt Arabes: همك ما اهمك et sic Samachscharius adnotavit. In eum dicitur, qui cura socii sui sollicitus non est, sed quem alia res sollicitum habet. Haec Abu-Ohbaidus adtulit. Vocabulum aut هَمُّك aut هَمُّك enunciatur. Prius sic explicatur: شانك الذى يجب ان تهتم به „Res tua sollicitum te reddere debet", posterius sic: اذابك ما اقلقك „Emaciavit te id quod te sollicitum tenet".

١٢٦ هَلُمَّ جَرًّا

126. Adesdum! leniter!

Scholion ista verba sic explicavit: Dixit Almofadhdhelus: „اى تعالوا على هينتكم كما يسهل عليكم I. e. adscendite cum commoditate vestra, quomodo facile vobis est.« Vocabulum جر a leniter propellendo desumtum est, dum oves et cameli

in incedendo pascuntur. Verba ista Ahjidsus dixisse fertur Ahmruo ben-Hamran Djahditae, quum ab eo cremorem lactis et cameli gibbum petiisset et ille his quoque dactylos addidisset. conf. C. XXII, 98. Ahjidsus filius Iasidi Ieschcoritae fratre usus est Djendelah appellato. Hic eius frater redeunti hos dixit versus:

أَعَايِذُ لَيْتَ شِعْرِى أَىُّ أَرْضٍ رَمَتْ بِكَ بَعْدَ مَا قَدْ غِبْتَ دَهْرَا

فَلَمْ يَكُ يُرْتَجَى لَكُمُ إِيَابٌ وَلَمْ نَعْرِفْ لِدَارِكَ مُسْتَقَرَّا

فَقَدْ كَانَ ٱلْفِرَاقُ أَذَابَ جِسْمِى وَكَانَ ٱلْعَيْشُ بَعْدَ ٱلصَّفْوِ كَدْرَا

وَكَمْ قَاسَيْتَ عَايِذُ مِنْ فَظِيعٍ وَكَمْ جَاوَزْتَ أَمْلَسَ مُقْشَعِرَّا

إِذَا جَاوَزْتَهَا ٱسْتَقْبَلْتَ أُخْرَى وَأَقْوَدَ مُشْمَخِرَّ ٱلنِّيقِ وَعْرَا

„O Ahjidse! Utinam nossem, quaenam terra te proiecerit, posteaquam diu absens fuisti. Non autem vester reditus sperabatur, et domo tuae locum non novimus. Et separatio corpus meum iam emaciaverat, et vita, postquam pura fuerat, turbulenta facta est, Quot autem tu, o Ahjidse! tolerasti graves calamitates et quot deserta sterilia peragrasti! Quum autem tu unum superavisses, ad alteram te convertebas et ad montem alto vertice praeditum, difficilem“.

Metrum Wafir est. p. 204.

Ahjidsus autem hisce versibus sequentibus respondit:

أَجَنْدَلُ كَمْ قَطَعْتُ إِلَيْكَ أَرْضًا يَمُوتُ بِهَا أَبُو ٱلْأَشْبَالِ ذُعْرَا

قَطَعْتُ وَلَامِعَاتُ ٱلْآلِ تَجْرِى وَقَدْ أَوْتَرْتُ فِى ٱلْمَوْمَاةِ كُدْرَا

وَطَامِسَةِ ٱلْمُتُونِ ذَعَرْتُ فِيهَا خَوَاضِبَ ذَاتَ أَرْآلٍ وَغُبْرَا

وَإِنْ جَاوَزْتُ مَقْفَرَةً رَمَتْ بِى إِلَى أُخْرَى كَتِلْكَ هَلُمَّ جَرَّا

فَلَمَّا لَاحَ لِى سَغْبٌ وَلُوحٌ وَقَدْ مَتَعَ ٱلنَّهَارُ لَقِيتُ عَمْرَا

فَقُلْتُ فَهَاتِ زُبْدًا أَوْ سَنَامًا فَقَالَ كِلَاهُمَا وَيَزَادُ تَمْرَا

فَقَدَّمَ لِلْقِرَى شِطَبًا وَزُبْدًا وَظَلْتُ لَدَيْهِ عَشْرًا ثُمَّ عَشْرَا

„O Djandale! quoties ad te tendens terram peragravi, in qua leo ob terrorem moritur; peragravi dum rutilans vapor fluebat et iam in desertis onagros crassos iaculatus sum, nec non dissitas terras altas, in quibus terrefeci cruribus rubescentibus praeditos struthiocamelos et lupos. Si desertum peragrabam, ad alterum (desertum) me duxit, ut illud in quo dicebatur: هلم جرا. Et quum fames sitisque die vesperascente me invaderet, Ahmruo occurri. Tum dixi: Adfer cremorem aut cameli gibbum! Ille autem dixit: Utrumque et dactylos addam. Et adtulit ad me excipiendum segmenta gibbi longa et decem et tum decem (dies) apud eum permansi."

Metrum Wafir est. p. 204.

١٢٧ اَلْهَوَى مِنَ ٱلنَّوَى

127. Amor ex absentia oritur.

Homo despicere solet eum, quem quovis die videt, fastidio videndi captus. Quapropter dicitur: اغترب تتجدد „Peregrineris et novus fies!" et رب ثاو يمل منه ثواء „Subsistens saepe fastidium producit commemoratione."

١٢٨ اَلْهَيْدَانِ وَٱلرَّيْدَانِ

128. Pavidus et fortis.

De viro dicitur, qui modo procedit modo recedit, ut pavidus et fortis significetur. Dixit Abu-Ahmruus: فلان يعطى الهيدان والريدان „Quidam dona dat ei, quem noscit et ei, quem non noscit."

١٢٩ هُوَ حُمَيِّرُ ٱلْحَاجَاتِ

129. Is asinus parvus necessitatum est.

Is in servitium adhibetur. De vili et despecto dicitur.

١٣٠ هَيَّجَ عَلَى غَيٍّ وَذَّرَ

130. Concitavit ad errorem et se avertit.

Meidanius hoc scholion habet: يضرب للمتسرع الى الشر اى هيج بينهم حتى اذا التحمت الحرب كف عن المعونة „De viro adhibetur, qui ad malum festinat. I.e. Concitavit inter eos (bellum) ita ut, si accensum esset, auxilium non ferret.“ Samachscharius sequentia verba explicandi gratia adtulit: اى ابعث القوم على الشر وانتبذ جانبا „Excitavit gentem ad malum et ad latus recessit.“

١٣١ هَلَا بِصَدْرِ عَيْنِكَ تَنْظُرُ

131. Nonne anteriore oculi tui parte cernis?

De eo dicitur, qui a latere homines adspicit.

١٣٢ هَلْ مِنْ مُغَرِّبَةِ خَبَرٍ

132. Num nuntius ex peregrina terra?

Legitur quoque: هل من جايبة خبر „Num nuntius, qui terram peragravit?“ In Djeuharii opere legitur: هل جاءكم جائبة خبر „Num ad vos venit nuntius, qui terras peragravit?“ De nuntiorum investigatione adhibetur.

١٣٣ هَلْ يَخْفَى عَلَى ٱلنَّاسِ ٱلْقَمَرُ

133. Num luna homines latet?

De re manifesta, omnibus nota dicitur. Dixit poeta Dsu'l-Rommah:

وَقَدْ بَهَرْتَ فَمَا تَخْفَى عَلَى أَحَدٍ إِلَّا عَلَى أَحَدٍ لَا يَعْرِفُ ٱلْقَمَرَا

„Iam vicisti, tum nemini occultus es nisi ei, qui lunam non noscit.“ Metrum Basith est. p. 190.

١٣٤ هَلْ يَنْهَضُ ٱلْبَازِى بِغَيْرِ جَنَاحِ

134. Num accipiter sine alis in aerem se extollit?

Proverbium adhibent, ut homines ad mutuum auxilium praestandum et consensum incitentur.

١٣٥ هَوِّنْ عَلَيْكَ وَلَا تُولَعْ بِإِشْفَاقِ

135. Leve tibi sit et ne amori deditus sis!

Metrum Basith est. p. 190. Monet nos proverbium, ne magna ob res mundanas tristitiâ adficiamur, quum mundum relicturi simus. Posterius autem versus hemistichium est: فانما مالنا للوارث الباقى „N a m o p e s n o s t r a e h a e r e d i e r u n t“.

١٣٦ هُمُ ٱلسَّهُ ٱلسُّفْلَى

136. Illi podex inferior sunt.

Homines vilissimos esse, ex quibus commodum non capiatur, proverbium significat. Dixit poeta:

شَآتْكَ قُعَيْنٌ غَثُّهَا وَسَمِينُهَا وَأَنْتَ ٱلسَّهُ ٱلسُّفْلَى إِذَا دُعِيَتْ نَصْرُ

„Te praecessit gens Koaihn[1]), eius macri et pingues et tu es podex inferior, quando gens Nazr vocatur“.

Metrum Thawil est p. 161.

١٣٧ هَلْ يَجْهَلُ فُلَانًا إِلَّا مَنْ يَجْهَلُ ٱلْقَمَرَ

---

1) Gens Koaihn pars gentis Banu-Asad est

137. Num ignotus est quidam nisi ei, cui luna ignota est.

Idem sensus hemistichio sequenti est: وقد بهرت فما تخفى على احد „Omnes splendore tuo vicisti, et neminem lates“. conf. prov. 133.

١٣٨ الهمّ ما دعوته اجاب

138. Sollicitudo, quotiescunque eam vocas, tibi respondet.

Proverbium, quod ad metrum Redjes aut Sarih referri potest (conf. p. 230, 246.), nos hortatur, ut laetitiae occasionem arripiamus.

١٣٩ هنيئا لك النافجة

139. Proficiat tibi augens?

Hisce verbis Arabes ante Mohammedis tempus ei congratulari solebant, cui filia nata erat. Vox النافجة voce المعظمة in scholiis explicata est. Sic autem filia isto tempore cognominabatur, quod dote accepta opes patris augebantur. conf. Djeuh. نفج

١٤٠ هامة اليوم او غد

140. Bubo huiusce diei aut crastini.

Id est: هو مايت اليوم او غد »Is mortuus huiusce diei aut crastini est«. Sic scholion. Verba autem ista Schotairus ben-Chaled ben Nofail Dhiraro ben-Ahmru Dhabbitae dixit, qui eum captivum fecerat. Dhirarus enim dixerat: E tribus rebus unam tibi eligere potes. Quum igitur alter, ut illas proponeret, postulasset, Dhirarus dixit: Reddas mihi filium meum Alhozainum, quem tuus filius Ahtabahus occidit. Quum se mortuos resuscitare non posse dixisset, postulavit, ut ipsi filium suum traderet occidendum

et quum verbis sequentibus لا ترضى بنو عامر ان يدفعوا فارسا مقبلا بشيخ اعور هامة اليوم او غد „Non gratum erit genti Banu-Ahmir, tradere equitem fortem pro sene lusco. Bubo huiusce diei aut crastini", respondisset, te occidam, dixit et filio suo, ut eum occideret imperavit. Clamavit autem Schotairus „يال عامر اصبرا وبضبى O gens Ahmir! Num vinctus occidor et per Dhabbitam?" Conf. XIV, 82. In Samachscharii codice legitur هذه هامة.

١٤١ هَبِلَتْهُ أُمُّهُ

141. Amittat eum mater!

Verbis hisce male precantur homini. conf. Kam. Dj.

١٤٢ اهْتَبِلْ هَبْلَكَ

142. Rem tuam age!

De eo dicitur, qui adversario suo adversatur. Abu-Saidus, verba haec nonnisi ab irato adhiberi dixit. conf. Kam.

١٤٣ هُوَ عَلَى خَلِّ خَيْدَبِهِ

143. Is in semita viae suae manifestae est.

Vocabulum خيدب in scholiis verbis: الطريق الواضح „via manifesta" explicatur; at in lexicis voci خيدبة consilii, quod vir primum cepit, significatio tribuitur; nec vero dubito, quin haec in proverbio admittenda sit, adhibetur enim de eo, qui rem, quam aggressus est, non deserit. Dicitur quoque: اقبل على خيدبتك conf. Djeuh. s. v. خدب

١٤٤ هَلْ تَرَى الْبَرْقَ بِفِى شَانِيكَ

144. Num vides montem Albark in ore osoris tui?

Sic scholion habet: البرق جبل قالوا هو مثل قولك حجر بفى شانيك ,,Vocabulum البرق nomen montis est. Dicunt, hunc loquendi modum similem esse illi: Lapis in ore osoris tui!

هَلَكُوا فَصَارُوا حَتًّا بَتًّا ١٤٥

145. Periere et facti sunt aridum et evanescens?

Id est: Omnino perierunt sicut folia arida, quae deciderunt, evanescunt.

هُوَ كَزِيَادَةِ ٱلظَّلِيمِ ١٤٦

146. Is similis est augmento in struthiocamelo mare.

Res, quae plantae pedis struthionis adnascitur, digito similis neque nocet neque utilis est, quapropter proverbium virum aliis neque utilem neque nocentem designat.

هُوَ أَبُوهُ عَلَى ظَهْرِ ٱلْإِنَاءِ ١٤٧

147. Is eius pater est super dorso vasis.

Talis eorum similitudo est, ut omnibus adpareat, quemadmodum res super vase omnibus conspicitur. Sunt autem, qui proverbium modo, quo in sequente legitur, enuncient.

هُوَ أَبُوهُ عَلَى ظَهْرِ ٱلثُّمَّةِ ١٤٨

138. Is eius pater est super dorso manipuli herbarum aridarum.

Vocabulum الثمة duplici modo vocali Dhamma aut Fatha enunciatur. Ista herba Tsomam appellata significatur, quam aridam e terra evulsam utribus supponunt. Proverbii igitur sensus talis est: Eius cum illo similitudo tanta est, ut omnibus adpareat, quemadmodum uter herbis aridis impositus ab omnibus conspicitur, conf. prov. 35.

Forma comparativi.

—

١٤٩ أَهْوَنُ مَرْزِيَّةٍ لِسَانٌ مُمِخٌّ

149. Levissimum detrimentum est lingua medullosa.

Quod verbis tantum, non opibus homini auxilium praestatur, id parvi momenti est, ut eo facile carere possit. Verba autem pulchra in proverbio lingua medullosa appellantur, quippe quae homini inutilia sunt, opibus enim potius auxilium ferendum est. In Scharaf-Aldini nec non in Samachscharii opere proverbium sic legitur: اهون ما اعملت لسان ممخ „Levissimum, quod operi adhibes, lingua medullosa est“. Sensum vero proverbii poeta versu sequente expressit:

وَأَيْسَرُ مَا يَحْبُو بِهِ ٱلْمَرْءُ خِلَّهُ مِنَ ٱلْعَاهِنِ ٱلْمَوْجُودِ أَنْ يَتَكَلَّمَا

„Levissimum, quod vir amico suo dono dat ex opibus antiquis, est id, quod loquitur“. Metrum Thawil est p. 161

١٥٠ أَهْوَنُ هَالِكٍ عَجُوزٌ فِي عَامِ سَنَةٍ

150. Levissimus periens est vetula anno sterili.

Parum curamus, quod vetula anno sterili perit. De re dicitur, quae perdita nos non adfligit. In Scharaf-Aldini nec non Samachscharii opere vox عام in proverbio omissa est. Legitur quoque في سبه „in delirio senili“. Dixit poeta:

وَأَهْوَنُ مَفْقُودٍ إِذَا ٱلْمَوْتُ نَابَهُ عَلَى ٱلْمَرْءِ مِنْ أَصْحَابِهِ مَنْ تَقَنَّعَا

„Levissime desideratus, quando mors ei supervenit, viro e sociis suis calantica iuduta (mulier) est“.

Metrum Thawil est. p. 161.

١٥١ أَهْوَنُ مَظْلُومٍ عَجُوزٌ مَعْقُومَةٌ

151. Levissimus iniuriâ laesorum est vetula sterilis.

Id est: Cuius vindicta minime timenda est. De eo dicitur, quem, quum impotens sit, parum curamus.

١٥٢ أَهْوَنُ مِنْ عَفْطَةِ عَنْزٍ بِٱلْحَرَّةِ

152. Levior, quam crepitus ventris caprae in regione petrosa.

١٥٣ أَهْوَنُ مَظْلُومٍ سِقَآءٌ مُرَوَّبٌ

153. Levissimus iniuriâ adflictorum est uter nondum agitatus, dum in eo lac coagulatum est.

Vocabulum مظلوم proprie est iniuria adflictus, tum lac designat, quod potatur, antequam prorsus crascescit. Haec autem duplex significatio proverbio inest. De eo dicitur, qui noxam, qua adfligitur, patienter fert.

١٥٤ أَهْوَنُ ٱلسَّقْيِ ٱلتَّشْرِيعُ

154. Facillima potatio est, quum ad flumen ipsum adducitur pecus.

De eo dicitur, qui in re tractanda summam diligentiam non adhibet, sed leviter agit. Narrant, familiam viri occisi, quam suspicio socios eum occidisse, prehendisset, rem ad Schoraihum detulisse, ut in rem inquireret, et quum

Schoraihus, ut de caede facta argumenta proferret, postulasset, ad Ahlium eam ivisse. Ahlium hunc versum dixisse:

أَوْرَدَهَا سَعْدٌ وَسَعْدٌ مُشْتَمِلْ يَا سَعْدُ لَا تُرْوَى عَلَى هٰذَا ٱلْإِبِلْ

„Sahdus eos aquam adduxit et Sahdus omnes simul adducit. O Sahde! Hoc modo cameli sitim non explent.“

Metrum Redjes est. p. 231. Conf. C. XXVI, 23.

Tum dixit: اهون السقى التشريع »Facillima potatio est, quum ad flumen ipsum pecus adducitur“. Tum eos (socios) quum separatim interrogasset, discrepantia protulerunt et se eum occidisse confessi sunt“.

١٥٥ أَهْوَنُ مِنْ قُعَيْسٍ عَلَى عَمَّتِهِ

155. Levior (contemtibilior), quam Koaihsus amitae suae.

Narrant, Koaihsum Cufensem in domum amitae suae venisse. Quae domus quum angusta esset, illa, pluvia et frigore incidente, canem suum intromisit et Koaihsum inde exire iussit. Viro autem haec causa mortis fuit. Alscharkijjus Alkathamijjus rem aliter retulit. Koaihsus ben-Mokahis ben-Ahmru ad gentem Banu-Tamim pertinens patre mortuo ab amita mercatori in pignus pro tritici quantitate haud magna traditus, quum pretium tritici non solveretur, in servitutem redactus est.

١٥٦ أَهْوَنُ مِنْ نَغَلَةٍ

156. Contemtibilior, quam corrupta (pellis).

Vocabulum نغل corruptionem designat, quae in pecorum pelles incidit. Proverbii loco Arabes dicere solent: قالت النغلة لا اكون وحدى „Dixit corrupta (pellis): Non ero sola“. Ovi enim adhuc vivae lana evellitur. Quod si vero pellis a coriario nondum instructa concinnatur, ceterae pelles

circa eam corrumpuntur. Quapropter proverbii sensus est: Quae in viro conspicitur prava indoles, sola non est, sed aliae cum illa cohaerentes reperiri possunt.

١٥٧ أَهْوَنُ مِنْ دِحِنْدِحٍ

157. Levior (contemtibilior) quam Dihindih.

Vocabulum دحندح Dihindih aliis nullam rem designat, aliis ludi puerilis nomen est, quo vocem istam دحندح enunciant. Qui autem in enunciando erraverit, ei uno pede subsistendum et septem vicibus subsultim incedendum est.

١٥٨ أَهْوَنُ مِنْ ضَرْطَةِ ٱلْعَنْزِ

158: Contemtior, quam caprae crepitus ventris.

Proverbium desumtum esse dicitur e poetae Ahmru ben-Hormus appellati versu:

لَسِيَّانِ عِنْدِى قَتْلُ ٱلزُّبَيْرِ وَضَرْطَةُ عَنْزٍ بِذِى ٱلْجُحْفَةِ

„Aequales sunt apud me caedes Alsobairi et crepitus ventris a capra in loco pasturae idoneo emissa“.

Metrum Motakarib est. p. 281.

١٤٩ أَهْوَنُ مِنْ تَمْبِلَةٍ وَمِنْ طُلْيَةٍ وَمِنْ رِبْذَةٍ

159. Contemtior, quam pannus parvus, quo picem liquidam camelis scabiosis illinunt.

Sunt tria proverbia, vocabula enim تمبلة, طلية, ربذة, eandem rem significant. In Scharaf-Aldini nec non Samachscharii libro من تملة legitur.

١٦٠ أَهْوَنُ مِنْ مِعْبَأَةٍ

160. Contemtior, quam pannus quo femina menstruum sanguinem excipit.

١٦١ أَهْوَنُ مِنْ لَقْعَةٍ بِبَعْرَةٍ

161. Contemtior, quam iactus, qui fit stercoris globo.

Verbum لقع etiam de maligni adspectu, quo quis occiditur, adhibetur. Ut hanc significationem probaret, Meidanius haec adtulit: حكى ان هشام بن عبد الملك ورد المدينة حاجا فدخل عليه سالم بن عبد الله بن عمر فقال له كم تعد يا سالم فقال ثلاثا وستين قال تالله ما رايت فى ذوى اسنانك احسن كدنة منك فما طعامك قال الخبز والزيت قال افلا تاجمه قال اذا اجمته تركته حتى اشتهيه فانصرف سالم الى منزله وحم فجعل يقول لقعنى الاحول بعينه حتى مات واجتاز هشام بجنازته راجلا فصلى عليه „Narrant, ad Hischamum ben-Ahbd-Almalic, quum in itinere sacro Medinam intrasset, venisse Salimum ben-Ahbd-Allah ben-Ohmar. Hunc quum interrogasset Hischamus, quot annos vixisset et quum alter se sexaginta très annos habere, respondisset, Hischamum dixisse: Non vidi pulchriorem te carne, et quaenam res tibi nutrimento sunt? Alterum respondisse: Pane et oleo se vivere. Hischamum interrogasse: Nonne hae res fastidium creant? et alterum dixisse: Quod si earum rerum fastidium me movet, eas relinquo, donec desiderium earum rediit. Salimum autem domum reversum et febri correptum dixisse: Strabus ille oculo suo me laesit. Quum autem mortem obiisset, Hischamum pede incedentem funus eius secutum esse et preces solitas fecisse".

١٦٢ أَهْوَنُ مِنْ تَبَالَةَ عَلَى ٱلْحَجَّاجِ

162. Contemtior, quam oppidulum Tabâlah Alhadjdjadjo.

Tabâlah nomen oppiduli est in regione Arabiae felicis siti. Proverbium incolis regionis Thajef proprium fuisse

dicitur. Narravit Abu-l'Iekthsanus, oppiduli istius Alhadjdjadji primam fuisse praefecturam. Ad quod oppidum quum proficiscens viae ducem interrogasset, ubi situm esset, et hic pone collem id situm esse, respondisset, Alhadjdjadjus, se oppidi praefecturam, quod collis abscondere possit, contemnere dicens qua venerat via rediit. Ab isto inde tempore proverbium illud usu tritum erat. conf. Vit. Timur. T. I p. 582 ed Mang.

١٦٣ أَهْوَنُ مِنَ ٱلنُّبَاحِ عَلَى ٱلسَّحَابِ

163. Contemtior, quam latratus canis nubi.

Canes apud scenitas viventes, quum semper sub coelo commorantes ex pluvia, quam nubes adferunt, molestiam percipiant, quoties coelo nubem conspiciant, latrare dicuntur. Simile huic alterum proverbium est: لا يضر السحاب نباح الكلاب ولا الصخر تفليل[1]) الزجاج „Non nocet nubi latratus canum et non petrae vitri ruptura". Dixit poeta:

وَمَا لِيَ لَا أَغْزُو وَلِلدَّهْرِ كَرَّةٌ وَقَدْ نَبَحَتْ تَحْتَ ٱلسَّمَاءِ كِلَابُهَا

»Quamnam ob causam incursionem non facio et tempori est reditus et iam sub coelo eius canes latrarunt".

Sic quoque canes lunam orientem adlatrare dicuntur in hoc versu:

يَا جَابِرَ بْنَ عَدِيٍّ أَنْتَ مَعْ زَفَرٍ كَٱلْكَلْبِ يَنْبَحُ مِنْ بُعْدٍ عَلَى ٱلْقَمَرِ

»O Djabire ben-Ahdijj tu cum agmine cani similis es, qui e longinquo lunam adlatrat«.

١٦٤ أَهْلَكُ مِنْ تُرَّهَاتِ ٱلْبَسَابِسِ

---

1) In Scharaf-Aldini opere تقلقل „commotio" legitur.

164. Magis perdens, quam viae parvae in desertis vastis.

Proverbium genti Tamim proprium esse dicitur; gens enim illa formae primae هلك significationem perdendi, quae est quartae اهلك propria, tribuit. In vastis desertis si quis viis parvis incedit, facile fieri potest, ut a via recta aberret.

١٦٥ أَهْدَى مِنْ دُعَيْمِيصِ ٱلرَّمْلِ

165. Melius ducens, quam Doaihmizus arenarum.

Dicunt Doaihmizum virum fuisse viarum maxime gnarum eumque unicum fuisse, qui in regionem Wabar a daemonibus cultam pervenerit. Alii eum servum nigrum fuisse dicunt. Inde reversum in nundinis versum eum recitasse sequentem:

فَمَنْ يُعْطِنِى تِسْعًا وَتِسْعِينَ بَكْرَةً هِجَانًا وَأُدْمًا أَهْدِهِ لِوَبَارِ

»Si quis mihi dederit nonaginta novem iuvencas camelas nobiles et fuscas, cum ad locum Wabar[1]) ducam«.

Metrum Thawil est. p. 161.

Vir ad gentem Mahrah مهرة pertinens postulata obtulit et iter cum eo ingressus, quum daemones viae ducem in errorem induxissent, periit. conf. Kam. et Djeuh.

١٦٦ أَهْنَأُ مِنْ كَنْزِ ٱلنَّطْفِ

166. Gratior, quam thesaurus Alnathfi.

Conf. C. XXIII, 71.

١٦٧ أَهْوَنُ مِنْ تِبْنَةٍ عَلَى لِبْنَةٍ

1) Wabar est nomen deserti inter regionem Iemen, Ohman, Bahrain et Iemamah siti.

176. Levior (contemtior), quam straminis particul. super latere sole cocto.

١٦٧ أَهْوَنُ مِنْ ذُبَابٍ وَمِنْ صُؤَابَةٍ ومن حُنْدُجٍ ومن الشَّعْرِ السَّاقِطِ وَمِنْ قُرَاضَةِ الجَلَمِ ومن حُثَالَةِ القَرَظِ وَمِنْ ضَرْطَةِ الجَمَلِ وَمِنْ ذَنَبِ الحِمَارِ عَلَى البَيْطَارِ

168. Contemtior, quam musca; quam lens (dis); quam pediculus; quam crinis deciduus; quam particula decidua lanae tonsae; quam dispersa folia arboris Salam appellatae[1]); quam cameli crepitus ventris; et quam cauda asini veterinario.

١٦٩ أَهْوَلُ مِنَ السَّيْلِ ومن الحريق

169. Magis terrens, quam aquarum fluctus irruentes; et quam flammae incendii.

Unicus codex Berol., quocum Scharaf-Aldinus consentit, rectum habet, nam in codice meo et Lugdun. اهون legitur.

١٧٠ أَهْرَمُ من لُبَدٍ وَمِن قَشْعَمٍ

170. Aetate magis decrepitus, quam vultur Lokmani Lobad appellatus; quam vultur annosus.

2) Folia sunt, quibus coria concinnantur.

۱۷۱ أَهْدَى مِنَ ٱلْيَدِ إِلَى ٱلْفَمِ وَمِنَ ٱلنَّجْمِ وَمِنْ قَطَاةٍ وَمِنْ حَمَامَةٍ وَمِنْ جَمَلٍ

171. Melius ducens, quam manus ad os; quam stellae; quam avis Katha appellata; quam columba; quam camelus.

Conf. C. VI, 189.

Proverbia recentiora.

۱۷۲ هَلَّا ٱلتَّقَدُّمُ وَٱلْقُلُوبُ صِحَاحٌ

172. Quid non praecedere, dum animi integri sunt?

۱۷۳ هَدُّ ٱلْأَرْكَانِ فَقْدُ ٱلْإِخْوَانِ

173. Quum columnae diruuntur, fratres desiderantur.

In codice Berol. B. legitur هدم الاركان.

۱۷۴ هَاذَى مَنْ لَاحَى

174. Deliravit, qui disputavit.

١٧٥ هَانَ عَلَى النَّظَّارَةِ مَا يَمُرُّ بِظَهْرِ ٱلْمَجْلُود

175. Observantibus lene videtur id, quo dorsum flagellati adficitur.

Conf. C. XXVII, 61 et Harir p. ٥٥٩.

١٧٦ هٰذِهِ الطَّاقَةُ مِنْ هٰذِهِ البَاقَةِ

176. Hic fragrantium herbarum fasciculus ex hoc florum fasciculo.

١٧٧ هٰذَا المَيِّتُ لَا يُسَاوِى البُكَاء

177. Hic mortuus ploratum non valet.

Conf. Burckhardt. p. 201. In codice Berol. B. legitur ما يسوى

١٧٨ هٰهُنَا تُسْكَبُ ٱلْعَبَرَات

178. Hic lacrymae effunduntur.

In codice Berol. B. هنا legitur.

١٧٩ هُوَ أَضْرَطُ النَّاسِ فِى دَارٍ فَارِغَة

179. Is omnium hominum maxime pediens est in domo vacua.

١٨٠ هَبَّتْ رِيحُهُ

180. Ventus eius flat.

Id est: Res eius floridae sunt.

١٨١ هُوَ إِحْدَى ٱلْآيَاتِ

181. Is unum signorum est.

In eum dicitur, qui opprobrio adfectus est.

١٨٢ هُوَ مِنْ كُلِّ زِقٍّ رُقْعَةٌ وَمِنْ كُلِّ قِدْرٍ مِغْرَفَةٌ وَمِنْ كُلِّ كُتَّابٍ صَبِيٌّ

182. Is ex omni utre pars est, qua reparatur, et ex omni olla haustrum, et ex omni schola puer.

١٨٣ هٰذَا حَتَّى تَعْلَمَ أَنَّ المَيِّتَ يَضْرِطُ

183. Hoc, donec scis, mortuum edere crepitum ventris.

١٨٤ هو لى كالطَّبِيبِ لا كَالْمُغَنِّى

184 Is mihi ut medicus est, non ut cantor.

١٨٥ هُوَ مِنْ أَهْلِ ٱلْجَنَّةِ

185. Is e numero gentis Paradisi est.

De simplicibus dicitur, nam Mohammedis traditione ad nos delata verba sunt: اكثر اهل الجنة ابلة „Maior pars incolarum Paradisi simplices (in rebus mundanis) sunt“.

١٨٦ هُوَ عَلَيْنَا بِجُرْعَةِ ٱلثَّكْلَى

186. Is contra nos est sorbitio orbae.

In iratum dicitur.

١٨٧ هَمُّهُ لا يُجَاوِزُ طَرَفَ رِدَائِهِ

187. Cura eius duas pallei, quo vestitus est, extremitates non transit.

١٨٨ هٰذا نَبَأٌ قد تَغَنَّتْ عليه الإمَآءُ الحَوَاطِبُ

188. Hic est nuntius, quem ancillae ligna colligentes cantu iam divulgarunt.

De re omnibus nota, nisi fallor, dicitur.

١٨٩ هٰذا وَرَبِّ الكَعْبَةِ آخِرُ ما فى الجَعْبَةِ

189. Hoc, per dominum templi sacri! ultimum eius est, quod in pharetra erat.

١٩٠ هَلَكَ مَن اتَّبَعَ هَوَاهُ

190. Qui cupiditates suas sequitur, perit.

١٩١ الهَوَى إِلٰهٌ مَعْبُودٌ

191. Cupiditas est Deus cultus.

١٩٢ هُوَ الدَّهْرُ وَعِلاجُهُ الصَّبْرُ

192. Is tempus est et medicina contra eum adhibenda patientia est.

١٩٣ هو أَنَسُ خِدْمَتِهِ وبِلالُ دَعْوَتِهِ وعُكَاشَةُ مُوَالَاتِهِ

193. Is Anasus servitii eius est, et Belalus advocationis eius, et Ohcaschahus mutuae consuetudinis eius est.

Anasus ben-Malic minister Mohammedis erat. Belalus celeber ille tempore Mohammedis ad preces convocans vir, Ohcahschahus ben-Tsaur et Ohcahschahus ben-Mihzan

et Ohcaschah Alghanawi e numero sociorum Mohammedis erant. In codice Berol additur: وحسان مدحته وابو هريرة مجلسه »Et Hassanus rei laudabilis eius et Abu-Horairahus consessus eius. Omnia autem ista mihi significare videntur: Is apud eum in magno honore est.

١٩٤ اهْتِكْ سُتُورَ الشَّكِّ بِالسُّؤَال

194. Lacera interrogando vela dubii!
Conf. Burckhard. p. 206.

١٩٥ هَلْ يَخْفَى عَلَى ٱلنَّاسِ ٱلنَّهَار

195. Num dies homines latet?

Caput XXVIII.

Littera Ja.

ا يَا بَعْضِى دَعْ بَعْضًا

1. O pars mei! sine partem alteram!

Ebn-Alcalbius proverbii huiusce auctorem Sorarahum ben-Ohdos Tamimitam, cuius filia Sowaido ben-Rabiah nupta esset, fuisse tradidit. Sowaidus quum Ahmrui ben-Hind regis fratrem parvum occidisset, fugâ vindictae se eripuit. Misit igitur rex ad Sorarahum, ut cum filiis illius, qui novem essent, ad ipsum veniret. Non poterat non mandato obsequium praestare. Quos igitur occidi rex iussit. Pueri autem illud mandatum audientes avo se adhaeserunt. Avus ista verba pronuntiavit, quae in proverbii consuetudinem venerunt, et mutuam cognatorum propensionem designant. Filios autem ex filia natos partem sui appellat, se ipsum partem alteram. Verborum sensus est: Sinite me, qui opem ferre non possim eidem quam vos periculo expositus.

٢ يَا عَاقِدُ أُذْكُرْ حَلًّا

2. O ligans! memor sis solvendi.

Legitur quoque يا حامل »o portans«. Ne onus cameli dorso impositum firmius liges cavens noxam in solvendo. In codice B. est lectio يا راحل »O iter faciens!« Quod si hic legendi modus admittitur, voci حل divertendi significatio tribuenda est. Monet autem proverbium, ut in agendo finis rationem habeamus. Modum, quo clitellae in camelis ligantur, proverbii verba spectant.

٣ يَا طَبِيبُ طِبَّ لِنَفْسِكَ

3 O medice! te ipsum cura!

Simile proverbium est: ان كنت ذا طب فطب لعينك »Si tibi medicinae scientia est, oculum tuum cura!« In eum dicitur, qui rei scientiam, qua non pollet, sibi arrogat. Meidanius autem dicit, طب نفسك linguae regulis aptum esse, si verbo طب verba عالج tractandi, curandi significatio tribuatur. Praepositionem ل additam esse, quia accusativus داءها omissus sit I. e. cura animae tuae morbum. Alter autem verborum intelligendorum modus hic est: اعلم هذا النوع من العلم لنفسك ان كنت ذا علم وعقل »Hac scientiae specie in tuum usum gaudeas, si scientia ingenioque polles«.

٤ يَا مَآءُ لَوْ بِغَيْرِكَ غَصِصْتُ

4. O aqua! si per aliam rem, quam per te suffocatus fuissem!

De eo dicitur, quem res, a quo auxilium exspectaverat, multum adflixit. In Samachscharii opere proverbium sic legitur: يا ماء غصصت بغيرك اجزت بك »O aqua! quod

si per aliam rem quam per te suffocatus fuissem, per te id transmisissem«.

٥ يَا عَبْرَى مُقْبِلَةً وَسَهْرَى مُدْبِرَةً

5. O plorans (femina), dum a facie advenis, et vigilans, dum a tergo venis!

Dixit Abu-Ohbaidus, feminarum proverbium esse, sed Abu-Ohbaidahus id retulit. De re dicitur, quae ab una et altera parte ingrata est.

٦ يَا ضُلَّ مَا تَجْرِى بِهِ ٱلْعَصَا

6. Oh gens! Oh interitum, quem currens equus Alahza adfert!

Verba haec Ahmruus ben-Alahdijj dixit videns equum Djadsimahi Alahza appellatum et in eo Kazirum vehentem. Post vocem يا vocabulum قوم gens omissum est; ضل autem admirationis significationem habet, ut sit pro يا قوم ما اضل »O gens! quam magna est mors! Interitum Djadsimahi designat. Proverbium de malo, quod timetur, adhibent. Conf. Kam. v. ضل

٧ يَا لَلْأَفِيكَةِ

7. O magnum mendacium!

Similis loquendi modus est in verbis يا للبهيتة et يا للعضيهة, quae eundem sensum praebent. Quodsi mendacium profertur, verbis hisce in admirando utuntur.

٨ يَا مُهْدِىَ ٱلْمَالِ كُلْ مَا أَهْدَيْتَ

8. O tu, qui opes offers, ede quod obtulisti!

I. e. Opes nonnisi in tuum usum erogas, ne igitur aliis beneficia tua exprobres! De avaro dicitur, qui in suum solummodo usum opes erogat.

٩ يَا جُنْدُبُ مَا يُصِرُّكَ قَالَ أَصِرُّ مِنْ حَرِّ غَدٍ

9. O locusta! quaenam causa est, cur strideas? Dixit: Strideo propter calorem crastini diei.

De eo dicitur, qui sibi rem timet, in quam postea non incidit. In codicibus verba: قال اصر من حر غد a proverbio, interpositis explicandi causa verbis اى ما يحملك على الصرير, separata sunt, sed quoque a Pocockio ad proverbium referuntur.

١٠ يَهِيجُ لِي ٱلسَّقَامَ شَوَلَانُ ٱلْبَرُوقِ فِي كُلِّ عَامٍ

10. Excitat mihi morbum, quod camela non gravida quovis anno caudam tollit.

Vocabulo بروق camela non gravida significatur, quae caudam tollit, ut gravida habeatur. In re adhibetur, qua alius quidam, quam is, qui volebat, potitur.

١١ يَسَارُ ٱلْكَوَاعِبِ

11. Jesarus puellarum sororantibus mammis praeditarum.

Jesar servi nigri nomen fuisse tradunt, qui camelos domini sui cum altero servo pastum duxerit. Quodam die domini filia ad camelos pascentes transiens lac accepit a servo isto et quum servus pedibus divaricatis incederet, illa risit. Servus ob risum puellae gaudio elatus alteri servo rem narravit. Monuit autem ille, ut ingenuorum filias caveret. Nihilominus tamen noctu illi filiae lac bibendum obtulit et quum illa, quaenam veniendi causa esset, interrogasset, respondit: Quod ei adrisisset veniendi causam esse. Quapropter puella irata, sed iram occultans, membrum virile ei amputavit et aures nasumque resecuit. Pro-

verbium autem in hominem adhibetur, qui modum ipsi tenendum transgressus noxam sibi infert. Alterum autem erat nomen, quo appellabatur يسار النساء »Jesarus mulierum«. Poeta erat praeclarus (مفلق), qui filium poetam» Jomailum filium Jesari mulierum« appellatum habebat. Dixit poeta Farasdakus Djerirum alloquens:

وَإِنِّى لَأَخْشَى إِنْ خَطَبْتَ إِلَيْهِمِ عَلَيْكَ ٱلَّذِى لَاقَى يَسَارُ ٱلْكَوَاعِبِ

»Et ego tibi metuo, si ab iis uxorem in matrimonium petis, idem, quod Jesaro puellarum accidit«. Metrum Thawil est. p. 161.

١٢ يُحَمِّلُ شَنٌّ وَيُفَدَّى لُكَيْزٌ

12. Imponit iumento Schannus et liberatur Locaisus.

In codice Lugdun. يحملك legitur; in caeteris nec non in opere Samachscharii يحمل. Schannus et Locaisus, Almofadhdhelo referente, Afzäi ben-Ahbd-Alkais filii erant. Qui quum essent in itinere cum matre Laila filia Korrani ben-Balijj, haec loco Dsa-Thowan, ubi quieverat, filium Schannum, libere dimisso Locaiso, advocavit, ut ei in iumento conscendendo auxilium praestaret. Fecit quidem; sed iratus. In clivo igitur montis matrem a iumento deiecit et ista, quae in proverbii consuetudinem venerunt, verba pronuntiavit. Mater mortem inde obiit. Dixit quoque: عليك بجعرات امك يا لكيز »Sume tibi matris tuae merdam, o Locaise!« Et haec quoque verba in proverbium venerunt. Alterum autem illud significare videtur, unum filium a matre alteri praeferri. Similem proverbii sensum poeta versu sequente expressit:

وَإِذَا تَكُونُ كَرِيهَةٌ أُدْعَى لَهَا وَإِذَا يُحَاسُ ٱلْحَيْسُ يُدْعَى جُنْدُبُ

»Quando res ingrata est, ad eam ego vocor; sed quando cibus Hais paratur, Djondobus vocatur«.

Metrum Camil est. p. 212.

١٣ يا جهيزة

13. O Djahisa!

Chalilus dixit, Djahisam stultae feminae nomen fuisse, quapropter ista verba omnem stultum designant. conf. C. VI, 157.

١٤ يا شنّ اثخنى قاسطا

14. O Schanne! debilita gentem Kasith!

Proverbii verbis ad malum inferendum instigatur. Tempore, quo inter gentem Rabiah ben-Nesar bellum gerebatur, Schannus contra gentem Kasith missus erat. Proficiscenti vir quidam ista verba dixit, eum cohortaturus, ut hostibus magnam cladem inferret. At Schannus respondit: محار سوء »Reditus mali« i. e. Reditus ad pugnandum cum iis mihi non placet«. Et haec quoque verba in proverbii consuetudinem venientia significant, occupationem rei displicere.

١٥ يا عبد من لا عبد له

15. O serve eorum, quibus servus non est!

In adolescentem dicitur, qui cum aetate provectis degit et eis servitio est.

١٦ يعتلّ بالاعسار وكان فى اليسار مانعا

16. A paupertate praetextum petit, et in opulentia denegabat.

In avarum dicitur, qui, quum dives nil dederit, iam a paupertate recusandi praetextum petit.

١٧ يَدَاكَ أَوْكَتَا وَفُوكَ نَفَخَ

17. Manus tuae constrinxerunt et os tuum flavit.

Narrant, virum in insula maris consilium cepisse, utris inflati ope mare traiiciendi. Qui quum medium maris nando attigisset, utre non firmiter constricto et vinculo soluto eum periisse. In summo autem vitae periculo virum in auxilium vocans istud responsum tulit. Verba autem significant, virum suâ culpâ perire.

١٨ اَلْيَدُ ٱلْعُلْيَا خَيْرٌ مِنَ ٱلْيَدِ ٱلسُّفْلَى

18. Manus superior melior est, quam manus inferior,

Manus superior manus dantis, manus inferior manus petentis est. Hasano manus inferior manum avari significare dicitur. Haec sunt verba Mohammedis Arabum prophetae, quibus ad eleemosynas dandas incitavit.

١٩ يَعُودُ لِمَا أَبْنِي فَيَهْدِمُهُ حِسْلْ

19. Redit ad id, quod aedifico, tum id Hislus destruit.

De eo dicitur, qui res, quas alter instruxit, corrumpit. Hislus viri, qui proverbii verba protulerit, filius fuisse dicitur. De posteris pravis id adhiberi dixit Samachscharius.

٢٠ يَحْلُبُ بُنَيَّ وَأَشُدُّ عَلَى يَدَيْهِ

20. Mulget filiolus meus et ego in manus eius impetum facio.

De eo dicitur, qui rem, quam ipse agit, alii tribuit. Verba haec mulier dixisse fertur, qui necessitate coacta mulgebat; sed quum res Arabum mulieribus dedecori du-

ceretur, filioli sui manus in usum adhibebat, ut filius ubera strinxisse videretur. Legitur autem loco verborum اشد على يديه sic اضب على يديه »quatuor digitis adhibitis super eius manibus mulgeo«. Dixit poeta Farasdakus:

كَمْ عَمَّةٍ لَكَ يَا جَرِيرُ وَخَالَةٍ فَدْعَاء قَدْ حَلَبَتْ عَلَىَّ عِشَارِى

شَغَّارَةٍ تَقِذُ ٱلْفَصِيلَ بِرِجْلِهَا فَطَّارَةٍ لِقَوَادِمِ ٱلْأَبْكَارِ

»Quot amitae et materterae tuae, o Djerire! distortos pedes habentes pro me camelas meas generosas mulserunt, in mingendo pedem tollentes, vehementer pede percutientes camelos ablactatos, pollice et indice mulgentes anteriores papillas camelarum iuvencarum«. Metrum Camil est. p. 212.

٢١ يَجْرِى بُلَيْقٌ وَيُذَمُّ

21. Currit Bolaikus et vituperatur.

Bolaikus equi nomen erat, qui cursu victoriam reportans vituperabatur. Benefacientem vituperari significat. conf. Kam. s. v. بلق

٢٢ يَخْبِطُ خَبْطَ عَشْوَاءَ

22. Pede terram percutit sicut caeca (camela).

De eo dicitur, qui a re recedit sic ut eius notitiam non habere videatur, et in eum quoque adhibetur, qui nil curans sine prudentia in re proruit. conf. Kam. et Djeuh.

٢٣ يَا إِبِلِى عُودِى إِلَى مَبْرَكِكِ

23. O cameli mei! redite ad locum quietis vestrum!

Legitur مبركك et مباركك. Viro haec verba dicuntur,

qui rem ipsi utilem relinquit, nec non ei, qui rem ipsi necessariam fugit. Vir camelis, qui locum quietis fugerent, quum unum camelum resectis nervis pedum posteriorum prostravisset, dixisse fertur: عودى فان هذا لك ما عشت »Redi, hoc enim tibi erit, quamdiu vivis«.

٢٤ يَوْمٌ بِيَوْمِ ٱلْحَفَضِ ٱلْمُجَوَّرِ

24. Dies pro die utensilium proiectorum.

Proverbio, cui metrum Redjes (p. 230) est, is utitur, qui alius malis laetatur. Originem proverbii talem fuisse narrant: Vir patrui sui decrepiti utensilia huc illuc, ut nullus ordo esset, proiicere solebat. Quod quum eidem decrepito fieret, ista verba pronuntiavit.

٢٥ يَا شَاةُ أَيْنَ تَذْهَبِينَ قَالَتْ أُجَزُّ مَعَ ٱلْمُجْتَزِّينَ

25. O ovis! quo abis? Dixit: Ego cum tondendis tondeor.

In stultum dicitur, qui cum aliis est, quorum neque agendi rationem neque agendi finem scit.

٢٦ يَشُجُّ وَيَأْسُو

26. Frangit et sanat.

In eum dicitur, qui modo recte et prudenter, modo falso et stulte agit. Dixit poeta:

إِنِّى لَأَكْثِرُ مِمَّا سُمْتَنِى عَجَبًا يَدٌ تَشُجُّ وَأُخْرَى مِنْكَ تَأْسُونِى

»Ego magna eius admiratione adficior, quod mihi imposuisti. Una manus vulnerat et altera tua me sanat«.

Metrum Basith est. p. 190.

٢٧ يَرْبِضُ حَجْرَةً وَيَرْتَعِى وَسَطًا

27. Cubat in latere domus (atrio) et in medio pascitur.

Alter huius proverbii legendi modus hic est: ياكل خضرة ويربض حجرة „Edit viride, et cubat in latere domus (atrio)« De camelo aliove animali desumtum in virum dicitur, qui tibi, quamdiu secunda fortuna uteris, auxilium fert«. In Haririi opere p. 520 sic legitur: يرتع وسطا ويربض حجرة. Proverbii autem sensum expressit poeta:

مَوَالِينَا إِذَا ٱفْتَقَرُوا إِلَيْنَا وَإِنْ أَثْرَوْا فَلَيْسَ لَنَا مَوَالِي

»Clientes nostri sunt, dum pauperes sunt, sed si divites sunt, nobis non sunt clientes«. Metrum Wafir est. p. 204. conf. doct. Bertheaui libell. p. 9. text.

٢٨ يَذْهَبُ يَوْمُ ٱلْغَيْمِ وَلَا يُشْعَرُ بِهِ

28. Dies nubium abit et non animadvertitur.

Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium in eum adhiberi, qui incurius agendi occasionem, dum nesciat, praetermiserit.

٢٩ يَرْعُدُ وَيَبْرُقُ

29. Tonat et fulgurat.

Alter proverbii enunciandi modus est, quod quartae formae vocales, sensu verborum non mutato, adhibentur Dixit poeta:

أَرْعِدْ وَأَبْرِقْ يَا يَزِيدُ فَمَا وَعِيدُكَ لِي بِضَائِرْ

„Tona et fulmina, a Jaside! sed minae tuae mihi non nocent.“ Metrum Camil est. p. 214.

Virum minas iacere significat.

٣٠ يَأْتِيكَ كُلُّ غَدٍ بِمَا فِيهِ

30. Quodvis crastinum tempus tibi id quod in eo est, adfert.

Res a Deo decretas sive bonas sive malas quivis dies tibi adfert.

يَوْمَ ٱلنَّازِلِينَ بُنِيَتْ سُوقُ ثَمَانِينَ ٣١

31. Die descendentium forum Tsamanin aedificatum est.

In Pocockii codice loco vocis سوق forum legitur سور muri. Vocabulo النازلين descendentium Noachus cum suis, qui e navi descendebant, significatur. Erant octoginta (ثمانون) personae, quapropter vicus, quem, ut fama fert, in Mesopotamia non dissitum ab urbe Mosul exstruxerant, Tsamanun (octoginta) nomen accepit. De eo dicitur, qui grandaevus temporum vicissitudines hominesque vidit.

ٱلْيَوْمَ ظَلَمْ ٣٢

32. Dies iniustus est.

Id est: Loco non conveniente rem posuit. Proverbii verba in virum dicuntur, qui rem, quam antea peragere noluerat, iussus perficit i. e. Dies me coegit facere, quae antea facturus non eram. Ahthäus ben-Muzihb dixit, esse proverbialem loquendi modum: اخبرك واليوم ظلم „Nuntium tibi fero, nam hic dies iniustus est" i. e. Debilis factus sum, postquam robustus fueram, ut hoc die faciam, quae ante hunc diem non feci. Alferräus autem hunc adduxit versum:

قُلْتُ لَهَا بِينِى فَقَالَتْ لَا جَرَمْ إِنَّ ٱلْفِرَاقَ ٱلْيَوْمَ وَٱلْيَوْمُ ظَلَمْ

„Ei dixi: Separa te! Tum illa dixit: Haud dubie, separatio hoc die erit, et dies hic iniustus est".

Metrum Camil est. p. 212.

Alter autem proverbii legendi modus est: بلى واليوم ظلم „Sane, et dies iniustus est". Verbis autem hisce

utitur vir, cui res imperatur. De proverbii auctore dissentiunt. Alii narrant, virum ad aquam praemisisse homines, qui aquam in lacum colligerent, eum autem, quum adveniens alios inveniret, qui suis camelis aquam praeberent, dixisse:

خَلِّ سَبِيلَ ٱلْوِرْدِ فَٱلْيَوْمُ ظُلَمْ

„Viam fac, ut ad aquam accedam, nam dies hodie iniustus est. Metrum Redjes est. p. 231.

Alii autem narrant, mulieribus e gente Hentselah iter facientibus, virum quendam ad gentem Banu Jarbuh, quae despecta erat, pertinentem Hadjibi ben-Serarah matrem, qui in pilento esset, adiisse postulantem, ut ipsi aquam daret. Eam dixisse: نعم فاليوم ظلم »Faciam, nam dies iniustus est.«

٣٣ يُرِيكَ يَوْمٌ بِرَأْيِهِ

33. Ostendet tibi dies consilium suum.

Putavit Meidanius, voci الرأى in hocce proverbio significationem participii passivi (id quod conspicitur) tribui posse, quod interdum nomina actionis participiorum passivorum significationem admitterent. Praepositionis ب causam in eo autem videt, quod verbo يريك significatio verbi يظفرك insit i. e. Dies efficiet, ut potiaris eo, quod tibi in eo ostendit ex numero vicissitudinum rerum. Est autem, qui tali modo proverbium protulerit: يريك كل يوم رايه „Ostendit tibi quivis dies consilium suum i. e. Quovis die tibi apparebit res, quam te videre decet. In Samachscharii opere sic legitur: يريك وحو يوم برايه et sic explicatur: Quivis dies tibi ostendit res, quas tu in eo videre cupis. Proverbium significat, dies res miras et peregrinas ostendere.

٣٤ يُوهِى ٱلْأَدِيمَ وَلَا يَرْقَعُ

34 Rumpit corium et non reparat.

Hominem corrumpere res et non reparare significat.

٣٥ يَحُثُّ وَهُوَ ٱلآخِرُ

35. Instigat et ipse est ultimus.

Hominem alios ad festinationem incitantem, dum ipse cunctabundus est, designat.

٣٦ يَا رُبَّمَا خَانَ ٱلنَّصِيحُ ٱلْمُؤْتَمَنُ

35. Oh! fidus monitor, cui fides habebatur, interdum decepit.

Ad metrum Redjes referri potest (p. 230.). Monet nos proverbium, ne in hominibus nimiam fiduciam ponamus.

٣٧ يُخْبِرُ عَنْ مَجْهُولِهِ مَرْآتُهُ

37. Conspectus eius indicat partem eius aliis incognitam.

Ad metrum Redjes referri potest. (p. 230.) Quaenam sit animi eius conditio, ex externo habitu cognosci potest. Similis ratio est proverbio, quod Cap. I, 5. legitur.

٣٨ يَدِبُّ لَهُ ٱلضَّرَاءَ وَيَمْشِي لَهُ ٱلْخَمَرَ

38. Repit ei in latebris sylvosis et incedit ei in locis ipsum tegentibus.

Duo sunt proverbia in Samachscharii opere diversis locis adnotata. In voce ٱلضراء explicanda lexicographi non consentiunt. Alii voci significationem latebrarum sylvosarum in valle, alii loci depressi tribuunt. Vocabulum autem خمر locum significat, ubi incedens ob prostantem collem aut ripam fluvii exesam absconditus est.

De eo dicitur, qui socium decepit. Conf lexic. meum s. ضراء.

٣٩ يَحْسِبُ ٱلْمَمْطُورُ أَنَّ كُلًّا مُطِرَ

39. Pluvia adfectus putat, omnes esse pluviâ madidos.

In divitem dicitur proverbium, qui omnes homines eadem, qua ipse, opulentia frui putat.

٤٠ يَجْمَعُ سَيْرَيْنِ فِي خَرْزَةٍ

40. Colligit duo lora in una sutura.

Virum duas res necessarias uno modo colligere significat.

٤١ يَلْقَمُ لُقَمًا وَيُغَذِّى زَادَهُ يَرْمِى بِأَمْثَالِ ٱلْقَطَا فُؤَادَهُ

41. Deglutit buccellas et nutrit commeatum suum, iacit cor suum buccellis similibus magnitudine avibus Katha.

Metrum Sarih est. p. 246. In eum dicitur, qui suis opibus parcens, aliorum opibus nutritur.

٤٢ يُسِرُّ حَسْوًا فِي ٱرْتِغَاءٍ

42. Clam bibit (lac), dum spumam bibere videtur.

De eo dicitur, qui, dum alii auxilium ferre videtur, suo commodo inservit, ac si quis, cui lac adfertur, ut spumam inde auferat, una cum spumâ lac bibit.

٤٣ يَمْنَعُ دَرَّهُ وَدَرَّ غَيْرِهِ

43. Impedit fluxum lactis suum et fluxum lactis alius.

In avarum dicitur, qui et alium, quominus beneficus sit, impedit. Dixit Abu-Ahmruus, proverbii originem talem fuisse, quod camela, quae calcando pullum suum, necaverit, non solum lac suum, pullo mortuo, retineret, sed in causa esset, cur altera camela, quae ob pulli illius amorem lac emisisset, iam, isto mortuo, lac suum cohiberet.

٤٤ يَرْوَى عَلَى ٱلضَّيِّحِ ٱلْحَلُوبِ

44. Satiatur lacte aquâ diluto.

Meidanio auctore vox الضيح lac spissum aqua infusa dilutum significat. Citissime quidem tale lac bibenti sitim sedat; sed mox sitis redit, ut parum vel nihil inde commodi bibens capiat. In virum dicitur, cuius promissa nullam prorsus alteri utilitatem adferunt. Silentio haud praetermittendum videtur, Pocockium vertisse: Irrigat, ut sit verbi forma quarta. Vox الحلوب, si codicis mei et Berolin. ratio habetur, pars proverbii est, qua de re dubitare licet; in proverbio enim quum sit superflua, fieri potest, ut in scholiis vocis الضيح explicandae gratia addita sit; sic enim tum scholium incipit: الحلوب الضيح اللبن الخاثر رقق بالماء يصب عليه. »Lac الضيح appellatum est lac spissum aqua dilutum, quae ei affunditur.«

٤٥ يَكْفِيكَ نَصِيبُكَ شُحَّ ٱلْقَوْمِ

45. Portio tua contra avaritiam hominum te tuetur.

Portio victus tui tibi sufficit, ut tibi ab hominibus avaris res ad vitam necessarias petere non opus sit. Ne mendicemus, proverbium monet.

٤٦ ٱلْيَوْمَ خَمْرٌ وَغَدًا أَمْرٌ

46. Hodie vinum et cras negotium.

Conf. prov. 70. Verba proverbii, quae significant: hodie vinum nos occupat, cras belli negotium, Amru-l'Kaiso filio Hodjri Cenditae poetae celeberrimo tribuuntur. Causa verborum talis fuisse dicitur: Amru-l'Kaisum pater ob amorem, quo ille poesi et carminibus amatoriis indulgeret, relegaverat. Apud locum Dammun in Arabia felici, quo se receperat, occisi a gente Banu Asad ben-Chosaimah patris adlatum nuntium accepit per Alahwarum Ihdjlitam. Dixit igitur:

تطاول الليل علينا دمون   دمون انا معشر يمانون

وانّنا لقومنا محبّون

»Superbe se gessit erga nos hac nocte Dammun, Dammun quod ad me attinet, o gens Iemanensium! et nos amamus gentem nostram.« Metrum Sarih est. p. 246.

ضيعني صغيرا وحملني دمه كبيرا لا صحو اليوم ولا شرب غدا اليوم خمر وغدا امر »Amisit me quum parvus essem, et mihi portandum imposuit quum magnus essem, sanguinem suum. Hodie mentis compos non sum et cras non bibo. Hodie vinum est et cras negotium«; quae ultima verba in proverbii consuetudinem venientia significant, rerum esse vicissitudines tam tristium quam laetarum. Tum, postquam per septem dies vino indulserat, hos versus dixit:

اتاني واصحابي على رأس صيلع   حديث اطار النوم عني فانعما

وقلت لعجلي بعيد مآبه   تبين وبين لي الحديث المجمجما

فقال أبيت اللعن عمرو وكاهل   اباحوا حمى حجر فاصبح مسلما

»Ad me venit, dum socii mei super cacumine montis Zailah erant, nuntius, qui somnum a me depulit dulcem, et dixi Ihdjlitae e loco longingo ad me venienti: Distinctus sis et

mihi nuntium obscurum explices! Tum dixit: Nihil sinistri tibi eveniat!« Ahmruus et Cahilus Hodjri sacram ditionem laeserunt, et is in hostium potestatem pervenit.

Metrum Thawil est p. 161. Silentio praetermittendum non est et de Hodjro et de Amru-l'Kaiso varia et dissentientia tradi, quae si enararre vellem, longius foret. Conf. quoque Hengstenbergii cl. Amrulkeisi Moallakah p. 6. sqq. Ab aliis autem proverbium Mohalhelo adscribitur, qui verba Hammamo ben-Morrah, quum certior factus esset, Colaibum a Djassaso occisum esse, dixerit. Proverbium quoque sic traditur: اليوم قحاف وغدا نقاف »Hodie multum bibendum est, cras capita sunt percutienda«. Scharaf-Aldin. Samachsch.

٤٧ يَا حَبَّذَا الإِمَارَةُ وَلَوْ عَلَى الْحِجَارَةِ

47. Quam pulchra est praefectura, etiamsi in lapides exercenda sit!

Verba haec dixisse fertur Abbd-Allahus ben-Chaled ben Osaid, qui aedificandae domus in oppido Mecca filio suo mandatum dederat permittens, ut in eadem sibi habitandi locum conficeret. Ahbd-Allahus domum intrans, quum videret locum lapidibus pulchre exornatum, interrogavit, cuinam ille locus destinatus esset, et quum filium sibi illum parasse audivisset, ista verba pronuntiavit. In Scharaf-Aldini opere, in quo الامارة ولو على الحجارة est, legimus verba ista Sijanum dixisse, quum de opulentia viri certior factus esset, quem aedificando templo in oppido Bazra praefecisset.

٤٨ يَا حَبَّذَا التُّرَاثُ لَوْ لَا الذِّلَّةُ

48. Quam pulchra esset haereditas, nisi vilitas esset!

Baihasi verbis haec accensentur, quorum in proverbio C. IV, 1. mentio facta est.

٤٩ يَأْتِيكَ بِالأَمْرِ مِنْ فَصِّهِ

49. Adfert tibi rem omnino distinctam.

Prop. rem ex distinctione sua. Dixit Ahbd-Allahus ben-Djahfar:

وَرُبَّ امْرِئٍ تَزْدَرِيهِ الْعُيُونُ يَأْتِيكَ بِالأَمْرِ مِنْ فَصِّهِ

»Saepe vir, quem oculi contemnunt, rem omnino distinctam tibi adfert«. Metrum Motakarib est. p. 231.

De viro, qui rerum internam et veram conditionem cognovit, dicitur.

٥٠ يَنْبَحُ ٱلنَّاسَ قُبُلاً

50. Coram homines adlatrat.

Contumelias in homines dicit.

٥١ يَدِيَ مِنْ يَدِهِ

51. Periere manus eius.

Quod si ما له anteponitur, male precandi formula est conf. Dj., et simili ratione dicitur: ما له تربت يداه »Terrae adhaereant manus eius«. Hamas. p. 275. Explicandi proverbii causa additum est: لمن يجنى على نفسه »In eum dicitur, qui contra se ipsum iniustus est«, ut verba يدى من يده verti possint »pereunt eius manus per ipsius manum« In meo codice ضرب لمن يخشى على نفسه legitur.

٥٢ يَا حَرَزًا وَٱبْتَغِى ٱلنَّوَافِلَا

52. Oh rem custodiendam! et dona desidero.

Metrum Redjes est. p. 231. Quo in proverbio explicando quum interpretes non consentiant, scholion addere

placet e codice Lugdun. ويروى (¹واحرزا قالوا يريد وا حرزاه فحذف واصله الخطر يضرب لمن طمع فى الربح حتى فاته راس المال هذا قول بعضهم وقال ابو عبيد يريد ادركت ما اردت واطلب الزيادة قال يضرب فى اكتساب المال والحث عليه والحرص عليه قالوا والحرز بمعنى المحرز كانه اراد يا قوم ابصروا ما احرزت من مرادى ثم ابتغى الزيادة وحرزا يريد به حرزى الا انه فر من الكسرة الى الفتحة لخفتها كقولهم يا غلاما فى موضع يا غلامى »Legitur quoque وا حرزا. Dixerunt, eum voluisse scribere واحرزاه Eheu! rem custodiendam! abiecta littera ه in fine, qua voce nux illa, qua in alearum ludo pueri utuntur, الخطر appellata significatur. Proverbium in eum adhibetur, qui dum lucrum desiderat, opum summam amittit. Sic quidam proverbium explicavit. Abu-Ohbaidus autem proverbii hunc esse sensum dixit. »Assecutus es id quod voluisti, maiora igitur pete!«, et proverbium adhiberi in opum quaestu, ut earum cupiditas accenderetur. Alii contenderunt, vocem الحرز significationem vocis المحرز rei custodiendae habere, ita ut hic proverbio sensus tribuendus esset: »O gens mea, vide, quale id sit, quod mihi custodiendum putaverim et iam plura peto.« Vocem حرز esse pro حرزى; sed proverbii auctorem vocalem Kesre, quae levis esset, evitasse, quemadmodum يا غلاما loco vocis يا غلامى diceretur. conf. Djeuh. s. حرز

٥٣ يَرْكَبُ ٱلصَّعْبَ مَنْ لَا ذَلُولَ لَهُ

53. Vehitur camelo indomito is, cui domitus non est.

---

1) In codice Berol. واحتـــرزى; sed in Djeuharii opere rectius واحرزى legitur. Codicis Berol. vitiosa scribae correctio esse videtur.

Qui rem desideratam sine molestiis assecutus non est, is, ut ea potiatur, molestias perfert. Meidanius dixit proverbium adhiberi, quum quis parte rei ipsi necessariae contentus esset.

٥٤ يَكْسُو ٱلنَّاسَ وَٱسْتُهُ عَارِيَةٌ

54. Homines vestit, dum ipsius podex nudus est.

Eum designat, qui, dum aliis benefacit, sibi nocet.

٥٥ يَا وَيْلِى رَاءَنِى رَبِيعَةُ

55. Vae mihi! Rabiahus me vidit.

Verba haec mulieri adscribuntur, quae quum optaret, ut eam vir ad ipsam transiens nulla eius ratione habita conspiceret, ista verba protulit, quae in causa erant, ut ille in ipsam visum converteret. Proverbium igitur significat, quendam, quamvis speciem se abscondentis prae se ferat, tamen, ut alteri locum suum indicet, optare.

٥٦ يَا لَيْتَنِى ٱلْمُحْثَى عَلَيْهِ

56. Utinam ego essem is, contra quem pulvis spargitur.

Tempore, quo vir apud mulierem sedebat, mulieris amatus advenit. Mulier, ut conditionem suam celaret, in advenientis faciem, ne propius accederet pulverem sparsit. At alter veram rei conditionem cognoscens ista verba dixit significaturus, se alterius loco esse cupere. Proverbium igitur desiderium hominis designat, qui loco palam detestati, sed occulte honorati esse cupit.

٥٧ يَا عَمَّاهُ هَلْ كُنْتَ أَعْوَرَ قَطُّ

57. O patruelis mi! Num unquam monoculus fuisti?

Narrant mulieris amatorem, quotiescunque eam visitaret, oculum unum suum compressisse, ne a mulieris filio alio loco cognosceretur. Patrem, ad quem puer rem retulisset, puerum in gentis concionem introduxisse, ut quis esset, indicaret. Puerum autem virum quidem cognoscentem sed dubitantem, quia monoculus non amplius esset, proverbii verbis eum allocutum esse. Proverbium in eum dicitur, qui forma sua exteriore quandam indolis suae partem indicat.

٥٨ يَضْرِبُنِي وَيَصْأَى

58. Verberat me et pipit.

Proverbio huic eadem ratio est, quam proverbio, quod C. III, 33. legitur.

٥٩ يَوْمٌ تَوَافَى شَاؤُهُ وَنَعَمُهُ

59. Dies est, cuius oves et cameli completi sunt.

Vox توافى pro تتوافى esse potest. Proverbium res disgregatas esse congregatas significat.

٦٠ يَوْمٌ مِنْ حَبِيبٍ قَلِيلٌ

60. Dies ex dilecto parum est.

Si dilecti societate nonnisi per unum diem fruimur, parum est. Adhibetur in re, quae parva putata augetur.

٦١ يَشْتَهِي وَيَنْجَع

61. Cupit et prosper est.

In eum dicitur, qui accipere vult, sed non dare.

٦٢ يُخْبِرُكَ أَدْنَى الْأَرْضِ عَنْ أَقْصَاهَا

62. Certiorem te facit propinquior pars terrae de remotiore eius parte.

Si in initio rei bonum est, idem in fine invenitur.

٦٣ يَـأْكُلُهُ بِضِرْسٍ وَيَطَؤُهُ بِظِلْفٍ

63. Dente molari eum edit et ungula eum conculcat.

In eum dicitur, qui ingratus in benefactorem est.

٦٤ يَشُجُّنِى وَيَبْكِى

64. Me vulnerat et plorat.

In eum dicitur, qui hominis, quem decepit, fidus amicus haberi vult.

٦٥ يَا لَهَا دَعَةً لَوْ أَنَّ سَعَةً

65. O quietem! Si opulentia esset.

Quiete fruor; sed opes mihi non sunt, ut quiete mea laeter.

٦٦ يَعِيشُ ٱلْمَرْءُ بِأَصْغَرَيْهِ

66. Vir ope minimorum duorum suorum vivit.

Cor et linguam Arabes cognomine الاصغران minima duo appellarunt. Loco vocis يعيش legitur يستمتع objectatur. Cor autem seu animus et lingua in homine maxime valent. conf. C. III, 47. adnot.

٦٧ يَا ٱبْنَ ٱسْتِهَا إِنْ أَحْمَضَتْ حِمَارَهَا

67. O fili podicis eius (mulieris)! Quando asino suo ea plantam حمض appellatam edendam dedit.

Asino ista planta non porrigitur; sed contumeliosa sunt verba, quibus mater hominis cuiusdam petitur. Proverbii sensus est: Tempore, quo mater tua asino suo illud pabulum porrigebat, in recessu copiam sui viro fecit. Metrum Redjes est. p. 231.

٦٨ يَا نَعَامُ إِنّى رَجُل

68. O struthiocamele! ego vir sum.

Narrant, homines laqueum super ovis, ut struthionem caperent, disposuisse et virum, cui laqueum illum custodiendum tradidissent, ut caveret, ne a struthiocamelo conspiceretur aut nimis festinanter ad illam accedentem accurreret, monuisse. Virum, illorum monitis neglectis, se struthiocamelo advenienti ostendisse et verba illa pronuntiasse, quibus ille statim in fugam ageretur. Verbis proverbii is deridetur, qui rem sibi cavendam negligit.

٦٩ يَمْشِى رُوَيْدًا وَيَكُونُ أَوَّلَا

69. Leniter incedit et primus est.

Virum cum quiete et commoditate rem assequi significat. Cecinit poeta:

تَسْأَلُنِى أُمُّ ٱلْوَلِيدِ جَمَلَا يَمْشِى رُوَيْدًا وَيَكُونُ أَوَّلَا

»Petit a me mater Alwalidi camelum, qui leniter incedens primum advenit«. Metrum Redjes est. p. 231.

٧٠ أَلْيَمِينُ حِنْثٌ أَوْ مَنْدَمَةٌ

70. Iuramentum crimen aut poenitentia est.

Verba Ohmaro Mohammedanorum principi adscribuntur, quibus iurare dissuasit. Scharaf - Aldin. Samachsch. Iuramentum enim si falsum est, pro crimine habendum, sin verum, eius poenitentiam agimus. Rem ab utraque parte homini ingratam proverbium significat. Meidan.

٧١ أَلْيَوْمَ قِحَافٌ وَغَدًا نِقَافٌ

71. Die hodierno est potatio multa et crastino capitis percussio.

Vocabulum قحف vas, quod potui inservit, significat. Inde قحاف potatio multa est, quae magno poculo (قحف) fit. Eadem autem proverbii ratio est quam proverbio 25. Nec non Amrul-Kaiso adscribitur.

٧٢ يَدُكَ مِنْكَ وَإِنْ كَانَتْ شَلَّآءَ

72. Manus tua tui pars est, etsi arida est.

Proverbii sensus ab eo, qui proverbio C. I, 51 inest. non differt. Conf. C. X, 52.

٧٣ يَا رُبَّ هَيْجَا هِيَ خَيْرٌ مِنْ دَعَةْ

73. O! interdum pugna quietem praestat.

Metrum Redjes est. p. 231. Hisce verbis tanquam excusatione in rixa utuntur.

٧٤ يَا مُتَنَوِّرَاهْ

74. O tu, qui me observas!

Narrant, virum amore captum e longinquo mulierem observasse. Alius quidam hoc videns, monuit illam, ut caveret. At illa tollens vestis anteriorem partem et se ad eum convertens, ista verba dixit. Vir autem ab isto inde tempore eam fugit. Proverbium significat, hominem turpem agendi rationem neque cavere neque pulchro deditum esse.

٧٥ يُصْبِحُ ظَمْآنَ وَفِي ٱلْبَحْرِ فَمُهُ

75. Sitibundus est, dum eius os in mari est.

Metrum Redjes est. p. 231. De eo dicitur, cui cum opulento avaro consortium est.

٧٦ يَمِينٌ طَلَعَتْ فِى ٱلْمَخَارِمِ

76. Iuramentum, quod in viis inter montes apparuit.

Iuramentum significatur, quod iurantem rem perficere non cogit, viis effugii relictis. Cecinit Djerirus:

وَلَا خَيْرَ فِى مَالٍ عَلَيْهِ ٱلْيَّةٌ وَلَا فِى يَمِينٍ غَيْرِ ذَاتِ مَخَارِمِ

»Non est bonum in opibus, super quibus iuramentum est, et non in iuramento cui nullae sunt effugii viae«.

Metrum Thawil est. p. 161.

٧٧ يَمْلَأُ ٱلدَّلْـوَ إِلَى عُقْدِ ٱلْكَرَبْ

77. Implet situlam usque ad nodos funis.

Vocabulum كرب funem parvum designat, qui ad mediam urnae ansam adligatur, ne maior funis aquâ corrumpatur. Proverbium, quod in eum dicitur, qui cum summa diligentia negotio praeest, e versu Alfadhli ben-Alahbbas ben-Ahtabah ben-Abi-Lohab desumtum est:

مَنْ يُسَاجِلْنِى يُسَاجِلْ مَاجِدًا يَمْلَأُ ٱلدَّلْوَ إِلَى عُقْدِ ٱلْكَرَبْ

»Qui mecum de gloria certat, certat cum gloriâ conspicuo, qui situlam usque ad nodos funis implet«.

Metrum Raml. est. p. 237.

٧٨ يَعُدُّ فِىَّ مِثْلَ ٱلصُّوَابِ وَفِى عَيْنَيْهِ مِثْلُ ٱلْجِزَّةِ

78. Computat in me rem similem lendi et in eius oculis est res similis lanae ovis.

In eum dicitur, qui parva in aliis vitia vituperat, magna autem ipsius vitia non videt. Proverbii sensum exprimens adduxit Rijaschita versus hosce:

أَلَا أَيُّهَذَا اللَّائِمِى فِى خَلِيقَتِى هَلِ النَّفْسَ فِيمَا كَانَ مِنْكَ تَلُومُ

فَكَيْفَ تَرَى فِى عَيْنِ صَاحِبِكَ الْقَذَا وَتَنْسَى قَذًا عَيْنَيْكَ وَهْوَ عَظِيمُ

»Eheu tu, qui me vituperas ob meam naturam, num te ipsum ob tua vitia vituperas? Et quomodo in oculo socii tui festucam conspicis et festucae oculorum tuorum, quae magna est, oblivisceris«. Metrum Thawil est. p. **163**.

٧٩ يَدُقُّ دَقَّ الْإِبِلِ الْخَامِسَةِ

79. Frangit modo, quo cameli per quinque dies sitientes frangunt.

Dixit Alahrabius sitim, dum quinto die cameli adaquentur, vehementissimam omnium esse, quippe quum illa tempore aestatis sit, nam exeunte aestate per plures dies cameli sitim tolerare possunt. Tempore autem aestatis, si per quinque dies sitim tolerarunt cameli, ad aquam adducti summa cum vehementia bibunt et inde ad pratum reducti summa cum vehementia omnes herbas vorant. Quae autem res in causa est, cur ista verba in proverbii consuetudinem venerint ad summam vehementiam in re agenda significandam.

٨٠ يَا قِرْفَ الْقُمَعِ

80. O crustula infundibuli!

Infundibulum utris, in quod lac inditur, propter lac ei adhaerens spurcum semper est. Crustula igitur lactis, quod infundibulo adhaeret, significatur. Spurcum esse hominem, proverbium significat.

٨١ يَا مُهَدِّرَ الرَّخَمَةِ

81. O tu, qui avem Rachamah ad barritum excitare vis!

Avis Rachama quum barrire non possit, stultum proverbii verba designant.

٨٢ يَا مَنْ عَارَضَ ٱلنَّعَامَةَ بِٱلْمَصَاحِفِ

82. O tu, qui struthiocamelo cum Alcorani exemplaribus obviam is!

Gens quaedam Arabum, quae struthiocamelum nunquam vidisset, calamitatem eam esse putans, Alcorani exemplaria eduxit dicens: بيننا وبينك كتاب الله لا تهلكنا »Inter nos et inter te liber Dei sit, ne nos perdas!« Stupidum et timidum proverbii verba designare videntur.

٨٣ يَوْمٌ ذَنُوبٌ

83. Dies longa praeditus caudâ.

Id est: Dies, cuius malum diuturnum est, ut vix cesset.

٨٤ يَا عَمَّاهْ هَلْ يَتَمَطَّطُ لَبَنُكُمْ كَمَا يَتَمَطَّطُ لَبَنُنَا

84. O patruelis mi! num lac vestrum extenditur, quemadmodum lac nostrum extenditur?

De eo dicitur, cuius conditio antea exigua, bona evasit. Narrant puerum divitem factum patrueli suo, qui pauper factus esset, ista verba dixisse. Intelligebat autem lac radiatim ex uberibus effluens, ut quasi extenderetur. Huic simile est proverbium: كلكم فليحتلب صعودا „Omnes vos ut abortum passam camelam mulgeatis!“

٨٥ يَطْلُبُ ٱلدُّرَّاجَ فِي خِيسِ ٱلْأَسَدِ

85. Quaerit attagenem in leonis lustro!

Ad metrum Raml referri potest. p. 237. Rem difficilem inventu virum quaerere significat.

٨٦ يَحْفَظُ ٱلْمَرْءُ مِنْ كُلِّ شَيْءٍ إِلَّا مِنْ نَفْسِهِ

86. Vir ab omni re, nisi a se ipso custodiri potest.

Hisce verbis vir, qui contra se ipsum peccat, obiurgatur.

٨٧ يَطْرُقُ أَعْمَى وَٱلْبَصِيرُ جَاهِلُ

87. Iacit silices vaticinandi ergo caecus et videns ignarus est.

De eo dicitur, qui rem tractat, cuius perficiendae ignarus est; tum autem alius quidam extra (i. e. quem res non spectat) de rei modo certiorem eum facit. Metrum Redjes est. p. 231.

٨٨ يَحْمِلُ حَالًا وَلَهُ حِمَارٌ

88. Portat fascem et ei asinus est.

Metrum Sarih est. p. 246. Vocabulo حال pannorum fascis, quem fullo in dorso portat, designatur. Proverbium indicat, hominem, ut opibus potiatur, inferiorem vitae sortem in se suscipere.

٨٩ يَكْرِفُ عُونًا نَجِفٌ مَمْعُولُ

89. Odoratur asinorum silvestrium agmen admissarius corio ab ineundo impeditus castratus.

Ad metrum Sarih referri potest. p. 246. Vocabulum نجاف corii nomen est, quod inter veretrum animalis et anteriorem ventrem, ne coire possit, adligatur et inde نجف tali corio instructus derivatum est. Vocabulum ممعول, si Meidanio fides habenda est, castrati significationem habet. Corrigendus est error s. v. ممعول in lexico meo ortus ex vitiosa codicis lectione. Proverbium in eum dicitur, qui propius accedere cupit ad eum, qui ipsum a bono suo prohibet removetque.

٩٠ يَضِبُّ فُوهُ بَعْدَ مَا ٱكْتَظَّ ٱلْحَشَا

90. Fluit eius os, postquam eius venter cibo omnino impletus erat.

Metrum Redjes est c. p. 231. Verbis يضب فوه Fluit eius os sc. saliva hominis summam rei cupiditatem significant, quemadmodum تضب لثاته Fluunt eius gingivae dicere solent. Proverbii igitur verba hominem avidissimum designant, qui rebus, quas optaverat, potitus, non contentus est, sed plura cupit.

٩١ يَأْكُلُ قُوبَيْنِ وَقَابًا يَرْتَقِبُ

91. Edit duos pullos avis et pullum iam exspectat.

Ad metrum Redjes referri potest p. 231. Interpretes in definienda vocis قوب et قاب significatione non consentiunt. Nonnullis vox قوب et قاب et قابة avis pullum significat, aliis قوبة ovum est aliis قايبة ovum. Meidanius autem voces قاب et قوب pulli avis, قايبة vero et قاب ovi significationem habere contendit. De eo dicitur, qui duas res sibi necessarias poscit, tertiam vero aviditate adductus iis addi vult. Huic proverbio simile est proverbium Cap. XXIII, 303.

٩٢ يَرْكَبُ قَيْنَيْهِ وَإِنْ ضَبَّا دَمًا

92. Vehitur pedibus suis et si sangine fluunt.

Ad metrum Redjes pertinet. p. 231. Meidanius vocem القينان voce الرسغان explicavit. Vocabulo رسغ locus in pede significatur, ubi os tenue est et ubi in iumento vinculum adligatur. In meo lexico error ex Kamuso ortus corrigendus est, quippe قينان Kainani, ut dualis forma sit, scribatur, necesse est. Proverbium hominem patienter ferentem calamitates describit.

٩٣ يَوْمُ ٱلشَّقِىِّ نَحْسُهُ لَا يَأْفِلُ

93. Dies infelicis, cuius infelicitas non occidit.

Ad metrum Redjes referri potest. p. 231. In infelicem dicitur, qui rem, quae nonnisi cum difficultate parari potest, petit, et si eam assecutus est, in ea exitium suum videt.

٩٤ يُكْوَى ٱلْبَعِيرُ مِنْ يَسِيرِ ٱلدَّآءِ

94. Uritur camelus ob levem morbum.

Ad metrum Sarih referri potest. p. 246. Rem noxiam, antequam magna evaserit, in initio repellendam esse suadet.

٩٥ يَبْكِى إِلَيْهِ شَبْعَى وَجَوْعَى

95. Sive satiata sive esuriens est, ad eum se flens convertit.

Id est: In omni statu semper flens. In hominem dicitur, qui semper queritur sive bonus sive malus status sit.

٩٦ يَمْسَأُ سِقَآءً لَيْسَ فِيهِ مَخْرَزٌ

96. Extendit utrem, in quo consuendi locus non est.

Ad metrum Redjes referri potest. p. 231. Id est: Cutem, e qua uter conficiatur, irrigat aqua, tum eam extendit, ut amplior fiat. Istis rebus peractis pice oblinitur et consuitur. Cutis autem, cuius in proverbio mentio facta est, ita corrupta dicitur, ut consui non possit. In hominem dicitur, qui rem haud desiderabilem cupit.

٩٧ يَضْوِى إِلَى قَوْمٍ بِهِمْ هُزَالٌ

97. Ad gentem se recipit, in qua macies est.

Ad metrum Sarih referri potest. p. 246. A homine, qui ipse calamitate adflictus est, opem petit.

٩٨ يَمْتَحُ لِلْهِيمِ ٱلدَّوِي ٱلْحَرُوقِ

98. E puteo haurit vehementer sitientibus femur laesum habens (camelus.)

Ad metrum Redjes referri potest. p. 231. Vocabulo محروق camelus designatur, cuius pars corporis حارقة appellata (conf. lex. meum) laesa est. Talis autem camelus pedibus infirmus est. In debilem adhibetur, cuius auxilium in re gravi adhibetur, nam vehementer sitientibus camelis multum aquae hauriatur necesse est.

٩٩ يَحُشُّ قِدْرَ ٱلْغِيِّ بِٱلتَّحَوُّبِ

99. Accendit ollam exitii, dum commiseratur.

Ad metrum Redjes referri potest. p. 231. De homine, qui, dum speciem amici prae se fert, alterius interitum adducere studet, proverbium adhibetur.

١٠٠ يَمُدُّ حَبْلًا أُسْنُهُ مُفَكَّكَةٌ

100. Extendit funem, cuius singulae partes solutae sunt.

Ad metrum Redjes referri potest. p. 231. In hominem dicitur, cuius dictis fides habenda non est et e cuius factis nullum commodum prodit.

١٠١ يَلُذُّ ضَيْحًا وَيَشْتَهِي دَخِيسًا

101. Lac aqua mixtum gratum ei est; sed lac ovium cum lacte caprarum mixtum cupit.

De eo dicitur, qui parum petens, multum quoque cupit.

١٠٢ يَغْرِفُ مِنْ حِسْيٍ إِلَى خَرِيصٍ

102. Haurit e puteo non profundo (et pervenit) ad sinum maris.

Ad metrum Sarih referri potest. p. 246. De eo dicitur, qui a paupere capiens ad locupletem propellitur. Observandum est scriptionem حريص rectiorem haberi, quam خريص.

١٠٣ يَعُودُ لِلأُذْنِ مَنَاتِيفُ ٱلـزِّبَبِ

103. Redeunt auri pili evulsi.

Metrum Redjes est. p. 231. Quatuor in codicibus sunt lectiones. Una in meo الذنب, altera in codice L. الزنـب, tertia in B. الزبب, in cod. P. الزبت. Quartum et primum vitiosum est. Rectum الـزبـب videtur. Num الذنب et الزنب ferri possit, dubitare licet. De homine dicitur, qui arte adhibita conditionem suam permutat, tum vero ad naturam suam redit.

١٠٤ يَرْضَى بِعَقْدِ ٱلأَسْرِ مَنْ أَوْفَى ٱلتَّلَفْ

104. Qui interitui propinquus est, is captivitatis pacto contentus est.

Ad metrum Redjes referri potest. p. 231. Proprie verbum اوفى ope praepositionis على cum sequenti nomine coniungitur. In eum dicitur proverbium, qui e maiore periculo salvus evadens contento animo malum minoris momenti tolerat.

١٠٥ ٱلْيَمِينُ ٱلْغَمُوسُ تَدَعُ ٱلدِّيَارَ بَلَاقِعَ

105. Iuramentum falsum, ut domus vacuae sint, efficit.

De significatione vocabuli غموس interpretes non semper

consentiunt. conf. lex. meum. Iuramenti falsi tristes effectus proverbium describit.

١٠٦ يَعُودُ عَلَى ٱلْمَرْءِ مَا يَأْتَمِرْ

106. In virum redit id, quod suam mentem secutus peragit.

Metrum Motakarib est. p. 281. Verbo ائتمر obediendi significatio inest. Proverbium, ut alios consulamus, nobis praecipit, proprium enim consilium pernitiosum habetur. Cecinit Amru l'Kaisus:

أَحَارِ بْنَ عَمْرٍو كَأَنِّى خَمِرْ وَيَعْدُو عَلَى ٱلْمَرْءِ مَا يَأْتَمِرْ

„O Haritse ben-Ahmru! Est ac si crapula adfectus essem; et in virum incurrit id quod secutus proprium consilium agit.“ Metrum Motakarib est. p. 281.

In proverbio autem, ut in versu, loco vocis يعود legitur quoque يعدو.

١٠٧ يَأْكُلُ بِٱلضِّرْسِ ٱلَّذِى لَا يَخْلُق

107. Edit dente molari, qui non laevis est.

De homine dicitur, qui, quamvis nemini benefecit, laudari cupit.

١٠٨ يَفْنَى ٱلْكَبَاثُ وَنَتَعَارَف

108. Fructus arboris Arac appellatae pereunt, et nos invicem nos cognoscimus.

Vocabulum كباث fructum arboris Arac maturum designat, quem veris tempore colligere solebant. Vir quidam isto fructu colligendo tantopere occupatus erat, ut nunquam amicum, quo uteretur, visitatum iret. Quapropter amicus iste versus sequentes composuisse dicitur:

جَاءَ زَمَانُ ٱلْكَبَاثِ مُقْتَبِلًا فَلَا خَلِيلٌ لِخِلِّهِ يَقِفُ

فَقُلْ لِعَمْرٍو مَقَالَ مُعْتَبِرٍ اِذَا تَوَلَّى ٱلْكِبَاثُ نَعْتَرِفُ

كَأَنَّمَا رَبْعُهُ ٱلْمُلَاصِقُ لِي رَبْعُ غَرِيبٍ مَحَلُّهُ سَرِفُ

„Advenit tempus fructus Arac colligendi et amicus amico suo non adest. Dic igitur Ahmruo sermonem experientia edocti: Quando tempus colligendi praeteriit, nos cognoscimus; quasi eius verna domus mihi contigua esset domus peregrina, cuius locus est neglectus.“

Metrum Monsarih est. p. 255.

Vox سرف negligens significat. Locus negligens est pro loco neglecto. At vero non est silentio praetermittendum id, quod in codice Berol. quasi manu cuiusdam scribae post versus insertum legitur: موضع وقال الازهرى هو سرف بكسر الراء „Locus, et dixit Alasharius, eum Sarif enuntiandum esse.“ Vertas igitur, si hanc explicandi rationem non reiicis: „Cuius locus est Sarif.“ Proverbium significat, quendam ob negotia non evitanda amicos suos non videre.

١٠٩ يُقَلِّبُ كَفَّيْهِ

109. Vertit manus suas.

Virum poenitentem rei praeteritae significat. Legitur in Corano Sur. XVIII, 40: فاصبح يقلب كفيه على ما انفق فيها „Tum mane convertebat manus suas de impensis in eam factis.“

١١٠ يَغْلِبْنَ ٱلْكِرَامَ وَيَغْلِبُهُنَّ ٱللِّئَامُ

110. Eae (mulieres) vincunt generosos (viros) et viles (viri) eas vincunt.

Sc. Mulieres viros generosos vincunt, sed ab avaris et vilibus vincuntur.

١١١ يَوْمٌ لَنَا وَيَوْمٌ عَلَيْنَا

111. Dies pro nobis et dies contra nos.

Vicissitudines temporibus esse, ut modo bonum, modo malum homini accidat, proverbium docet. Hoc in calamitatibus solatio esse debet.

١١٢ يُطَيِّنُ عَيْنَ ٱلشَّمْسِ

112. Faciem solis luto oblinit.

Veritatem manifestam celat. Forma verbi secunda, quae a nonnullis lexicographis reiicitur, in codicibus adnotata erat.

١١٣ يَكْفِيكَ مِمَّا لَا تَرَى مَا قَدْ تَرَى

113. Res, quas vides, tibi satis ostendunt res, quas non vides.

Metrum Redjes est. p. 231. Ut exemplo rerum praeteritarum doceamur, proverbium monet.

١١٤ يُسْقِي مِنْ كُلِّ يَدٍ بِكَأْسٍ

114. Ex quavis manu poculo rigat.

Multum mutabilem hominem esse proverbium docet.

١١٥ يُوشِكُ مَنْ أَسْرَعَ أَنْ يَؤُوبَ

115. Fieri potest, ut qui festinet, redeat.

Ad metrum Sarih referri potest. p. 246. In valedicendo adhibetur.

١١٦ يُمْسِي عَلَى حَرٍّ وَيُصْبِحُ بَارِدًا

116. Vespera calidus est, mane iam frigidus.

Hemistichium metri Camil est. p. 212. Eum designat, qui summo cum studio rem aggrediens mox lassus fit.

١١٧ يُكَايِلُهُ ٱلشَّرَّ وَيُحَاسِبُهُ

117. Mensuram ei facit mali et illud ei bibendum est.

In codice Pocockiano يحاسبه computum cum eo init legitur. Par pro pari refert.

١١٨ يُحِرُّ عَلَيْهِ وَيُبْرِدُ

118. Modo calidum contra eum, modo frigidum adfert.

Modo duriter modo leniter in eum agit.

١١٩ يَأْتِيكَ بِٱلْأَخْبَارِ مَنْ لَمْ تُزَوِّدِ

119. Nuntios tibi adfert is, quem commeatu non instruxisti.

Non opus est nuntios interrogare. Haud data opera nuntius tibi adfertur.

١٢٠ ٱلْأَيَّامُ عُوجٌ رَوَاجِعُ

120. Dies curvi, redeuntes sunt.

Tempus s. fortuna modo a te deflectit cursum, modo ad te redit. Verba is profert, de cuius infortunio alii laetantur.

١٢١ ٱلْيَسِيرُ يَجْنِي ٱلْكَثِيرَ

121. Parvum adducit multum.

Res, quae initio parvae sunt, magnae fiunt. Verba

Actsamo ben-Zaifi adscribuntur. Simili ratione dicitur (C. XVIII, 40.) Malo initium parvum. Dixit Ahdius:

شَطَّ وَصْلُ ٱلَّذِى تُرِيدِينَ مِنِّى وَصَغِيرُ ٱلْأُمُورِ يَجْنِى ٱلْكَبِيرَا

„Multum abest, ut ad id, quod a me vis, pervenias, et res parva magnam adducit.“ Metrum Chafif est. p. 262.

In Pocockii codice, nec non in Samachscharii opere in proverbio الكبير magnum loco vocis الكثير legitur.

١٢٢ يَدَعُ ٱلْعَيْنَ وَيَطْلُبُ ٱلْأَثَرَ

122. Rem ipsam relinquit et petit vestigium.

Conf. Cap. III, 44.

١٢٣ يَا أُمَّهُ ٱثْكَلِيهِ

123. O mater! Eo orbata sis!

Ohmari, principis Mohammedanorum verba sunt, quae diris inserviunt.

Forma comparativi.

١٢٤ أَيْقَظُ مِنْ ذِئْبٍ

124. Vigilantior lupo.

١٢٥ أَيْبَسُ مِنْ صَخْرٍ

125. Aridior, quam petra.

١٢٦ أَيْأَسُ مِنْ غَرِيقٍ

126. Magis desperabundus, quam aqua submersus.

١٢٧ أَيْسَرُ مِنْ لُقْمَانَ

127. Alearum ludo magis deditus, quam Lokman.

Lokmanus ille antiquissimis temporibus vivens Ahdi filius significatur, qui alearum lusui multum deditus erat, ut ista res in proverbium veniret. Octo autem personae cum eo isti ludo indulgere solebant: Bidh, Homamah, Thofail, Dsokafah, Malic, Faraah, Tsomail, Ahmmar. Qui viri quum ob generositatem suam in proverbii consuetudinem venirent, cum eis generosissimi aleatores comparantur. Dicitur: هم كايسار لقمان „Ii, ut aleatores Lokmani sunt.“ Cecinit Tharafahus:

وَهُمُ أَيْسَارُ لُقْمَانَ إِذَا أَغْلَتِ ٱلشَّتْوَةُ أَبْدَآءَ ٱلْجُزُرْ

„Ii sunt Lohmani aleatores, quando hiems membra mactatorum animalium coquit.“ Metrum Raml est. p. 237.

Sensus versus hic est: Liberalitate Lokmani sociis similes sunt, quando hiemis tempore animalium membra coquuntur.

Proverbia recentiora.

١٢٨ يَفْنَى مَا فِي ٱلْقُدُورِ وَيَبْقَى مَا فِي ٱلصُّدُورِ

128. Perit id, quod in ollis est, sed id quod in animis est, manet.

١٢٩ يَحْمِلُ ٱلتَّمْرَ إِلَى ٱلْبَصْرَةِ

129. Bazram dactylos portat.

In codice L. P. B. التمر legitur; in meo autem التمرة; id quod homoioteleuto, quod in recentibus proverbiis saepe observatur, conveniens neque sensui contrarium est. Unum ille dactylum Bazram portat, ubi dactyli frequentes sunt. In eum dicitur, qui homini id, quod ipse possidet, adfert. Conf. C. X, 195.

١٣٠ يَدْهُنُ مِنْ قَارُورَةٍ فَارِغَةٍ

130. Ungit ex ampulla vacua.

De homine dicitur, qui promissis datis non stat.

١٣١ يَجْعَلُ ٱلْعَظْمَ لِلَّحْمِ إِدَامًا

131. Ponit os carni obsonium.

De homine dicitur, qui optimam opum partem perdit, ut re nullius pretii potiatur.

١٣٢ يُحَدِّثُكَ مِنَ ٱلْخُفِّ إِلَى ٱلْمِقْنَعَةِ

132. Narrat tibi ab ocrea usque ad calanticam.

Virum rei omnino gnarum esse significat.

١٣٣ يَصِيدُ مَا بَيْنَ ٱلْكُرْكِيِّ إِلَى ٱلْعَنْدَلِيبِ

133. Venatur tam gruem quam lusciniam.

Eum significat, qui tam parvum quam magnum dicit.

١٣٤ يَسْتَفُّ ٱلتُّرَابَ وَلَا يَخْضَعُ لِأَحَدٍ عَلَى بَابٍ

134. Pulverem edit et ne uni quidem ad portam se humiliat.

In refractarium dicitur, qui summa paupertate pressus aliis se non submittit.

١٣٥ يَهُبُّ مَعَ كُلِّ رِيحٍ وَيَسْعَى مَعَ كُلِّ قَوْمٍ وَيَدْرُجُ فِي كُلِّ وَكْرٍ

135. Spirat cum omni vento et currit cum omni gente et incedit in omni nido.

In imbecillem mente dicitur.

١٣٦ يَابِسُ ٱلطِّينَةِ صُلْبُ ٱلْجُبْنَةِ

136. Lutum siccum habens, caseum durum habens.

Avarum designat.

١٣٧ يُحْبِلُ بِنَظَرِهِ وَيَنِيكُ بِعَيْنَيْهِ

137. Praegnantem facit cogitatione sua et futuit oculis suis.

Virum mulieribus deditum designat.

١٣٨ يَغْسِلُ دَمًا بِدَمٍ

138. Lavat sanguinem sanguine.

De eo dicitur, qui ab uno sumit et alteri reddit, itaut aere alieno obstrictus maneat et rem inutilem agat.

١٣٩ يَأْكُلُ خُبْزَهُ بِلُحُومِ ٱلنَّاسِ

139. Panem suum edit cum carnibus hominum.

De eo dicitur, qui absentes traducit.

١٤٠ يَكْذِبُ لِذَيْلِهِ عَلَى جَيْبِهِ

140. Mentitur pro lacinia sua contra sinum vestis suae.

Mendacem esse hominem significat.

١٤١ يَحُولُ ٱلْيَأْسُ دُونَ طَمَعِهِ

141. Desperatio retinet eum a desiderio suo.

١٤٢ يَبْنِي قَصْرًا وَيَهْدِمُ مِصْرًا

142. Aedificat palatium et urbem vastat.

De eo dicitur, cuius mala, quae aliis infert, maiora sunt, quam bona, quae peragit.

١٤٣ يَنْصَحُ نَصِيحَةَ ٱلسِّنَّوْرِ لِلْفَارِ وَٱلشَّيْطَانِ لِلْإِنْسَانِ

143. Dat consilium felis muri datum et diaboli homini.

١٤٤ يَأْكُلُ أَكْلَ ٱلشَّصِّ فِي بَيْتِ ٱللِّصِّ

144. Edit modo vafri in domo furis.

١٤٥ يَا وَجْهَ شَيْطَان

145. O facies diaboli!

Hominem facie deformem esse significat.

١٤٦ يُقَدِّمُ رِجْلًا وَيُؤَخِّرُ أُخْرَى

146. Unum pedem protendit, alterum retrahit.

Haesitantem in re dubia proverbium describit.

١٤٧ يَجْمَعُ مَا لَا يَجْمَعُهُ أُمُّ أَبَانٍ

147. Coniungit id quod non coniungit mater eius, qui foedissima libidine laborat.

Virum in lenocinio versatissimum esse, proverbium dicit. Fieri quoque potest, ut Omm-Abbau nomen lenae sit.

١٤٨ يُدْخِلُ شَعْبَانَ فِى رَمَضَانَ

148. Mensem Schahban in mensem Ramadhan introducit.

In virum res miscendo conturbantem dicitur.

١٤٩ يَضْرِبُ ٱلْمَاشَ بِالدُّرْمَاشِ

149. Percutit Almaschum per Aldormaschum.

Vocabulum الماش legumen parvum rotundum significat, sed quum voci الدرماش nulla prorsus significatio insit, vocem الماش significatione carere hoc in proverbio puto, ut sensus sit, voces et res haud intelligibiles miscet. In virum enim dicitur, qui tam in dictis quam in factis omnia perturbat.

١٥٠ يَنِيكُ حُمُرَ ٱلْحَاجِّ

150. Futuit asinas Meccam peregrinantis.

Otiosum esse hominem significat.

١٥١ يُضَرِّبُ بَيْنَ ٱلشَّاةِ وَٱلْعَلَفِ وَٱلدَّابَّةِ وَٱلشَّعِيرِ

151. Excitat dissensionem inter ovem et pabulum et inter iumentum et hordeum.

١٥٢ يُلْجِمُ ٱلْفَارَ فِى بَيْتِهِ

152. In domo sua glirem fraeno instruit (ne voret).

Amodum davarus est.

١٥٣ يَكْفِيكَ مِنْ قَضَاءِ حَقِّ ٱلْخَلِّ ذَوْقُهُ

153. Gustu veram aceti conditionem cognoscere potes.

Adhibetur proverbium, quum quis rem obiter agit non altius peretrans.

١٥٤ يَشْفِيكَ مِنَ ٱلْحَاسِدِ أَنَّهُ يَغْتَمُّ عِنْدَ سُرُورِكَ

154. Medicinam invidi tibi adfert, quod is ob laetitiam tuam moerore adficitur.

١٥٥ يَبِسَ بَيْنَهُمُ ٱلثَّرَى

155. Arida est inter eos humida terra.

Inimici facti sunt. Conf. Bertheaui doct. libell. p. 8. text.

١٥٦ يَقُولُ لِلسَّارِقِ ٱسْرِقْ وَلِصَاحِبِ ٱلْمَنْزِلِ ٱحْفَظْ مَتَاعَكَ

156. Dicit furi: Furare! et domino habitaculi: Custodi utensilia tua!

In virum bilinguem dicitur.

١٥٧ يَأْكُلُ ٱلْفِيلَ وَيَغْتَصُّ بِٱلْبَقَّةِ

157. Elephantem edit et per culicem in angustiam redigitur.

In eum dicitur, qui per mendacium in angustiam se re dactum esse sentit.

١٥٨ يَقْشُرُ لِي عَصَا ٱلْعَدَاوَةِ

158. Decorticat mihi baculum inimicitiae.

De eo dicitur, qui odium alicui aperte ostendit. Conf. Cap. XXI, 44.

١٥٩ يُظَنُّ بِٱلْمَرْءِ مَا يُظَنُّ بِقَرِينِهِ

159. Talis vir esse putatur, qualis socius eius putatur.

Sic dicunt proverbiali modo: عن المرء لا تسال وابصر قرينه „Quis vir sit, ne interroges; sed eius socium adspice! Metrum Thawil est. p. 162.

١٦٠ يَغْرِفُ مِنْ بَحْرٍ

160. Haurit e mari.

In opulentum dicitur, qui pecuniam multam erogat.

١٦١ يَضْرُطُ مِنْ أَسْتٍ وَاسِعَةٍ

161. Pedit e podice amplo.

Falso gloriantem designat.

١٦٢ يَحُجُّ وَٱلنَّاسُ رَاجِعُونَ

12. Meccam proficiscitur dum homines redeunt

Hominem, qui ab aliis diversam agendi rationem sequitur, proverbium describit.

١٦٣ يَتَمَضْمَضُ بِذِكْرِ ٱلْأَعْرَاضِ وَيَتَفَكَّهُ بِهَا

163. Leviter adficitur mentione facta opum iisque laetatur.

Hic certe de affectu iucundo sermo est.

١٦٤ يُخْرِجُ ٱلْحَقَّ مِنْ خَاصِرَةِ ٱلْبَاطِلِ

164. Producit rectum ex hypochondrio falsi.

De eo dicitur, qui verum a falso distinguit.

١٦٥ يَا لَكَ مِنْ ضِرْسٍ لِلْخَبِيثَاتِ مِخْضَمِ

165. Oh! Te dentem molarem! Qui turpia pleno ore edit.

De eo dicitur, qui et verbis et factis multum turpis est et alios multum vituperat.

١٦٦ يَنْبُو ٱلْوَعْظُ عَنْهُ نُبُوَّ ٱلسَّيْفِ عَنِ ٱلصَّفَا

166. Retunditur adhortatio ab eo, quemadmodum gladius a petra retunditur.

De eo dicitur, qui adhortationem non admittit.

١٦٧ يَوْمُ ٱلسَّفَرِ نِصْفُ ٱلسَّفَرِ

167. Dies profectionis est dimidium itineris.

Id est: Dies profectionis ob multas in eo occupationes tantam nobis molestiam adfert, quantam dimidium totius itineris.

١٦٨ يَضْرِبُ عَنَّا بِسَيْفَيْنِ

168. Duobus gladiis nos defendit.

In eum dicitur, qui omnibus viribus alium defendit.

١٦٩ يَوْمٌ كَأَيَّامٍ

169. Dies unus aequalis pluribus.

Diem gravem, calamitosum designat.

١٧٠ يَحْسُدُ أَنْ يُفْضَلَ وَيَزْهَدُ أَنْ يُفْضِلَ

170. Invidus est, quod praestantiâ vincitur, et alio praestantes esse dicere abstinet.

١٧١ يَلْطِمُ وَجْهِي وَيَقُولُ لِمَ تَبْكِي

171. Faciem meam colaphis percutit et dicit: Cur fles?

١٧٢ يَرَى ٱلشَّاهِدُ مَا لَا يَرَى ٱلْغَايِبْ

172. Praesens videt id, quod absens non videt.

١٧٣ يُعْنَى بِٱلشَّرِّ مَنْ جَنَاهُ

173. Qui malum patravit, eo adfligitur.

Qui peccatum commisit, ob id punitur.

Addenda et corrigenda.

C. I. prov. 16. 17. Horum proverbiorum metrum Wafir est. — C. I. prov. 90. Legendum est اعترضت et كاعتراض, nam legitur quoque transpositis litteris: اذا ارتعضت كارتعاض, quemadmodum in Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus reperitur. — C. I. prov. 134. Fortasse melius vertitur: Quemnam virum fumus occidit? — C. II. 80. Proverbii verba conversa esse dicunt pro: ابدت الرغوة عن الصريح. Proverbio huic plures legendi modi ex gr. صرح المحض عن الزبد C. XIV, 6. الصريح تحت الرغوة C. XIV, 63. وضح الصبح لذى عينين , برح الخفاء, صرح الحق عن محضه, similes sunt. Conf. Scharaf-Ald. et Samachsch. — C. II. 149. In Scharaf-Aldini libro legitur: ابصر بالليل من الوطواط. Sunt, qui vocem ابصر a بصيرة intelligentia derivandam esse putent, ut sensus sit: Noctem melius *noscens*. — C. III, 57. Loco vocis اتق in Scharaf-Aldini libro احذر legitur. — C. IX, 28. Silentio praetermittendum non est, in Samachscharii opere huiusce proverbii diversam explicandi rationem esse, sic enim legitur: هو المحلق الملك وبنات طمار الدواهى والشدايد يضرب للمتمنى ولمن يجاوز قدره „Is Almohallek rex est. Voces بنات طمار infortunia calamitates designant. Proverbium de optante et de eo, qui finem suum transgreditur, adhibetur. — C. X, 65. Hoc proverbium sic melius verti posse puto: Hominibus satisfacere scopus est, qui non attingitur. — C. XIV, 112. Verba اصبر من الود على الذل, quae vertenda esse putavi: Patientior quam amor in ferendo contemtu, re diligentius perpensa iam verto: Patientior in vilitate quam paxillus, ut vox الود ex الوتد contracta sit. — C. XVIII, 200. Si مُطَّرَ

Moththarah legeretur, proverbii metrum Redjes esset. prov. 206. Si عَافِيكُمْ legis, proverbii metrum Redjes est. — C. XX, 34. Dicitur quoque: ,آثِرَ ذِى أَثِيرٍ ,اثرًا ,اثرا ما ,أَوَّلَ ذِى أَثِيرٍ ,أُثْرَةَ ذِى أَثِيرٍ ,آثِرَ ذَاتَ يَدَيْنِ ,آثِرَ ذِى أَثِيرَيْنِ إِثْيَرَةَ ذِى أَثِيرٍ. Praeter illum, quem adnotavi, Alazmäihi interpretandi modum, Almofadhdhelus dixit, sensum esse: موثرا له „id praeferens" et alius quidam ايثارا على غيره „hoc aliis praeferendo" conf. Schar.-Ald. et lex. meum. — C. XXI, 22. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus proverbium sic legitur: العير يضرط والمكواة فى النار. — C. XXI, 75. In Samachscharii opere sic proverbium legitur: لو قيل للشحم اين تذهب قال اقوم العوج. Auctor adnotavit, proverbium vulgo proprium esse. — C. XXI, 108. Proverbio metrum Redjes est. — C. XXIII, 29. Sic quidem, quemadmodum adnotavimus, in Samachscharii textu, cuius codex multis locis corruptus est, existere videtur; at vero iterum collatis verbis, quae in Meidanii codice invenimus, non dubitamus, quin Ohmarus imperator verbis لكل اناس فى جملهم خبر vel, quemadmodum in codice Lugd. legitur, من جملهم, usus sit, quum Ahlbäus ben-Alhaitsum Sadusita tritis vestibus indutus apud ipsum diserte locutus esset. — C. XXIII, 102. In Samachscharii opere duplex proverbium legitur, unum: لمثلها كنت اسقيك المجع alterum: لمثل هذا كنت احسيك الحسا. Sensus non differt. — C. XXIII, 193. In Samachscharii opere جابة legitur. Idem auctor adnotavit, legi quoque يودن a radice ودن baculo percussit; proverbium autem adhiberi de eo, qui, postquam rem acceperit, iterum postulet. — C. XXIII, 583. Dixit Dhabi Albordjomi:

لِكُلِّ جَدِيدٍ لَذَّةٌ غَيْرَ أَنَّنِى وَجَدْتُ جَدِيدَ ٱلْمَوْتِ غَيْرَ لَذِيذِ

„Omne novum laetitiam procreat; sed novo mortis laetitiam non inveni." Metrum Thawil est p. 163. — C. XXIV, 31. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus

proverbium sic legitur: ان العالم كمثل الحمة يأتيها البعداء ويتركها القرباء „Sensus est: Doctus in patria non honoratur. — C. XXIV, 198. In Samachscharii opere sic adnotatum proverbium: تبين رويدا ما امامة من هند „Bene distingue, quaenam differentia inter Omamam Hindamque sit" dilucidius explicatum est: Quum Ahmruus ben-Hind frustra in regionem Jemamam incursione hostili facta, in gentem Thai, quacum foedus ei esset, irrupisset, ne sine praeda rediret, Ahrikus Thajjita, qui rem perfidiae tribueret, eum vituperavit et Ahmruo minitanti sequentibus versibus respondit:

مَنْ مُبْلِغٌ عَمْرَو بْنَ هِنْدٍ رِسَالَةً إِذَا ٱسْتَحْقَبَتْهَا ٱلْعِيسُ تُنْعَى مِنَ ٱلْبُعْدِ

أَتُوعِدُنِي وَٱلرَّمْلُ بَيْنِي وَبَيْنَهُ تَبَيَّنْ رُوَيْدًا مَا أُمَامَةُ مِنْ هِنْدِ

„Quis Ahmruo ben-Hind nuntium perfert tanto viae spatio, ut, si albi cameli eum in dorso portarent, eorum mors annuntiaretur? Num tu mihi minaris, dum arenae nos separant? Bene distingue, quaenam differentia inter Omamam Hindamque sit." Metrum Thawil est. p. 160. Matrem suam Omamah praestantiorem esse regis matre Hindâ dicit. Unam rem alterâ praestantiorem esse proverbium significat. — C. XXIV, 329. Samachscharius, qui in proverbio من عال منا, quemadmodum in versu legitur, habet, proverbii causam talem fuisse adnotavit: Ahmruus in gentem Banu-Sahd irruptione facta contra gentem Banu-Kais cum copiis profectus magna praeda captivisque multis potitus erat. Inde usque ad provinciam Jemamah pergens genti Banu-Solaim ad pugnandum paratae occurrit. Quam quum vidisset, ista verba dixit significaturus occasione praedae faciendae oblata utendum esse. — C. XXIV, 384. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus أدماء legitur, ut verti possit: Et omnes fusci (homines) ex Adamo." Proverbium docet, virum mulieremque amoris vinculo propter originem coniunctos esse.

Errata.

Tom. I.

P. 3 l. 3 leg. Ebn-Alahrabio. P. 14 l. 2 l. Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis. P. 25 l. 5. l. المعضرط. P. 48 l. 7 l. Alhobabus, tum leg. Alanzarita. P. 97 l. 2 l. vasis. P. 124 l. 7 l. suscipit. P. 129 l. 7 loco vocis omnino lege animo. P. 131 l. 14 l. cocto P. 139. l. 5. l. Mahkili. P. 169 l. 10 l. adligetur. P. 203 l. 1 l. infra. Loco vocis vas lege mercem. P. 223 l. 7 l. Ohdos. P. 259 l. 1 l. اتعب من. P. 280 l. 13 l. بسوى وحده, ut cum praecedentibus sensu coniungatur. P. 281 l. 1 l. vulneravit. l. 13 l. afflictum. P. 344 l. 6 infra l. velis P. 347 l. 10 infra l. Ohkailus. P. 432 l. 5. Loco verborum: Noctu veni, legas: Contice! P. 480 l. 8 loco vocis Allodjaidjus legas Allodjaimius. P. 508 l. 19 loco vocis فعيل (fahjallon) legas يفعل (jafahllon). P. 558 l. 16 legas (oculus). P. 563 18 l. آرنى. P. 596 l. 2 et 4 loco vocis eleemosyna melius legitur tributum. P. 597 l. 1 pro eleemosyna legas tributum. P. 609 l. 8 Legitur quoque الفصلان حتى القريعى. P. 664 l. 5 infra l. شكمتى.

Tom. II.

P. 6 l 8 Loco 92 l. 86. P. 15 l. 5 infra. Loco 210 l. 214. P. 33 l. 3 l. الطعن. P. 34 l. 4 l. واشباهها. P. 50 l. 8. Loco vocis loco legas ioco. P. 54 l. 7 l. eis incedendum. P. 62 l. 7 infra l. ذو. P. 65 loco 221 l 225. P. 80 l. 12 loco vocis Ahdhi legas Ahdli. P. 86 l. 11 loco 222 l. 229. P. 87 l. 4 infra. Loco 199 l. 200.

P. 104 Proverbio 72 metrum Sarih est. P. 111 l. 7 l. silentio. P. 139 l. 16 l. الهيثم. P. 147 l. 8 loco 2 l. 9. P. 153 l. 6 infra l. Aucta. P. 156 l. 2 l. Alsijadius. P. 171 l. 1 infra. Loco 197 l. 198. P. 179 l. 7 infra l. duabus. l. 8 l. elegantiam. P. 180 Proverbio 31 metrum Redjes est. P. 197 l. 1. Loco vocis لى legas الى. P. 206 l. 11 l. مثل. P. 208 l. 1 infra l. gentis. P. 220 l. 8 l. enunciandae. P. 231 l. 6 l. الجحاف et in versione adnotationibusque ubique Aldjahhaf. P. 233 l. 1 l. sororem eius. P. 238 l. 4 l. غير. P. 241 l. 8 loco vocis stupidis legas stultis. P. 251 l. 7 infra. Loco 437 l. 441. P. 253 l. 4. Loco 63 l. 64. P. 257 l. 19 l. Ebn-Wakidus. P. 272 l. 14 l. Paene. P. 288 l. 5 infra l. Turpes. P. 301 l. 1 l. alteram. P. 352 l. 16 l. postea. P. 355 l 9 l. عينك. P. 363 l. 12 l. يصحبهم. P. 394 l. 5 l. تزور. P. 396 l. 4 l. Iudaeus perfectus. P. 420 l. 8 l. Amalekitam P. 444 l. 5 infra l. longa cilia. P. 458 l. 9 l. المضحى. P. 469 l. 7 l. non ex posterioribus. P. 477 l. 7 l. emaciata l. 8. l. Ad. P. 487. l. 7 l. virorum. P. 499 l. 1. l. جملى. P. 502 l. 3 infra l. هذا. P. 503 l. 14 l. الارض. P. 512 l. 7 l. Reginam. P. 517 l. 7 l. البكر. P. 526 l. 11 l. loci, ubi. P. 527 l. 10 l. لكل. P. 528 l 12 l. non capit. P. 592 l. 6 l. للحمية. P. 540 l. 8 l. Abu-Djondabo Alhodsalijj. P. 555 l. 3 infra l. assecutus. P. 559 l. 3 l. leporis; quam cremor lactis; quam lorum etc P. 560 l. 4 l. non noscit. P. 561 l. 1 l. significari. P. 573 l. 6 l. السماء. P. 593 l. 2 l. parva. P. 616 l. 11 l. eum P. 617 l. 7 l. altera. P. 618 l. 3 l. similis. P. 653 l. 1 infra l. باصغرية. P. 656 l. 5 l. quorum. P. 662 l. 9 infra l. وذلك. P. 673 l. 7 infra post sum adde: Ebn-Schububi seu. P. 682 l. 13 post recedit adde: in religione. P. 702 l. 8 l. يخشى. Metrum versus Motawafir est. P. 712 l. 10 l. الخطبان. P. 717 loco vocis اللسان legas السنان. l. 2 infra l. قرحة. P. 729 l. 7 l. احترف. P. 766 l 7 infra l. distribuitur. P. 813 l. 8 l. أن. P. 819 l. 1 l. ad-

mittit. In proverb, 59 l. reduxisti et adduxeras. P. 861 l. 7 infra l. والارض. P. 862 l. 4 l. قدْرى. P. 870 l. 1 infra l. Nonnullis. P. 877 l. 17. l. dicens. P. 917 l. 20 L. ultima verba l. postrema verba.
